Pænitentia uera, peccata præterita remouet & a futuris præſeruat q.84.8.1^{m}.
Et requirit non ſolam reintegrationem æqualitatis iuſtitiæ, ſed magis reconciliationem amicitiæ.q 90.2.c.
Et expellit effectiue quodlibet peccatum, formaliter uero oppoſitum tantum.ſ.impænitentiam.q.85.2.1^{m}.3^{m}.
Et tollit totam culpam, ſed non ſemper totum reatum. q.86 4.o.
Nec tollit omnes reliquias peccati actualis, niſi pænitentia ſit perfecta ſecundum omnes eius partes.q.86 4.3^{m}.& 5.o
Pænitentia ut ſacramentum habet efficaciam ad remiſſionẽ peccatorum ex uirtute nominis Chriſti patientis & reſurgentis. q. 84.7.c.& q.86.6.3m.
Et operis pænitentis merces eſt plena remiſſio peccatorum quo ad culpam & pænam.q.84.9 1^{m}.
Et pænitentiæ ut uirtutis eſt effectus eſt remiſſio culpæ, ſed principalius pænitentię ut ſacramentum, & principalius gratiæ quàm ſacramenti, & principalius uirtutum charitatis & fidei, quam pænitentiæ ut uirtus.q.86.6.o.
Pænitentię actus primus, ſe habet ut ultima diſpoſitio ad gratiam conſequendam, alii uero procedunt iam ex gratia & uirtutibus q.89.1.2^{m}.& 2.c.
Pænitentię actus cauſatur in nobis per ſe actus adinuicem ordinatos.q.85.5.c
Pęnitentiæ ſacramentum non conſiſtit in conſecratione materiæ nec in uſu materia conſecratæ, ſed in remotione materię.ſ.peccati.q.84 3.c.
Pænitentiæ & matrimonii ſacramentorũ nõ eſt materia corporalis ſicut in aliis ſacramẽtis, ſed actus humani ſenſibiles ſunt ibi loco materię.q 84.1.1^{m}.2^{m}.& 4.3^{m}.
Pænitentiæ materia duplex.ſ.proxima & remota.q.84.2 o.
Pęnitentiæ materia exhibetur à Deo interius inſpirando, ſed miniſter tantum complet abſoluendo.q.84.1.2^{m}.
Pęnitentiæ forma eſt iſta, Abſoluo te.q.84.3 o.
Pęnitentiæ partes materiales ſunt cõtritio, confeſſio & ſatiſfactio, ſed partes eius eſſentiales & cuiuslibet ſacramenti, ſunt materia & forma q 90.2.o.
Pænitentiæ partes materiales, ſunt integrales, non aũt ſubiectiuæ nec potentiales.q.90 3.o.
Pęnitentiæ partes integrales habent ordinem uirtutis & temporis. q.90.3.3^{m}.
Pęnitentiæ ut ſacramentum, ſatisfactio dr̃ pars, ſed fructus pænitentiæ ut eſt uirtus. q.90.2.3^{m}.
Pęnitente, remota auerſione a Deo, remanet tamen inordinata conuerſio ad bonum creatum.q 86.4.1^{m}. & 5.c.
Pænitens recurrit ad Deũ ſicut ſeruus, filius & uxor ad dominũ, patrem & uirum.q.85.3.c.
Pænitentis uerba & facta ſunt materia ſacramenti pęnitentię, quę uero ſunt ex parte ſacerdotis habent modum formæ. q.84.3.c. 1^{m}.& 4 3^{m}.q.86.6.c.
Pęnitentia. Vide. Hęreſis. Impoſitio. Niniuitæ. Opera. Reſurgens. Sacramentum. Tabula. Virginitas.
¶Perfectio triplex.ſ.diſpoſitionis, formæ, & finis.27.5.2^{m}.
Perfectio rei duplex.ſ.prima quæ conſiſtit in forma ex qua ſpeciẽ ſortiẽ, & ſecũda quæ eſt operatio qua res finẽ attingit.q.29.2 c.
Perfectio humanæ naturæ ſalutis conſiſtit in charitate q. 46. 3.c.
Perfectum eſt prius imperfecto ordine naturæ & perfectionis, ſed econuerſo ordine temporis & generationis q. .5.3^{m}.& 6.c.
Perfectus in uirtute non exiſtens, indigne ſumit officium prędicationis.q.4 .3.1^{m}.
¶Perfecto adueniente non manet imperfectum, quando ambo ſũt oppoſita q.9.3.1^{m}.
¶Perplexus aliquis eſſe poteſt ex ſuppoſitione, non autem ſimpliciter.q.64.6.3^{m}.
¶Perſona eſt rationalis naturæ indiuidua ſubſtantię q.2 2.c.
Perſona dicitur ſolum illud quod per ſe exiſtit..q.2.2.3^{m}. & quęſtio.16.12.2^{m}.
Perſona eſt communicabilis multis naturis, nõ autem multis ſuppoſitis.q.3.1.2^{m}.
Perſona addit ſupra eſſentiam Dei ſecundum intellectum, quia eſſentia poteſt intelligi ſine pſona, nõ autem econuerſo.q.3.3 o.
Perſona & eſſentia in diuinis ſunt idẽ re, & differunt ratione. q. 17.5.& q.17.1.c & 3^{m}.
Perſona filii dei eſt ſuppoſitum naturæ humanæ.q.16.1.2.5.c.
Perſona in Chriſto eſt tantum una.q.17.1.c.
Perſona Chriſti ſecundum ſe eſt ſimplex, ſed ut in duabus naturis ſubſiſtit poteſt dici compoſita, licet improprie. q.2.4.o.
Perſonę unitas requirit unitatẽ eſſe cõpleti & pſonalis.q.191.4^{m}.
Petrus. Vide. Centurio. Teſtes.
Pythagoras & Socrates doctores excellentiſſimi nihil ſcripſerunt. q.42 4.c.
Plantæ habent ſimul potentiam generationis actiuam & paſſiuã, nec in eis eſt diſtinctio maris & fœminę q.22.4.c.
Plenitudo. Vide. Conceptio. Donum. Gratia. Prudentia. Reuerentia. Sacerdos, Scientia Vnctio.
¶Pollutio nocturna quandoque prouenit ex cã extrinſeca ſpũali, quandoque ex cauſa intrinſeca ſpirituali uel corporali. q.80 7.c.
Pollutio nocturna ex qualibet triũ dictarum cauſarũ poteſt & ſine peccato & cum peccato ueniali, uel mortali exiſtere, q.80.7.c.
Pollutio nocturna cuius cauſa eſt ſine peccato, uel cum peccato ueniali, non ex neceſſitate impedit ſumptionem Euchariſtiæ, ſi uero ſit cum peccato mortali, impedit ex neceſſitate.q 80.7.c.
Pollutio nocturna cuius cauſa eſt ſine peccato, uel cum peccato, ueniali, niſi ſit perpetua uel diuturna, aut neceſſitas aſſit, impedit ſumptionem Euchariſtiæ ex quadam cõgruentia, q. 80.7.c.
Pollutio nocturna ex cõngruentia impedit ſumptionem Euchariſtiæ, & propter reuerentiam ſacramenti, & propter mentis euagationem eam ſequentem.q 80.7 c.
¶Poſſibile uel impoſſibile duplex.i.ſimpliciter & abſolute, & ex ſuppoſitione, q.46.2.c.
¶Potentia creaturę duplex, ſcilicet naturalis & obediẽtialis.q.1.5. 3^{m} & q.11.1.c.
Potentia actiua cuiuslibet rei ſequitur formam eius quæ eſt principium agendi q 13 c
Potentia quæcumque communicabilis cuicunquę creaturę multo abundantius communicata fuit animæ Chriſti. q.13.2.2^{m}.
Potentia. Vide. Deus.
Potentiæ animæ deriuantur ab eius eſſentia.q 7.1.c.
Potentiæ animæ mutuo ſe impediunt. q.15 9 3^{m}.
In potentiis & operibus omnibus ordinatis, ultima perfectio reſeruatur ſupremæ arti aut uirtuti q.7.11.c.
¶Poteſtas duplex ſ authoritatis, & excellentiæ.q.64.3 4 c.
Poteſtas prima reſpectu ſacramentorum fuit in Chriſto ſecundũ q Deus ſecunda uero ſecundum humanam naturã q 64 4.c.
Poteſtas ſecunda in quatuor principaliter conſiſtit ſ in hoc q meritum paſſionis Chriſti operatur in ſacramentis, q in eius nomine ſacramẽta ſanctificantur, q ex eius inſtitutione uirtutem obtinent, & q effectum ſacramentorum ſine exteriori ſigno potuit conferre q.64 3 4 c & q 84 5 3^{m} & 7 4^{m}.
Poteſtas excellentię potuit a Chriſto communicari aliis q. 64 4 o.
Et tamen nulli puræ creaturæ communicata eſt.q 64 4 1^{m}. 3^{m} .& q 72 1 1^{m}.
Poteſtas propria Chriſti in ſacramentis ſ authoritatis & excellentię q.64.
poteſtas Vide iudicium. Ordo Papa
¶Prædeſtinatio eſt præordinatio diuina ab æterno de his quæ per gratiam Dei ſunt fienda in tempore q 24 1 c.
prædeſtinatio conuenit Chriſtu & perſonæ Chriſti q 24 1.o.
prædeſtinatio Chriſti eſt cauſa exemplaris prædeſtinationis noſtræ, ratione effectus q 24 3 4o.
prædeſt natus eſt Chriſtus ſecũdum quod ſubſiſtit in humana natura, eſſe filius Dei, non aũt proprie factus eſt filius Dei, quæſt. 24 1 1^{m}.3^{m}.
prædeſtinatus eſt Chriſtus ſecũdũ q homo eſt filius Dei.q.24 1 o.
prędeſtinatus eſt Chriſtus ſecundum q filius Dei, eſſe homo, tamen magis proprie dicitur econuerſo. q 24 2.3^{m}.
Prædeſtinatus eſt homo, eſſe filius Dei, & econuerſo.q.24 2 o.
¶Prędicatio non debuit prætermitti a Chriſto, propter ſcandalũ iudæorum q.42.2 o.
Prędicare Chriſtus incæpit in 30.anno ætatis ſuę.q 39.3 o.
Et prædicauerunt Chriſtus & apoſtoli a principio iudæis tantum. q.42.1.o.
Prædicare.i.recitare euãgelium in eccleſia pertinet ad diaconũ, docere.i.exponere ad epiſcopum proprie.q 67.1.1^{m}.
Prędicare eſt proprius actus epiſcopi, & dignior quàm baptizare. q.67 2.1^{m}.& 2.1^{m}.& q 71.4.3^{m}.
Prędicari in abſtracto de deitate, non conuenit his quæ ſunt naturæ humanæ, nec econuerſo.q.16.5.o.

Prædicari poſſunt ſimpliciter de Chriſto ſiu ratione humanæ naturæ, ea de quibus ſuſpicari non poteſt, q diuinæ perſonæ conueniant ſecundum ſeipſam, ſed illa quæ dubitationem habent circa alienam naturam, non ſunt dicenda de Chriſto abſque determinatione, q 16.8.0.& q.20.2.c.
Prædicator debet eſſe abſolutus a cura rerum ſecularium, q.40.3.c.
Prædicator non debet ſemper eſſe in publico, q.40.1.3^{m}
Prædicator non debet aſſumere prædicationis officium, niſi prius purgatus, & uirtute perfectus, q.41.3.1^{m}
¶Præpoſitio, ad, acceſſum quendam deſignat, q.58.3.c.
Præſcientia.uide Deus.
¶Præſeruatus ab aliquo dicitur ille, qui eſt purgatus uel ſoluitur ab illo, q 32.4 1^{m}.& q 52.2 2^{m}
¶Primogenitus dicitur primo natus, licet nullus poſt eũ ſit, iõ Chriſtus eſt primogenitus Mariæ, q 28.3 4^{m}
¶Prius eſt naturaliter quod eſt per ſe, eo quod eſt per accidens, q.84 6.cap.
Profeſſus.uide Miſſa.
¶Propaſſio eſt paſſio inchoata in appetitu ſenſitiuo, non ultra procedens, ſicut fuit in Chriſto, q.15.4.c & 6.2^{m} & 7.1^{m}
¶Propheta dicitur quaſi procul fans, uel procul uidens, q.7.8.0.
Prophetia in ſua ratione non includit enigmaticam cognitionem, q.7.8.1^{m}
Prophetia prædeſtinationis completur ſine arbitrio noſtro cauſante, non autem ſine eo conſentiente, q.30.1 1^{m}
Prophetia, quæ habet ſimul intellectualem & imaginariam uiſionẽ, nobilior eſt illa quæ habet alteram tantum, q.30.3.1^{m}
Prophetia non conuenit Deo, nec angelis, nec beatis, q.7.8.c.
Prophetia conuenit Chriſto inquantum fuit uiator, q.7.8.0.
Propoſitio.uide Actus, Deus, Chriſtus.
¶Prudentia eſt directiua omnium moralium uirtutum, q.85.4^{m}
Prudentia requirit memoriam præteritorum, cognitionem præſentium, & prouidentiam futurorum, q.11.1.3^{m}
Prudentiæ plenitudinem Chriſtus habuit, ſecundum donum conſilii, q.11.1.3^{m}
Pſalmi comprehendunt per modum laudis, quicquid continetur in ſacra ſcriptura, q 83.4 c.
Pueri ex peccato Adæ peccatum originale contrahunt, & mortalitati ſunt ſubiecti, ideo poſſunt per Chriſtum gratiam accipere, & neceſſe fuit eos baptizari, q.68.9.0.
Pueri in maternis uteris exiſtẽtes, baptizari non poſſunt, q 68.11.0.
Pueri infidelium non habentes uſum rationis, non ſunt baptizandi inuitis parentibus, habentes autem uſum rationis baptizari poſſunt, q 68 10.0.
Pueri antiquorum ſaluabantur in fide parentum, q.68.10.c.
Pueri. Vide Cathecizandi, Græci, Salus.
Pueris uſu rõnis carentibus, non eſt danda Eucharistia, q.80.9.3^{m}
¶Purgatio beatæ Virginis duplex, ſ. mentem in unum colligens, & a fomite, q 27.3.3^{m}
Purgatio B. Mariæ poſt partum eſt facta, non propter aliquam immunditiam. ſed aliis rationibus, q.37.4.0.
Purgatio.uide Maria.
¶Purgatus, uide Prædicator.
Purificatio.uide Purgatio.
¶Putrefactio cuiuſcumque corporis prouenit ex infirmitate naturæ eius, non potentis amplius corpus continere in unũ, q.51.3.c.

Q

Qualitas.uide Paſſio, Quantitas.
¶Quantitas dimẽſiua eſt prima diſpoſitio materiæ, q.77.2.ea.
Quantitas & qualitas ſunt prima accidentia conſequentia ſubſtantiam, q 77 2 c.
Quantitas ſe tenet ex parte materiæ, q.90.2.c.
Quantitas dimẽſiua indiuiduatur ratione ſubiecti & ſitus, q.77.2.c.
Quantitas debita alicui ſpeciei, quandam latitudinem habet, q.33 2.2^{m}
Quantitas quam corpus habet cum primo ſibi infunditur anima, proportionatur quantitati perfectæ ad quam per augmentũ peruenitur, præterquam in Chriſto, q.33.2.2^{m}
Quantitas in ſacramento altaris eſt ſubiectum aliorum accidentiũ q.77.2.0.
Quantitati omni mathematicæ finitę poteſt fieri additio, non autẽ omni naturali, q.7.12.1^{m}
¶Quo eſt, & quod eſt, in ſolo Deo non differunt, q.3.2.3^{m}.& 3.1^{m}

R

Ratio dicitur dupliciter, ſ. per eſſentiam, & per participationẽ, q.18.2.c.1^{m}
Ratio & intellectus non ſunt diuerſæ potentiæ, q.18.3.2^{m}
Ratione formali alicuius rei remota, remouentur ſpecies, q.86.4.1^{m}
¶Reatus non eſt idem omnium peccatorum, q.88.1.c.
¶Rebaptizari.uide, Baptiſmus, Donatus,
¶Redemptor noſter dicitur Chriſtus, liberando nos a ſeruitute culpæ, q.48.6.3^{m}
Et ad redemptionem duo requiruntur, ſ. ſolutio, & precium, utrum quæ immediate conuenit ſoli Chriſto, ſed ſicut primæ cauſæ toti trinitati, q.48 5 0.
¶Redeunt peccata dimiſſa, per ſequens peccatum, quantum ad effectum, non quantum ad priorem maculam & reatum, q.88.1.0.
Redeunt per ingratitudinem peccata uenialia, & ipſum originale, actualia & mortalia, q.88.2.2^{m}
Redeunt per ſequens peccatum, peccata dimiſſa, ſed non eſt neceſſe, q tantus reatus redeat quantus erat omnium peccatorum præteritorum, q.88 3.0.
Redire.uide ingratitudo.
¶Redundantia fit in corpus ex his quæ ſunt in anima niſi in Chriſto patiente, q.14 1.2^{m}.& q.15.5.3^{m}.& 6.c.& 9.3^{m}.& q.45.2.c.1^{m}
¶Reduplicatio. Quod conuenit alicui cum reduplicatione, non ſemper conuenit ei ſimpliciter ſine ea, q.16.10.3^{m}
Reduplicatio.uide Terminus.
Reiterari.uide Conſecratio, Pœnitentia.
¶Relatio tantum una eſt aliquãdo ex parte unius extremi, & ex parte alterius extremi ſunt multæ, q.35.5.3^{m}
Relatio innaſcitur aliquando ex mutatione alterius termini tantũ, q.2.7 c.
Relatio incipiens eſſe ex parte, ex aliqua mutatione cauſat. q.2.8.c.
Relatio ſeruitutis & dominij fundatur ſuper actione & paſſione. iõ propter e non conuenit naturæ, ſed perſonæ, q.20.1.2^{m}
Relatio eadem eſt in omnibus ſimul trahentibus idem, q.35.5.3^{m}
Relatio in patre, differt ſpecie a relatione in matre, q.35.5.c.3^{m}
Relatio ſcientiæ ad ſcibile eſt realis, e conuerſo autem eſt rationis tantum, q.35.5.3^{m}
Relatio Dei ad creaturas eſt in creatura realiter, & in Deo ſecundũ rationem, q 2.7.0.& q.35.5.c.
Relationis unitas dependet ex fine uel termino ſicut & motus, ſed eſſe eius dependet ex ſubiecto, q 2.7.2^{m}
Relationum unitas & pluralitas ſpecifica ſumitur ex cauſa, numeralis ex ſubiecto, nulla uero ex termino, q.31.5.c.
¶Relatiue dicta poſſunt de nouo prædicari de aliquo abſq. eius mutatione, q.16.6.2^{m}
¶Religioſi crucifixi cum Chriſto dicuntur, qui qualibet artioris diſciplinæ inſtituta ſubeunt, q.46.11.c.
¶Reliquiæ ſanctorum non habent uirtutem qua fiãt miracula, ſed fiunt a Deo utente eis inſtrumentaliter, q.13.2.3^{m}
Reliquiæ quędam peccati remanent poſt abſolutionem, q.86.5.0.& q.86.& q.89.1.3^{m}
Reliquię.uide Adoratio, pœnitentia,
¶Remiſſio culpę non poteſt eſſe ſine gratia, q.62.2.6.3^{m}.& q.87.4.0
Remiſſio culpę & pœnę æternæ eſt effectus gratię operãtis, ſed remiſſio pœnæ temporalis effectus gratiæ cooperantis, q.86.4 2^{m}.& 6. 1^{m}.& q.88.1.4^{m}
Remiſſio peccatorum in primitiua eccleſia dabatur ad inuocationem nominis Chriſti, & non alterius, q.64.3.c.
Remiſſio peccati mortalis poteſt eſſe ſine ſacramento pœnitentię, non autem ſine uirtute pœnitentię, q 86.2 0.
Remiſſio peccati uenialis poteſt eſſe ſine ſacramento pœnitentię, non tñ ſine aliquali actu uirtutis pœnitentię, q.87.1.0.& 2.2^{m}
Remiſſio uenialium quo ad culpam niſi ſit impedimentum fit in 1a infuſione gratiæ, ſed non ſemper quo ad pœnam, q.87.2.3.0.
Remiſſio.uide, Gratia, paſſio, peccatum, pœnitentia,
¶Remiſſionem peccatorum conſequitur homo in primo inſtanti ſuę pœnitentię, q.84.8.1^{m}
¶Remittẽs offenſam in ſe commiſſam, non iniuſte agit, q.46.2.3^{m}
Remitti.uide peccatum, Sacramentum,
¶Reſurrectio, Optima ętas erit ętas reſurgentium, q.70.3.3^{m}
Reſurrectio Chriſti fuit neceſſaria, q 53.1.0.
Reſurrectio Chriſti fuit conueniens et tertia die, & non ſtatim, nec in fine mundi, q.51.4.0 & q 53.2.0.
Et fuit mane diluculo, q.51.4.3^{m}.& q.53.2.3^{m}.& q.83.2 4^{m}
Et non debuit primo manifeſtari omnibus, ſed quibuſdam, & primo mulieribus, q.55 1 0.
Nec debuit immediate uideri ab hominibus ſicut aſcenſio eius, ſed per angelos annunciari, q.55.2.0.
Reſurrectio Chriſti ſufficienter probata fuit ab ipſo, duplici teſtimonio, q.55.5.6.0.
Reſurrectio Chriſti eſt cauſa efficiens & exemplaris reſurrectionis corporum & animarum noſtrarum, q 56.1.2.0.
Reſurrectio Chriſti eſt cauſa exemplaris reparationis uitę noſtræ, & mors Chriſti deſtructionis mortis noſtrę, licet utraq; ſit cauſa effectiua utriuſque, q 56.1.4^{m}
Reſurrectio.uide Chriſtus,
Reſurrectionis Chriſti exemplaritas improprie, ſe extendit tantum ad bonos, licet efficientia eius proprie ſe extendat ad reſurrectionem tam bonorum quàm malorum, q.56.1.3^{m}
¶Reſurrexit Chriſtus in iuuenili ętate, ut futuram reſurgentiũ qualitatem prænunciaret, q.46.9.4^{m}

Reſurrexit corpus Chriſti glorioſum & integrum cum qualibet parte eius,q.54.2.3.o.& q.55.6.4^{m}.
¶Reſurgens per pœnitentiam in minori charitate, habebit maius gaudium accidentale de bonis prius factis in charitate, q̃ de factis poſt in minori,non aũt maius gaudiũ eſſentiale q.89.5.3^{m}.
Reſurgentis Chriſti corpus,fuit eiuſdem naturæ,ſed alterius gloriæ q.54.2.2^{m}.& 5.c.
Reſurgentes cum Chriſto,mortui ſunt iterum ſecundum Auguſtinum,q.53.2.2^{m}.
Reſurgentium,Chriſtus fuit primus ſimpliciter, aliqui vero primi ſecundum quid,q.53.3.o.
Reuelantur hominibus ea quæ ſupra homines ſunt ex diuina inſtitutione mediantibus angelis,q.55.2.c.
Reuerentia.Chriſtus ſecundum q̃ homo præ cæteris habuit pleniorem effectum reuerentiæ ad Deum,q.7.6.c.
Roma.vide.Natiuitas.

S

SAbbatum.Chriſtũ ſe excuſat a tranſgreſſione ſabbati,q.40.4.1^{m}
Sabbati præcepto,non prohibentur opera diuina, aut quæ ſunt ad cultum Dei,aut quæ ſunt de neceſſitate ſalutis etiam corporalis,q.40.4.1^{m}.3^{m}.
¶Sacerdos fuit Chriſtus ſimul & hoſtia pacificorum & hoſtia pro peccato & holocauſtum,q.22.2.o.
Sacerdos fuit Chriſtus & rex,& legiſlator,non autem alii homines, q.22.1.3^{m}.
Sacerdos eſt Chriſtus ſm q̃ hõ,non autem ſm Deus,q.22.3.1^{m}.
Sacerdos nouæ legis operatur in perſona Chriſti,q.22.4.c.
Sacerdotis peccator participat effectum ſui ſacerdotii, non autem ut ſacerdos,q.22.4.1^{m}.
Sacerdos inquantum medius inter Deum & hominem habet nomen angeli,q.22.1.1^{m}.
Sacerdos ſpiritualiter dicitur de laico bono,non autem quo ad ordinem,q.82.1.2^{m}.
Sacerdotis proprium officium eſt,eſſe mediatorem inter Deum & populum,q.22.1.c.1^{m}.& 4.c.& q.26.1.o.
Sacerdotis officio conueniunt, oblatio ſacrificii & conſummatio, q.22.5.c.& 6.2^{m}.
Sacerdotis,ſacrificij oblatio duo continet,ſ.ipſum ſacrificium oblatum,& deuotionem offerentis,effectus autem eſt quod ſequitur ex ſacrificio,q.22.4.2^{m}.
Sacerdoti comparantur miniſtri,ſicut ſecundariũ agens principali, q.71.4.c.
Sacerdotes nouæ legis tenent locum ſeptuagintaduorum diſcipulorum Chriſti,q.67.2.2^{m}.
Sacerdotalẽ poteſtatẽ Chrs habuit excellẽtius angelis, q.22.1.1^{m}.
Sacerdotium Chriſti dat gratiam,& ſatisfacit pro nobis, q.22.3.o.
Sacerdotium Chriſti manet in æternum,q.22.5.o.
Sacerdotium Chriſti dr̃ ſm ordinem Melchiſedech,q.22.6.o.
Sacerdotium Chriſti quo ad oblationem,expreſſius figurabatur ſacerdotio legis quàm ſacerdotio Melchiſedech , ſed quo ad effectum eius eſt econuerſo,q.22.6.2^{m}.& q.61.3.3^{m}.
Sacerdotium fuit in Chriſto,in triduo mortis,q.50.4.3^{m}.
Sacerdotium ueteris legis fuit figura ſacerdotii Chriſti, ſed multũ diſtans,q.22.1.2^{m} & 6.c.
Sacerdotium leuiticum ſecundum carnis originem deriuabatur ad poſteros,q.31.8.4^{m}.
Sacerdotij effectum in ſe ſuſcipere,non conuenit Chriſto.q.22.4.o.
Sacerdotii totius origo eſt Chriſtus,q.50.4.3^{m}.
Sacerdotij diuini plenitudo eſt in Chriſto,q.63.6.c.
Sacerdotii Chriſti homo fit particeps per omnia ſacra, q.63.6.1^{m}.
¶Sacramentum eſt in genere ſigni,q.60.1.o.
Sacramentũ proprie non eſt ſignum cuiuslibet rei ſacræ, ſed tantũ rei ſacræ ſanctificantis homines,q.60.2.o.
Sacramentũ eſt ſignũ paſſionis Chriſti,gratiæ,& gloriæ, q.60.3.o.
Sacramentum proprie ſemper eſt aliqua res ſenſibilis,q.60.4.o.
Sacramentum unum perficitur verbis & rebus inquantum conueniunt in uno,ſ.in ſignificando,q.60.6.2^{m}.& q.62.4.4^{m}.
Sacramentum perficitur a proferente corrupte formam, niſi fiat ex induſtria,uel tantum q̃ tollatur ſignificatio, q.60.7.3^{m}.& 8.o.
Sacramentum non requirit neceſſario eandem miniſtri,q.64.9.o.
Sacramentum eſt id quod ſignificat perfectionem ſanctitatis humanæ, quæ uero ſignificant diſpoſitionem ad ſanctitatem non dicuntur ſacramenta,q.60.2.3^{m}.
Sacramentum ſpirituale ibi ordinatur,ubi occurrit ſpiritualis effectus gratiæ,q.72.1.c.
Sacramentum dicitur tripliciter,ſ.ſacrum ſecretum,ſignum rei ſacræ,& iuramentum,q.60.1.c.3^{m}.
Et de his tribus dicitur non æquiuoce,ſed analogice,q.60.1.3^{m}.
Sacramentum eſt ſignum rememoratiuum paſſionis Chriſti,demonſtratiuũ gratiæ,& prænunciatiuum futuræ gloriæ.q.60.3.c.
Sacramentum habet in ſe tria,ſ.cauſam,formam & finẽ,q.60.3.c.
Sacramentum tantum in pœnitentia,ſunt actus exteriores pœnitentis & abſoluentis,res uero & ſacramentum eſt pœnitentia interior,ſed res tantum eſt remiſſio peccatorum,q.84.1.3^{m}.
Sacramentum vide Baptiſmus,Character,Cathechiſmus,Confirmatio,Euchariſtia,Exorciſmus,Pœnitentia.
¶Sacramenti materia indiget duplici benedictione,ſ.cum inſtituitur,& cum applicatur ad effectum,q.72.3.2^{m}.
Sacramenti cuiuslibet forma continere debet illud in quo ſubſtantia eius conſiſtit,q.72.4.c.
Sacramenti effectus non impetratur oratione eccleſiæ uel miniſtri ſed ex merito paſſionis Chriſti,q.64.1.2^{m}.
Sacramenta ueteris & nouæ legis ſunt proteſtationes fidei, q.62.6.c.& q.72.5.2^{m}.
Sacra requirunt res determinatas ex inſtitutione Dei,q.60.5.o.
Et eorum quæ habent materiam corporalem, actus humani non ſunt de eſſentia ipſorũ,ſed diſpoſitiue ſe hñt ad ea,q.84.1.1^{m}.
Sacramenta quædam requirunt ſanctificationem materiæ de neceſſitate,quædã uero de ſolennitate tm̃,q.66.3.5^{m}.& q.72.3.o.
In indigentibus materia ſanctificata, prius materia conſecratur per Epiſcopum,q.72.3.o.
Sacramenta quorum effectus non dependet ex opere humano habent materiam ſenſibilem,non aũt ſi ex eo dependet,q.84.1.1^{m}
Sacramenta in quibus confertur ſuperabundans gratia habent materiam corporalem non autem alia,q.84.1.1^{m}.
Sacramenta requirunt formã determinatam uerborum,q.60.7.o.
Et eorum forma uel materia debent eſſe illa quibus homines communius utuntur,q.60.7.2^{m}.& q.66.5.7^{m}.
Et ipſis ſacramentis adiungitur verba,quæ expreſſius ſignificant in lege noua quàm in lege veteri,q.60.6.o.
Sed uerba ſunt ut forma,res uero ſenſibiles ut materia,q.60.6.c.2^{m}
Sacramenta ſunt neceſſaria ad ſalutem humani generis,q.61.1.o.
Sacramenta in ſtatu innocentiæ non fuiſſent neceſſaria,q.61.2.o.
Sacramenta fuerunt neceſſaria tempore legis naturæ poſt peccatũ, ſed indeterminata,q.60.5.3^{m}
In ſtatu legis naturæ,ſolo interiori inſtinctu determinabatur hominibus,quibus rebus ſenſibilibus ad Dei cultum uterentur,q.60.5.3^{m}.& q.61.3.2^{m}.
Sacramẽta determinata neceſſario fuerunt addita per legem Moyſi,ſupra ſacramenta legis naturæ,q.60.5.3^{m}.& q.61.3.o.
Sacramenta alia neceſſe eſt eſſe in lege noua quàm in lege veteri,q.60.6.3^{m}.& q.61.4.o.
Sacramenta ſimpliciter neceſſaria,ſunt tantum tria,q.65.4.o.
Sacramenta nouæ legis ſunt immediate inſtituta a Chro,q.64.3.c.
Eorum inſtitutor eſt ſolus Deus, quæ autem per homines ſunt inſtituta pertinent ad ſolemnitatem,ſed quæ a Chriſto,ſunt neceſſaria,q.64.2.5.o.
Sacramenta conferri poſſunt per miniſtros malos,q.64.5.o.
Sacramenta conferunt præciſi ab eccleſia ſeruantes formam eccleſiæ,quam ſi non ſeruent nihil conferunt,q.82.5.8.9.o.
Sacramenta ſuſcipere tenetur ſubditus a miniſtro eccleſiæ in peccato mortali exiſtente quandiu ab eccleſia ſuſtinetur, q.64.6.2^{m}.
Sacramenta producunt ſuum effectum virtute formæ & materiæ. q.86.6.c.
Sacramenta conſequuntur uirtutem ſpiritualem ex benedictione Chriſti,& applicatione miniſtri ad uſum ſacramenti,q.62.4.3^{m}.
Sacramenta diuerſa,diuerſimode purgant,illuminant,& perficiũt. q.65.1.3^{m}.
Et eorum effectus eſt duplex,ſ.principalis,ideſt gratia, & ſecundarius,ideſt character,q.62 principio.
Sacramenta eccleſiæ ordinantur ad perficiendum hominem in cultu Dei,& in remedium contra peccatum,q.65.1.c.
Et eorum efficacia eſt inſtitutione Chriſti, q.64.3.c.& q.66.6.c. 135.& q.72.1.1^{m}.
Et eorum interiorem effectum operatur Chriſtus per authoritatem vt Deus,ſed ut eſt homo meritorie, & efficienter vt inſtrumentum principale,q.64.3.o.
Et eorum efficacia,& uirtus eſt ex Deo vt a cauſa principali,a paſſione Chriſti,ut a cauſa meritoria,& ut ab inſtrumento coniuncto, a fide vero vt a continuante inſtrumentum principali agenti,q.62.5.o.& q.64.2.o.
Et eorum effectum non operatur deuotio miniſtri etiam impetrando,ſed aliquid annexum,q.64.1.2^{m}.
Sacramenta oĩa ſunt inſtituta contra aliquod peccatum, q.65.1.c.
Et omni ſacro commune eſt, q̃ per illud exhibetur remedium aliquod contra peccatum,per hoc q̃ grauant conferts,q.63.6.c.
Nec tamen ordinatur directe contra peccatum ueniale,q.65.1.8^{m}.
Sacramenta ueteris legis proprie dicuntur quæ ſignificabant ſanctitatem Chriſti,non quidem ut in ſe eſt ,ſed ut per eam ſanctificamur,q.60.2.2^{m}.
Et erant prænuncia Chriſti venturi,q.60.6.3^{m}.
Et eorum cauſa finalis erat paſſio Chriſti,q.61.3.1^{m}.
Sacramenta ueteris legis erant plura,q.65.1.4^{m}.
Sacramenta ueteris legis ſanctificabant applicando ad diuina, non

autem

autem iuſtificando.q.62.6.c.3^{m}.
Et nihil interius efficiebant, ideo dicuntur iuſtitiæ carnis,q.72.3.3^{m}
Nec purgabant a culpa,q.37.4.3^{m}.
Nec propria uirtute iuſtificabant,ſed ſignificabant fidem,qua iuſtificabantur patres antiqui,q.62.6.0.
Nec habebant in ſe aliquam ſpiritualem uirtutem operatiuam ſpiritualis effectus,q.62.6.c.& q.63.1.3^{m}.
Sacramenta nouæ legis conferunt gratiam,non autem ſacramentalia,q.71.3.2^{m}.
Sacramenta & ſacramentalia, quæ habent effectum perpetuum non poſſunt iterari,q.82.8.c.2^{m}.
Sacramenta quatuor dicũtur maiora,ſ.Baptiſmus,Confirmatio,Euchariſtia,& Matrimonium.q.65.3.4^{m}
Sacramentorum nouæ legis numerus,& ſufficientia,q.65.1.0.
Sacramentorum nouæ legis ordo exponitur,q.65.1.3.0.
Sacramentorum effectum,Chriſtus,ut homo poterat conferre ſine ſacramentis,ut inſtitutor eorum, & non alius homo.q.72.2.1^{m} & q.64 3.3^{m}.
Sacramentis omnibus ſanctificatur homo,quod fit per gratiam , q.64.6.2^{m}.
¶Sacrificium eſt duplex,ſ.interius, & exterius,q.22.2.c.& quæſtio.82.4.c.
Sacrificium dici poteſt omne quod Deo exhibetur ut ſpiritus feramur in Deum,q.22.2.c.& q.48.3.c.
Sacrificium exterius eſt ſignum ſacrificii interioris, quo quis ſe offert Deo,q.22.2.c.& q.82.4.c.
Sacrificium debet offerri ſoli Deo.q.18.3.c.
Sacrificium offerens debet eſſe particeps ſacrificii,q.82.4.c.
Sacrificium expiationis erat ſolemniſſimum,& erat præcipue figura Euchariſtiæ.q.73.6.c.
Sacrificium quod offerebatur quotidie,mane,& ueſpere erat agnus. & figurabat oblationem Chriſti eſſe ſacrificium conſummatiuũ omnium,q.22.3.3^{m}.
Sacrificium uerum fuit paſſio Chriſti,q.48.3.0.
Sacrificium fuit ipſa occiſio Chriſti reſpectu uoluntatis eius, non autem quo ad uoluntatem occidentium,q.22.2.2^{m}.& q.48.3.3^{m}.
Sacrificium Chriſti fuit efficaciſſimum ad delendum peccata, ratione dignitatis,q.22 3.1^{m}.
Sacrificio indiget homo,propter tria,q.22.2.c.
Sacrificio attribuuntur quatuor,ſ.cui,a quo, quid, & pro quibus offertur,q 22.3.1^{m}.&q.48.3.c
Sacrificia & oblationes in ſtatu legis naturæ indeterminata erant, & ab antiquis patribus ſolo interiori inſtinctu,ſeu p̃cepto legis naturæ fiebant,& pro libito uniuſcuiuſq; determinabantur,q.60.5.3^{m} & q.61.3.2^{m} &q.70.2.1^{m}.& 4.1^{m}.
Sacrificia ueteris teſtamenti ſignificabant paſſionem Chriſti. quæſt.48.3 0.
Sacrificia ueteris legis quibus caro non hominum,ſed aliorum animalium offerebatur,figurabant ſacrificium uerum quo caro Chriſti pro nobis offertur.q.48 3.1^{m}.
Sal.vide Baptizatus.Exorciſmus.
¶Salus eſſe non poteſt ſine manducatione ſpirituali Euchariſtiæ. q.80.11.c.
Salus.vide Baptiſmus.
¶Saluabantur pueri antiquorũ in fide parẽtũ.q.34.3.c.& q.70.4.2^{m}.
Saluari nullus unquam potuit ſine fide Chriſti. q.61.3 c.2^{m}.& quæſtio.68.1.0.
¶Sanctificatio duplex,ſ.totius humanæ naturæ, & perſonalis, quæſtio.27 2.4^{m}.
Sanctificatio duplex,ſ.adultorum per proprium actum, & paruulorum per fidem parentum vel eccleſiæ.q.34.3.c.& q.70.4.2^{m}.
Sanctificatio in utero,& alia quæ fiunt præter legem communem,ordinantur ad utilitatem eccleſiæ.q 27.6 c.
Sanctificatio maior fuit in B. Maria quàm in Ioanne Baptiſta, & in eo maior quàm in Hieremia.q.27.6 1^{m}.
Sanctificatio.Vide Maria,Sacramentum.
¶Sanctificari dicitur tripliciter,ſ.ex mũdo ſancto.ex non ſancto negatiue,& hoc tertium conuenit Chriſto.q.34.1.2^{m}.
Sanctificari non potuit B.Maria in parentibus, nec in conceptione eius,nec ante infuſionem animæ rationalis,q.27.1.1^{m}.& 2 0.
¶Sanctificata fuit beata Maria,prius quàm nata.q.27 1.0.
Sanctificata fuit B. Maria in utero a peccato originali. q.27 1.3^{m}
Et ſanctificata fuit bis,ſ.in utero matris,& quando cõcepit Chriſtũ , q.27. 3.c.
Sanctificati præcipue ſunt in utero qui immediatius ordinati ſunt ad ſignificandum ſanctificationem Chriſti.q.27.6 0.
Sanctificati non fuerunt Hieremias & Ioannes Baptiſta ante infuſionem animæ rationalis,q.27.2.2^{m}.
Sanctificati in utero debent baptizari.q.68.1.3^{m}.
¶Sanctificatos eſſe aliquos in utero non eſt credendum, de quib. nõ loquitur ſcriptura.q 27.6 c.
¶Sanguis non eſt actu pars,ſed eſt potentia totum.q.31.5.2^{m}.
Sanguis Chriſti eſt precium redemptionis noſtræ,q.48.4.3^{m}.
Sanguis Chriſti totus in paſſione eius effuſus reſurrexit cum eo, qui autem habetur in quibuſdam eccleſiis fluxit ex quadam imagine,q.54.3.3^{m}.
¶Sanitas.Chriſtus quemcumque curauit, ſanauit mente & corpore, q.44 3.3^{m}.
¶Sanari nõ poſſe,ille dr̃,qui non poteſt de facili ſanari.q.86 1.2^{m}.
¶Satisfactio pro ſe,uel pro alio,dicitur preciũ quoddam . q.48.4.c.
Satisfactio non debet imponi nouiter baptizatis,q 68.5.0.
Satisfactio de uno peccato ſine alio eſſe non poteſt.q.86.3.0.
Satisfactio actualis gratiam , præſupponit & auget,ſed ex propoſito ſatisfaciendi gratia confertur,q.90.2.2^{m}.
Satisfactio Chriſti per paſſionem ſuam,pro peccatis humani generis fuit ſufficiens & abundans q.48.2.4.c.
Satisfactione,pœnitens conſequitur perfectum effectum gratiæ . q.90 2.2^{m}.
Satisfacere Deo pro humana natura,nulla pura creatura potuit.q.1 2.2^{m}.& q.46.1.3^{m}.
Satisfacere poteſt unus pro alio,non autem conteri uel confiteri. q.48.2.1^{m}
Satisfacere poteſt homo Deo ſecundum æqualitatem proportionis, non autem ſecundum æqualitatem quantitatis offenſæ . quæſt.85.3.0.
Satisfecit plene minima pœna Chr̃i,pro gn̄e humano, q.46. 6 6^{m}.
Satisfecit Chriſtus pro tota natura humana ſufficienter, non autem efficienter.q.79.7.2^{m}.
¶Scandalum.Eius occaſione non eſt ueritas dimittenda.q.42.2.0.
¶Scientia eſt abſtractio ſpecierum a phantaſmatibus.q.12.2.c.
Scientia eſt de eo quod aliquo modo eſt.q.10.3.c.
Scientia acquiſita,ad quam opinio diſponit, poteſt remanere cognitio per ſyllogiſmum dialecticum cauſata,q.9.2^{m}.2.
Scientia in ſtatu innocentię nõ fuiſſet acquiſita ex ſenſibus.q 61.2 0
Scientia increata eſt ſupra naturam animæ rationalis,q.9.2.3^{m}.
Scientia aliqua creata fuit in Chriſto,præter ſcientiam diuinam. q.9 1.0.
Scientia diuina Chriſti non offuſcabat ſciẽtiam humanam, ſed magis claram reddebat.q.9.1.2^{m}.
Scientia animæ Chriſti eſt nobilior ſecundum quid quàm anima eius,non autem ſimpliciter,q.11.5.3^{m}.
Scientia practica & ſpeculatiua fuit in Chriſto.q.13.1.3^{m}.
Et omnis ſcientiæ,uirtutis & gratiæ plenitudo fuit in Chriſto. q.15.3.c.1^{m}.
Scientia beatorum fuit in Chriſto.q.9.2 0.
Scientia animæ Chriſti in verbo,parificatur ſcientiæ uiſionis Dei , quo ad numerum ſcibilium,non quo ad claritatem.q. 10.2 3^{m}.
Scientia indita animæ Chriſti fuit habitualis , non autem ſcientia eius beata.q.11.5.0.
Scientia infuſa fuit in Chriſto,quia in anima eius per uerbum impreſſæ, ſunt ſpecies omnium rerum ad quas intellectus poſſibilis eſt in potentia.q.9.3.0.
Scientia Chriſti indita,fuit diſtincta in multos habitus . q.11.6.0.
Scientia Chriſti infuſa erat diſcurſiua quo ad uſum,non quo ad acquiſitionem.q.11.3.0.
Scientia infuſa in anima Chriſti fuit multo excellentior quàm in angelis quo ad multitudinem cognitorum, certitudinem,& lumen,ſed quo ad modum fuit econuerſo,q.11.4.0.
Scientia acquiſita fuit in Chriſto.q 9 4.0.& q.11 0.& q.15.8.0.
In ſcientia acquiſita Chriſtus profecit,quia augebatur eſſentialiter, non autem aliæ ſcientiæ eius.q.12.2 0.& q 15.8.0.
Scientia.Vide Anima,Deus.
Scientiæ habitus acquiritur per comparationem humanæ mentis ad phantaſmata.q.9.4 3^{m}
Scientiæ quantitas attenditur ſecundum numerum ſcibilium,& ſecundum,claritatem cognitionis.q.10.2.3^{m}
Scientiã Chriſtus nõ accepit ab homine,nec ab angelis, q.12 3 4.0.
¶Sciſmatici & heretici retinent poteſtatem ſacramentalem,non autem uſum. q.64.9 2^{m}.3^{m} &q.82 9.0.
¶Scriptura ordinatur ad impreſſionem doctrinæ in cordibus auditorum,ſicut ad finem,q.42.4 c.
¶Se,eſt relatiuum reciprocum,& refert idẽ ſuppoſitum,q.3.2.1^{m}.
¶Sedere ad dexteram patris in beatitudine eius, conuenit ſoli Chriſto ſecundum utramque naturam,q.58.0
Sedere ad dexteram filii uel Spiritusſancti non conuenit patri,q.58.2.3^{m}.
Sedere ad dexteram patris conuenit Spiritusſancto ſecundum ueritatem,ſed non appropriatur ei æqualitas,nec ſeſſio ad dexteram, ſed filio,q.58.2.3^{m}.
Sedere ad dexteram Dei non conuenit ſanctis , ſed bene eſſe conſtitutum ad dexteram Dei,q.58 4 2^{m}.
Sedere ad ſiniſtram in beatitudine,nulli ſancto conuenit,q 58.1.2^{m}
¶Semen maſculi non eſt ſicut materia in conceptione animalis,ſed ſolum ſicut agens q.28.1. 5^{m}.

Semen mulieris nihil facit ad generationem prolis,q.32.4.3^{m}.
Semen fœmine eſt imperfectum in genere ſeminis, & reſoluitur cũ concupiſcentia.q.31.5.3^{m}
Virtus animæ quæ eſt in ſemine per ſpiritum qui in ſemine includitur format corpus in generatione,q.32.1.1^{m}
Senſitiua operatio.vide Operatio.
¶Senſibilia communia maxime diiudicat uiſus,q.55.6.4^{m}
¶Senſualitas ſignificatur per ſerpentem,q.18.2.3^{m}
¶Sepulchrum.Chriſtus fuit in ſepulchro una die, & duabus noctibus.q.51.4.o.& q.53.2.c.
Sepultura ſm morem cuiuslibet gentis ſeruanda eſt.quæſt.51.2.2^{m}
Sepultura Chriſti operata eſt efficienter noſtram ſalutem. q.51.1.1^{m}.& 2.4^{m}
¶Sepultus fuit Chriſtus conuenienter, & conuenienti modo.q.51.1.2.o.
¶Seruitus ciuilis non excludit ordinem Iuris naturalis uel ciuilis,q.68.10.2^{m}
Seruituti diaboli homo fuit iuſte relictus a Deo, licet ille iniuſte inuaſerit eum.q.46.3.3^{m}.& q.48.4.2^{m}
¶Significatio dictionis apud nos mutat ex uariatione facta in principio,conſignificatio uero ex uariatione facta in fine, ſed apud Græcos mutatur in uerbis et in principio,q.60.7.3^{m}
¶Signum primo & principaliter conuenit ſenſibilibus, non autem intelligibilibus,q.60.4.1^{m}
Signum naliorum ordinatorum ad unum non eſt fallax, ſed certum,q.60.3.1^{m}
Signum effectus non proprie dicitur eſſe cauſa principalis,ſed tantum cauſa inſtrumentalis,q.62.1.1^{m}
Signi poteſt eſſe ſignum reſpectu diuerſorum,q.48.3.2^{m}
¶Symbolum cantatur poſt euangelium ad oſtendendum, q̃ populus doctrinæ fidei aſſentit,& cantatur in feſtis, de quibus fit aliqua mentio in eo,q.83.4.c.
¶Simpliciter dicitur dupliciter, ſ.abſolute, & totaliter,q.50.5.c.
¶Singulare dicimr de parte in toto,q.16.12.2^{m}
¶Sinus Abrahæ dicebatur ratione quietis a pœna ſenſibili,quæſt.52.2.4^{m}
¶Situs eſt de ratione quantitatis dimenſiuæ,q.77.2.c.
Socrates.uide Pythagoras.
¶Sodomia eſt carnalis concupiſcentia contra naturam, quæ maxime creuit tempore Abrahæ,q.70.2.1^{m}
Sol.vide Eclypſis.Miraculoſa.
¶Somniorum cauſa duplex,ſ.interior,& exterior, q.80.7.c.
¶Speculum fractum repræſentat multas imagines,q.76.3.e.
¶Spes habet duplex obiectum,ſ.bonum expectatum, & auxilium Dei,q.7.4.c.
Spes eſt tantum eorum,quæ non habentur a ſperante, q.7.8.2^{m}.& 9.^{m}
Spes eſt de perfectione propria ſit futura,q.7.4.3^{m}
Spei theologicæ principale obiectum eſt gloria animæ , non autem gloria corporis,q.7.4.2^{m}
Spei virtutem Chriſtus non habuit,licet habuerit ſpem reſpectu aliquorum,q.7.4.c.
Sputum.vide Baptizatus,Exorciſmus.
¶Status hominum triplex,ſ.ueteris legis,nouæ legis,& patriæ,quæſtio.53.2.c.
Status triplex,ſ.ante legem,ſub lege,& ſub gratia,q.53.2.c.
Stanu.Vide Anima,Lex,Chriſtus.
¶Stuprum,filia ſacerdotis etiam nupta deprehenſa in ſtupro lapidabatur infamia tantum,ſed flammis exurebatur, aliæ uero lapidabantur,q.29.1.4^{m}
¶Subiectio Chriſti,& cuiuslibet alterius hominis ad Deum, eſt triplex,q.20.1.o.
Subiectus fuit ſibiipſi Chriſtus ſecundum naturam humanam, non autem ſecundum naturam diuinam,nec ſecundum aliam perſonam.q.10.2.o.
Subiectus eſt homo poteſtati Dei , ſecundum quam numquã deſiit eſſe Dei,q.48.4.1^{m}
Subiecta ſunt nunc omnia Deo & Chriſto ſecundum poteſtatẽ, ſed poſt iudicium per finalem impletionem uoluntatis eius, quæſt.20.1.3^{m}
¶Subſtantia dicitur dupliciter, ſ.eſſentia,& ſuppoſitum , q.2.6.3^{m}
Subſtantia eſt res habens quidditatem cui debetur eſſe per ſe, & nõ in alio,q.77.1.2^{m}
¶Succeſſio eſt in mutatione formali,non autem in conuerſione ſubſtantiali,quæ importat ordinem ſubſtantiarum, quarum una conuertitur in alteram,q.75.4.1^{m}
¶Suffragia peccatoris in perſona totius eccleſiæ facta proſunt mortuis,q.82.6.c.
Suffragia,i.opera bona quæ damnati fecerunt hic,proſunt eis in inferno ad patiendum tolerabilius iudicium,q.86.6.3^{m}
¶Superficies eſt primum ſubiectum colorum,q.77.2.c.
¶Suppoſitum & natura realiter differunt in compoſitis, in Deo autem ſunt idem re,ſed differunt ſecundum modum ſignificandi, q.2.2.c.
Suppoſitum in Chriſto eſt tantum unum,q.2.3.o.
Suppoſitum.vide Perſona.

T

TAbula ſecunda poſt naufragium,eſt pœnitentia,q.84.6.o.
Tactus.Proles in uentre matris,antequam habeat aĩam rationalem,ſentit per tactum,q.34.2.3^{m}
¶Temperantia tanto eſt perfectior in homine , quanto magis prauis concupiſcentiis caret,& ideo fuit in Chriſto,q.7.2.3^{m}
¶Templa,& quæcumque alia conſecrata ab angelis,non debẽt amplius conſecrari,q.64.6.c.
¶Tentatio triplex,ſ.fomitis,mundi, & diaboli , prima non fuit in Chriſto,ſed ſecunda & tertia,q.15.2.3^{m}.
Tentatio Chriſti debuit fieri in deſerto.q.41.2.o.
Tentationis occaſio duplex,ſ.ex parte hominis,& ex parte diaboli, prima eſt uitanda,non ſecunda,q.41.2.2^{m}
Tentationis primi hominis & Chriſti ordo.q.41.4.c.
¶Tentando Chriſtum diabolus,a nemine uidebatur,& oſtendit ſibi regna ſignando digito, nihil tamen oculis eius repræſentando, q.41.4.7^{m}
Tentari uoluit Chriſtus quadruplici ratione.q.41.1.o.
Tentari debuit Chriſtus poſt ieiunium,q.41.3.o.
Tentat demon hominem ſpiritualem,ſed non ſtatim de grauibus, q.41.4.c.
¶Tentatur eſt Chriſtus,ſed non ſolum in deſerto,q.41.2.3^{m}
Tentatus fuit Chriſtus diebus ieiunii præter illas tres tentationes quas habuit poſt ieiunium, q.41.3.2^{m}
¶Tempus, Vnitas & pluralitas temporis, & inſtantis accipimus tantum ſecundum primum motum cœli,qui eſt principium omnis motus & quietis,q.75.7.1^{m}
¶Tenebræ, tempore paſſionis Chriſti factæ ſunt in uniuerſa terra, a ſexta hora uſq; ad nonam,q.44.2.2^{m}
¶Ternarius numerus,eſt numerus perfectus,q.53.2.c.
¶Teſtamentum eſt diſpoſitio hæreditatis,quod ubi eſt,mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris,q.78.3.3^{m}
¶Teſtes transfigurationis fuerunt conuenientes, ſ. Moyſes, Helias, Petrus,Ioannes,Iacobus,& Deus pater.q.45.3.4.o.
¶Thomas iubetur tangere Chriſtum,q.54.4 in opp^{m}.c.2^{m}
Thomas aliud uidit & aliud credidit,q.55.5.3^{m}
¶Thurificatio non ceſſauit in nouo teſtamento,in quo ea utimur ex ſtatuto eccleſiæ,primo ad reuerentiam ſacramenti altaris,ſecundo ad repræſentandum effectum gratiæ,q.83.5.2^{m}
¶Timor reſpicit duo,ſ.malum terribile, & bonum cuius poteſtate malum poteſt inferri,q.7.6.o.
Timor & triſtitia habent conuenientiam in malo,ſed primũ eſt de futuro,ſecundum de præſenti, q.15.7.c.
Timor facit pallere,ſed uerecundia rubere,q.72.9.c.
Timoris donum,ſecundum q̃ reſpicit diuinam eminentiam,& ſecundum q̃ appetitus eius fugiebat læſionem corporis.q.7.6.o.& q.15.7.o.
¶Totum triplex, ſcilicet integrale,uniuerſale, & poteſtatiuum . q.90.12.c.
¶Transfiguratio Chriſti conuenienter facta eſt,q.45.1.o.
Transfiguratio.uide Claritas,Miſſio,Teſtes.
¶Tranſubſtantiatio.uide Conuerſio,Euchariſtia.
¶Triduo mortis,Chriſtus non fuit uere homo. q.50.4.c.
Triduo mortis,corpus Chriſti non fuit uiuum , nec animatum. q.50.4.c.
Triduo, Chriſtus fuit totus in ſepulchro,non aũt totum. q.52.3.o.
¶Trinitas non poteſt dici pater Chriſti,nec ſecundum humanitatẽ, nec ſecundum diuinitatem,q.32.3.o.
¶Triſtitia cauſatur ex apprehenſione mali præſentis,q.15.6.7.c.
Triſtitia interior mitigatur directe a uirtute morali,ſed dolor exterior indirecte, q.46.6.5^{m}
Triſtitia ſecundum Stoicos non eſt utilis , ideo qualibet ſecundũ eos eſt uitanda,q.46.6.2^{m}
Triſtitia uera fuit in Chriſto,q.15.6.o.& q.46.6.o.
Triſtitia fuit tantum in ratione inferiori Chriſti,q.46.8.o.
Triſtitia.uide Dolor.
¶Triticum.uide Euchariſtia.
¶Turtur & columba erant ſacrificia pauperum,& multa ſignificant ſpiritualiter,q.37.3.4^{m}.

V

VAS dicitur dupliciter,ſ.locus quidam continens, & inſtrumentum alicuius operis.q.62.3.1^{m}
¶Vegetatiua.uide Operatio.
¶Velleitas eſt quæ ſecundum motum uoluntatis conſideratæ ut natura,aliquid uolumus,q.21.4.c.
Veniale.uide Peccatum,Pœnitentia,Redeunt,Remiſſio.
¶Verba tenent præcipuum locum inter ſigna , quibus homo aliqd ſignificat alteri,q.60.6.c,1^{m},2^{m},

Verbum producere proprium eſt patri q.39.8.2^{m}.
¶Verecundia reſpicit turpe factum ut præſens, pro quo timet cōfundi q.85.1.2^{m}.
Verecundia. vide Timor.
¶Vgo de ſancto Victore, circa dotes corporis glorioſi, & alam quæ dicebat eſſe hominem reprobatur q.45.2.c.& q.50.4.c.
Viaticum. vide Eucharistia.
Vincentius. vide Laurentius.
¶Vindicatiua continetur ſub iuſtitia commutatiua & reſpicit perſonam iudicis q.85.3.3^{m}
¶Vindicta duplex, ſ. abſque ordine rationis, & ſecundum ordinem iuſtitiæ q.15.9.c.
¶Vinum uitis calefacit, lætificat, & eſt proprie uinum, alia uero per ſimilitudinem eius q.74 5.c.1^{m}
¶Violatio. Quæ uiolari non licebat, dicebantur antiquitus ſancta, q.60.1.2^{m}
¶Virginitas quo ad principalem dignitatem recuperari poteſt, non quo ad ſecundam, ſcilicet innocentiam, q.89.3.c.1^{m}
¶Virtus de ratione ſua reddit opus bonum, q.7.6.1^{m}
Virtutes ſunt ſubiectiue in potentiis animæ, q.7.2.c.
Virtutes morales ſunt connexæ, q.85.6.c.
Virtutes omnes ſimul tempore incipiunt eſſe in anima ſecundum habitus, ſed ordine naturæ una eſt prior alia ſecundum actus, q.85.6.c.
Virtutes infuſæ non auferunt contrarias diſpoſitiones, ſicut acquiſitæ, ideo patiuntur difficultatem in operando, q.89.1.3^{m}.
Virtutes ſupra gratiam addunt quaſdam perfectiones determinate ordinatas ad proprios actus potentiarum, q.7.2 c.& q.62.2.0.
Virtutes omnes fuerunt in Chriſto, ad perficiendas ſingulas potentias, ad omnes actus animæ, q.7.2.0.
Virtutes morales fuerunt in Chriſto, q.7 2.3^{m}
¶Viſio intellectualis eſt excellentior uiſione corporali & imaginaria ſola. q.30.3.1^{m}
Viſio. vide Deus, Natura.
Viſus. vide Senſibilia.
Vita. vide Ioannes.
¶Vita Chriſti non debuit eſſe ſolitaria, q 40.1.0.
Vita Chriſti non fuit ſemper in publico, q.40.1.3^{m}
Vita contemplatiua ſimpliciter eſt melior quàm actiua, q.40.1.2^{m}
Vita communis in communi cōuerſatione approbatur, q.40.1.1^{m}
Vitæ actiuæ opus duplex, ſ. ſpiritualè, & corporale: primum eſt melius operibus uitæ contemplatiuæ, q.40.1.2^{m}
¶Vitam actiuam ſpiritualem, Chriſtus elegit, q.40.1.2^{m}
Vitam aliis conformem & non auſteram, Chriſtus debuit eligere, q.40.1.0.
¶Viuificare effectiue conuenit Deo, non autem formaliter, q.2.5.3^{m}.& q.5.3 2^{m}
¶Viuum ſiue animatum eſt ſuperius ad hominem, & ad animal, q 50.4 in oppoſitum.
Viuum eſt prædicatum eſſentiale, non accidentale, q.50.5.c.
¶Vnctio baptizatorum in ſummitate capitis ſignificat Spiritus ſancti ſuper ipſos deſcenſum, ad habitationem Deo conſecrandam, q.72.11.3^{m}
Vnctio Chriſmatorum in fronte ſignificat Spiritusſancti ſeptiformem gratiam, cum omni plenitudine ſanctitatis ſcientiæ & uirtutis ſ. per ipſos uenire, q.72.11.5^{m}
Vnctio extrema eſt contra reliquias peccatorum, q. 65.1.c.
Et per eam infunditur gratia, q.87.3.c.
Et confertur perfecta ſanitas ſpiritualis, q.84.1.1^{m}
Et immediate præparat hominem ad gloriam, q.65.1.4^{m}
Vnctionis extremæ materia, ſ. oleum, oportet quòd ſit ab Epiſcopo conſecrata, 1.72.3.c 3^{m}
¶Vnio ex duobus uel tribus, tripliciter fit, q.2.1.c.
Vnio animæ & corporis eſt de ratione hominis, q.50.4.c.
Vnio naturæ diuinæ & humanæ, eſt aliquid creatum, q.2 7.0.
Vnio uerbi Dei facta eſt in perſona diuina, & non in natura, q.2.1.2.0.& q.50 2 c.1^{m}
Vnio uerbi Dei facta eſt in ſuppoſito, q.2 3.0.
Vnio naturæ humanæ cum uerbo Dei, non eſt accidētalis, q.2.6.0.
Vnio naturæ diuinæ & humanæ eſt maxima ex parte eius in quo facta eſt, non autem ex parte unitorum. q.2.9.0.
Vnio animæ & corporis fuit in Chriſto, q.2.5 0.
Vnita eſt diuina natura non ſolum animæ, ſed etiam corpori Chriſti, q.2.10.2^{m}
Vnitas diuinæ perſonæ eſt maior quàm unitas naturæ & perſonæ in nobis, & quàm unio animæ & corporis. q.2.9.3^{m}.
Vnitate ſpeciei ſublata, auſertur unitas numeralis, niſi idem ſuppoſitum ſubſiſtat in duabus naturis, q.50 5.2^{m}
Vnum ex multis fit tripliciter, ſcilicet ex multis integris perfectis remanentibus, ex perfectis ſed tranſmutatis, & ex non permixtis, 2.2.1.c.
Vnum numero dicitur dupliciter, ſcilicet unitate naturæ, & perſonæ, q.3.6.1^{m}.& 7.2^{m}
Vnum dicitur tripliciter, ſ. unitate indiuiſibilitatis, continuitatis & perfectionis, q.75.2.c.
Volnntas. vide Deus.
Voluntas duplex, ſ. ut natura, & ut ratio, prima eſt ad unum, ſecunda ad utrumlibet, q.18.3.4 5.c.
Voluntas ut natura, & uoluntas ut ratio non differunt eſſentialiter ſecundum potentias, q.18.5 c.1^{m}
Voluntas mouet omnes potentias animæ, q.85.4.4^{m}
Voluntas ſuſcipiendi baptiſmum ſufficit, quando quis baptizari deſiderans, morte præuenitur, q.68.2.c.1^{m}
Voluntas in Chriſto eſt duplex, ſcilicet diuina, & humana. quæſt. 18.1.0.
Voluntas humana in Chriſto dr tripliciter, ſ. potentia naturalis, motus naturalis, & motus rationalis, q.18.1.3^{m}
Voluntas humana in Chriſto eſt duplex, ſ. rationis, & ſenſualitatis, q.18.2.0.
Voluntas humana rationalis in Chriſto fuit tantum una per eſſentiam, ſed duæ ex parte actus. q.18.5.0
Volūtas ſenſualitatis, & ut natura, in Chriſto noluit aliud quàm Deus, non autem ut ratio, q.18.5.0.& q.21.5 4.0.
Voluntas ut rō, & uoluntas ut natura, uel ſenſualitatis in Chriſto, nullam contrarietatem inter ſe habuerunt. q.18.6.0.
Voluntas & quicquid aliud fuit naturæ humanæ in Chriſto, ſemper mouebatur ſecundum nutum uoluntatis diuinæ. quæſtio.18.1.1^{m}.4^{m}.
Voluntas pietatis in Chriſto, eſt uoluntas ut natura, q.18.5.5^{m}.
¶Vomitus. Siquis per ebrietatem uel uoracitatem, aut infirmitatis cauſa Euchariſtiam euomerit, pœniteat, & quomodo. quæ.8.83 6.7^{m}.
¶Votum, Opus ex uoto eſt laudibilius quàm ſine uoto. q.18 4.0.
Votum uirginitatis beata Maria ante diſponſationem ſub conditione fecit, poſt uero ſimul cum ſponſo ſuo abſolute uirginitatē uouit q.18.4.0.
¶Vox ſuper Chriſtum in baptiſmo fuit a tota trinitate, ſed manifeſtatiue appropriatur patri q.39.8.2^{m}.
Vox illa non eſt natura patris loquentis, ſicut nec ſpecies columbæ eſt natura Spiritusſancti, nec ſpecies hominis in qua demonſtratus eſt filius, eſt natura filii Dei. q 39 8.2^{m}.
¶Voce illa declaratur ſolus pater ut loquens, ſicut naturam humanam ſolus filius aſſumpſit, & in columba ſolus Spiritusſanctus demonſtratus eſt q 39 8 2^{m}.
Vterus. uide baptiſmus, Ioannes, Maria, Sanctificatio.
¶ Vti aliquo dicitur dupliciter, ſcilicet ut principio uſus, & vt obiecto, hoc modo aliquis male utitur Euchariſtia, & non primo modo q.80.4 3^{m}.

X

Xp̄s in ſacramento continetur ſub aliena ſpecie, triplici ratione q.75.5.0.
Et totus eſt ſub qualibet parte utriuſque ſpeciei q.76.2.5.0.
Xp̄s totus continetur ſub duplici ſpecie ſacramenti Euchariſtiæ, aliter tamen & aliter. q 76.2.0.
Xp̄s ad motum ſacramenti non mouetur, per ſe, ſed ſolum per accidens. q.76 6.0.
Xp̄s in Euchariſtia non eſt vt in loco, q 76.6.1^{m}
Xp̄s uidet ſe corporaliter ſub ſacramento. q.76.7 2^{m}
Xp̄s ſi in triduo fuiſſet in Euchariſtia, paſſus fuiſſet in ea, paſſione innata, non paſſione illata q 81 4 0.
Xp̄s ſumpſit corpus ſuum & ſanguinem in Euchariſtia. q. 81. 1 0. & q.84 7 4^{m}
Xp̄s ſumpſit Euchariſtiam ſacramentaliter, & ſpiritualiter, ſed aliter quàm cæteri q.8 .1.2^{m}
Xp̄s dedit in ſacramento diſcipulis corpus ſuum paſſibilē, ſed ſub impaſſibili modo. q.81.5 0.
Xp̄s dedit Euchariſtiam Iudæ in cœna præter bucellam intinctam. q.81 2.0.
Xp̄s ſignificat naturam diuinam & humanā, q.16.5.c.& q. 17. 1.0
Xp̄s noluit naſci de ſacerdotibus, q 31 1.2^{m}.
Xp̄s poteſt dici bis natus. q.35.2.4^{m}.
Xp̄s tamquam dominus & conditor omnium temporum, elegit tempus in quo naſceretur, q.35.8.0.
Xp̄s noluit nutriri in Nazareth, & non naſci, quia uoluit florere per uirtuoſam conuerſationem, & non per carnis originem, quæſt. 35.7.2^{m}.
Xp̄s in ſua infantia & pueritia in nullo differebat ab aliis pueris, quo ad exteriorem conuerſationem. q 20 1.3^{m}.
Xp̄s ſecundum aliquid fuit triplici ſtatu, ſcilicet innocentiæ, culpæ, & gloriæ. 2.13.3.2^{m}.
Xp̄s nullum habuit peccatum. q.14.5.0.& q.15.1.0.& q.31.7 0.
Xp̄s non eſt filius Dei adoptiuus, q.23.4.0.
Xp̄s fuit filius adoptiuus Ioſeph q. 28.1.1^{m}.
Xp̄s fuit maior angelis ſecundum utramque naturam. q. 22.1.1^{m}.
Xp̄s

Xp̄s ſecundum humanitatem influit in angelos, & in eis aliquid cauſat. q. 8. 4. c. 1m. 3m.
Xp̄s perfectius videt eſſentiã Dei quàm omnes angeli & homines. a. 10. 4. o. & q. 11. 4. o.
Xp̄s ſecundum diuinitatem fuit cauſa ſuæ reſurrectionis, non autem ſecundum humanitatem. q. 53. 4. o.
Xp̄s poſt reſurrectionem eius apparuit pluries, ſed non eſt conuerſatus cum diſcipulis ſuis continue ſicut prius. q. 55. 3. o.
Xp̄s vbi corporaliter añ aſcenſionẽ manſerit, neſcitur. q. 55. 3. 2m.
Xp̄s per Baptiſmum reparat perſonam, & per reſurrectionem naturam. q. 63. 5. 3m.
Xp̄s in triduo fuit totus vbique, ſed non totum q. 52. 3. o.
Xp̄s ſecundum quòd homo eſt perſona, ſuppoſitum, hypoſtaſis, & res naturæ, omnium iſtarum propoſitionum idem eſt iudicium. q. 16. 12. 3m.
Xp̄s ſecundum quòd homo habet gratiam unionis, eſt uera. q. 16. 11. 1m.
Xp̄s ſecundum q̃ eſt iſte homo, eſt Deus, eſt uera. q. 16. 11. 3. 1m.
Xp̄s ſecundum q̃ homo eſt ſuppoſitum, vel hypoſtaſis, uel perſona, ſi ly homo ſtet pro perſona, propoſitio eſt uera. q. 16. 12. o.
Xp̄s ſecundum q̃ homo eſt Deus, proprie eſt magis neganda quã affirmanda. q. 16. 11. o.
Xp̄s eſt tantum homo, eſt falſa, ſed hæc eſt uera, Chriſtus eſt tantũ id quod eſt homo. q. 17. 1. 3m.
Et Chriſto demonſtrato, hæc eſt falſa, iſte homo incœpit eſſe, niſi addatur aliquid, ſcilicet ſecundum humanitatem. q. 16. 9. o.
Xp̄s eſt creatura ſecundum humanam naturam, & minor patre, eſt vera, ſed hæc eſt falſa, Chriſtus eſt creatura, niſi addatur, ſecundum humanam naturam. q. 16. 8. o.
Xp̄s ſecundum q̃ homo eſt creatura eſt magis concedenda quàm neganda, ſed hæc eſt neganda, Chriſtus ſecundum quòd hic homo eſt creatura. q. 16. 10. o.
Xp̄s eſt in quem antiqui patres ferebantur per eandem fidem & dilectionem qua & nos in ipſum ferimur, ideo pertinebant ad idẽ corpus eccleſiæ ad quod nos pertinemus. q. 6. 3. 3m. & q. 8. 3. 3m.
Xp̄s ſecundum quòd homo eſt caput eccleſiæ q. 8. 1. o.
Xp̄s ſecundum animam & ſecundum corpus eſt caput hominum, quoad utrumque. q. 8. 2. o.
Xp̄s & alii dicuntur capita eccleſiæ, ſed differenter. q. 8. 6. o.
Xp̄s eſt caput hominum ſecundum diuerſos gradus. q. 8. 3. o.
Xp̄s eſt caput omnium qui fuerunt a principio mundi uſque ad finem ipſius, & omnium qui ad eccleſiam pertinent ſecundum omnem locum, & tempus, & ſtatum, & propriam uirtutem q. 8. 3. 6. c.
Xp̄s habuit ſummum gradum fortitudinis. q. 15. 2. 3m.
Xp̄s uirtute ſuæ deitatis in ſe & in ſuis diſcipulis ſine abſtinentia carnem comprimebat. q. 40. 2. 2m.
Xp̄s habuit meliori perfectius quicquid eſt perfectionis & uirtutis in fide & ſpe. q. 7. 9. 1m.
Et eius uoluntas informabatur charitate & aliis uirtutibus. q. 49. 6. 2m.
Xp̄s quo ad intellectum habuit plenam Dei uiſionem, ſed quo ad imaginationem habuit quaſdam ſimilitudinem in quibus potuit ſpeculari diuina. q. 7. 8. 1m.
Xp̄s eſt unum, & unus, ſed non duo. q. 17. 1. o.
Xp̄s ea quæ ab aliis obſeruanda inſtituit, primo ipſe obſeruauit. q. 81. 1. c.
Xp̄s eſt aliquid quod eſt pater, & eſt aliquid quod non eſt pater. q. 17. 1. 4.
Xp̄s non poteſt dici filius Spiritusſancti, nec etiam totius Trinitatis q. 32. 3. o.
Xp̄i perſona ſimpliciter conſtituitur ſecundum naturam diuinã, non autem ſecundum naturam humanam niſi ſecundum quid, ut ab ea denominatur homo. q. 3. 1. 3m.
Xp̄i perſona eſt tota in quolibet loco, ſed non totaliter. q. 52. 3. 3m.
Xp̄i natura humana eſt in ipſo nobilior, quàm in aliis. q. 2. 2. 2m. & 5. 5m.
Xp̄i humanitas fuit inſtrumentum diuinitatis eius. q. 7. 1. 3m. & q. 13. 2. c.
Xp̄i humanitas poteſt dici indiuiduum, & ſingulare, non autẽ ſuppoſitum, hypoſtaſis, uel res naturæ q. 2. 2. 3m. & q. 12. 1m. 3m.
Xp̄i uirtus operatur in ſacramentis per modum ſanationis & expiationis cuiuſdam. q. 52. 8. 2m.
Xp̄o non attribuuntur natura humana in abſtracto, nec partes eius. q. 2. 8. c. & q. 17. 1. c & q. 50. 3. 3m.
Xp̄i vide Anima, Apparitio, Aſcenſio, Corpus, Crux, Dæmon, Dolor, Gratia, Iudex, Iudiciaria, Meritum, Miracula, Nalei, Natiuitas, Occiſio, Operatio, Oratio, Paſſio, Perſona, Poteſtas, Prædeſtinatio, Prædicatio, Reſurrectio, Reuerentia, Sacerdos, Sanguis, Sacramenta, Sedere, Sepulchrum, Sepultura, Subiectus, Tentatio, Traditio, Triſtitia, Virtus, Vita, Viſio, Voluntas.
¶Zacheus. vide Centurio.

FINIS.

CONTENTORVM IN COMMENTARIIS
TERTIÆ PARTIS ALPHABETICA
ANNOTATIO.

A

ABSOLVTIONIS forma licet conſiſtat in his duobus uerbis, ſ. Abſoluo te, ſi uis tamē alijs uerbis uteretur(puta remitto tibi peccata) ſacramentum eſſet perfectum q. 84. ar. 3.
1 ¶ Abſtractionis duplicis, ſ. ex parte rei & ex parte intellectus diſ ertatio. q. 3 ar. 3.
2 Abſtractionis per modum reſolutionis uoſe quid intelligatur, q 3. ar 3. ad 3m.
3 Abſtracta per intellectum diuinis perſonalitatibus an poſſit intelligi natura diuina aſſumere. q. 3. ar. 3. ad 2m.
1 ¶ Actus habetur ſecundum quandam eminentiam ergo eſt actibus aliorum, an ualeat conſequentia. q. 8. ar. 5
1 ¶ Affirmatio ſi eſt cauſa affirmationis & negatio negationis, iſta regula tenet in ſolis cauſis proprijs. quæſt. o. 64. articul. 6. ad 1m.
1 ¶ Agens propria dicitur poſſe ut in proprium effectum & ut in propriam naturam, quod unica tranſmutatione poteſt aducere de potentia in actum. q. 28. ar. 1. ad 3m.
2 ¶ Altaris & altarium rerum eccleſiaſticarum inanimatarum cōſecratarum uirtus. q. 83. ar. 3.
3 ¶ Azymum Euchariſtia. 5.
1 Analogia. Nomen. 5.
1 ¶ Angeli deficerat neceſſitate reparationis, quomodo intelligitur. q. 4. art. 2.
2 Angeli. Miniſtrate. 1.
1 ¶ Anima ſeparata an in communi reſurrectione huius uel illius rauerſa ad corpus retineat ſuam propriam terminationē, an perdat illam & terminetur perſonalitate totius. quæſtio. 6. artic. 3.
1 ¶ Antichriſtus an dicatur caput omnium malorum, tam dæmonum quàm hominum. q. 2. ar. 8.
1 ¶ Arguere an liceat a deſtructione antecedentis, q 17. ar. 1.
1 ¶ Armenis. Euchariſtia. 7.
1 ¶ Aſcendiſſe Chriſtum in cælum uirtute animę glorificatę, cum dicitur, intelligitur tantum de motu locali aſcenſionis. q. 57. ar. 3.
1 ¶ Aſſumi naturam per ſe ſeparatam non fuiſſe conuenientem quomodo intelligatur. q. 4. ar. 4.
2 Aſſumptibile non attenditur ſecundum potentiam paſſiuā naturalem, ergo ſecundum congruentiam, an ualeat conſequentia. q. 4. ar. 2.
3 Aſſumptionis terminus proprius quid ſit, abſolutum ne aliqd ſed relatiuum. q. 2. ar. 8.
4 In aſſumptionis myſterio an ſit ordo naturæ partium humanæ naturæ adinuicem & partium ad totum. quæſtio. 6. art. 1. ad Duran.
5 ¶ In aſſumptione carnis quomodo dicitur animam mediare ſecundum S. Th. q. 6. ar. 1. ad 3m.
6 Dupliciter poteſt intelligi ſubſiſtentiam animæ præexiſtentem in aſſumptione corrumpi. q. 3. ar. 3.
7 An uerbum aſſumpſerit humanam naturam mediantibus eius partibus qu. 6 art. 5. ad 1m.
8 An perſonæ diuinæ conueniat primo ratione eſſentiæ diuinę aſſumere terminatiue. q. 3. ar. 2.
9 An ſit poſſibile diuinis perſonis, ut duæ uel tres aſſumant unā naturam humanam. q. 3. ar. 6. ad Sco.
10 Plures perſonę nō poſſunt aſſumere unam perſonam. Ibidē ad Duran. in expoſitione authoritatis Anſel. ſ. plures perſonæ non poſſunt aſſumere unum eundemque hominem.
1 ¶ Athanaſij ſimilitudo, ſ. Nam ſicut anima rōnalis & caro unus eſt hō, ita &c. intelligitur quantum ad unitatem ſuppoſiti. q. 2. ar. 1.
1 Augmentum non eſſe ſine motu locali intelligitur de motu locali formaliter uel ęquiualenter, q. 53. ar. 1.

B

BAPTIZARE aliquem extra neceſſitatis caſum eo modo quo in neceſſitatis caſu licet, an ſit peccatum mortale. q. 67. ar. 4. & 5.
2 Baptizare unum quomodo duo poſſint uel non poſſint, & qua forma uti debeant. q. 67. ar. 6
3 Baptizari an debeant filii Iudęorum & Gentilium inuitis parentibus. q. 68. ar. 10.
4 Baptizato ficte an recedente fictione incipiat baptiſmus ualere ad ſalutem. q. 69. ar. 9. & 10.
5 Baptiſmus quomodo recedente fictione ualeat ad ſalutem. q. 69. ar. 9. & 10.
6 Baptizatos fuiſſe Ioannem & Apoſtolos a Chriſto rationabile eſt. q. 38. ar. 6.
7 Baptizandus an de neceſſitate debeat habere intentionē ſuſcipiendi baptiſmum. q. 68. ar. 7. miniſter. 5.
8 Baptizando plures ſi non intercederet alia mutatio quàm dicere, baptizo uos, non uidetur ad hoc magna neceſſitas exigi. q. 67. ar. 6. ad 2.
9 Baptizandi & prædicandi officium non conuenire diaconis, quomodo uerum ſit. q. 67. ar. 1.
10 Baptiſmus verus an ſit, ſi aliqua ex tribus immerſionibus omittatur, q. 66. ar. 8.
11 Baptiſmus quare ſit iterabilis. q. 66. ar. 9
12 Baptiſmi proprius effectus quis ſit. q. 62. ar. 2.
13 Baptiſmi differendi tempus quomodo debeat determinari. q. 66. ar. 3.
14 Baptiſmo quare attribuatur aperire ianuam Paradiſi, cum ſit per ſe primo effectus mortis Chriſti. q. 69. ar. 7.
15 Baptiſmalem exorciſmum aperire ſenſus, & unctionem in uertice baptizati operari conſeruationem gratiæ baptiſmalis, quomodo intelligatur. q. 70. & 71. ar. 3.
Eccleſia. 2. Euchariſtia, 2. Fictio. 1. miniſter. 2. 3.
1 ¶ Beatitudinem eſſe qua Deus eſt diues, quomodo intelligatur. q. 23. ar. 3
1 Beato cuilibet conuenit uidere oīa ad ſe ſpectātia. q. 10. a. 2.
1 ¶ De boni ratione loqui, aliud eſt quàm loqui de ratione talis boni. q. 1. ar. 1. in cor.

C

CHARACTER ſacramentalis an ſit deputatiuus hominis ad cultum Dei. q. 63. ar. 2.
2 Character ſub quo genere generaliſſimo ponatur, & in qua ſpecie. q. 63. ar. 2. ad Sco. & Duran.
3 Character eſt in genere potentiæ. Ibidem.
4 Character eſt ſpiritualis potentia, quia cōuenit miniſtris Chriſti. ibidem.
5 Character non eſt per ſe in genere. Ibidem.
6 Character an ſit ſubiectiue in potentia animæ. quæſt. 63. arti. 4. ad Sco. & Duran.
7 Character an ſit in intellectu. q. 63. ar. 4.
8 Character in baptiſmo tenet locum diſpoſitionis & formę. q. 69. ar. 9. & 10.
9 Character an ſit potentia pure paſſiua. q. 72. arti. 5.
10 Character confirmationis de neceſſitate præſupponit characterem baptiſmi. q 72. ar. 6
11 Character ſacrorum ordinū de neceſſitate præſupponit characterem baptiſmi. Ibidem.
1 Charitatis feruor in hac uita quis ſit qui non compatitur peccatum ueniale. q. 87. ar. 1
1 ¶ Cauſæ duo totales uirtutibus proprijs agentes ac eiuſdem rationis, non poſſunt unum & eundem per ſe effectum producere. q. 7. ar. 6.
1 ¶ Celebrare Euchariſtia ul.
1 ¶ Circuncisio Chriſtianorum Indorum dicentium ſe circuncidi ut conformentur Chriſto an ſit licita q. 37. art. 1.
1 ¶ Columba in cuius ſpecie ſpiritusſanctus deſcendit ſuper Chriſtum baptizatum, an fuerit uerum animal quæſt. 39. ar. 7
1 ¶ Cometa quare putatur eſſe potius ſignum mortis principum quàm aliorum hominum. q. 36. ar. 7
1 ¶ Communicata ſe alijs importat perfectionem, ad minus in his quibus communicatur. q. 1 ar. 1. in cor.
2 Communicare ſeipſum pertinet ad boni rationem, non quidem determinate per modum naturæ aut libere, ſed communiter & indeterminate ad utrunque modum. ibidem.
3 Communicare cum excommunicatis per concilium Conſtanſienſe conceſſum eſt præterquam in duobus caſibus q. 82. ar. 9

4 Cõmunio an nõ ſolum eccleſiæ, ſed etiam Chriſti præcepto ſit neceſſaria.q.80.ar.12
5 Communio popularis ſub utraque ſpecie, an ſit licita. ea.q.ar. 12.pt.n.
6 Communio ſub utraque ſpecie, an ſit in præcepto. Ibidem de hac ſpecialiter materia, quæſtiuncula 1.
7 Communio ſub utraque ſpecie, an ſit neceſſaria omnibus, comprehendendo etiam infantes. Ibidem.
8 Communio dicta an ſit neceſſaria omnibus adultis. An omnibus ſacerdotibus. An omnibus conficientibus. Ibidem.
9 Communio ſub utraque ſpecie, an ſit utilior quam ſub ſpecie panis tantum. eo. ar. quæſtiuncula 2.
10 Communio popularis ſub utraque ſpecie, an expediat eccleſiæ Chriſti. eo.ar.q.3.
11 Iudicium diſcretionis requiſitæ ad communionem in pueris, debet a parentibus & confeſſore fieri. quæſt. 80.artic.9. ad ult.
1 ¶ Confiteri ſemel in anno, an iuſtus ſine peccato mortali exiſtens teneatur.q.65.ar.2.ad 4m.
2 Confitens ſua peccata ante baptiſmum receptum, non eſt abſolutus.q.68.ar.5. & 6.
1 ¶ Confirmationis ſacramento deputantur fideles ad ſeruitium ſpeciale ſpectans ad officium principis. quæſt.65.artic.3. ad 2m.
2 Confirmationis ſacramenti an Epiſcopus ſit ita proprius miniſter quod a non Epiſcopo facta nulla eſt, & tamen ex diſpenſatione Apoſtolica non Epiſcopus poſſit illam conferre.q.72. ar.8.9.10 & 11.
3 Chriſma per totum.
1 ¶ Coniunctionis in linea poſita diſtinctio ex parte extremorum, vel ex parte termini, an ſit ſufficiens.q.2.ar.9.
2 Coniunctionis humanæ naturæ cum perſona filii Dei duplex acceptio.q.2.ar.10.
3 Coniuncta duo realiter, an ubi eſt unum oporteat eſſe & reliquum.q.76.ar.2
1 ¶ Conuerſio duplex ſcilicet formalis & ſubſtantialis. quæſt. 75.artic 4.
1 ¶ Compoſitio ex contrariis, an ſit prima cauſa mortis & aliorum defectuum humanæ naturæ, an uero peccatum.q.15.ar.5.
2 Compoſitionis ratio imperfectionem componentium formaliter importat.q.2.ar.4.ad 3m.dubium.
3 Compoſitionis multiplex genus. Ibidem.
1 Conſecrare Sacerdotes.3.
1 ¶ Conſtantinum fuiſſe mundatum a lepra in baptiſmo nullius authoritate conſtat.q.69.ar.8.argumen.3.
1 ¶ Contritio ſecundum eſſentiam an ſit pars ſacramenti. quæſt. 90.ar.2.
1 ¶ Contactus Chriſti quilibet an ſit ſanctificatiuus materiæ ſacramenti, an ſolus contactus in uſu conſtitutiuo ſacramenti. q.72.ar.3.
1 ¶ Conueniens eſſe addi ſibi non ſe poſſibile, & addit ſuper illud, quæſt. 1.ar.1.in 11.
1 ¶ Conuerti unum in aliud poteſt dupliciter, ſcilicet per tranſubſtantiationem & per tranſmutationem. quæſt.0.2. artic.1.
2 Conuertibilitas cuiuſcunque creaturæ in quamcunque aliam ſecundum agens uirtutis infinitæ, quomodo intelligatur.q.75. ar.4.ad 3m.
3 ¶ Conuertibilitas ratio totius unius rei in totam aliam rem eſt communicatio earum in communi naturæ entis communis omnibus creaturis tantum. quæſt.75. artic. 4. ad 3m.
1 ¶ Corpus eſſe vicinius perſonæ propriæ, animam autem naturæ humanæ, quomodo intelligatur. quæſt.0.6 1.artic.1. ad 2m.
2 Corpus quando ſit animale & quando ſpirituale ſecundum Auguſtinum.q.54.ar.3.
3 Corpora elementaria ſicut habent duplices motus, ita corpora cæleſtia ultra naturalem inclinationem ad ſuos curſus poſſunt mutari in illud quod author naturæ facit. 44. artic.2.
4 Corporum cæleſtium uiſione an poſſint comprehendi uirtutes eorum.q.12.ar.1.ad D tran.
1 ¶ Creaturæ an poſſibilis ſit ſublimior gradus diuinæ viſionis quàm ſit gradus animæ Chriſti.q.10.ar.4.ad 3m.
2 Creaturas denominari aliquales ex eo quod conuenit eis ſecundum proprias cauſas, non autem ex eo quod conuenit eis ſecundum primas & vniuerſales cauſas, quomodo ſit intelligendum.q.4.ar.2.
1 ¶ Chriſma eſt regularis materia confirmationis de neceſſitate præcepti & non de neceſſitate ſacramenti, quæſtio 72. artic. 1.& 2.
2 Chriſma eſſe conſecratum ab epiſcopo an ſit de neceſſitate ſacramenti.q.72.ar.3.
3 Chriſmatis conſecrationem an Papa poſſit committere ſingulari ſacerdoti. Ibidem.
Confirmatio per totum.
1 Chryſoſtomus. Paſſio.9. Paulus.1
1 Chriſtus principaliter venit abolere peccatum totius naturæ, quàm peccatum unius perſonæ.q.1.ar.4.
2 Chriſtus ſi naturali generatione aliquem produxiſſet, purum hominem produxiſſet.q.3.ar.5.ad 2m.
3 Chriſtus quomodo dicatur caput eccleſiæ.q.8.ar.1
4 Chriſtus in uſu ſcientiæ infuſæ non indigebat conuerſione ad phantaſmata.ad Dtran.q.11.ar.2.
5 Chriſtus an uoluerit humana uoluntate per alios homines aliquid fieri & non potuerit facere quòd fieret. quæſtio.13. artic.3.
6 Chriſtus certus erat de euentu mortis & reliquorum malorum futurorum, non ſolum inquantum Deus, ſed etiam inquantum homo, nec ſolum ut comprehenſor, ſed etiam ut uiator. q.15.ar.7.
7 Chriſtus non debet dici homo dominicus, quia derogaret ueritati unionis, ſi dominus de illo homine prædicaretur denominatiue.q.16.ar.3.
8 Chriſtus an meruerit exteriora bona, quia dignitas merendi ſpectat ad charitatem, ac per hos præſtat exteriorum bonorũ præſentiæ rotuæ.q.19.ar.1.
9 Chriſtus prædeſtinatus eſt filius Dei, an hæc locutio ſit propria q.24.ar.1.ad 2m & 3m.
10 Chriſtus proprie eſt mediator inter Deum & hominem.q.26. artic.4.
11 Chriſtus ante Ioannis baptiſma quid exercuerit, quæſtio.4. artic.1.
12 Chriſtus fuit exemplum perfectionis in omnibus, quæ per ſe pertinent ad ſalutem.q.4.ar.2.
13 Chriſtus quare orbi ſe impleuerit.q.41.ar.4.
14 Chriſtus gloriam animæ ſuæ deriuauit in corpus in transfiguratione.q.45.ar.2.
15 Chriſtus ſua paſſione impleuit legem totam & omnem iuſtitiam omnis generis, iuris & præcepti.q.47.ar.2.
16 Chriſti animæ deſcenſus ad inferos, ad infuſionem luminis gloriæ in ſanctis patribus operatus eſt, applicando.ſ. ad eos uirtutem ſuæ mortis.q.51.ar.2
17 Chriſtus in ſuo deſcenſu duo genera a purgatorio liberauit artic.8.
18 Chriſtus an corporaliter uiſus fuerit a Paulo, & an uiſio illa tunc fuerit quando dixit, Saule Saule, quid me perſequeris? q. 57.ar.7.
19 Chriſtus inquantum homo an ſtet uel ſedeat in cælo. quæſtio. 58.ar.2
20 Chriſtus ſecundum quòd homo an dicendus ſit filius Dei.q. 58.ar.1.
21 Chriſti actiones humanæ poſſunt dupliciter conſiderari. Primo ut ſunt res quædam creatæ ac proinde finitæ Secundo vt ſunt res perſonæ diuinæ vt proprii ſuppoſiti cuius ſunt, & ſic ſunt infinita entia perſonaliter, & infinitæ efficaciæ in genere meriti ſeu ſatisfactionis ex hoc ipſo quod ſunt opera ipſius Dei, vt propriæ perſonæ exercentis illa. quæſtio.1.a. 2. ad 3m.
22 Chriſti perſona dupliciter diſtinguitur, primo ſecundum id quod in ſe eſt, ſecundo ſecundum rationem hypoſtaſis. quæſt. 2.ar.4
23 In Chriſti perſona ſunt duæ rationes, ſubſiſtendi in duabus naturis, licet ſit ibi vnum ſubſiſtens ſimpliciter, & una ratio ſubſiſtendi ſimpliciter. Ibidem.
24 Chriſti perſonam eſſe compoſitam an ſit ſimpliciter & formaliter unum Ibidem,
25 Chriſti natura humana ſe habet ad perſonã filii Dei ſicut ſe habet natura Sortis ad perſonam Sortis.q.2.ar.10.
26 Chriſti natura corporalis quomodo poſſit agere in angelos .q. 8.ar.4.ad 3m.
27 Chriſti animam non uidet in uerbo quicquid uidet verbum. q.10.ar.2.ad 2m.
28 Chriſti anima an ex hoc quod ſcit omnia quæ ſcit Deus ſcientia uiſionis, ſequatur ipſam ſcire infinita. quæſtio. 10. art.3
29 Chriſti animam an bene concludatur habere per ſcientiam infuſam notitiam omnium ſingularium. q.11.ar.1.
30 Chriſti anima an perfectius quocunque angelo intuitiuè cognouerit in proprio genere quicquid intuitiue utrique datum eſt.q.ar.11.4

31 Chriſti animæ ſpecies intelligibiles infuſæ an fuerint perfectiſſimæ,q.11.ar.6.ad Sco.
32 Chriſti animæ an inſit virtus inſtrumentalis ad oſa miracula,q.13.ar.2
33 Chriſti priuilegium eſt mereri alijs ex condigno,q.19.ar.4.
34 Quomodo intelligatur q inquantū Chri humanitas operabatur virtute diuinitatis ſacrificium Chriſti erat efficaciſſimum ad delenda peccata per gratiam,q.22.ar.3.ad 1m.
35 Chriſti carnem efficere,aliter attribuitur perſonæ ſpiritusſancti,& aliter filio eandem aſſumere,q.32.ar.1
36 Chriſti corporis formatio in primo inſtanti fuit perfecta eſſentialiter,non autem quantitatiue,q.33.ar.1
37 Chriſti animæ an inconueniat q aliqua perfectio actus ſecundi ei de nouo aduenerit,q.34 ar.2
38 Chriſti doctrinæ excellentia penes quæ attendatur,quæſtio,42.ar.1
39 Chriſti anima an habuerit poteſtatem præſeruādi corpus ſuū a morte,q.47.ar.1.ad Sco.
40 Chriſti anima vnde habuerit prædictam poteſtatem.Ibidem
41 De Chriſti clamore in cruce duplex modus dicendi, eodem ar.ad 2m.
42 Chriſti mortis celeritas fuit & naturalis & uoluntaria Ibidem
43 Chriſti verba,Ego pono animam meam &c.& ſimilia quomodo intelligantur,q.50.ar.3.ad 1m.
44 Chriſti corpus uiuum & mortuum an fuerit idē numero ſimpliciter,q.50 ar 5 ad Scotum.
45 Chriſti mors an fuerit meritoria ex parte animæ,q.50.ar 6
46 Chriſti corporis præſeruatio a putrefactione an atteſtetur virtuti ipſius naturæ & uoluntariæ morti,q.51.ar.3
47 Chriſti mortis tres dies,& dies creationis mundi diuerſimode ordinantur,q.51.ar.4.
48 Chriſti deſcenſus ad inferos,an fuerit ſecundum ſubſtantiam animæ,an ſolum ſecundum effectum,q.52.ar.2
49 Chriſti pœnalitates intrinſecę uſque ad eius reſurrectionem durauerunt,q.52.ar 4
50 Chriſti humanitas eſt uelut vniuerſale inſtrumentum Dei ad facienda miracula,exceptis his quæ ſpectant ad primam creationem rerum,q 56.ar.1
51 Chriſti corpus an conuenienter opinemur eſſe extra totam cōtinentiam cęlorum corporeorum,ita q planta pedis eius ſit ſupra conuexum ſupremi cæli,q.57.ar.4.ad Duran.
52 An ſicut ex defectu materiæ magnificentiæ in Chriſto non ſequitur defectus magnificentiæ interioris,ita nec ex defectu materiæ fidei ſequatur defectus fidei in eodem,q.7.ar.5
53 An ſpes in Chriſto reſpectu ſecundario ſperatorum fuerit habitus aliquis,q.7.ar.4.
54 An oporteat in Chriſto ponere ſcientiam inditam, propter hoc quia aliter intellectus poſſibilis eius fuiſſet imperfectus,q.9.ar.3
55 In Chriſto non fuiſſe ſcientiam ex ſuo genere acquiſibilem per infuſionem,vt fuit in Adā,cur in litera aſſeratur,q.9 ar.4.
56 An in Chriſto conceſſa cognitione abſtractiua omnium ſingularium,concedenda ſit cuiuſlibet ſingularis propria ſpecies in Chriſti intellectu q.11.ar.1 ad Sco.
57 An in Chriſto fuerit cognitio intuitiua omnium ſingularium ad Sco.q.11.ar.1
58 Chriſto non eſt adempta poteſtas deriuandi gloriam animæ ad corpus,ergo gloria illa claritatis quæ apparuit in Chriſto in transfiguratione,deriuata eſt ab anima,an hæc ratio valeat,q.45.ar.2
59 Chriſto conuenientium mediante natura humana diſtinctio,q.48.ar.5
60 Chriſtum deleuiſſe omnia peccata mundi,quomodo intelligatur,q.1 ar.4
61 Chriſtum fuiſſe aſſumptum a diabolo quid ſit,q.41.ar.4.
62 Chriſtum palam docuiſſe & in occulto nihil fuiſſe locutum,quomodo intelligatur,q.42 ar 3
63 Chriſtum ſedere ad dexteram patris cum dicimus,quam diſtinctionem importet li ad q.58.ar.2

D

Debitam ſecundum decentiam ad opus operatum, eſt debitum ſecundum neceſſitatem ad opus operans miniſtri,q 64 ar.6
1 Dæmones an cognouerint Chriſtum eſſe Meſſiam in lege promiſſum,q.44 ar.1
2 Dæmones an cognouerint Chriſtum eſſe uerum Deum , q.44.ar.1
4 Denominatio.Humanum,1.
1 Deus intelligi poteſt tribus modis pluſquam genere diuerſis communicare ſeipſum creaturæ.ſ.naturaliter, ſupernaturaliter,& eleuando creaturam ad ſuam propriam perſonalitatem q.1.ar.1.in cor.
2 Deus an fallere poſſit,q.5.ar.5
5 Deus eſt homo,an hæc propoſitio ſit in materia naturali,q.16 ar.1.ad 1m.
4 Deus eſt homo, an hæc propoſitio ſit per ſe. ad Duran. & Scotum.Ibidem.
5 Quomodo intelligatur q in iſta propoſitione,Deus eſt pater.li Deus ſupponit pro perſona patris,q.16.ar 2.ad 2m.
6 An ſolius Dei natura prædicetur de ſuppoſito,q.17.ar.1
7 In Deo nihil inueniri præter rationem ſuæ naturæ, quomodo intelligatur,q.2.ar.1
8 In Deo inuenitur duplici modo ſubſiſtens & habens naturam ſ.communiter & incommunicabiliter,q.3 ar.2
1 Diabolus.Quomodo diabolus machinando in mortem Chriſti exceſſerit modum poteſtatis ſibi a Deo traditæ, q 49.art.2.Chriſtus,62
1 Differentia inter ſuppoſitum & naturam an habeat locum in angelis,q.2.ar.2 in cor.
1 Diſplicere poteſt dupliciter ſumi,ſcilicet contrarie & negatiue q.84.ar.8.& 9
1 Diſtingui ſecundum rem contingit dupliciter, primo vt duæ res quarum una nihil eſt alterius,ſecundo ſic, ut una res includat totam aliam,& ſuperaddat ei aliquid aliud, quæſt. 2.ar. 2.in cor.
1 Diuina eminentia in timore reuerentiali Chriſti an habuerit rationem reuerendi inquantum eminentia Dei abſoluta,an quatenus potens eſt infligere malum,q 7.ar 6
1 Docere.Excellentior eſt modus docendi verbo quàm ſcripto,q 42 ar.4.Chriſtus,38
1 Dolor eſt paſſio appetitus ſenſitiui ex corporis læſione percepta ſenſu,q.15.ar.5
1 Donum nullum perdi ſine culpa,quō verificetur,q.50.art.2.

E

1 Eccleſia in hoc q eccleſia pro paruulis credit,intendit,renunciat,eſt quædam accommodatio,q.68. ar.9
2 Eccleſiæ fides quomodo proſit infanti baptizato,quæſt. 68.art.9.ad 2m.
1 Epiſcopus dum conſecratur, an debeat Pontifici celebranti concelebrare,q.82.ar.2
Chriſma.2.Confirmatio.2.
1 Eſſe in perſona quod eſt contra rationem formæ communis,quomodo intelligatur,q.4.ar.4
Exiſtentia.1.2
1 Euchariſtiæ ſacramentum dicitur multa materialiter, quia partes eius ſe habent vt integrantes unum proprium finem,qui eſt refectio ſpiritualis,q 73.ar.2
2 Euchariſtiæ ſacramentum an ſit abſolute neceſſarium ad ſalutem,q.73.ar.3
3 Euchariſtiæ ſacramentū an eſſet in pane ſolum celebrandum vbi uinum non inueniretur,q.74.ar.1
4 Euchariſtiæ ſacramentum debet fieri in materia præſenti propter formam conſecrationis,ſcilicet Hoc eſt,vel Hic eſt , q.74.art.2
5 Euchariſtia.Quum triticum ab omnibus ponatur propria materia panis ſacramentalis, an etiam ex ſiligine, ſpelta , amydo,& paſta cruda confici poſſit panis conſecrabilis, & an ſolus panis aſſus ſit conſecrabilis,q.74.ar.3
6 Vua non eſt conſecrabilis,q.74.a .5
7 In Euchariſtię ſacramento falſum eſt q gręci offerant calicem domini cum uino tantum,hoc enim Armeni,non Græci olim faciebant.Ibidem ar.6
8 In Euchariſtię ſacro debet modica aqua uino miſceri. Ibid.
9 An oporteat aquam ex qua fit panis pro hoc ſacramento eſſe veram & naturalem,q.74.ar.7
10 De exiſtentia corporis Chriſti in ſacramento euchariſtię, quid ex ſacra ſcriptura habeatur,q.75.ar.1
11 Diuerſę opiniones circa nouitatem continentiæ & nouitatē conuerſionis.Ibidem.
12 In Euchariſtię ſacramento quomodo ſe habeant adinuicem nouitas continentię & nouitas conuerſionis.Ibidem.
13 An hęc propoſitio,Aliquid non poteſt eſſe vbi prius non erat,niſi uel per loci mutationem , uel alterius conuerſionem in ipſum,ſit uera,& bene applicetur ad eſſe in ſacramento. quęſt 75.ar.2
14 In Euchariſtię ſacramento quot interueniant mutationes.q.75.ar.2
15 In Euchariſtię ſacramento ſi ſubſtantia panis remaneret, non eſſet uerum quod Chriſtus dixit,Hoc eſt corpus meum.Ibidem ad Sco.& Duran.

16 In Euchariſtiæ ſacramento ſi eſſet alia ſubſtantia ſub accidentibus panis quàm corpus Chriſti, an contrarietur veneratiōni Euchariſtiæ. Ibidem.
17 In Euchariſtiæ ſacramento panis nō redigitur in nihilum, ſed mutatur ſubſtantia panis in corpus Chriſti ſecundum Ambroſium, 75. ar. 3. ad 3m.
18 An conuerſio panis in corpus Chriſti præexiſtens & manens ſecundum ſuum eſſe antiquum ſit poſſibilis, q. 75. ar. 4. ad Sco. Conuertibilitas, 1.
19 An hæc ſit propria, quod erat panis eſt Chriſti corpus. Ibid.
20 Si corpus Chriſti habet partes & proprietates ſub modo ſacramentali, an ſimpliciter neceſſario ſequatur quòd habeat eas ſub exiſtentia naturali, q. 76. ar. 2. Intellectus 3. 4. 5
21 Chriſtum eſſe ſub hoſtia eſt quoddam eſſe relatiuum, q. 76. ar. 6
22 An ad motum hoſtiæ corpus Chriſti moueatur per accidens. Ibidem ad Sco.
23 In Euchariſtiæ ſacramento quomodo accidentia ſint ſine ſubiecto, diuerſæ opiniones, q. 77. ar. 1. 2. 3
24 An in rarefactione ſpecierum ſacramentalium noua illa quantitate pericula quæ per rarefactionem ſit, ut naturaliter a naturali agente, q. 77. ar. 5. ad Sco
25 De modo quo in initia[...]ti generationis nouæ ſubſtantiæ ex ſpeciebus ſacramentalibus, ſit materia, q. 77 ar. 5
26 An omnia uerba quibus utimur conſecratione ſanguinis ſint de neceſſitate ſacramenti, q. 78. in tribus primis art.
27 An ſola uerba conſecrationis a ſacerdote prolata prætermiſſio Canone, conficiant ſacramentum, q. 78. ar. 1. ad 4m.
28 Euchariſtia ſacramentum, 3.
29 De ueritate & contignificatione huius orationis ſacramentalis, hoc eſt corpus meum, & de demonſtratione quam in ea exercet, li hoc. Ibidem ar. 5
30 Euchariſtiæ ſacramenti oblatio ex ſui quantitate ſufficit ad ſatisfaciendum pro omni pœna, ſi autem ſatisfactoria offerentibus uel pro quibus offertur ſecundum quantitatem ſuæ deuotionis, q. 79. ar. 5
31 De tempore, modo & ſubiecto ſex effectuum Euchariſtiæ, q. 79. ar. 5
32 Dominus cum dicit. Niſi manducaueritis &c loquitur de manducatione ſpirituali in uoto ſeu habitu, q. 79. ar. 1
33 Euchariſtiæ ſacramentum ſumens ita poteſt eſſe diſpoſitus q; nec conſequatur uitam gratiæ, nec de nouo mortaliter peccet ſumendo, q. 79 ar. 1
34 Euchariſtiæ ſacramentum an ſit negandum peccatoribus occultis petentibus illud q. 80. ar. 6
35 Quum dicitur ſacramenti euchariſtiæ rem [...] eſſe gratiā ſuſcipientium, aut unitatem eccleſiæ, aut corpus Chriſti myſticum, hæc omnia ſumuntur pro uno & eodem, ſcilicet gratia Dei, q. 73. ar. 1. ad 3m.
36 Habere rē ſacramēti euchariſtiæ per uotum eccleſiæ, eſt ipſam habere per ais ſacramentum ſeu in ſui initio, quoniam ſacramentum baptiſmi initium eſt ſpiritualis uitæ, q. 73. ar. 3
37 Inter ſuſcipientem euchariſtiam & ſuſcipientem baptiſmum in peccato mortali, differentia, q. 70. ar. 3. ad 1m
38 Euchariſtiæ ſacramentum ſumens contritus, ſed non confeſſus de peccato mortali habens copiam confeſſoris, an peccet mortaliter, q. 80 ar. 4
39 Euchariſtię ſacramentum ſumens in peccato mortali, an committat grauius peccatum omnibus peccatis quę ſunt contra puras creaturas, q. 80 ar. 5
40 An expediat quotidie celebrare, q. 80. ar. 10
1 ¶Exiſtere per ſe, & per ſe ſeparatim exiſtere, quomodo differant, q. 2. ar. 2. ad 3m.
2 Exiſtentia. An de mente D. Th. nullum ſit in Chriſto eſſe actualis exiſtentiæ creatum, ſed ſola exiſtentia increata, q. 17. ar. 2
3 An ita ſit in ueritate quòd in Chriſto nulla ſit exiſtentia ſubſtantialis niſi diuina. Ibidem ad Sco. Duran. & Ioan. de Neapoli.
1 ¶Experientia an ſolum par ad ſcientiam ſimilium ſecundum ſpeciem, q. 12. ar. 1 ad Duran.

F

FICTIO ſimul cum peccatis commiſſis poſt baptiſmum, per pœnitentiam dicenda eſt, q. 69. ar. 2. ad 2m. & 3m.
1 Filium Dei aſſumpſiſſe hominem, an debeat concedi q. 4. a. 3. ad 3m.
2 Filiatio eſt ita ſuppoſiti ut ſubiecti, q; non naturę, ergo in Chriſto non eſt filiatio temporalis realis, an hæc ratio ualeat, q. 35. ar. 5
3 Filiatio temporalis Chriſti an ſit rationis tm. Ibidem ad Sco.
1 ¶Finito omni poſſibile addi[...]; qualiter intelligatur, q. 7. ar. 12. ad 3m.
1 ¶Fomes peccati quomodo ſit inordinata concupiſcentia habitualis, q. 27. ar. 3
2 An ex hoc q; fomes eſt concupiſcentia contraria rationi habitualiter, liceat inferre, q; fomes eſt inclinatiuus ad malum & difficultatiuus in bono. Ibidem.
3 Quòd fomes in beata Virgine per diuinam prouidentiam perfectius ligabatur quàm per interiorem ſanctificationem, quomodo intelligatur, Ibidem
1 ¶Formę eiuſdem ſpeciei an poſſint eſſe ſimul in eodem ſubiecto, q. 35. ar. 5
1 ¶Fruſtra eſt quod caret propria operatione, quomodo debeat intelligi, & an in dicta propoſitione ſit ſermo de omni propria operatione alicuius, q. 9. ar. 4. & ad Sco. & Duran. contra utramq; concluſionem obiicientes.

G

GRATIA ſumitur aliquando vt comprehendit ſub ſe quemcumque infuſum habitum, q. 2. ar. 10
2 Gratia cuiuslibet ſingularis perſonę an habeat quantitatem alterius rationis a quantitate gratię Chriſti. q. 7. ar. 11.
3 Gratia cuiuslibet ſingularis perſonę, an ſit uelut virtus particularis, & gratia Chriſti velut virtus vniuerſalis. Ibidem.
4 Gratia unionis in Chriſto duo in ſe claudit, q. 7. ar. 13.
5 Multorum dictorum. S. Tho. de gratia vnionis ratio. Ibidem.
6 Gratia Chriſti dupliciter dicitur prima, q. 8. ar. 1
7 Gratia viatoris an ſit minor gratia comprehenſoris, etiam ſecundum ſuam quantitatem, q. 34. ar. 4
8 Gratię intenſior gradus an comprehendatur ſub annexis quæ per deuotionem miniſtri impetrari poſſunt recipienti ſacramētum, q. 64 ar. 8
9 Gratię habitualis quomodo finis ſit unio perſonalis, q. 7. ar. 12.
10 Quare nullus purus uiator attingat ad ſummum gratię et partem gratię. Ibidem.
11 Dabile eſt ſummum poſſibile in gratia ſecundum. S Tho. q. 7. ar. 9
12 Gratiam habitualem in Chriſto ponere, an neceſſe ſit, pro eo q; Chriſtus mediator gratiam in alios redundantem habere debet, q. 7. ar. 1
13 Chriſtum eſſe principium uniuerſale generis habentium gratiā, intelligitur de principio uniuerſali in tali genere non contento, q. 7. ar. 9.
14 Gratiam in nobis efficienter cauſare Chriſti actiones, quomodo intelligatur, q. 8. ar. 1. ad 1m.

H

HABITVS per ſe infuſi & habitus per ſe acquiſibiles ſunt diuerſarum rationū intrinſece & eſſentialiter, q. 9. ar 4. ad 2m. & 3m.
1 ¶Hęreſim incurrit ex uerbis inordinata prolatis, quomodo intelligatur, q. 16. ar. 8
2 Hęreſis eſt Arriana dicere Chriſtum minorem patre. Ibid.
3 Hęreſis eſt dicere q; Chriſtus eſt creatura. Ibidem.
4 Hęreſis noua quę dicit Chriſtum fuiſſe conceptum ex tribus guttis ſanguinis circa cor beatę Virginis refellitur, q. 31 ar. 5.
5 Cum hęreticis in uocabulis communicare quomodo prohibitum ſit, q. 16. ar. 8
15 Hypoſtaſis. Homo 1. 2. Chriſtus 22. vniri 3.
1 ¶Homo dicitur & eſt Deus propter unionem inquantum terminatur ad hypoſtaſim diuinam, an hęc ſit uera, q. 2 ar. 8
2 Homo an prędicetur de Deo ſicut ſpecies de ſua hypoſtaſi, q. 16. ar. 1. ad Sco.
3 Hominem prędicari de Deo ratione relationis, quomodo uerificetur, q. 16 ar 4. ad 4m.
4 Homo eſt factus Deus, an in iſta propoſitione li homo poſſit ſupponere ſimpliciter & perſonaliter, q. 16. ar. 7
5 Iſte homo factus eſt Deus, an hęc ſit uera. Ibidem.
6 Quare iſta dicitur ſimpliciter uera, Deus factus eſt homo, iſta autem ſimpliciter falſa, homo factus eſt Deus, Ibidem.
7 Iſte homo. [...] Chriſtus incepit eſſe, an hęc debeat ſimpliciter negari, q. 16 a. 9
1 Humanū. Quum dī q; humana natura non conſtituit diuinam perſonam ſimpliciter, ſed conſtituit eam ſm q; denominatur a tali natura, quomodo denominatio ſumatur, q 3. ar 1 ad 3m.
2 Humana natura in Chriſto, an inclinetur ad propriam perſonalitatem, q. 4 ar. 2. ad 3m.
3 Humanę dignitatis explicatio, q. 4. ar. 6
4 Humanitas quomodo ſit ſimpliciter intellecta [...] diuino humano & angelico, q[...] S. Th. propriam humanitatem ſecundum q; eſt in intellectu diuino a[...] humano non eſſe aſſumptibilem, non meminit humanitatis ſecundum eſſe quod habet in intellectu angelico. Ibidem
1 Honorari ut cauſa honoris non eſt honorari ſimpliciter, quia [...] ut cauſa honoris eſt conditio diminuens, q. 25. ar. 8
2 ¶Hoſtia. Sacerdotes, 3.

I

1 IAnua per ſimilitudinem dicitur fruitionis diuinæ conſecutio.q.49.ar.5.Baptiſmus 16.

1 ¶ Ignorantiam inter defectus communes ubi de defectibus corporis agitur computare,quomodo liceuerit.q.14.ar.4.

1 ¶ Imago.Proceſſus Diui Thomæ quo probat imaginem eſſe adorandam eadem adoratione qua Chriſtus.quomodo ualeat,q.25.ar.3.ad Duran.

2 Imagines Dei an ſit licitæ q.25.ar.3.ad 1^{m}.

1 ¶ Incarnari plus ſignificat quàm exprimat,explicat enim carnẽ aſſumere uel carnem fieri,ſignificat autem hominem fieri.q.1.ar.1.in tit.

2 Quare non fuerit conueniens Deum incarnari immediate poſt peccatum,quinque rationes.q.1.ar 5.

3 Incarnatio Chriſti non debuit fieri in principio mundi,nec in ſinem mundi differri.q 1.ar 6.

4 Incarnationis myſterium quare nomine unionis ſignificetur.q 1.ar.1.in tit.Vniri,& unio per totum.

5 Incarnationis pluralitatem quare Sanctus Thomas hic non inueſtigauerit ibidem.

6 Incarnationis poſſibilitatem ſub titulo conuenientiæ tractauit ibidem.

7 De incarnatione dupliciter loqui contingit,ſcilicet dicendo,Deus uniuit ſe creaturæ,uel dicendo.Deus uniuit creaturam ſibi ſed ſecundus modus,utpote formalis eſt melior. eodem ar.ad 1^{m},

1 ¶ ineſſe.In iſta maxima,Omne quod ineſt alicui perſonæ,ſiue pertineat ad naturã illius ſiue nõ,unitur ei in perſona,ſumitur ineſſe proprie,ut ineſſe diſtinguitur contra extrinſecus aduenire.q.2.ar.2.

1 ¶ Infernus puerorum a Sancto Thoma comprehenditur ſub inferno damnatorum.q.62.ar.2.

1 ¶ Informandi duplex modus,ſcilicet in eſſe intelligibili,& concurrendo cum aliquo corporeo per modum formæ & materiæ ad conſtitutionem alicuius naturæ.q.2.ar.1.

1 ¶ Ingratitudo quantificatur ex beneficio quæſtio.88.articulo.1.ad 1^{m}.

1 ¶ Intellectus creatus an poſſit ſimul uidere infinita , ita quod diſtincte cognoſcat quodlibet eorum. quæſtio. 10. artic. 3 ad 2^{m}.

2 Intellectus humanus an poſſit uti ſcientia infuſa non conuertẽdo ſe ad phantaſmata.q.11.ar.2

3 Intellectus angelicus & animæ ſeparatæ & hominis beati an poſſit naturaliter uidere exiſtentiam corporis Chriſti in Euchariſtia.q.76.ar.7

4 intellectus beatus an per actum beatificum uideat corpus Chriſti in euchariſtia.q.76.ar.7.

5 An corpus Chriſti ſecundum eſſe ſacramentale non uideatur ab intellectu uiatoris,nec ab intellectu angelico naturaliter.quia iſte modus eſſendi eſt penitus ſupernaturalis. quæſtio.76.ar.7.

1 ¶ Intelligendi actus quo Deus intelligit,an poſſit ſie i actus intelligendi quo anima Chriſti formaliter intelligeret. Et ſi non an hoc ſit quia eſt alterius naturæ.quæſt.2.artic.1. Chriſtus.30.31.32.33.

1 ¶ Intendere dicitur quis aliquid tripliciter , ſcilicet actualiter virtualiter & habitualiter,q.68.ar.8.ad 3^{m}.

1 ¶ Intentio iocoſa miniſtri an tollat ueritatem ſacramenti.q.64.art.10.ad 2^{m}.

1 ¶ Iram componi ex triſtitia & appetitu uindictæ quomodo intelligatur.q.15.ar.9.

1 ¶ Irregularitas homicidii ex defenſione commiſſi. quæſtio. 89.artic.3.

1 Iudæ peccatum,an maius fuerit peccato Iudæorum.quæſt.47.articu.6.

1 Iudæorum maiores an cognouerint Chriſtum eſſe meſſiam.q.47.ar.5.

1 Iudicium perfectum de re mutabili non poteſt ſuauiter dari ante illius conſummationem.q.59.ar.5

2 Iudicia diuina extendunt ſe etiam ad ea quæ ſunt per accidẽs.q.59.ar.5.

L

LOcus unus altior altero eſſe in ſuperficie conuexa cæli empyrei ad quem ſenſum dicitur,q.57.ar.5

1 ¶ Lunæ dies quotus fuerit qñ Chriſtus mortuus eſt. q.46.ar.9.

1 ¶ Lux maior obfuſcat minorem,non quoad ſubſtantiam lucis.ſed quoad effectum q 5.ar.4 ad 2^{m}.

M

1 MAgdalenæ erroneæ viſionis rationabilis cauſa quãdo Chriſtum æſtimauit ortulanum.q.55.ar.4.ad 2^{m}.

1 ¶ Maiores quando & quomodo debeant reprehendi.q.42.arti.2.iudæi.1.

1 ¶ Maledictum eſſe a Deo quid ſit. q.46.ar 4 ad 3^{m}.

1 ¶ Maria uirgo an ſit adoranda ratione Chriſti cui fuit intrinſece coniuncta adoratione latriæ.q 25.ar.5.

2 Maria uirgo ſi ſanctificata fuiſſet ante animationem,an indiguiſſet redemptione Chriſti.q.27.ar.2.

3 Maria uirgo non fuit ſanctificata ante animationem,ergo poſt animationem,an ualeat conſequentia.q.27 ar.5

4 Affirmãdum ne rationi contentaneum eſt,quòd in propria domo mentem habens eſt in utero habens.q.29.ar.2.ad 3^{m}.

5 Maria virgo an ſit uere mater Chriſti,quia corpus Chriſti ex ipſa ſumptum eſt.q.35.ar.3

1 ¶ Mater an aliquo modo actiue concurrat ad generationem prolis.q.32.ar.4.ad Sco.

1 Materia propria formæ an ſit ante aduentum formæ. quæſt.6.artic.4.

1 Medium rei in actibus noſtris moralibus dicitur,quia in æqualitate rei ad rem conſiſtit,medium uero rationis dicitur,quia in proportione interanea rationis ad operantem conſiſtit. quæ.48.ar.2

2 Medium.Natura.5.

1 ¶ Memoriam eſſe aliquam operationem contingit dupliciter.q 4.ar.4

1 Primus actus meritorius tam in angelis quàm in anima Chriſti fuit vere actus liber,quàmuis ea natura determinatus ad bonum q.34.ar.3.Chriſtus 2..21

1 ¶ Miniſtrare ſacramenta an angeli poſſint.q.64.ar.7.

2 Miniſter indignus in articulo neceſſitatis (quo laico licet baptizare) baptizans an excuſetur a peccato. quæſtio.64 articulo 6.ad 3^{m}.

3 Miniſter indignus an excuſetur a peccato tam ſi baptizet cum ſolemnitate quàm ſine ſolemnitate.Ibidem.

4 An huiuſmodi adminiſtratio ſacramenti ab indigno miniſtro,ſit ex ſuo genere peccatum mortale.Ibidem.

5 Miniſtri mentalis intentio an exigatur ae perfectionem ſacramenti,q.64.ar.8

6 Miniſtrum indignum in duobus caſibus licet inducere ad exhibitionem ſacramenti,q.64.ar.6.

7 Miniſtri eccleſiæ inſtrumentaliter operantur in ſacramentis,ergo poſſunt ſacramenta conferre etiam ſi ſint mali ; an ualeat conſequentia.q.64.ar.5

1 ¶ Miraculum quod Chriſtus fecit in nuptiis,rationabiliter creditur fuiſſe primum eius miraculum.q.43.ar.3.

2 Miracula quę in ſacra ſcriptura non continentur an credenda ſint,q.27.ar.6.

3 Miracula quæ fecit Chriſtus manifeſtant ſufficienter ipſius deitatem q.43.ar.4

1 ¶ Miſſa mali ſacerdotis,an ſit tanti meriti quanti eſt miſſa boni.q.82.ar.6

1 Modus ſubſtantiæ & modus quantitatis in litera poſiti,in quo differant,q.76.ar.1.

2 Modo ſubſtantiæ.an intelligatur id quod communiter dicitur eſſe indiuiſibiliter.Ibidem.

1 ¶ Motus in imaginem quatenus imago eſt,an ſit idem cum motu in rem pſam.q.25 ar.3.

1 ¶ Motus duplex quo inſtrumentum poteſt moueri,ſ.ſimplex & virtuoſus.q.62.ar.4

1 ¶ Mutatio omnis ſpecies quædam mortis eſt.q.54.ar.3.

N

1 NAtiuitas,quoties dicitur quòd natiuitas attribuitur perſonæ ut ſubiecto naſcenti,intelligitur de ſubiecto denominationis.q.35.ar 1

2 Natiuitas Chriſti non debuit manifeſtari omnibus,ne meritum fidei minueretur.q.36.ar.2

1 ¶ Natura omnis compoſita ex materia & forma,in ſe eſt communicabilis pluribus,& de facto poteſt inueniri in pluribus, niſi conſtet ex tota ſua materia.q.2 ar.2

2 Natura an ſicut eſt determinata ad unum effectum , ita ſit determinata ad unum modum producendi illum.quæſtio.28.artic.1.

3 Naturę ordine exiſtente ſecundum quodlibet genus cauſę, cur Diuus Thomas ordinem naturæ duobus eorum appropriat.q.6.ar.5.

4 Naturæ ordinem ex parte materiæ in myſterio incarnationis cur Diuus Thomas pertranſierit.Ibidem.

5 Cur Diuus Thomas in hoc myſterio medii ſecundum naturæ ordinem ex parte agentis ſecundum ordinem operationis in corpore.ar.5.q.6.nõ meminerit,quũ tamen de illo in reſponſione ad primum tractauerit.

6 Naturalis uirtus non poteſt tranſmutare ad certam formam niſi determinatam materiam.q.28.ar.1.ad 5^{m}.

1 ¶Nomen ab aliqua forma impoſitum numquàm pluraliter dr niſi,propter pluralitatem ſuppoſitorum.q.3.ar.7.ad 2^{m}.

2 Nominis alicuius trium perſonarum omiſſio tollit ueritatem baptiſmi.q.66.ar.6.

3 Nominum paſſiones ſecundum modus ſignandi non pro rõne ſed pro manifeſtatione differentiæ inter naturam & perſonã Dei ſecundum rationem,an conuenienter allatę ſint.q.2.ar.2.ad 1^{m}.

4 Nominum mutatio quo ad ſignatum in ſacramentorum formis an tollat ueritatem ſacramenti, ita q in ſolis nominibus quæ ſunt in communi uſu perficiatur ſacramentum.q.66.art.5.ad 7^{m}.

5 Nomina multiplicia ad unum.in uno,uel ab uno,abuſiue uocantur analoga.q.60.ar.1.

O

OFFENSA an directe opponatur gratiæ.q.86.ar.2.

1 ¶ Ordines tres de facto in uniuerſo inueniuntur, ſ. ordo naturæ,ordo gratiæ,& ordo Dei & creaturæ ſimul.q.1.ar.3.in reſponſione ad dubia in cor.

2 Ordo neceſſarius ſimpliciter eſt ad ſalutem eccleſiæ, loquendo de eccleſia ſimpliciter & abſolute.q.65.ar 4.

1 ¶Oratio ſicut uoluntas diſtinguitur in ſimpliciter uel ſecundum quid.q.21.ar.4.

1 ¶Originale & actuale peccatum in quo differant.quæſt.1.articul 4.

P

PANIS aſſus.Euchariſtię.5.

Paruuli in maternis uteris periclitantes,an poſſint per ſacramẽtum baptiſmi in uoto parentum ſuſceptum ſaluari.quæ.68.artic.11.

1 ¶Pati eſt communius quàm dolere.q.46.ar.6.ad Sco.

1 ¶Paſſionis Chriſti neceſſitas an conuenienter quæratur, antequàm de eius poſſibilitate ſit quæſitum.q.46.ar.2.

2 Liberationis humanæ modus per Chriſti paſſionem conueniẽtior fuit,quàm per ſolam Dei uoluntatem.quæſtio.46.articulo 3.

3 Circa paſſionis Chriſti effectum tria notabilia.q.49.ar.5.

4 Paſſioni & morti tradere inuitum innocentem, eſt impium & crudele abſolute loquendo,non autem in ordine ad Deum cuius ſunt uita & mors.q.47 ar.3.ad 1^{m}.

5 Paſſiones ſanctorum an eccleſię proficiant an per modum redẽptionis.q.48.ar.5.ad 3^{m}.

6 Paſſionum Chriſti generalis quędam explicatio,quæſt.46.articul.5.

7 Paſſionum generalitatem, ad literam quare Chriſtus ſuſceperit.ar.5.q.46.Ratio ſuperior.1.

9 Quomodo hæc Chryſ.verba intelligantur, ſed etſi abſque morte corpus alicubi depoſuiſſet &c.q.46.ar.3.

1 Paſta. Euchariſtia.3.

1 ¶Pater unica paternitate an referatur ad plures filios.quęſt.35.ar 5.

2 Patres ſancti in limbo cũ quiete & immunitate a pœna ſenſus habebant dolorem ex ſpe dilata.q.52.ar.5.ad 1^{m}.

1 Paulus ita ſe obligatum omnibus Chri beneficiis aiebat,ut nõ ſolum una cum aliis,ſed etiam ipſe teneretur pro omnibus. q.1.ar.4.ad 3^{m}. Chriſtus. 8.

1 Paupertas per ſe uoluntaria quæ ſit.q 40.ar.3.ad.1^{m}

1 ¶ Peccans ſecundo an ex hoc ipſo grauius peccet quam prius peccauerit.q.88.ar.1.ad 1^{m}.

2 Peccata dimitti ſine fide paſſionis Chriſti explicite uel implicite,impoſſibile eſt potentia ordinaria.q.49.ar.1.

3 Peccatum ueniale an opponatur feruori charitatis.q.87.art.1.ad 3^{m}.

4 Peccata uenialia an remittantur quandocunque gratia infunditur.q.87.ar.2.

1 Pęnitentia an ſit de iure naturali quo ad dolorem & doloris remedium & aliquid ſignum doloris.q.84.ar.7.

2 Pænitẽtia uirtus an generetur & proprie una ſpecialis uirtus diſtincta a cęteris uirtutibus.q.85.ar.2.

3 Pęnitentia an uirtus acquiſita q.85.ar.6.

4 Pænitentiæ ſacramentum an habeat materiam ex qua conſtituatur.q.84.ar.1.& 2.ad Sco.

5 Pænitentiæ ſacramẽti res an ſit interior pęnitentia,an ornatus aliquis.Ibidem.

6 An totum ſacramentum pænitentię,compoſitum, ſ.ex materia & forma,cauſent remiſſionem peccatorum ratione utriuſque partis Ibidem.

7 Pęnitentię actus an contineatur ſub commutatiua iuſtitia, & an ſiſtat in cõmutatiua iuſtitia,& an reddat æquale ſimpliciter uel ſecundum acceptationem Dei tantum.quæſtio.85.ar.3.

8 An remiſſio culpæ ſit effectus pœnitentiæ ut eſt actus uirtuoſus.q.86.ar.6.

6 Pœnitentiæ ſacramenti partes an ſit contritio,confeſſio, & ſatisfactio.ad Sco.& Duran.q.90 ar.1.

10 Pœnitentiæ ſacramentum ſine ſatisfactione an ſit uerum ſacramentum.q.90.ar.2.

1 ¶Perſona Quomodo uerificetur quòd perſona diuina impedierit naturam humanam a propria perſonalitate.quæſtio.4.ar.2.ad 3^{m}.

2 An ſola perſona diuina poſſit propter ſuam infinitatem ſubſiſtere in duabus naturis.q.3.ar.1.ad 2^{m}.

3 Perſona diuina non ſolum eſt infinita in eſſendo & cauſando ratione diuinæ naturæ.ſed eſt etiam infinita in terminando ratio ſuæ perſonalitatis.q.3.ar.7.

4 Perſona ſeu hypoſtaſis quid addat ſupra naturam ſingularem.q.4.ar.7.ad 2^{m} ad Sco.& Aureolum.

5 Perſonæ incommunicabilitas an conuenienter aſſignetur per hoc quod eſt non poſſe prædicari de pluribus.q.3.ar.1.

6 Perſonæ quatuor attribuuntur, ſcilicet extrinſeca, accidentia inhęrentia,partes & eſſentia ipſa etiam ſingularis.q.4.ar.1.in ſecunda parte Cor.

7 Perſonam aliquam fieri hominem quæritur, non importat mutationem in ſubiecto acquirente naturam humanam, cum tamen fieri hominem abſolute importet mutationem in ſubiecto acquirente naturam humanam. quęſtio.16.articulo.6.ad 2^{m}.

8 Perſonalitatibus trium perſonarum per intellectum circunſcriptis an remaneat in intellectu una perſonalitas Dei. quęſtio.3.ar.5.ad 2^{m}.

1 Poſſibile uel impoſſibile in eccleſiaſticis myſteriis & naturalibus,attenditur ſecundum potentiam ordinariam. quæſtio.75.ar.2.

2 Potens in unum & non in amplius,habere poteſtatem limitatam ad unum,quomodo intelligatur.q.3.ar.7.

3 Potentia diſtinguitur in naturalem & obedientialem, q.1.arti.ad 3^{m}.

1 ¶ Prædeſtinatio eſt ratio ordinis electorum in uitam æternam q.24 ar.1.

2 Prædeſtinatio ut reſpicit prædeſtinata, præſupponit præſcientiam futurorum,non prædeſtinatorum, ſed eorum quę præſupponuntur uel ordinantur prædeſtinationem. quæſt.1.arti.3.ad 4^{m}.

3 Prædeſtinationis effectus duplices.q.1.arti.3.in reſponſione ad dubia.

4 Prędeſtinationis prophetia quomodo intelligatur compleri ſine n. ſtro arbitrio cauſante.q.30.ar.1.

1 ¶ Prædicator uerbi Dei quę debeat cauere.q.40.ar.3.

2 Prędicandi actus eſt de numero actuum conſecratorum. q.64.ar.7 ad 1^{m}.

1 ¶ Productio. Naturalis modus productionis alicuius diuerſus penes hoc quod eſt produci in corpore uel extra & ante corpus,arguit diuerſitatem naturę rei productæ.quæſtio.6.ar.1.

1 ¶ Propheta.Ad prophetæ rationem requiritur quòd cognoſcat ea quę ſunt procul ab eis cum quibus ipſe eſt.q.7.ar.4.

1 ¶ Propoſitio affirmatiua falſa ex repugnantia terminorũ an poſſit fieri vera per additam reduplicationem vel determinationem non tollentem illam repugnantiam.q.16.ar.10.

Q

QVotidie. Euchariſtia.vltimo.

R

RATIO ſuperior animę Chriſti in eius paſſione an pateretur ex parte obiecti.q.46.ar.7

1 ¶ Reddere. Licet ad Deum & parentes non poſſit reddi æquiualens a creatura,poteſt tamen reddi æquiualens a diuina perſona incarnata.q.1 ar.2.ad 3^{m}.

1 ¶ Reducens aliquid de potẽtia in actũ,an hæc propoſitio ſit uera tã in cauſis principalibus eſt in actu inſtrumẽtalibus.q.9.a.2.

1 Regi. Quum dicitur inferiora regi per ſuperiora, intelligendũ eſt per ſuperiora non ſecundum quid,ſed ſimpliciter & abſolute.q.59.ar.6. Superiora.1.

1 Remiſſio. An aliqua culpa a Deo remittatur ſine gratia. q.87.

2 Remiſſo pcõ mortali,remanere inordinatã conuerſionem ad commutabile bonum,quomodo intelligatur.q.85.ar.4.ad 1^{m}.

3 An ad remiſſionem peccati mortalis requiratur,ut homo actualiter ſingula mortalia deteſtetur.q.87.ar.1.

4 An ad remiſſionem peccati mortalis diſplicentia uirtualis ſufficiat. Ibidem.

Relatio realis tria requirit, ſ. cauſam, ſubiectum & terminum, q. 35. ar. 5. Vnio 13. 14

1 ¶Reſurgentes cum Chriſto an ad vitam penitus immortalem ſurrexerunt, q. 35. ar. 3.

S

SACERDOTI, an liceat totaliter a celebratione miſſæ abſtinere, q. 82. ar. 10

2 An peccatum huiuſmodi omiſſionis ſit peccatum mortale. Ibidem.

3 An plures ſacerdotes eandem hoſtiam conſecrare poſſint, q. 82. ar. 2.

4 An ſacerdotis noui Epiſcopo eos ordinanti concelebrent, dicendo ſimul cum ipſo uerba conſecrationis, q. 82. ar. 2.

1 ¶Sacramentum an ſit vere & ſecundum rem cauſa inſtrumentaliter agens ad gratiam, q. 62. ar. 1.

2 Sacramentum cauſare in inſtanti non inconuenit, nec Deum agat in tempore, q. 62. ar. 1.

3 Sacramentis uirtus inexiſtens verbis ſacramentalibus quid ſit, q. 78. ar. 4.

4 Sacramentum imprimere characterem ex ſacra ſcriptura non habetur, ſed ea eccleſiæ authoritate non multum antiqua, quæſt. 63 ar. 1.

5 Sacramentum perfic vbi ſanctificatio perficitur, quomodo intelligatur, q. 66. ar. 1.

6 Sacramentum an perficiatur ſolum nominibus quæ ſunt in communi uſu, q. 66. ar. 5. ad 7m.

7 Sacramentum recipiens cum peccato mortali uel quia eius conſcientiam non habet, uel quia non perfecte contritus, quando conſequatur gratiam in remiſſionem peccatorum, ita quòd uirtus ſacramenti fiat de attrito contritus, quæſt. 72. ar. 7.

8 Sacramenta nouæ legis poſſunt conſiderari vt cauſæ & vt ſigna, q. 80. ar. 12.

9 Sacramentorum principalis effectus, eſt gratia diſtincta contra characterem, q. 62. ar. 1.

10 Sacramentalis gratia diſtinguitur ſpecia a gratia uirtutum & donorum, q. 62. ar. 2.

11 Conditiu requiſita ad ſacramenta, non ſufficit quòd ſit ſecundù habitum, ſed oportet quòd ſit ſecundum virtutem, q. 64. ar. 8

12 Sacramentorum formæ licet in antiquis uſibus non inueniantur omnes expreſſæ, in concilio tamen Florentino ſub Euge. 4. omnes expreſſæ ſunt, q. 72. ar. 4.

13 Sacramentis nouæ legis ineſt quædam virtus ſuperaddita, quæ quidem virtus nihil aliud eſt quàm motus quo inſtrumentum mouetur a principali agente, q. 62 ar. 4.

14 In ſacramentis res & uerba coeunt in unum ſignum, quia uelut materia & forma conſtituunt unum ſacramentú, quod ũis unum ſignum eſt, q. 60. ar. 6. ad 2m.

15 Ad ſacramenti perfectionem non requiritur de neceſſitate ſacramenti eius formam conſtitui ex communioribus uerbis in aliqua lingua: ſed tantum de neceſſitate præcepti eccleſiæ, q. 60. ar. 7.

16 In ſacramentis prolatio uerborum corrupta non impedit formam ſacramentorum. Ibidem ad 3m.

17 In ſacramentis non debet eſſe tanta interruptio in forma uerborum quòd continuitas orationis ſaluatur, q. 60 ar. 8

18 Sacramentis an filij innocentes in ſtatu innocétiæ indiguiſſent, q. 61 ar. 2.

1 ¶Sacrificium offerri per modum ſatisfactionis quare dicatur, & effectum eius proprium eſſe quod ex ui ipſius quatenus ſatisfactorium eſt ſit, q. 22. ar. 4. ad 2m.

2 Sacrificium Chriſti ſumitur dupliciter, ſcilicet ſecundum ſe, & ſecundum ſuum moralia ſacrificium, ea. q. ar. 6.

3 Sacrificium Leuit. 12. præceptum, utrum offerretur pro matre an pro filio, q. 38 ar. 3.

1 ¶Sanguis qui erat in corpore Chriſti an eſſet diuinitati unitus, q. 5. ar. 2.

2 Sanguis Chriſti effuſus in paſſione, an totus reſurrexit cum eo, q. 54. ar. 3.

IN titulo artic.6. ly accidentaliter ſumitur, ut diſtinguitur cōtra ſubſtantialiter, ita quod modus coniunctionis in quæſtionem uertitur, an ſubſtantialis, an accidentalis ſit. Vbi aduerte q̃ poſtquam determinatum eſt, quod humana natura eſt coniūcta filio Dei in perſona, quæritur an ſit coniuncta ei ſubſtantialiter, uel accidentaliter. Et hoc, quia, ut patet ex ſuperius aſſignata latitudine unionum aliquid uniri in perſona, aliquid unitur Sorti in perſona accidentaliter, ut albedo, & reliqua accidentia, quæ ſunt in Sorte & aliquid unitur Sorti in perſona ſubſtantialiter, ut membra ſua. & natura ſua. Hæc autem quæ dicimus patent ex eo, quod dicendo, Sortes eſt albus, aut magnus, enuntiamus eſſe accidentale Sortis, dicendo aūt, Sortes eſt capitatus aut hō, enunciamus utrobique eſſe ſubſtantiale Sortis. Quia igitur perſonæ poteſt aliquid in perſona uniri tam ſubſtantialiter, q̃ accidentaliter: ideo merito poſtquam concluſum eſt, naturam humanam eſſe unitam filio Dei in perſona, quæritur an filii uni ſit ſubſtantialiter, an accidentaliter. Hic eſt ſenſus tituli.

¶ In corpore articuli tres ſunt principales partes, in prima narrātur duæ hæreſes extremæ circa q̃ſitum. In ſecunda ad alterā A earum reducuntur duæ opiniones extremæ poſitæ à Magiſtr. ſent. in 6. diſt. 3. ſent. In tertia ponitur ſententia fidei.

¶ Quo ad primum, clare conſtat, allatas hæreſes eſſe extremas, dum Euthicetis error commixtionem in Chriſto naturarum ſubſtantialem eſſe dicit, quod ex ſubſtantiis duabus compoſita eſt una natura: Neſtorii autem error coniunctionē iſtam in tm̃ accidentalem poſuit, q̃ ſeparauit perſonā filii Dei a perſona filii hominis. Ille confundit naturas, & unā, tm̃ nãm, quā perſonā poſuit eſſe in Chriſto: iſte ſeparat, & naturas, & perſonas, dicens in Chriſto duas eſſe, & naturas, & perſonas, coniunctas autem eas accidentali unione pe [illegible] quinque ut in litera clare habes. Hæc de primo.

ARTICVLVS VI.

Vtrum natura humana fuerit vnita verbo Dei accidentaliter.

AD SEXTVM ſic procedit. Vr quod humana natura fuerit unita verbo Dei accidētaliter. Dicit.n. Apoſt. Philip.2. de filio Dei, q̃ habitu inuentus eſt ut homo: ſed habitus accidentaliter aduenit ei, cuius eſt, ſiue accipiatur habitus, prout eſt unum de decem prædicamentis, ſiue prout eſt ſpecies qualitatis. Ergo humana natura accidentaliter unita eſt filio Dei.

¶ 2 Pręt. Oē, q̃d aduenit alicui poſt eſſe cōpletum, aduenit ei accidentaliter: hoc.n. dicimus accidēs, poteſt, & adeſſe, & abeſſe alicui pręter ſubiecti corruptionē. Sed natura humana aduenit ex tempore filio Dei, habenti eſſe perfectum ab ęterno. Ergo aduenit ei accidētaliter.

Ferr.4. 12

3.q.17.a.1 c. Et 3.d.6 q.3.a.2. Et 4.cō.c.37. 41.& 49 & unic.ar.1. cor. & ad 1. Et op. 3.c.21. Et Phi.2.col. 3.

¶ Quo ad ſm̃ poſteriorū magiſtrorum errores tractantur, qui putantes ſe catholice dicere, opiniones duas introduxerunt extremas, apud Magiſtr. ſent. primā, & tertiam, cum ambæ ex parte unius extremi, hoc eſt Neſtoriani erroris ſe tenea. it. nã utrique conueniunt in hoc, q̃ ponunt in Chriſto diuerſas hypoſtaſes, ita q̃ alia eſt hypoſtaſis filii Dei, & alia hypoſtaſis filii hominis, ac per hoc utrique ſeparāt in Chriſto, & naturas, & hypoſtaſes ſeu ſuppoſita. Et accidentalem proinde unionem ponunt humanæ naturæ ad perſonam filii Dei, quamuis diuerſimode: quia primi ponunt ſub nomine perſonę, dicendo hypoſtaſes duas uniri in perſona, quod mōſtratum eſt non eſſe intelligibile, niſi perſonæ nomen accidens ſignificet. Alii uero ponunt uniri per modum ueſtis, cuius namque, q̃ eſt inſtituto, accidentale tantum eſſe ponit in perſona, quę ueſtita eſt. Et omnia clare patent in litera.

¶ Quo ad tertiū primò ponitur ſnīa fidei, quæ uere eſt media. ſ. q̃ unio eſt ſm̃ ſubſtantiā, ut ſubſtantia importantia per perſonā, hypoſtaſim, uel ſuppoſitum, & hoc cōtra Neſtorium, & poſteriores magiſtros, & q̃ nō eſt ſm̃ ſubſtantiam, ut ſubſtantia importat per eſſentiam, nām, ſeu quidditatē, & hoc contra Euthicetem, & Dioſcorum. Probaturq; auctoritate ſextæ Synodi, ut patet, Vnionē carnis ad uerbum Dei ſm̃ cōpoſitionē, q̃ eſt ſm̃ ſubſtantiam, confeſſam eſſe. Scđo modum loquendi docet circa recitatas ſnīas tres a Magiſt. ſent. in 6. diſt. tertii, q̃. ſ. nulla earum uocanda eſt opinio, ſed ſecunda dicenda eſt ſnīa, doctrinaq. fidei, tam prima autem q̃ tertia hæreſis a concilio dānata appellanda eſt. Vbi ſcito, q̃ licet tpe Magiſt. ſen. & illorum magiſtrorum, quorum hic Auctor meminit, iam eſſent dānatę ambæ iſtæ hæreſes: q̃a tñ occultum erant cōprehēdi poſitiones iſtas ſub illis damnatis, & putabatur iſtas ab illis tm̃ diſtare, ut ſeparatæ eſſent ab illis, ideo excuſati fuerunt, & auctores, & ſequaces earum, & q tanquā opiniones illas habuerūt. Sed ex quo tanta conceſſa eſt poſterioribus perſpicacitas, ut uiderent, & diſcernerent inter illas, & unicuique locum ſuum darent, nō amplius excuſarentur q̃ hm̃ōi poſitiones, ut opiniones aſſtruerent.

¶ In rñſione ad primum, & ad ſm̃ aduerte primū, q̃ habere eſt utrique. ſ. habitui, & accidēti uniri accidentaliter Sorti. nam indumentum non niſi accidentale eſſe ponit in Sorte, eſſe.n. ueſtitū accidentale eſſe eſt, & albedo accidentale eſſe ponit in Sorte. diſtā autem inter ipſa eſt, q̃ indumentum eſt in ſe ſubſtantia q̃dam. puta pānus laneus, albedo autem eſt in ſe accidens, ita quod albedo. & eſt in ſe accidens, & accidentaliter coniungitur Sorti. Indumentum autem eſt in ſe ſubſtantia, ſed accidentale tm̃ eſſe confert Sorti. ſ. eſſe ueſtitū. Et quia natura humana eſt in ſe ſubſtantia & aduenit uerbo Dei poſt eius eſſe cōpletum, ideo accidentaliter coniuncta uerbo Dei exiſtimata eſt: quemadmodum habitus ſeu indumentum accidentaliter iungitur Sorti

¶Sed æſtimationē hanc eſſe falſam non ſolum manifeſtatur ex antedictis, quia ſcilicet vnio veſtis ad Sortem, nõ eſt in perſona quia alia eſt hypoſtaſis veſtis, & alia hypoſtaſis Sortis veſtiti: ſed etiam quia talis unio ut terminatur ad ſortem, eſt ſm̃ eſſe accidentale, quia non ponit in Sorte niſi eſſe ueſtitum quod conſtat eſſe de gñe accidētis.

Natura autem humana, ſic eſt coniuncta uerbo Dei, vt conferat uerbo Dei eſſe ſubſtantiale, qm̃ confert illi eſſe hominem: cõſtat aũt q eſſe hominē, eſt in gñe ſubſtantiæ, & non in gñe accidentis: filius ſiquidē Dei ſic hõ factus eſt, vt veriſſime ſit homo.

*Ar. 1. huius quæſt.

Vnde fingendo quod ueſtis ſit nomen ſubſtantiæ, pro claritate doctrinę, cõiunctio veſtis ad perſonā ueſtitā eſt ſm̃ eſſe accidentale. quia nõ confert veſtitæ perſonæ, q ſit veſtis, ſed quod ſit ueſtita, ſed humana natura coniungitur perſonæ diuinę ſm̃ eſſe ſubſtantiale: quia cõfert uerbo Dei, q ſit hõ ſecundum rei ueritatē ſimpliciter, & non in intellectu, aut in imaginatione, aut repræſētatione, aut ſm̃ qd. Et hoc eſt qd Auctor in quarto cont. Gene. ca. 49. in ſolutione vltimæ obiectionis explicauit: hoc eſt, quod extra de hær. in ca. cũ Chriſtus, Alexander tertius explicauit, ubi ſub anathemate inhibens, ne quis audeat dicere, quod Chrs, ſm̃ q hõ, non eſt aliquid quia eſt uerus homo, contra eos loquitur, q dicebant q Chrs ſm̃, q hõ non eſt aliquid, ſed ad aliquid ſeu aliqualis: hoc. n. ſequit̃ ad oẽs ponentes unionem naturæ humanæ ad hypoſtaſim filii Dei eſſe accidentalē. Nam ſm̃ hõ ſi poſitiones, ſicut Sortem eſſe ueſtitum, aut eſſe magnum, aut honorabilem, & ſuper alios, nõ eſt Sortē eſſe aliquid ſed ad aliquid, aut aliqualē, &c. ita filium Dei eſſe hoīem, non eſſet eſſe aliquid, ſed ad aliquid aut aliqualē, &c. Vnde Auctor optime in hoc articulo induxit decretalem illam ad probandā unionem humanæ naturæ ad Verbum eſſe ſubſtantialē. Et Scotus in vlt. q. 6. d. 3. ſen. dicit q per iſtā decretalem condemnata eſt tertia opinio illic a Magiſt. ſen. recitata, ſ. q humana natura unita eſt Verbo ut habitus, per hæc manifeſtãs q ly aliquid ſumitur in dicta Decretali ut diſtinguitur contra ad aliquid, aliquale, aliquantum, & reliqua accidentium genera. Quæ ſolum conuenire Chriſto ſm̃ q homo, dicebat poſitio illa, & quæcumque alia ponens vnionem iſtam accidentalem.

¶Aduerte ſecundo propter exemplum, quod in litera datur, de unione animæ ad corpus, q dicentes unioni Verbi, & naturæ humanæ maxime ſimilem eſſe unionem ſubſtantiæ, & accidentis ſublato hoc, q ſubſtantia informatur per accidens ſicut potentiale per actuale, aberrant iſti ualde quia ſublata informatione non remanet inter ſubſtantiam, & accidens niſi unio accidentalis, ut patet ex hoc quod de facto ſunt ibi duo, primum, quod ſubſtantia iungitur accidenti ſubſtentãdo, illud, ſecundũ quod informatur per illud. Conſtat autem q de facto nunc unio nec inter accidens, & ſubſtantiam eſt coniunctio ſubſtantialis, ſed ſolum accidentalis. ergo ſi tollatur ſecundum. ſ. informatio, non niſi accidentalis unio remanet. Non ergo ſimillimā

¶3 Pręt. Quicquid non ptinet* ad naturam, ſeu eſſentiā alicuius, eſt accidēs eius, quia oẽ, qđ eſt, aut eſt ſubſtantia, aut accidens: ſed humana natura nõ ptinet ad eſſentiam, uel nãm diuinã filii Dei: quia nõ eſt facta unio in natura, ut s. dictũ eſt.* Ergo oportet, q natura humana accidentaliter filio Dei aduenerit.

¶4 Præt.* Inſtrum accidentaliter aduenit: ſed humana natura in Chr̃o fuit diuinitatis inſtrm. Dicit. n. Damaſ.* in 3. lib. q caro Chri inſtrũm diuinitatis exiſtit. Ergo uĩ, q humana natura fuerit filio Dei vnita accidētal͛r.

*Li. 3. orth. fidei c. 15. poſt med.

SED CONTRA eſt, q illud, qđ accidentaliter prædicatur, non prędicat quid, ſed quãtum, uel quale, uel aliquo alio modo ſe hñs. Si ergo humana natura accidentaliter adueniret, cum dr̃, Chrs eſt hõ, non prædicaretur quid: ſed quale, aut quantũ, aut aliquo alio modo ſe hñs, quod eſt contra decretalē Alex. Papę dicentis, Cum Chriſtus ſit pfectus Deus, & perfectus homo, qua temeritate audent quidã dicere, q Chriſtus ſecũdum q eſt homo, non eſt quid?

RESP. Dicẽdm, q ad huius qõnis euidentiam ſciendum eſt, q circa myſterium unionis duarum naturarum in Chriſto, duplex hæreſis inſurrexit. Vna q. dem confundentium naturas: ſicut Euthicetis, & Dioſcori q poſuerunt, quòd ex duabus naturis eſt conſtituta vna natura, ita quod confitentur Chriſtũ eſſe ex duabus naturis, quaſi ante unionem diſtinctis: non aũt in duabus naturis, quaſi poſt vnionem naturarum diſtinctione ceſſante.

G

Alia vero fuit hæreſis Neſtorii, & Theodori mopſueſteni, ſeparantiũ perſonas, poſuerũt. n. aliam eſſe perſonã filii Dei, & filii hominis. Quas dicebant ſibi inuicem eſſe unitas, primo quidem ſm̃ inhabitationẽ: inquantum. ſ. verbũ Dei habitauit in illo homine ſicut in templo. Secundo per unitatem affectus, inquantum. ſ. voluntas illius hominis eſt ſemper conformis voluntati uerbi Dei. Tertio ſm̃ operationem, prout. ſ. dicebant hominem illum eſſe verbi Dei inſtrm̃. Quarto ſm̃ dignitatem honoris, prout omnis honor, qui exhibetur filio Dei, coexhibetur filio hominis pp coniunctionem ad filium Dei. Quinto ſecundum æquiuocationem, ideſt communicationem nominum, prout ſcilicet dicimus illum hominem eſſe Deũ,

H

I

F exemplum hoc, ſed abducens ab unione ſubſtantiali inter uerbum, & naturam humanam. Quod aũt quidam dĩt, huic unioni maxime ſimilem eſſe inſitionem, eo q ramus inſitus cum ramo naturali arboris unitur in unitatem ſuppoſiti, quia eadem utriuſque rami arbor eſt, & non unitur etiam in unitatem naturæ. q ſ. ramus inſitus alterius naturę eſt (nec obſtat q inſitio fiat per contactum, ſeu continuationem, qm̃, qđ facit in corporibus ſitus, hoc facit in ſpũalibus ordo ſm̃ Augu. conſonat aũt hæc ſimilitudo doctrinæ ſacræ Scripturæ Apoc. 5. uicit leo de tribu Iuda radix Dauid, & ite ego radix Dauid, per hæc. n. patet filiũ Dei ſe habere ad Dauid, hoc eſt ad naturã ſuã ex Dauid, ut radix) hoc tamquã magis ad metaphoricã, quàm ad propriam theologiam ſpectat. nam falſum eſt q ramus naturalis, & ramus inſitus ſint uniti in uno ſuppoſito ſm̃ ueritatem. Quod ex 5. Met. patet, ubi dr̃, quod quęcunque ſunt unum numero, ſunt unum ſpecie, quamuis non ecõtra, conſtat autem ad ſenſum, quod ramus inſitus, & ramus naturalis diſtinguunt̃ ſpẽ, ut patet ex fructibus, ſunt igitur diſtincti numero in gñe ſubſiſtẽtiæ, quod eſt diſtingui ſuppoſitaliter ſm̃ ueritatem, quãuis ſm̃ apparentiã unum appareat ſuppoſitum arboris. habet. n. ſe arbor ſuſcipiens inſitionem quaſi terra, alimentum ex ſe præſtãs ramo inſito: ita quod inter ramum inſitum, & plantatum tota cõſiſtit in primo alimento. Nam ramus plantatus in terra inde primum habet alimentum crudum, & digerit illud: ramus uero inſitus ex arbore habet primum alimentum iam depuratum in trunco arboris habile ad ſui nutritionem, augmentationem, & fructificationem. Vnde ramus inſitus ponit quaſi radices in arbore, unde nutritur, ſicut plantatus ponit radices in terra unde alitur. & ppterea non cuiuſcunque naturæ ramus poteſt cuilibet arbori inſeri: ſed oportet proportionem eſſe inter alimentum decoctum pro arbore, & alimentum rami talis naturæ. At ſi quiſpiam dixerit maximam poſitam eſſe ſimilitudinem inſitionis ad incarnationem, quando ramus inſitus eſt eiuſdem ſpeciei cum trunco, quia tunc ſit unum ſuppoſitum utriuſque quia continuatur ramus inſitus arbori, aduertat hæc dicens, quod iam exit ab unione inſitionis, quatenus inſitio eſt: quoniam inſitio ad ramos alterius ſpeciei extenditur, & declinat ad inſitionem talem, ſcilicet per unitatem continuitatis. Quod, formaliter loquendo, nihil aliud eſt dicere, quàm dicere, unitatem aduenientis partis alicui toti continuo, maxime eſſe ſimilem unioni incarnationis, quod eſt ridiculum. Revereantur ergo antiquos doctores, & dicant cum Auctore in quarto contra Gẽ til. cap. 41. nihil in omnibus creatis inueniri, huic unioni tam ſimile, ſicut eſt unio animæ intellectiuæ ad corpus: quod etiam hic confirmatur, dum ſimilitudo iſta affertur, & explanatur. Vbi aduerte, quod ſimilitudo iſta quantum ad unum non tenet, quantum ſcilicet ad hoc, quod anima unitur corpori, ut forma materię, ac per hoc ut pars comparti unius humanæ naturę

K

ex cu

& filiũ Dei. Manifeſtũ eſt aũt iſtos oẽs modos accidentalem unionẽ importare. Quidã aũt poſteriores magiſtri, putantes ſe has hæreſes declinare, in eas ꝑ ignorantiã inciderunt. Quidã.n. eorũ conceſſerunt vnam Chrĩ pſonã ſed poſuerũt duas hypoſtaſes ſiue duo ſuppoſita, dicentes hoiem quẽdã compoſitũ ex corpore, & aĩa a principio ſuæ cõceptionis eſſe aſſumptũ à Dei uerbo. Et hæc eſt prima opinio quã Magiſter ponit in 5. diſt. 3. lib. ſenten.* Alii uero uolentes ſeruare unitatẽ pſonæ poſuerunt Chrĩ aĩam nõ eſſe corpori unitã: ſed hęc duo ſeparata ab inuicẽ, eſſe unita uerbo accidentaliter, ut ſic nõ creſceret numerus perſonarũ. Et hæc eſt tertia opinio, quam magiſter ibidẽ* ponit. Vtraq; ãt harũ opi. incidit in hęreſim Neſtorii. Prima quidẽ: q2 idẽ eſt ponere duas hypoſtaſes, vel duo ſuppoſita in Chr̃o, quod ponere duas perſonas, ut ſupra dictũ eſt. Et ſi fiat uis in noie perſonæ, conſiderandum eſt, ꝙ ẽt Neſtorius utebatur unitate perſonę pp unitatẽ dignitatis, & honoris. Vñ ẽt ſexta Synodus definit anathema eũ* qui dicit unam perſonã ſm dignitatem, & honorẽ, & adorationẽ, ſicut Theodorus, & Neſtorius inſanientes cõſcripſerunt. Alia vero opinio incidit in errorẽ Neſtorii, quantũ ad hoc, ꝙ poſuit unionẽ accidentalẽ: nõ.n. differt dicere, ꝙ verbum Dei unitum eſt hoi Chr̃o ſm inhabitationẽ, ſicut in templo ſuo (ſicut dicebat Neſtorius), & dicere, ꝙ unitũ fuit uerbum Dei hoi ſm indutionẽ, ſicut ueſtimẽto: ſicut dicit tertia opinio, q̃ ẽt peius dicit aliquid, q̃ Neſtorius, ſ. ꝙ aĩa, & corpus non ſunt unita.* Fides ãt catholica mediũ inter præ dictas poſitiones tenens, non dicit unionem factã Dei, & hois ſm eſſentiã. vel naturam, neq; ẽt ſm accidens: ſed medio mõ ſm ſubſtãtiam ſeu hypoſtaſim.* Vnde in ſexta Synodo* dr̃, Cum multis modis unitas intelligatur, qui iniquitatem Apollinarii, & Euthicetis ſequuntur, interẽptionẽ eorum, qui conuenerunt colentes, i. interimentes utrãq; naturam, unionem ſm confu-
B ſionem dicunt: Theodori aũt, & Neſtorii ſequaces, diuiſione gaudentes, affectualem unitatem introducunt: ſãcta uero Dei Eccleſia, utriuſq; perfidiæ impietatem reiiciens, unionẽ uerbi Dei ad carnẽ ſm compoſitionẽ confitetur, quod eſt ſm ſubſiſtẽtiam. Sic ergo patet, ꝙ ſecunda triũm opinionẽ, quas Magiſter ponit, q̃ aſſerit unã hypoſtaſim Dei, & hois, nõ eſt
C dicenda opinio, ſed ſententia catholicæ fidei: ſimiliter ẽt prima opinio, quę ponit duas hypoſtaſes, & tertia, quæ ponit unionem accidentalem, *non ſunt dicendæ opiniones, ſed hæreſes in conciliis ab Eccleſia damnatæ.

AD PRIMVM ergo dcẽm, ꝙ ſicut Damaſ.* dicit in 3. lib. nõ neceſſe eſt omnifariã, & indefectiue aſſimilari exempla: qđ
D .n. eſt oibus ſimile, idẽ utiq; erit, & non exemplũ, & maxime in diuinis: impoſſibile.n. eſt ſimile exemplũ inuenire in oibus, & in Theologia, i. in deitate perſonarũ, & in diſpenſatione, i. in myſterio incarnationis. Humana ergo natura in Chr̃o aſſimilatur habitui, i. ueſtimento, non quidẽ quantũ ad accidentalẽ unionẽ: ſed quan-
E tum ad hoc ꝙ Verbũ vr̃ per humanam naturam, ſicut hõ per ueſtimentum. Et ẽt quantũ ad hoc, ꝙ ueſtimentum mutatur: quia. ſ. formatur ſm figuram eius, qui induit ipſum q, a ſua forma non mutatur pp ueſtimentum. Et ſimiliter humana natura aſſumpta a uerbo Dei eſt meliorata, ipſum aũt uerbũ Dei non eſt mutatum: ut* Aug. exponit in lib. 83. quæſtio.

AD II dcẽm, ꝙ illud quod

ex eis cõpoſita, ut tam hic q̃ ibi expreſſe dr̃ ſub aliis tñ uerbis: ſed tenẽ, quantum ad hoc, quod aĩa, unitur corpori ut ipſius coniunctio, ut ibi dr̃ uel, & in idem redit, quãtum ad hoc quod corpus aſſumitur ad eſſe proprium aĩæ prout eſt perſonæ ſeu ſubſiſtẽtis. Et de unione quidẽ per modũ inſtri in loco ꝓprio, hoc eſt in reſponſione ad quartum erit ſermo: his aũt declaranda utcumq; eſt unio ad eſſe, ut eſt perſonæ. Ad cuius aliqualem perceptionem fingamus aĩam rationalẽ per ſe ſubſiſtere ante corpus, ſicut de facto ita eſt in aĩabus defunctorum ante reſurrectionẽ: ſubſiſtunt n. interim per ſeipſas abſque corpore aliquo: hoc ſtãte conſidera, quod aĩa per ſe ſubſiſtens aduenienti ſibi duo cõicat corpori. ſ. eſſe
*dist. 6. q. 2. lib. 3. ſent. & ſubſiſtere: uel dupliciter cõicat ſuum eſſe corpori. Primo per modum naturę, & hoc facit informando corpus: ex hoc.n. quod informat ipſum, dat ei eſſe ſpecificum, quod natura ſignificat. Secundo per modũ p-
in lit. d. 3. D. 706. ſonæ, & hoc facit cõicando ſuũ ſubſiſtere corpori ita qđ non ſolum ipſa aĩa per ſuum ſubſiſtere ſubſiſtat, ſed corpus ſubſiſtat per illud met ſubſiſtere: ſubſi-
Art. 3. huius q. ſtit.n. corpus adueniens non per nouũ ſubſiſtere, ſed per antiquum animæ ſubſiſtẽtiã. Q circa ſi in unione rationalis aię, & corporis conſi-
* habetur in Syno. 2. Conſtant. can. 4. deretur ſecũdus tñ modus abſtrahendo a primo, habebimus exemplum in rerum natura inter reliqua ſimillimum, quomodo unio eſt humanę naturæ ad Verbum ſm eſſe ſubſtantiale ipſius Verbi: non ut eſt naturæ, ſed ut eſt perſonæ, ut in litera dr̃. Nam ſicut aĩa rationalis corpus ſibi unitum in reſurrectione trahit ſecluſa informatione ad eſſe ſuum, prout eſt pſonæ, hoc eſt, ꝑ ſuũ ſubſiſtere, & non trahit ad eſſe ſuum, prout eſt naturę, hoc
Concil. eſt, prout eſt cõferẽs eſſe ſpecificũ: ita uerbũ Dei nãm humanã ſibi unitã trahit ad eẽ ſuũ, ut eſt pſonæ, hoc eſt ut eſt ſubſiſtere: quia natura humana in Chriſto nõ per ſe ſeparatim

exiſtit, ſed in uerbo Dei, ac per hoc ſubſiſtere Verbi eſt ſubſiſtere humanæ naturæ: ille.n. hõ qui uocatur Ieſus Chr̃s, uere eſt ſubſiſtens, & non alia ſubſiſtentia quã increatã, & æterna ſubſiſtentia filii Dei, & nõ trahit ad eſſe ſuũ, ut eſt naturę, hoc eſt ut conferẽs naturã deitatis. non.n. humana naturam Chr̃o ad naturã deitatis trãſit aut aliquã aliã naturã ex illa acquiſiuit, ſicut corpus ex unione ad eſſe aię ut eſt naturę
* habetur concil. 2. Conſtant. can. 4. nouã ex illa naturã, ac ſpeciẽ acquirit. Et hęc nõ ſolũ ꝑ exempli ſimilitudine, ſed ꝑ expoſitione diſſionis ad lrã ſufficiant pro nunc.
q In diſſione ad tertiuũ caute, & perſpicaciter conſidera, qđ proprie, ſeu propriiſſime loquẽdo, unitũ alicui in hypoſtaſi, cõius eſt, quam unitũ ſm hypoſtaſim. nam quicquid pertinet ad hypoſtaſim, ſiue ſubſtantiale, ſiue accidẽtale ſit unitur Sorti in hypoſtaſi ſeu pſona, ut in art. 2. hu-
lib. ſenten. diſt. 6. ius quęſtio. Auctor dixit, ſed non omne tale unitur Sorti ſecundũ hypoſtaſim. Et hoc dico ſumendo ly in: ut denotat ſolum ineſſe perſonę, & ly ſecundum,
D. 850. ut addit modum coniunctionis inter perſonam, & illud, quod unitum eſt illi ſecundum perſonam. ſ. per modum ſubſiſtentis.
*li. 3. orth. fid. c. 26. in fine. Eſt enim uidere in Sorte eſſe album, & eſſe capitatũ, & utrũque eſt unum Sorti in perſona: quia ut patet in 5. Meta. c. de uno, quęcumq; ſunt in aliquo indiuiſa ſunt unum in illo. Sortes aũt, & ſua albedo non ſunt diuiſi ſubiecto, ſeu hypoſtaſi: qm̃ una, & eadẽ eſt ſubſtantia ad prima, quę eſt Sortes, & alba, & ſimiliter quę eſt Sortes, & quę eſt capitata. Sed eſſe album non eſt unum Sorti ſm hypoſtaſim: quia, nec Sortes ſubſiſtit ex albedine aut in albedine, nec eſſe albũ, ſubſiſtit per ſubſiſtere Sortis. hoc.n. album, quod eſt in Sorte, nõ ſubſiſtit, quia natura accidentis, neq; per ſeipſam, neque per aliud nata eſt ſubſiſtere. Sed eſſe capitatũ eſt unũ Sorti ſm hypoſtaſim
*li. 83. q. q. 73. in ſi longe a fine ſu. quamuis partialiter q2 caput pars eſt Sortis: quia, & Sortes ſubſiſtit ſm eẽ capitatum

aduenit poſt eſſe cõpletum, accidentaliter aduenit, niſi trahatur in cõionẽ illius eſſe cõpleti: ſicut in reſurrectione, corpus adueniet aiæ præexiſtenti: non tñ accidentaliter, quia ad idẽ eſſe aſſumetur, ut ſ. corpus habet eſſe u tale per aiam. non eſt aũt ſic de albedine: qa aliud eſt eſſe albi, & aliud eſt eſſe hominis, cui aduenit albedo. Verbum aũt Dei ab æterno eſſe cõpletũ habuit ſm hypoſtaſim, ſiue perſonam: ex tpe aũt aduenit ei natura humana nõ quaſi ſumpta ad unum eſſe, prout eſt naturę, ſicut corpus aſſumitur ad eſſe aiæ: ſed ad unũ eſſe, prout eſt hypoſtaſis uel pſonę. Et ideo humana natura non unitur accidentaliter filio Dei.

Ad iii dcm̃, q̃ accidens diuidit̃ contra ſubſtantiã. Subſtantia aũt (ut patet 5. Met.*) dupliciter dr̃. Vno mõ pro eſſentia ſiue natura: alio mõ pro ſuppoſito ſiue hypoſtaſi. Vñ ſufficit ad hoc, q̃ non ſit unio accidentalis, quòd ſit facta ſm hypoſtaſim, licet non ſit facta unio ſecundum naturam.

Ad iiii dcm̃, q̃ non oẽ, quod aſſumit̃, ut inſtrm, pertinet ad hypoſtaſim aſſumentis, ſicut patet de ſecuri, & gladio: nihil tñ phibet, illud, quod aſſumit̃ ad unitatẽ hypoſtaſis, ſe habere vt inſtrm: ſicut corpus hois uel mẽbra eius. Neſtorius ergo poſuit, q̃ natura humana eſt aſſumpta à Verbo ſolum p modũ inſtri: non aũt ad unitatẽ hypoſtaſis. Et iõ non concedebat, q̃ hõ ille uere eſt filius Dei, ſed inſtrm eius. Vñ Cyrillus dicit in Epiſtola ad Monachos Ægypti, Hunc Emanuelẽ .i. Chriſtum, non tanq̃ inſtri officio aſſumptũ dicit Scriptura, ſed tanq̃ Deum uere humanatum, i. hoiem factum. Damaſcenus* aũt poſuit naturam humanam in Chriſto eſſe ſicut inſtrumentum ad unitatem hypoſtaſis pertinens.

G

ARTICVLVS VII.

Vtrum unio naturæ diuinæ, & humanæ ſit aliquid creatum.

H

Ad ſeptimvm ſic proceditur. Vr̃, q̃ unio naturę diuinæ, & humanæ, non ſit aliquid creatum. Nil. n. creatum in Deo: poteſt eſſe: quia quicquid eſt in Deo, Deus eſt: ſed unio eſt in Deo: quia ipſe Deus eſt humanæ naturæ unitus. Ergo videtur, q̃ unio non ſit aliquid creatum.

¶ 2 Præt. Finis eſt potiſſimũ in unoquoq;: ſed finis vnionis eſt diuina hypoſtaſis, ſiue pſona, ad quã terminata eſt unio. ergo vr̃, q̃ huiuſmodi unio maxime debeat iudicari ſm conditionẽ diuinę hypoſtaſis, quæ non eſt aliquid creatum. Ergo,

I

[illegible]tum, utpote ſubſtãtiale, & eſſe captiuũ ſubſiſtit per Sortẽ: quia hoc captiuũ ſubſiſtit Sortis ſubſiſtẽtia. Quia igit̃ natura humana unita eſt filio Dei, os non ſolũ ineſt illi, & prædicetur de illo, (ſicut eſſe albũ ineſt filio Dei, & pdicatur de eo, dum dr̃, Chrũs ſeu filius Dei eſt albus) ſed ut filius Dei ſubſiſtat ex humana natura, & humana natura, quãuis diuerſimode, ut prædeclaratũ eſt: qm̃ ſubſiſtere ex humana natura intelligit̃, inquantũ eſt pſona: ſubſiſtere uero in humana natura abſolute admittitur de verbo Dei. D. 12. Et ſimiliter humana natura cõſtituit uerbũ Dei in hoc, quod eſt eſſe perſonam humanã in hoc, quod eſt aſſa hypoſtaſim humanæ naturæ: in hoc, qđ eſt eſſe hunc hoiem. Et ſic natura humana loco ppriæ ſubſiſtentiæ ſortitur ſubſiſtentiã propriã filii Dei, & per illam ſubſiſtit, non per ſeipſam. Quia inquã per modum ſubſiſtentiæ unio eſt inter perſonã filii Dei, & naturã humanã. iõ dr̃ quod eſt unio ſm hypoſtaſim: & dr̃ in litera hac, q̃ unio ſm hypoſtaſim ſufficit ad hoc, q̃ non ſit unio accidentalis. *ll. 5. met. tex. 15. t. 5 Vbi clare uidere potes quod diximus, nam ſi unio ſm hypoſtaſim excludit unionẽ eſſe accidentalẽ, conſequens alare eſt, q̃ unio ſm hypoſtaſim, non eſt ſm coniungi hypoſtaſi per ineſſe hypoſtaſi: qm̃ coniungi hypoſtaſi per ineſſe tm̃, nõ excludit unionẽ eſſe accidentale, ut patet de albedine coniuncta hypoſtaſi Sortis per ineſſe tm̃. Plus ergo exigit unio ſm hypoſtaſim. Et cum proprium hypoſtaſis ſit ſubſiſtere in natura, conſequens eſt q̃ unio ſecundum hypoſtaſim, exigat communionem ſecundum ſubſiſtere, quam in propoſito inueniri declaratum eſt.

¶ In reſponſione ad quartum eiuſdem 6. articuli, aduerte duo, primo uer ta[illegible], deinde proceſſum Auctoris. Quo ad primũ: quia inſtrm eſt nomen cauſæ, unio alicui, ut inſtrm, non tranſcendit unionem comprehenſam infra genus, ſeu latitudinem cauſatum & ideo eſt talis unio in cauſando. Et quia unio humanæ naturæ ad Verbum (de qua eſt ſermo) non eſt in cauſando, ſed in eſſendo ſm eſſe ſubſtantiale ſubſiſtentiæ: ideo Cyrillus in litera allatus reprobat Chriſtum tanquã inſtri officio aſſumptum. Si. n. prima, ſeu ſumma unio humanæ naturæ ad Verbũ eſſet unio inſtrũli, non eſſet unio in perſona, nec ſm perſonã, nec in eſſendo, ſed in cauſando, quod maximi erroris eſt. Inter uerbum ſiquidem Dei, & naturam humanam unio eſt hypoſtatica, & non ſm aliquod genus, uel modum cauſæ, ſed ſm aliquod genus, ſeu modum entis per ſe, quod eſt ſubſtantia, quia eſt ſm ſubſiſtentiam, quæ non dicit cauſam ſeu cauſalitatem, ſed ſubſtantiam. Patet autem hoc nouitis ex hoc, q̃ unio filii Dei cum natura humana propria eſt filii, ita quòd nec Patri, nec Spiritui ſancto conuenit: omnis autem cauſalitas filii Dei reſpectu naturæ aſſumptæ communis eſt toti trinitati: quoniam indiuiſa ſunt trinitatis opera ad extra. Non eſt ergo diffiniendã unio naturæ humanæ ad Verbum per unionem in

ſtrumenti: ſi tamen non firmatur ſola ſuper ratione inſtrumenti v[illegible], ſed ſuper ratione inſtrũli, hoc eſt coniuncti, hoc eſt ſpectantis ad hypoſtaſim, iam ab ordine cauſandi ad ordinem eſſendi, & ab unione in cauſando ad unionem in eſſendo uenitur: & ad iam dictam unionem ſecundum ſubſtantiam recurſus, & reſolutio fit: & patet, quod prima & maxima unio non ponitur in unione inſtrumenti, ſed in unione cõiunctionis, qua inſtrumentum ſpectat ad hypoſtaſim. Quocirca licet ſententia iſta de unione per modum inſtri coniuncti in uera, minus tñ formalis eſt: quia non attenditur ratio inſtri ut ſic, ſed coniunctio eius perſonalis, in qua pendent lex, & prophetæ, hæc quo ad ueritatem. In proceſſu uero Auctoris uideo ipſum ſeipſo altiorem. nã in quarto contra Gen. ca. 41. unionem Verbi incarnati declarauit ſecundum unionem inſtri coniuncti, & hoc fecit, quaſi a poſterioribus, & notioribus, manuducens ad tam excelſam unionem. In hoc autem loco ultimo contemplatus inſtrumentum ut ſic ratione, & unionem hypoſtaticam, ſtatim in principio reſponſionis inſtrumenti unionem ab unione hypoſtatica ſeparauit, dicens, Non oẽ, quod aſſumitur ut inſtrumentum, &c & ad unionem perſonalẽ reducendam dixit. Et Neſtorium inde cõfundit, atq; Damaſcenum expon[illegible] Proceſſit ſign[illegible] hic nõ a poſterioribus, ſed aptius ex unione hypoſtatica, ſaluans unionem inſtri talis, dum ex hoc, q̃ inſtrm aliquod pertinet ad eſſe hypoſtaſis, ſaluat naturam humanam poſſe dici unitam Verbo, ut inſtrm coniunctum. Tu ergo [illegible] que prius ea, hinc reſolutionem, inde manuductionem [illegible].

*ll. 3. orth. fidei c. 15. a medio.

Porret. 6 13 Inf. q. 11. a. 6 & 3. d. 3. q. 2. a. 1 ad 2. q. 3. ad 22 & d. 5. q. 2. art. 1. q. 1 & d. 7. q. 2. a. 1. c. & 4. cont. ca. 39. & 41.

SVP. QVÆST. II. ARTIC. VII.

Ferr. 4 cont. c. 39. 4. 1.
Ca. 3. d. 5. q. 1. con. 1.
Medina. a. 7.

K

Titulus art. 7. eiuſdem 2. quæſtio. in corpore articuli ſtat in declaratur.

¶ In corpore articuli duo facit, primo declarat quid ſit Vnio, de qua eſt quæſtio, dicendo reſpondet quæſito concluſione affirmatiua. Quo ad primum dicit, quòd unio de qua eſt quæſtio, eſt relatio quædam inter duas naturas coniunctas in una perſona filii Dei: ita q̃ tria de unione dicit, primo q̃d [illegible] eſt dicendo, quod eſt relatio quædã: ſecundo extrema dictæ relationis, dicendo inter diuinã naturã, & humanam: tertio fundamentum dictæ relationis dicendo ſecundum eſſe coniunctionis in una perſona filii Dei. Vbi nota quòd eſt [illegible] quæſtio de unione, quantum ad relationem, quam ſignificat, & non de unione quantum ad fundamentum, ad quod conſequitur [illegible] eſt coniunctio naturarum in perſona filii Dei, quam en[illegible] ſuo

nec ipſa unio eſt aliqd creatũ.

¶3 Præt. Propter quod unumquodq;, & [h] illud mag.s, ut dicit Phil. ſed hõ dr̃ eſſe creator, propter unionem. Ergo multo magis ipſa unio non eſt aliqd creatum, ſed creator.

SED CONTRA. Omne, quod incipit eſſe ex tẽpore, eſt creatũ: ſed unio illa ab æterno nõ fuit, ſed incępit eſſe ex tẽpore. Ergo unio eſt aliquid creatũ.

B RESP. Dcd̃m, ꝙ unio, de qua loquimur, eſt relatio quædam, quæ cõſideratur inter diuinã naturam, & humanam, ſm ꝙ conueniunt in una perſona filii Dei. Sicut aũt in prima parte dictum eſt, *omnis relatio, quę conſideratur inter Deũ, & creaturã, realiter quidẽ eſt in [d] creatura (per cuius mutationẽ talis relatio innaſcitur) non ãt eſt realiter in Deo, ſed ſm rõnem tñ: quia non innaſcitur ſm mutationem Dei. Sic ergo dicendum eſt, ꝙ [m] hæc unio, de qua loquimur, non eſt in Deo realiter, ſm rõnem tñ: in humana autem natura, quæ creatura quędam eſt realiter eſt, & ideo oportet dicere, quòd ſit quiddam *creatum.*

AD PRIMVM ergo dcd̃m, ꝙ hæc unio nõ eſt i Deo realiter, ſed ſm rõnem tantum d.cit̃. n. Deus unitus creaturæ, ex hoc quòd creatura eſt unita Deo abſque eius mutatione.

C AD II dicendum, ꝙ rõ relationis, ſicut, & motus dependet ex fine uel termino: ſed eſſe eius depẽdet à ſubiecto. Et quia unio talis nõ hẽt eſſe reale niſi in natura creata (ut dictũ eſt *) conſequẽs eſt qd̃ habeat eſſe creatum.

ſum eſt eſſe unionem ſubſtantialem, & ſm eſſe relatiuum. Et ſic patet titulus articuli.

¶Quo ad ſecundum concluſio eſt, Vnio pro relatione eſt aliqd creatum. Probatur: Omnis relatio inter Deum, & creaturã eſt realiter in creatura, & non in Deo. ergo iſta unionis relatio non eſt in Deo realiter, ſed in natura humana eſt realiter. ergo eſt aliquid creatum. Añs & ex dictis in prima parte aſſumitur, & probatur: quia innaſcitur per mutationem creaturæ, & nõ per mutationẽ Dei. Conſequentia prima ex declaratione tituli patet, ſecunda ante relinquitur per ſe nota: quia quicquid realiter eſt in creatura, eſt creatum.

*Poſt.tex. ſ.nõ lõgè à fine to.1.

¶In hoc articulo cautiſſime aduerte diſtinctionem prædictam de unione, uel quantum ad relationem, quam ſignificat, uel quantum ad coniunctionem in perſona, ad quam conſequitur: qm̃ plus differunt hæc duo, q̃ cælum, & terra. Vnio. n. pro relatione eſt in genere relationis, & ens reale creatum, ut in lra dr. Vnio aũt pro coniunctione naturæ humanæ in perſona diuina cum conſiſtat in unitate, quæ eſt inter naturam humanam, & perſonam filii Dei, eſt in genere, ſeu ordine ſubſtantiæ, & non eſt aliquid creatum ſed creator. Quod ex eo conſtat, ꝙ unum non addit ſupra ens naturam aliquam, & unũquodque per illud eſt, qd̃ eſt ens, eſt, & unum. quod. n. eſt ens accidentale per aliquam formam, eſt unum accidentale per illam, & quod eſt ens relatiuum, habet unitatem ſm eſſe relatiuum, & quod eſt ens per formam ſubſtantialem, habet unitatem ſm eſſe ſubſtantiæ. Ac per hoc natura humana in Chriſto, quia per eſſe ſubſtantiale ſubſtantiæ perſonæ filii Dei eſt iuncta naturæ diuinę, oportet quod illud unũ eſſe, in quo indiuiſæ ſunt natura diuina, & humana in Chriſto ſit eſſe unum ſubſtantiale, & diuinum. Et uere ſic eſt, quia eſſe ſubſiſtentię filii Dei, in quo non diſtinguuntur ambę naturæ, ſubſtantia eſt, Deus eſt: cum uerbum Dei eſt, una, & eadẽ quippe ſubſiſtentia ſubſiſtit filius Dei in natura diuina, & in natura humana, & conſequenter diuinita, & humana natura Chriſti ſunt indiuiſæ in illa ſubſiſtentia utrique communi, quamuis inter ſe ualde diſtinguantur. Et ſi contra hanc doctrinam obiiciatur, quòd huiuſmodi coniunctio incœpit eſſe ex tempore, & eõſequenter eſt aliquid creatum, reſpondendum eſt, quo hæc cõiunctio, quantum ad illud, quod ponit in ipſa eſſe ſecundũ ſe, non incœpit eſſe ex tempore, ſed eſt ab æterno, ſed quantum ad hoc, quòd natura humana ſortita ſit illud ſubſiſtere, incœpit eſſe ex tempore. Verbi gratia. Si anima rationalis fuiſſet ab æterno ſine corpore, quando fuiſſet in tempore iuncta corpori, nec eſſe corporis incœpiſſet in tempore: quia non eſt aliud eſſe corporis, quam illud æternum eſſe animæ. Nec unum eſſe ſubſtantiale corporis cum anima, incœpiſſet ex tempore, quantum ad illud, quod ponit illa unitas in eſſe ſecundum ſe: quia ens, & unum cum multiplicentur dicatur, quod proprie eſt, actus eſt, ut dicitur in 2. de anima. Sed bene incœpiſſet ex tempore illud unum eſſe quantum ad hoc, quod corpori illud æternum eſſe cõmunicaretur, quod heret per generationem, qua corpus traheretur ad eſſe animæ. Ita n. accidit in propoſito, dum per aſſumptionem naturæ humana trahitur ad eſſe ſubſiſtentiæ filii Dei. Ex hac enim aſſumptione ſubſiſtentia, qua filius Dei in ſola ſubſiſtebat natura diuina, communicatur naturæ humanæ, ita ut etiam ipſa natura humana per illam ſubſiſtat, & filius Dei in humana natura ſubſiſtat, hoc autem eſt unum eſſe in perſona ambarum naturarum. Vbi patet, nihil creatum inueniri, niſi paſſionem, qua natura humana trahitur ad eſſe Verbi. Super hanc autem coniunctionẽ, & ſuper hoc unum eſſe fundatur conſecutiue unio pro relatione, ſicut ſuper coniunctionem ſubſtantia-

*P.p.q.13. ar.7.

D.1089.

A lem corporis, & animæ fundatur relatio unionis inter animã, & corpus. Eſt igitur, (ut unico uerbo dicatur) unio naturarum in Chriſto relatio creata quędam, hoc eſt, conſequens eorundẽ unitatem perſonalem increatam. Et quia argumenta Aureoli à Capreolo allata in 5. diſt. tertii ſent. q. prima, procedunt contra dicentes non eſſe aliam unionem, q̃ relatiuam inter humanam naturam in Chriſto, & Deum (qd̃ longe eſt à doctrina Auctoris, expreſſe ponentis, unionem quo ad relationem, conſequi unionem ſecundum unitatem perſonalem, ita ꝙ unio ſignificat relationem non qualemcũque, ſed conſequentẽ naturarum unitatem perſonalem, ideo nõ cenſui ipſa aliter afferenda, & ſoluenda ut pote non contra doctrinam Auctoris inuetitate, & quæ ex hac unica dicta reſponſione confutantur.

Concluſio

D.1190.

¶In reſponſione ad tertium eiuſdem 7. articuli dubium occurrit circa illud * principium. Homo dr. & eſt Deus pp unionẽ, inquantum terminatur ad hypoſtaſim diuinam, itum quia falſum eſt, quod unum extremum, unionis ſit reliquum, quia unio terminatur ad reliquum extremum, non enim corpus eſt anima, propterea quia unio corporis terminatur ad animam. (unde male dicitur, quod homo eſt Deus propter unionẽ, qa unio terminatur ad hypoſtaſim diuinam) tum quia dato, ꝙ eſſet uerum, ſequeretur quod homo non eſſet Deus ſubſtantialiter, ſed relatiue, quod iam reprobatum eſt. Et tenet ſequela: quia eſſe aliquid propter terminum relationis non eſt eſſe illud ſubſtantialiter, ſed relatiue, ut patet. Et ſi ad hæc dicatur, quod Auctor loquitur de unione quantum ad fundamentum, non quantum ad relationem, contra hanc reſponſionem litera clamat, aperte ſubdens, non tamen ſequitur ꝙ ipſa unio ſit creator, uel Deus: quia quod aliquid dicatur creatum, hoc magis reſpicit eſſe ipſius, quàm relationem. Conſtat enim hæc uerba de unione quantum ad relationem dici, de qua reſponſione ad ſecundum dixit, quod rationem habet ex termino, eſſe uero habet ex ſubiecto, ſicut motus.

*In cor. ar

D ¶Ad hoc dicitur, quod ſecundum rem homo eſt Deus propter unionem ſecundum unitatem perſonalem, quam importat, ad quam conſequitur relatio unionis, & hoc non eſt uertendum in dubium. Sed quoniam in idem redit dicere, homo eſt Deus propter unitatem perſonalem duarum naturarum, quam conſequitur unionis relatio, & dicere, homo eſt Deus, propter unionem, inquantum terminatur ad hypoſtaſim diuinam: ideo uerba Auctoris calumnianda non ſunt. Manifeſtatur autem, quod dicimus aduertendo, quod relatio unionis eſt non ſolum inter

E naturas duas, diuinam ſcilicet, & humanam, ſed etiã eſt inter naturam humanam, & hypoſtaſim diuinam. nam, & una natura unita eſt alteri, & humana natura unita eſt perſonæ diuinę, & econtra diuina perſona unita eſt humanę naturę. Seruatur autem differentia in loquendo, dum de unione inter naturas, aut inter perſonam, & humanam naturam eſt ſermo: quia qñ de unione inter naturas eſt ſermo exprimimus naturas ꝓ terminis unionis, & unitatem perſonalem utriuſque naturę ponimus non pro termino, ſed cauſa ſeu fundamento relationis, ut clare uidere potes in principio corporis huius articuli, ubi declarãdo titulum dicitur quod unio, de qua loquimur, eſt relatio quædam, quæ cõſideratur inter diuinam naturam, & humanam, ſecundum quod conueniunt in una perſona filii Dei. Qñ uero loquimur de eadem relatione unionis inter naturã humanam, & perſonã filii Dei, ponimus ex parte termini unitatem perſonalẽ filii Dei in utraque natura: quoniã relatio iſta unionis non eſt quæcumque unionis relatio, nec ad hypoſtaſim diuinã quomodolibet, ſed ad hypoſtaſim filii unam perſonaliter

taliter in utraque natura. Sicut enim unionis relatio inter corpus, & animam non eſt ad animã quomodolibet ſe habentem, ſed ad animam communicantem ſubſtantiale ſuum eſſe corpori, ita relatio unionis humanæ naturæ ad hypoſtaſim diuinam, non eſt ad hypoſtaſim filii Dei qualitercumque ſe habentem, ſed ad filii Dei hypoſtaſim unã perſonaliter ſecum, hoc eſt cum humana natura. Et quia auctor ſ hac reſponſione ad tertium loquitur de relatione unionis inter naturam humanam, & perſonam filii Dei (ut clare ſonãt uerba literæ, dicentis inquãtũ terminat ad hypoſtaſim diuinã; non dixit naturã diuinam, ut prius dixerat, ſed dixit ad hypoſtaſim diuinam iõ coniunctionem perſonalem, ſeu, (qđ idẽ eſt) unitatem perſonalem ex parte termini relationis unionis poſuit. Et perinde ualet, ac ſi dixiſſet, Hõ eſt Deus propter unionem, inquantum in illa inuenitur ſecundum rem unitas perſonalis diuinæ hypoſtaſis cum humana natura. Et ſi expoſitionem ad uerbũ deſideras, dicito, Homo eſt Deus propter unionẽ, hoc eſt, relationem unionis, non ſimpliciter, ſed cum iſta conditione explanã ac quomodo apponimus ly propter, ad relationem unionis. ſ. inquantum terminatur ad hypoſtaſim diuinã, ita quòd ly inquantum terminatur ad hypoſtaſim, diminuit cauſalitatem relationis immo adimit cauſalitatem à relatione, & trãsfert cauſalitatem illam ad terminum. Sicut enim cum dicimus, quòd generationis motus, inquantum terminatur ad ſubſtantiã, eſt in genere ſubſtantiæ, intendimus quod generatio ratione termini ſortitur, & dat eſſe ſubſtantiale: ita dum dicitur, quòd relatio unionis inquantum terminatur ad hypoſtaſim diuinam, hoc eſt ratione hypoſtaſis diuinæ, ad quam terminatur, dat qđ homo eſt Deus. Et eſt ſermo de hypoſtaſi diuina, non qualitercumque ſe habente, ſed terminante in rerum natura relationẽ unionis naturæ humanæ ad ipſam: hypoſtaſis ſiquidem diuina terminans relationem realem unionis ad ipſam, eſt hypoſtaſis diuina (ut dictum eſt) non qualitercumque ſe habens, ſed una perſonaliter cum humana natura. Conſtat autem euidentiſſime, quod ratione talis termini homo eſt Deus, ac per hoc admitti potuit, quod relatio unionis ratione talis termini dat, quod homo eſt Deus, & cõſequenter dici uere potuit, qđ Deus eſt homo propter unionem, inquantum terminatur ad diuinã hypoſtaſim.

¶Ad primam igitur obiectionem dicitur, quòd falſum ſupponitur quod ſcilicet ideo homo propter unionem ſit Deus, quia uerum eſt in communi loquẽdo, unum extremum unionis eſt reliquum: quia unio terminatur ad reliquum, hanc enim uniuerſalem nec ſomniauimus: ſed ut declaratum eſt, fundatur ueritas dicti in litera ſuper hoc, quia hoc extremum unionis huius eſt tale, ſcilicet hypoſtaſis diuina una perſonaliter cum natura humana.

¶Ad ſecundam quoque dicitur, ꝙ homo eſt Deus ſecundum ſubſtantiam: eſſe namque Deum, quod communicatur homini, non eſt eſſe relatiuum, ſed in genere, ſeu ordine ſubſtantiæ. Et quamuis eſſe aliquid in communi loquendo propter terminum relationis præciſe, ſit eſſe relatiuum, eſſe tñ aliqđ ratione talis termini, ſcilicet perſonæ diuinæ, unius perſonaliter cum natura humana, non eſt eſſe relatiuum, ſed eſſe diuinum. Et ſic patet, quòd non extorquendo literam, ſed de unione quo ad relationem loquendo, uera eſt litera.

beat eſſe creatum.

Ad III dicendum, ꝙ hõ dr̃ creator, & eſt Deus ꝑꝑ vnionem inquantum terminaẽ ad hypoſtaſim diuinam: non tñ ſequitur ꝙ ipſa unio ſit creator uel Deus: quia quòd aliquid dicatur creatum, hoc magis reſpicit eſſe ipſius, quàm rationem.

Perr.o. 14 3. di.q.5. ar. 1.q.3.

Articvlvs VIII.

Vtrum unio Verbi incarnati ſit idẽ quod aſſumptio

Ad octavvm ſic proceditur. Vr quod idẽ ſit unio, qđ aſſumptio. Relationes.n. ſicut motus ſpecificantur ſm terminum, ſed[b] idem eſt terminus aſſumptionis, & unionis, ſcilicet diuina hypoſtaſis. Ergo uidetur quòd non differant vnio, & aſſumptio.

¶2 Præt. In myſterio incarnationis idẽ [b]vr eſſe uniens, & aſſumens, vnitum. & aſſumptum: ſed unio, & aſſumptio vĩr ſequi actionẽ, & paſſionẽ unientis, & uniti, uel aſſumentis, & aſſumpti. Ergo uidetur idem eſſe unio, quod aſſumptio.

¶3 Præt. Damaſcenus* dicit in 3. G lib. Aliud eſt unio, aliud incarnatio: nam unio ſolam demonſtrat copulationẽ, ad quem autem facta eſt non adhuc: humanatio autem, & incarnatio determinant, ad quem ſit facta copulatio. Sed ſimiliter aſſumptio[h] nõ determinat, ad quem facta ſit copulatio. Ergo uidetur unio idẽ eẽ, qđ aſſumptio. *li. 3. orth fid. c. 11

H Sed contra eſt, quòd diuina natura dicitur vnita, non autem aſſumpta.

Respon. dicendum, quòd ſi-

SVP. QVÆST. II. ART. VIII.

Cap. 3. d 5. q. 1. con. 2. Medina. ar. 8.

In titulo articuli 8. ſunt tres termini, ſ. Vnio, Aſſumptio, & Idem. Et primus quidem terminus declaratus eſt in præce- F denti articulo, ſecundus in corpore declarabitur, tertius autem abſolute ſumendus eſt, ſicut iacet. In calce autem articuli ſoluendo exprimetur qua diuerſitate, ſeu differentia ſunt non idem, puta reali, uel rationis, uel utraque.

¶ In corpore articuli reſpondetur quæſito unica concluſione. Inter unionem, & aſſumptionem triplex eſt differentia. Declaratur manifeſtando ſingula membra ſigillatim, & ordinate, ita ut proceſſus clarus ſit in litera.

¶ Et prima quidem, ac principalis differẽtia eſt in re formaliter ſignificata, nam unio ſignificat relationem, aſſumptio actionẽ, uel paſſionẽ, & ſic ſunt in diuerſo genere, ſicut relatio diuerſum eſt genus ab actione, & paſſiõe. Et quod unio ſignificet relationem, in litera nõ probatur, ſed aſſumitur ex præcedẽti articulo. Ex quo ad manifeſtãdam dictã differentiam, primo probatur, in hoc myſterio inueniri ſecundum rem duo, ſcilicet ipſam relationẽ unionis, & actionem, & paſſionẽ, quia omnis relatio recipiens eſſe reale ex tempore, cauſatur ex aliqua mutatione, mutatio autem in actione, & paſſione conſiſtit. Relatio igitur unionis inter naturam humanam, & diuinam in Chriſto, cum inceperit eſſe ſecundum rem in natura humana ex tempore, oportet ꝙ ex aliqua cauſata ſit mutatione, quæ in aliquo patiente ex aliqua actione ſit. Duobus igitur inuentis in hoc myſterio, ſcilicet relatione unionis, & actione, & paſſione, cum unio ſignificet relationem, conſequens eſt quod aſſumptio ſignificat actionem, uel paſſionem. Et manifeſtatur conſequentia: quia aſſumptione aliquis dicitur aſſumens tanquam agens, & aliquid dicitur aſſumptum tanquam patiens.

I ¶ Secunda autem differentia eſt: quia aſſumptio dicitur ſicut in fieri, unio autem ſicut in facto eſſe. Probatur eo ſigno, ſeu effectu: quia uniens dicitur eſſe unitum, aſſumens autem non dicitur eſſe aſſumptum, hoc eſt, unitum prædicatur de uniente, dicendo, hoc eſt illud: aſſumptum autem non ſic prædicatur de aſſumente. Et quod hoc deriuetur ex dicta differentia, manifeſtatur, quia inter ly homo, & ly natura humana, hæc eſt differẽtia in myſterio incarnationis, quòd homo ſignificat naturam humanam, ut in termino aſſumptionis, conſtat autem terminum aſſumptionis ſpectare ad incarnationẽ, ut in facto eſſe, natura uero humana ſignificat naturam humanã, ut quæ aſſumitur, quod conſtat ſpectare ad incarnationem, ut in fieri. Dicimus autem, quod uniẽs, ſcilicet, filius Dei, eſt homo, & nõ dicimus, quod idem aſſumens eſt natura aſſumpta.

¶ Tertia uero differentia eſt, quod aſſumptio determinat terminum à quo, & ad quem, unio autem nihil horum determinat. Huius differentiæ primo redditur ratio ex prima: quia relatio æquiparantiæ non magis ſe habet ad unum extremum, quam ad aliud, actio autem, & paſſio diuerſimode ſe habent ad agens, & patiens, & ad diuerſos terminos. Ex hoc enim ſequitur, quod cum unio ſit relatio æquiparantiæ, nullum extremorum determinet, aſſumptio autem quia eſt actio, uel paſſio determinare poteſt ſibi terminos à quo, & ad quem. Secundo manifeſtatur de aſſumptione ex etymologia nominis. Tertio manifeſtatur ex ſigno, ſcilicet quòd indifferenter unum extremum dicitur unitum alteri, non autem aſſumptum, ut patet in litera clare.

¶ Circa hæc, dubium primo occurrit de prima differentia. Nã nõ ſolum aſſumptio, ſed etiam unio ſignificat actionem: quod etiam ex litera probatur, dum dicitur, quòd uniens dicitur eſſe unitum, & filius eſt uniens ſibi naturam humanam, & in reſponſione ad ſecundum, quòd perſona Patris uniuit naturam humanam Filio. Certum eſt enim, quòd unire eſt agere, &

ideo

eut dictū eſt, *unio importat relationē quādā diuinæ naturæ, & humanæ ſm ꝙ conueniunt in una perſona. Oīs aūt relatio, q̄ incipit eſſe ex tpe ex reliqua mutatione cauſat, mutatio aūt pſiſtit i actione, & paſſione.

B Sic ergo dcm̄ eſt, ꝙm̄ prima, & principalis dr̄ia inter aſſumptionē, & unionē eſt, ꝙ vnio importat ipſam relationem, aſſumptio aūt actionem, ſm quā dr̄ aliquis aſſumens, uel paſſionem, ſm quam dicitur aliquid aſſumptum. * Ex hac autem differentia accipitur ſecundo alia differentia, nam aſſumptio dicitur ſicut in fieri, unio autē ſicut in facto eſſe, * & ideo vniens dicitur eſſe unitum, aſſumens autem non dr̄ eſſe aſſumptum. Natura. n. humana ſignificatur, vt in termino aſſumptionis ad hypoſtaſim diuinam, per hoc, ꝙ dr̄ hō: unde vere dicimus, ꝙ filius Dei, qui eſt vniens ſibi humanam naturā, eſt homo. Sed humana natura in ſe conſiderata, ideſt in abſtracto, ſignificatur vt aſſumpta, non aūt dicimus, ꝙ filius Dei ſit humana natura. Ex eadem ēt ſequitur tertia differentia, ꝙ relatio præcipue æquiparantiæ non magis ſe habet ad unum extremum, q̄ ad aliud: actio aūt, & paſſio diuerſimode ſe hēt ad agens, & patiēs, & ad diuerſos terminos. Et iō aſſumptio determinat terminū a quo, & ad quem, dr̄. n. aſſumptio quaſi ab alio ad ſe ſumptio: unio aūt nihil horum determinat: vñ indifferenter dr̄, C ꝙ humana natura eſt unita diuinæ, & econuerſo. Non autē dicitur diuina natura aſſumpta ab humana, ſed econuer-

---

Ideo commune eſt Patri, & Filio, & Spirituiſancto, & ſimiliter quod uniens eſt agens. Ruit igitur differentia prima.

¶Dubium ſecundo occurrit de ſecunda differentia: quia, aut intelligitur quo ad rem ſignificatam, aut quo ad modum ſignificandi. Non quo ad modum ſignificandi: quia tam unire quàm aſſumere ſignificat per modum uerbi, omne autem uerbum ſignificat per modum fluxus, & fieri. *Ar. prec.* Nec quoad rem ſignificatam: quia natura humana, de qua verificatur, quod eſt unita, non prædicatur de quocunque vniente: quia nec Deus, nec filius eſt natura humana. *Concl. 10*

¶Dubium tertio occurrit de eo, quod in tertia differentia dicitur, unionem hanc eſſe relationem æquiparantiæ, quia conſtat ex præcedenti articulo eſſe relationē ſin, & ex altero tantum extremo: quoniam in ſola natura humana habet eſſe: relatio autem æquiparantiæ (ut ipſum nomen ſonat) æque ſe habet ad utrumque extremum. *Concl. p*

¶Dubium quarto occurrit, qualis ſit differentia inter unionem, & aſſumptionem, an rationis tantum, an etiam realis. Et eſt ratio dubii: quia in litera in calce reſponſionis ad tertium concluditur, ꝙ aſſumptio differt ratione ab unione, & incarnatione, clarum que vt ꝙ aſſumptio non differt realiter, ſed ratione tantum ab incarnatione, cum ergo ſimul contraponantur aſſumptioni, ſola rationis differentia apparet. In oppoſitum autem eſt: quia actio, & paſſio diſtinguuntur realiter a relatione conſequente coniunctum, quod per actionem, & paſſionem fit: ſed aſſumptio, & vnio ſic ſe habent. ergo.

¶Dubium quinto eſt de termino aſſumptionis, ad quid ſcilicet terminatur, atque quis eſt proprius terminus aſſumptionis, an abſolutum aliquod, uel relatiuum. Et eſt ratio dubii ex parte rei: quia per iſtam actionem nullum abſolutum fit in perſona diuina, & ſimiliter nullum abſolutum ponitur in natura humana, ſed nec etiam in perſona diuina realis relatio acquiritur, ſed in ſola natura humana fit de nouo ſolummodo relatio realis unionis ad perſonam Filii conſtat autem quòd terminus actionis proprius eſt illud ens, quod fit per actionem illam. ſola igitur relatio realis unionis huius naturæ humanæ ad perſonam Filii, eſt terminus proprius actionis, & paſſionis, aſſumptionis nomine importatæ.

¶Ratio uero dubii ex parte noſtra eſt, quia doctores aliqui hoc dicunt. Scotus enim in 3. ſenten. diſt. 1. quæſt. 1. tenet huiuſmodi aſſumptionē terminari ad relationem unionis: quia nullum eſt ibi abſolutum nouum tam in natura, quàm in perſona, ponens hanc relationem non ſpectare ad genus relationis, ſed eſſe de genere reſpectuum extrinſecus aduenientium, qui ſcilicet non neceſſario ſequuntur fundamentum, etiam poſito termino, quales dicit eſſe unionis reſpectus inter animam, & corpus, ſi præexiſtentia ſeorſum unirentur de nouo, & panis, & quantitatis Sacramenti unirentur, nullum enim abſolutum in huiuſmodi unionibus acquireretur, fundans unionis relationem, ſed ad ſolam unionis relationem terminaretur actio unitiua.

¶Durandus quoque in 3. ſen. diſt. 5. q. 2. tenet actionis, quæ aſſumptionis nomine ſignificatur, proprie loquendo, terminum intrinſecum eſſe reſpectum unionis, quem dicit eſſe, non relationis generis, ſed modum quendam realem, ſicut inhærere eſt modus realis conſequens naturam accidentis. Ad huiuſmodi namque reſpectus, dicit, poſſe eſſe motum, & actionem naturalem. quamuis ad unionem naturæ humanæ in perſona diuina, ſola diuina actio potuerit terminari.

A ¶In oppoſitum aūt. eſt, ꝙ Auctor hoc dicit in calce corporis articuli, ꝙ aſſumptio determinat pro termino ad quem perſonalitatem diuinam, ut ſ. perſona diuina in humana natura ſubſiſtat. Conſtat autem hoc non eſſe reſpectum, ſed eſſe abſolutum utpote de genere, ſeu ordine ſubſtantiæ. ergo.

¶Ad primum dubium dr̄, ꝙ prima differentia optima eſt, quantum ad formale ſignificatum. Ad cuius euidentiā conſiderandū eſt fundamentum in litera poſitū, ſ. ꝙ in myſterio incarnationis (quantū ad propoſitum ſpectat) duo tantum inueniuntur, ſcilicet, actio, & paſſio, & relatio unionis, & ꝙ relatio unionis non ſit alia actione, & paſſione ab illa actione, & paſſione, quam ſignificat aſſumptio, ſed illa actio, quæ eſt aſſumere, factio eſt unionis, non curando pro nunc de modo, quo fit unionis relatio per actionem illam: hoc. n. ad quintum dubium ſpectat. *Concl.* Huic. n. fundamento ſi ſupponas, quod ly unio eſt, & nomen dum declinatur, hęc Vnio, unionis, eſt, & uerbum, dum dicimus, Vnio, unis, & unit: unitum, & quòd idem formaliter ſignificat ut nomen, & ut uerbum, ſicut ſimilitudo, & aſſimilare, uidebis quòd quia nomen unionis formaliter ſignificat relationem, etiam uerbum uniendi ſignificat formaliter relationem: ſignificat enim unire, unionem facere, ſicut aſſimilare, ſimilitudinem facere. Si namque diligentius ad poſitum fundamentum intellectus ſignificatum hoc, ſcilicet facere unionem, clare perſpicies, quòd quum ly facere, illam ſupponat actionem, quam aſſumptio ſignificat, D inter unionem, & aſſumptionem hanc primo inuenies differentiam, quòd aſſumptio actionem, & paſſionem formaliter explicat, quę in incarnatione inuenitur: unio uero, & unire inde deriuatum, formaliter relationem explicat, quamuis unire per modum actionis ſignificet illam relationem. Conceditur ergo, quòd in communi unio uerbum ſignificat actionem, hoc eſt unionem facere: ſed quia in propoſito ly facere non dicit actionem propriam ipſius relationis diſtinctam contra actionem ſignificatam per ly aſſumere, ideo, & uera eſt differentia prima aſſignata in propoſita materia, quod unio ſignificat formaliter relationem, aſſumptio actionē, uel paſſionem, & uerum ſimul eſt, ꝙ unire ſignificat actionem eandem, ut terminatur ad relationem, ſignificat enim unionem facere, & propterea toti Trinitati attribuitur Vnire, & eſſe unientem, ut in litera dicitur.

¶Ad ſecundum dubium dicitur, quòd differentia ſecunda intelligitur, quo ad rem ſignificatam: quia ſcilicet res ſignificata per Vnire, hoc eſt facere relationem unionis, non eſt niſi ut E in facto eſſe: quia non eſt niſi in termino aſſumptionis intelligi. enim oportet prius naturam terminari aſſumptionem, quàm conſurgat aſſumpti relatio unionis, quoniam non unitur niſi per aſſumptionem: ſicut oportet prius materiam terminari dealbationem, quàm conſurgat unio albedinis cum ſubiecto, quia igitur aſſumere, ut aſſumere, eſt efficax ſicut uia, & aſſumere ut eſt facere unionem, efficax, non niſi in termino inuenitur, ideo ex parte rei differentia ſecunda poſita eſt, ꝙ aſſumens dicitur ut in fieri, uniens autem, ut in facto eſſe. Nec obſtat ratio allata hic in litera, intelligendus eſt uniuerſaliter ut obiectio apparet, quoniam conſtat ex litera non eſſe uerum uniuerſaliter, quod uniens eſt unitum. Pater enim eſt uniens, & non eſt unitus, quia non eſt homo. Sed eſt intelligendum permiſſiue, hoc eſt, quòd hinc prouenit, quòd permittitur aliquod uniens eſſe unitum, ſi tamen ſignificatur ut in facto eſſe, ut in termino, & propterea in litera cautè dicitur. Vn le uere

dicimus.

dicimus, quòd filius Dei, quia est uniens ſibi naturã humanam, eſt hõ. Aſſumẽs aũt, nec uniuerſaliter, nec particulariter eſt aſſumptum: quia aſſumptum oportet ordine naturæ præexiſtere, nulla autem perſona diuina, aut natura, eſt id, quod præexiſtit aſſumptioni, quod per naturam in abſtracto ſignificatur.

ſo: quia humana natura adiuncta ad perſonalitatem diuinam, ut ſcilicet perſona diuina i humana natura ſubſiſtat.

Ad primum ergo dicendum, quòd unio, & aſſumptio non eodẽ mõ ſe habent ad terminũ, ſed diuerſimode, ſicut dictum eſt.*

G Ad II dicendum, quòd uniens, & aſſumens non omnino ſunt idem: nã omnis perſona aſſumens eſt vniens, non autem econuerſo.

¶ Ad tertium dubiũ dicitur, quòd relatio unionis dupliciter conſiderari poteſt, ſcilicet realiter, & formaliter. Et ſi conſideretur ſecundum eſſe formale, hoc eſt, ſecundum ſuam rationem formalem, ſic proculdubio eſt relatio æquiparantiæ, ſicut ſimilitudo, æqualitas, & identitas. Si uero conſideretur ſecundum eſſe reale, ſic non eſt relatio æquiparantiæ, ut obiectio probat. Vnde ſecundum diuerſas conſiderationes, diuerſimode contingit loqui de huiuſmodi relationibus inter creaturam, & Deum: quia quandoque negantur eſſe relationes æquiparantiæ, & uerum eſt realiter, & quandoque affirmantur, & uerum eſt formaliter. Sane igitur, ac diſcrete intellige diuerſa, quæ contraria apparent dicta, ut non ſint contraria.

*In tex. ar.

¶ Ad quartum dubium dicitur, quòd aſſumptio differt, & re, & ratione ab unione, & unire, quamuis ſola ratione differat ab incarnatione, & humanatione. Et quidem, quòd diſtinguatur realiter ab unione, patet ex hoc, quòd tam actio, quàm paſſio ſignificata aſſumptionis nomine diſtinguitur realiter a relatione unionis conſequente. Et ne ambiguitas aliqua reſtet de aſſumptione paſſiua, probatur: quia aſſumptio paſſiua importat relationem cauſalitatis paſſiuæ, & denotat, ut ita dixerim, hominem Deum fieri, ut ab hoc, ita quòd relatio importata per aſſumptionem paſſiuam eſt ly ab hoc: quoniam ſecundum eã eſt relatio, qua natura humana a tota Trinitate, eleuata eſt ad eſſe diuinum. Relatio autem unionis eſt naturæ humanæ ad filiũ Dei primo, & ad naturam diuinam conſequenter, & non eſt relatio cauſalitatis paſſiuæ, alioquin communiter eſſet ad totam Trinitatem. Quòd uero diſtinguatur realiter ab unire, idem dixi, & uerificatur non ſecundum ipſas actiones, ſed ſecundum terminos, quoniam proprius terminus eius actionis, qui eſt aſſumere realiter, differt a proprio termino actionis, quæ eſt facere relationem unionis ut ſic, ut in ſequenti patebit dubio: quamuis unum, & idem ſit facere quod per aſſumere, & unire importatur (ut prædictum eſt) quod per ſe primo terminatur ad propriũ terminum aſſumptionis, & ex conſequenti ad unionis relationem, ut nunc patebit. Quòd uero ſola ratione differat ab humanatione, & incarnatione, patet, quia eadem eſt actio, idem terminus diuerſimode, ut in litera dicitur explicatus. Ex hoc autem quòd in litera dicitur, quòd unio differt ratione ab aſſumptione, aut econuerſo, non habetur quòd differant ſola ratione ſicut reliqua, quibus connumeratur. Ad ueritatem ſiquidem literæ ſufficit, quòd differant ratione, & non exigitur quòd ſola.

¶ Ad quintum dubium dicitur, quòd aſſumptio habet pro termino ſuo, propriiſſime loquendo ens abſolutum, ſuper quod fundatur relatio unionis, eſt autem illud ens abſolutum non perſona filii Dei ſola, non hæc natura humana ſola, ſed filium Dei eſſe hominem: quoniam nec perſona diuina, nec hæc natura humana fit per aſſumptionem, quamuis fuerit ſimul facta cum aſſumptione. Sed filium Dei eſſe hominem fit per aſſumptionem, & ita fit, quòd eſt primum eſſe, quod per aſſumptio-
K nem fit, & ad quod aſſumptio primo tendit: acquiſiuit enim filius Dei per aſſumptionem eſſe hominem, quod eſt eſſe in genere ſubſtantiæ, & non in genere relationis, aut cuiuſuis reſpectus. Et ad hoc eſſe per ſe primo incarnationem ordinari, patet ex Symbolo fidei dum dr̃ de filio Dei, Et incarnatus eſt de Spiritu ſancto ex Maria uirgine, & homo factus eſt. Hinc enim clare patet, quòd tam actio quàm paſſio, quæ in incarnatione interuenit, ad hoc per ſe primo ordinata, & terminata eſt, quòd filius Dei factus eſt homo proculdubio non relatiue, ſed ſubſtantialiter, alioquin non eſſet homo. non enim eſt uere homo, qui nõ eſt ſubſtantialiter homo, cum eſſe hominem ſit eſſe ſubſtantiã animatam, ſenſibilem, rationalem, & non ſit relatiue tantum ſe habere ad ſubſtantiam, ſenſibilem, rationalem. Et quia conſtat præſuppoſito hoc eſſe abſoluto, relationem unionis

F fundari ſuper hoc eſſe, ideo dicendum eſt, quod ad relationẽ unionis in hoc myſterio, nulla actio, aut paſſio, nulla mutatio per ſe primo terminatur, ut Auctor expreſſe dicit in 3. ſen. diſt. 2. q. 2. art. 2. q. 3. ſed eſt uera relatio, more aliarum relationũ, non producta per ſeipſam, iuxta doctrinam 5. Phyſico. ſed conſurgens ex nouo eſſe abſoluto facto ex aſſumptione. Vñ negare relationẽ unionis habere fundamentũ abſolutum, ita quòd per incarnationem nullum ens abſolutum factum eſt, & cum hoc dicere quòd filius Dei eſt factus hõ, & eſt uere hõ ſeũ tem, eſt ignorare propriã uocem, & confiteri cum ſola fidei uerbis ſolis, quòd Deus eſt homo ſubſtãtialiter, cum Neſtorio autem conſentire ſecundũ rem, quòd Deus eſt homo accidentaliter, & ſecundum eſſe relatiuum. Eſt, & amplecti ſecundum uerba Decretalem damnantem dicentes Chriſtum, ſecundum quòd homo non eſſe aliquid, & refutare eam ſecundum rem: quia ſi ſolum eſſe relatiuum fit de nouo in myſterio incarnationis, filius Dei, ſecundum quòd homo, non aliquid, ſed ad aliquid eſt.

Nam pſona Patris uniuit nãm humanam Filio, nõ aũt ſibi, & iõ dr̃ uniens, non aſſumens, quaſi ad ſe ſumens. Perſona autem filii, quæ ſibi humanam naturam uniuit, eſt uniens, & aſſumens. Et ſimiliter non eſt idem unitum, & aſſumptum: nam diuina natura dicitur vnita, & non aſſumpta.

Ad III dicendum, quòd aſſumptio determinat, cui facta eſt copu-

¶ Vt autem negantium unionis relationem habere nouum eſſe abſolutum factum per incarnationem pro fundamento, & ſimiliter aſſumptionem terminari ad nouum eſſe abſolutũ ſub-
H ſtantiæ, ſ. filium Dei eſſe hominem, error conuincatur, ex fundamentis eorum in philoſophia monſtratur. Manifeſtum ſiquidem eſt, quòd ſi albedo, & ſubiectum ſeorſum præexiſterent, & ſimiliter panis, & quantitas, & ſimiliter materia, & corpus, & poſtea unirentur, relatio unionis inter ea ſuper nouo eſſe abſoluto conſurgeret, cuius oppoſitum ab aduerſariis aſſumitur ad propoſitum. Nec hoc, quod dicimus, eget probatione, ſed manifeſtatione. conſtat enim quòd ſubiectum in primo exemplo acquireret de nouo eſſe album, & in ſecundo eſſe quantum, & in tertio eſſe uiuum, nec poteſt inficiari quin quodlibet horum eſſe ſit, & eſſe abſolutum, & de nouo per actionem unitiuam factũ. Patet igitur quòd relatio unionis eſt uere relatio de genere relationis, conueniens cum illis in modo eſſendi & fiendi. Et his patet ſolutio omnium obiectorum.

¶ Et ſi contra prædictam ſententiam afferantur duæ rationes Scoti ibidem contra abſolutum fundans relationem unionis, primo, quia illud abſolutum neceſſario eſſet unitum uerbo ſi
I eſt, nulla enim eſt talis entitas in creatura, ſecundo, quia talis entitas, aut eſſet ſubſtantialis, aut accidentalis, non accidentalis, ut patet, nec ſubſtantialis, quia eſſet eadem materiæ aut formæ aut compoſitæ ſubſtantiæ: ſed quicquid eſt idem alicui ſubſtantiæ, manet manente illa, natura igitur aſſumpta, ſi dimitteretur a uerbo, retineret illud, ac per hoc eſſet fundamentum unionis abſque unione: reſpondendum ex dictis eſt, quòd, ut dicitur 7. Meta. non fit ſphæra, non fit æs, ſed fit ſphæra ænea, & ſimiliter in propoſito non fit filius Dei, non fit humana natura, ſed fit filius Dei homo. Et ſimiliter ſicut, ſi albedo, & Sortes unirentur acquireret de nouo Sortes eſſe album, & ſi poſtea ſepararentur, tam Sorte, quàm albedine ſeorſum conſeruatis, amitteret Sortes eſſe album, ita quòd licet non corrumperetur albedo, corrumperetur tamen eſſe album, ſicut in unione non generaretur albedo, ſed eſſe album. Eſſe enim album ſignificat eſſe abſolutum in compoſitione conſiſtens, quod generatur, & corrũ-
K pitur per unionem, & ſeparationem. Et ſimiliter ſi corpus, & aĩa ſeparatim exiſtentia unirentur, acquireret corpus eſſe uiuum, & ſi poſtea ſepararentur, utroq; ſeorſum conſeruato, amitteret corpus eſſe uiuum, quod eſt eſſe ſubſtantiale in compoſitione conſiſtens. Ita in propoſito: quia filius Dei acquiſiuit per aſſumptionem eſſe hominem proportionaliter loquendo, ſi ſepararetur natura humana a Filio, amitteret filius Dei eſſe hominem, quod acquiſierat, quod conſtat eſſe abſolutum ens ſubſtantiale in compoſitione conſiſtens. Et loquor non de compoſitione animæ, & corporis, quam eſſe præſupponit, ſed de cõpoſitione naturæ, & ſuppoſiti, in qua conſiſtit eſſe hominẽ: oportet enim aliquem hominem eſſe hominem, & impoſſibile eſt etiam fingere eſſe hominem in rerum natura, niſi aliquem hominem. Ita igitur, quantũ ad propoſitum ſpectat, ſe habet eſſe hominem ad filium Dei, qui uere eſt homo, ſicut ſe hẽt eſſe unum

mæ ad corpus, ſeu eſſe album ad ſubiectum: & ſimiliter ita ſe habet natura humana ad eundem Dei filium, ſicut anima ad corpus, & albedo ad ſubiectū. Et propterea, ut iā dictū eſt, quē-admodum generatur ex unione, & corrūpitur ex ſeparatione non albedo ad ſubiectum, ſed eſſe album, & ſimiliter non anima, nec corpus, ſed eſſe animatū, & eſſe uiuum, ita ex ui aſſumptionis non fit filius Dei non fit natura humana, ſed fit eſſe hominem non in cōmuni, ſed hunc: ſimiliter ſi ſepararetur natura humana, corrumperetur non natura humana, ſed eſſe hominem hunc. Nā ſi ſibi relinqueret natura humana, nō eſſet idem homo, ſed alius hō fieret, qui in natura illa ſubſiſteret: non enim Chriſtus ſubſiſteret ī illa natura, ſed alius homo. Vnde ſi uerbaliter & deſideras reſpondere, habes q eſſe hominem, eſt illa entitas abſoluta, quæ fundat ſolutionem unionis in myſterio īcarnationis, & quòd iſta entitas ſi eſt, neceſſario eſt unita Verbo. Impoſſibile eſt ſiquidem inuenire idē eſſe hominem ſeparatum à Verbo quamuis poſſit inueniri eadem natura humana ſeparata à uerbo: quoniam eſſe hominem, numeratur ad numerationem indiuiduorum hominis. Si.n. natura humana ſepararetur à uerbo, corpſo, quod ſtetet, & eſſet alius homo, eſſet aliud numero eſſe hominem, quo ille alius eſſet homo, & aliud quo nunc uerbum Dei eſt homo: quoniam ut iam dictum eſt, eſſe hominem in cōpoſitione naturæ, q ſuppoſiti conſiſtit, ac per hoc uariato ſuppoſito, uariabitur numeralites. Sicut ſi albedo migraret de ſubiecto in ſubiectum, eſſet aliud, & aliud numero eſſe album, iuxta numerum ſubiectorū: & ſimiliter ſi anima migraret de corpore in corpus, eſſet aliud, & aliud numero eſſe uiuum iuxta numerationem corporum eadem ratione, quia in compoſitione hæc omnia conſiſtunt, & diuerſitas numeralis diuerſitatem ſubiectorum, ſeu ſuppoſitorū comitatur. Et ſic patet, quòd eſt aliqua entitas abſoluta, q quodammodo eſt in natura creata: ſ. humana natura Chriſti, ſ. eſſe hominem, quæ ſi eſt eadem numero, neceſſario eſt unita perſonæ diuinæ.

¶ Ad ſecundam autem obiectionem dicitur, quòd iſta entitas eſt ſubſtantialis, & identificatur ſubſtantiæ compoſitę, hoc eſt, huic homini: non autem huic naturæ humanę. Et ideo ſi hæc natura aſſumpta dimitteretur, non remaneret relatio unionis quia nec remaneret hic homo idem numero. Et ſicut ſtat, q remaneret hæc eadem numero natura humana, & non remaneret idem hic homo, ſed eſſet alius numero homo, alia numero ſubſtantia compoſita, de prima ſubſtantia, non de quidditate loquendo: ita ſtat, q natura aſſumpta poteſt dimitti non remanente eodem hoc homine: immo implicat contradictoria remaneret eundem hunc hominem, & naturam aſſumptam dimitti, quia tunc in natura dimiſſa ſubſiſteret alius homo, & nō Chriſtus, & ſubſiſteret Chriſtus, & non alius homo. Et error proceſſus Scoti eſt ex eo, quòd ſubſtantia compoſita eſt duplex, ſ. natura, & indiuiduū, ſ. hæc humanitas, & hic homo. Nec oportet illud, quod eſt idem ſubſtantiæ compoſitæ, hoc eſt, huic homini, eſſe idem huic humanitati: & ideo non oportet remanente humanitate hac, ſi dimitteretur, remaneret id, quod eſt idē huic homini, quale eſt eſſe hominem unicatum in hoc homi-

A ne, qui eſt Chriſtus. Et hæc dicta ſint, loquendo de termino aſſumptionis ſecundū rem, hoc eſt, actionis, & paſſionis intellectę per nomen aſſumptionis: nam loquendo de termino aſſumptionis ut importatur in uocabulo aſſumēdi, remitto te ad literam, q natura humana eſt ut terminus à quo, & perſona diuina eſt ut terminus ad quem.

Quæ in pro nouitiis dixerim, ut non putent doctrinam datā à uerbis Auctoris diſcrepare: ſed attendāt q ſecūdum uarias conſiderationes, uariè aſſignari poſſunt termini. Nos autem ad rem ſpectauimus, ut actioni reali, & effectui tam excellēti ſuum proprium, ac primo terminum in ſe, realem aſſignaremus. Et licet non manifeſtauerimus quō, quod dictum eſt, ſit: manifeſtauimus[a] tamen ex fidei doctrina, q ita eſt. Et hoc ſufficere debet in tanto myſterio quo, ut Aug. dicit ſi ratio haberetur non eſſet admirabile & ſi exemplum haberet, non eſſet ſingulare. Et ideo tanta exēpla accipienda ſunt, ut ſ. utcumque perſpiciamus myſterii altitudinem, nec metiamus illud viribus ingenioli humani. Li. 1. c. 10. ad mediū to. 3.

latio ex parte aſſumētis, in quā-tum aſſumptio dicit quaſi ad ſe ſumptio: ſed incarnatio, & humanatio ex parte aſſumpti, quod eſt caro uel natura humana. Et ideo aſſumptio differt ratione, & ab unione, & ab incarnatione, ſeu humanatione.

B

ARTICVLVS IX.

Vtrum unio duarum naturarum in Chriſto ſit maxima unionum.

AD NONVM ſic proceditur. Vr q unio duarum naturarum in Chriſto non ſit maxima unionum. Vnitum.n.deficit in rōne unitatis ab eo, qd eſt vnum, eo q unitum dr per participationē, unum aūt per eſſentiam: ſed in rebus creatis aliqd dr ſimpliciter eſſe unum, ſicut præcipue patet de unitate ipſa, quæ eſt principiū numeri. ergo hmōi unio, de qua loquimur, nō importat maximā unitatē.

¶ 2 Præt. Quanto ea, quæ vniuntur magis diſtant tanto minor eſt unio: ſed ea, quę ſcdm hāc vnionem uniunt maxime diſtāt ſcilicet natura diuina, & humana: diſtant.n. in infinitum. ergo huiuſmodi eſt minima unio.

Ferr. c. 15. 3. di. 5. q. 1. ar. 1. q. 1 & 4. cōt. c. 41.

¶ 3 Præt. Per unionem fit aliqd unum; ſed ex unione animæ, & corporis in nobis fit aliquid vnum in perſona, & natura: ex unione autem diuinæ & humanæ naturę fit aliquid unum ſolū i pſona. ergo maior ē unio animæ ad corpus, quàm diuinę naturæ ad humanā: & ſic unio de qua loquimur, non importat maximam unitatem.

SED CONTRA eſt, q Aug. dicit 1. Trin. q homo potius eſt in Filio Dei, quàm Filius in Patre: Filius aūt eſt in Patre per vnitatem eſſentiæ, hō uero eſt in Filio per unionem incarnationis. ergo maior eſt unio incarnationis, q̄ unitas diuinæ eſſentiæ, quę tñ eſt maxima unionum: & ſic per cōſequēs unio incarnationis importat maximam unitatem.

C

RESP. Dcdm, q vnio importat coniunctionem aliquorum in aliquo uno. Pōt ergo vnio incarnationis dupliciter accipi; uno modo, ex parte eorum, quę cōiungūtur: alio modo, ex parte eius, in quo cōiungūtur, & ex hac parte, hmōi unio

SVP. QVAE. II. ART. IX.

Ferr. 4. cont. c. 41. Cap. 3. d. 5. q. 1. con. 3. Palud. 3. d. 5. q. 1. Medina ar. 9.

IN articulo nono aduerte primo, q cum iam diſtinctum ſit de unione, uel pro relatione unionis, uel pro coniunctione, ad quam cōſequitur relatio unionis, hoc in loco non ſumitur unio pro relatione, ſed pro coniunctione ipſa, (ut patet in principio corporis articuli), & ex conditione, quę de ipſa inquiritur, ſcilicet de excellentia eius reſpectu reliquarum coniunctionum. Ridiculum.n. hoc eſt, quęrere de relatione, niſi ratione fundamenti. nam ſecluſa ratione fundamenti, nulla unionis relatio eſt maior altera: ſed ideo unio materię & formæ eſt maior unione ſubſtantię, & accidentis, quia fundamentum eſt magis indiuiſum, ut patet. *Cauel. in*

¶ Aduerte ſecundo, quòd non quęritur explicite de unione naturæ, & perſonæ utrum ſit maxima: ſed de unione naturarum in perſona, uerumtamen, hoc in reſponſione ad ultimum tractabitur.

E ¶ In corpore articuli duo ſiunt, primo, ponitur diſtinctio bimembris: deinde reſpondetur quæſtio cum diſtinctione iuxta membra propoſitæ diſtinctionis. Eſt autem diſtinctio iſta: Vnio incarnationis dupliciter conſideratur, uel ex parte naturarum coniunctarum, vel ex parte eius in quo coniunguntur. Probatur diſtinctio, quia unio claudit in ſe duo, primo, extrema, quæ iunguntur: ſecundo, unum in quo coniunguntur: eſt enim unio coniunctio aliquorum in aliquo uno. Principalis concluſio reſpōſiua quæſito eſt, Vnio naturarū in Chriſto ex parte eius, in quo uniuntur, eſt maxima. Probatur, quia unitas diuinæ perſonæ, in qua uniuntur, eſt maxima. Secūdaria concluſio eſt, huiuſmodi unio ex parte naturarum, quę coniunguntur non eſt maxima, nec aliter probatur.

¶ Circa diſtinctionem in litera aſſignatam; dubium non diſſimulandum occurrit: quoniam uidetur deficiens, quia coniunctio aliquorum in aliquo uno, poteſt accipi non ſolum ex parte eorum, quæ coniunguntur, uel ex parte eius, in quo coniunguntur: ſed etiam ex parte coniunctionis extremorum in illo uno.

vno. V. g. coniunctio corporis, & aïę in Sorte, pōt accipi ex parte F aïæ, & corporis, vel ex parte Sortis, vel ex parte coniunctionis illorum in Sorte. Et in iſta hoc tertium membrum deficit, & ſi hoc eſt principaliter membrum in propoſito conſiderandum: quia non eſt proprie loquendo, vnio maior ex parte extremorum, nec ex parte termini, ſed ex parte cōiunctionis extremorum in termino. Contingit ſiquidē in Sorte coniungi multa accidentia, quæ licet ex parte eius in quo coniunguntur, ſ. perſona Sortis, habeant maximam unitatem: non tamen ꝓpterea ſunt maxime vnum, quia coniunctio ipſa in Sorte non eſt maxima, ſed minima.

Concil.

habet præeminentiā inter alias vniones: nā unitas perſonæ diuinæ, in qua vniūtur duæ naturæ, eſt maxima. Non aūt habet præeminētiam ex parte eorum, quæ coniunguntur.

Ad primvm ergo dicendū, quòd vnitas diuinæ perſonæ G eſt maior, quàm unitas numeralis, quę ſcilicet eſt principiū numeri. Nam vnitas diuinæ perſonæ, eſt vnitas increata, ꝑ ſe ſubſiſtens, non recepta in aliquo ꝑ participationem, eſt etiam in ſe completa, habens in ſe quicquid pertinet ad rōnem vnitatis: & iō non competit ſibi ratio partis, ſicut unitati numerali, quę eſt pars numeri, & quæ participatur in rebus H

¶ Dubium ſecundo oritur hinc circa concluſionem principalem, quia non niſi abuſiue ſaluatur, ex illa vnionem incarnationis eſſe maximā poſt vnionem trinitatis diuinæ, quod tamen, & Auctor ſaluare nititur in litera, & Bernardus lib. de cōſideratione, aſſerit. Et probatur ſequela: quoniam non niſi abuſiue diceretur, quòd vnio creaturarum vniuerſi eſt maxima, quia ex parte eius, in quo uniuntur, eſt maxima: quia unitas Dei in quo uniuntur eſt maxima unitas. ita enim dicitur in litera, quòd diuinæ, humanæque naturæ unio in Chriſto eſt maxima ex parte eius, in quo uniūtur, quia unitas diuinæ perſonæ, in qua uniuntur, eſt maxima. Et ſimiliter non ſolum unitas naturarum diuinæ, & humanæ eſſet maxima, ſed etiam unio accidentium Chriſti, puta, viſus, & auditus, eſſe albi, & criſpi, eſſet maxima ex parte eius, in quo uniuntur, quia uniuntur in perſona diuina, cuius unitas eſt maxima: hoc enim non eſt ſaluare unionem incarnationis eſſe maximam niſi abuſiue, ut patet. Et multiplicatur dubium ex Durando in 3. diſtinct. 3. ſenten. quæſt. 1. dicente unionem incarnationis eſſe maximam, quantum ad dignitatem, & non quantum ad intrinſecam rationem unionis. Et hoc ſecundum probat, quia illa unio eſt, quantum ad rationem unionis maxima, cuius extrema magis & intimius efficiunt, uel efficiuntur unum: ſed extrema multarum unionum, & non incarnationis ſunt talia. ergo. Maior probatur, quia unione ut ſic aliqua ſunt unum: ratio autem unius eſt ratio indiuiſi. Minor vero, quia materia, & forma conſtituunt unum per eſſentiam, & unū eſt inſeparabile ab alio manente conſiſtentia: non ſic autem conſiat eſſe extrema incarnationis. Vnde gloſſat Durandus Bernardum, quòd intelligitur de maxima unione quātum ad dignitatem.

¶ Ad hanc q̄ōnem reſpondetur, quod diſtinctio male intelligitur: nam neutrum diſtinctionis membrum accipiendum eſt ſecundum ſe: ita q̄ cum diſtinguitur, coniunctionem poſſe accipi ex parte extremorum, uel ex parte termini, non intelligitur ex parte extremorum ſecundum ſe, & ſimiliter non intelligitur ex parte termini ſecundum ſe: ſed quemadmodum primum membrum intelligitur ex parte extremorum inter ſe, ita ſecundum intelligitur ex parte termini, ut coniungentis. Et ſic non deficit tertium membrum: ſed tertium membrum eſt id, qđ diſtinguitur in primum, & ſecundum. Nam coniunctio ipſa duorum in aliquo uno, diſtinguitur, quia accipi pōt ex parte extremorum inter ſe, uel ex parte eius, in quo coniunguntur ut ſic. V. g. Coniunctio animæ, & corporis in homine pōt dupliciter accipi, primo, ex parte animæ, & corporis, non ſecundum ſe (ſic enim ualde diſtant) ſed inter ſe, quia inter ſe iunguntur, vt actus ſubſtantialis, & potentia: alio modo, ex parte eius, in quo iunguntur, inquantum iunguntur in illo, puta, inquantum ſunt in una natura compoſita, puta, humanitate, uel inquantum ſunt in una perſona, puta, Sorte. Et hic eſt uerus ſenſus diſtinctionis literæ: obiectiones autem procedunt contra alium ſenſum, quo ſumuntur extrema, quæ iunguntur ſecundum ſe, & id, in quo iunguntur ſecundum ſe. Et ideo non eſt mirum ſi deficit, ſi deducit ad inconuenientia, & ſi nō ſaluat intentū niſi abuſiue.

¶ Ex his patet ſolutio ſecundi dubij. nam ſenſus literæ eſt, q̄ naturæ diuinę, & humanæ, quę in myſterio incarnationis uniūtur, coniunctio dupliciter poteſt accipi, uel ex parte naturarum inter ſe, & ſic per ſe nota relinquitur pars negatiua, ſicut vere eſt per ſe nota, quia inter ſe non uniuntur, niſi ſicut cā, & inſtrumentum cauſæ, ubi conſtat non eſſe maximam unionem.) uel ex parte eius, in quo uniuntur, hoc eſt ex parte perſonalis coniunctionis, quam obtinent in una perſona diuina: hoc enim idē eſt, ac dicere, ex parte perſonæ diuinæ, in qua c. iunguntur ut ſic, ac dicere ex parte perſonæ diuinæ inquantum eſt perſona, utriuſque naturę: hoc enim eſt accipere coniunctionem ex parte eius, in quo iungūtur ut ſic, hoc eſt, formaliter loquendo. Quocirca quia, ut patet ex prius dictis, uniuntur in perſona diuina ſubſtantialiter, & non accidentaliter, ut accidentia Chriſti, & uniuntur ſubſtantialiter, non ut partes (ut manus, & caput) ſed ut totum, ut natura ipſa, ut hæc humanitas unitur Sorti, & non uniuntur non ſolum ſubſtantialiter abſque partium imperfectione, ſed ſic ſubſtantialiter uniuntur in vna ſimpliciſſima, & indiuiſibiliſſima, ac incomponibili unitate ſubſtantiali perſonali communi utrique naturæ, ut ſuperet merito omnem aliam unionem quorumcumque in alio ut ſic, ita quòd licet anima, & corpus Sortis uniantur ſubſtantialiter, & in una natura humanitatis, & in una perſona Sortis: non tamen magis, ſed pluribus modis uniuntur, quam natura diuina, & humana in Chriſto: quia uniuntur, & in natura, & in perſona, iſtæ autem uniuntur tantum uno modo, ſcilicet, in perſona: ſed unio hæc in iſto uno modo, eſt maior, quàm ſit illa in utroque: quia in myſterio incarnationis unitas communis extremis, ſecundum quam propriſſime, & formaliter quantificatur coniunctio, in tertio eſt I unitas perſonalis ſimpliciſſima, & incomponibilis, & indiuiſibiliſſima, ad quam conſtat, quòd nec unitas perſonalis Sortis, nec unitas eſſentialis humanitatis, nec ambæ ſimul aſcendunt, ut patet. Notanter autem dixi, unionem in alio, dixi enim hoc ad præſeruandam doctrinam hanc ab unione aliquorum inter ſe: quoniam ut in litera patet, non ex hac parte, ſed ſolum ex parte unionis in aliquo uno, unio naturarum in Chriſto eſt maxima. Si tamen unio hæc incarnationis perſpiciatur, ut eſt duorum inter ſe, ſcilicet, perſonæ diuinæ, & humanæ naturæ, ſic etiam inuenitur maxima, & excedens omnes alias uniones propter dictam rationem. Et ſecundum quid excedit unionem Trinitatis, ut dicitur in reſponſione ad ultimum ex Auguſtino, quia homo potius eſt in filio Dei, quàm Filius in Patre, quia ſcilicet, idem eſt ſuppoſitum hominis, & Filij Dei, non eſt autem idem ſuppoſitum Patris, & Filij: appellatur autem K ſecundum quid maior hinc iſta unitas, quia homo importat utrumque, naturam ſcilicet humanam, & ſuppoſitum, & non quo ad naturam ſignificatam, ſed quo ad ſuppoſitum tantum eſt magis in Filio, quam Filius in Patre: meritum autem, quod ſecundum aliquid ſui eſt magis unum, & ſecundum aliquid minus unum appellatur ſecundum quid, & non ſimpliciter magis unum. Et per hęc patet expoſitio literę totius articuli.

¶ Ad Durandum autem dicitur, quòd extorquet Bernardi ſententiam, & uilificat eam: de unione enim inquantum unio, ſecundum ipſam rationem unionis loquitur Bernardus, præponens unionem Trinitatis, quæ non eſſet præponenda quo ad dignitatem, quia tota Trinitas non eſt dignior perſona filij. formaliter igitur Bernardus, formaliter, & Auctor loquitur, formaliter & nos intelligimus, atque ſaluamus, unionem incarnationis eſſe poſt unitatem Trinitatis maximam ſimpliciter. Et cum dicitur, illa ſunt

numeratis. Et iō quantum ad hoc, vnio incarnationis præeminet vnitati numerali, rōne, ſ unitatis diuinæ perſonæ, non autem ratione naturæ humanæ, quæ non eſt ipſa unitas diuinæ perſonæ, ſed eſt ei unita.

Ad II dicendum, q̄ rō illa ꝓcedit ex parte coniunctorum, non autem ex parte perſonæ, in qua facta eſt unio.

Ad III dicendum, quòd unitas diuinæ perſonæ eſt maior unitas, quàm vnitas, & perſonæ, & naturæ in nobis. Et ideo unio incarnationis eſt maior, quàm unio animæ, & corporis in nobis.

Quia uero illud, qđ ī cōtrariū obiicitur falſum ſupponit. H

magis

magis vnum, ne eorũ extrema magis, & intimi* cõſtituunt vnũ, A di ꝙ addendum eſt huic ꝓpoſitioni, uel ſunt unum inter ſe, uel in tertio, alioqn negetur: qa uoluntaria eſt. Nã ex intrinſeca rõe unionis, & unius nihil aliud habet̃ q̃ ꝙ unita, aut fiunt, aut ſunt unum, hoc eſt indiuiſa inter ſe, uel in tertio perſonæ .ſ. diuinæ ſi fiunt, ſed ſunt unum in tertio, hoc eſt in diuina eſſentia. Et ſimiliter in ꝓpoſito duæ naturæ ſunt unum in perſona diuina, & natura humana eſt una perſonaliter cũ perſona diuina. Et ſic negat̃ Minor, ſ. ꝙ materia, & forma magis, & intimi* ſunt unũ in eſſentia humanitatis: ſi n. eſt min* unũ, vnũ in perſona ſubſtantialiter, & ſimpliciſſima, q̃ unũ in ſubſtantia, & perſona cõpoſita. Et cũ ꝓbat̃ ex inſeparabilitate, rñ leſ, ꝙ ẽt hic ſi ꝑficeri ſeparatõ, ſalua conſiſtentia omniũ extremorum, qñ ſi humana natura ſeparet̃ a uerbo, ñ eſſet idem. ſed alius hõ, & ſimiliter perſona diuina amitteret eſſe hominẽ. Cõſtat ſ. ꝙ tam eſſe hominem, eſt eſſe ſubſtantiale. q̃ eſſe alium hominem, eſt eſſe aliã ſubſtantiã. Etſi hæc appareant mirabilia, & incõprehenſibilia nobis, ñ ꝓpterea ſũt reiicienda, ſed credẽda, & ueneranda.

*poſitã in arg. ſed cõtra.

Port. 16

Inf. q. 6. a. 6. Et ueri. q. 29. ar. 2. Et 3. d. 13. q. 3. ar. 1.

*P. ſec. Q. 100. ar. 2. & 3.

†Ar. 6. huius quæſt.

SVPER QVÆS. II. ART. X.

Medina, ar. 10.

Titulus articuli decimi clar* eſt. ¶ In corpore articuli duo fiunt. primo ponitur diſtinctio bimembris de gratia, ſecundò reſpondetur quæſito tribus concluſionibus. Diſtinctio eſt, Gratia, pro uolũtate dei gratuita, uel pro gratuito dono.

*ca. 15. ab inc. 10 7.

¶ Vbi nota duo, primum eſt, quod in utroque membro fit mentio de gratuito: quia uoluntas qñque eſt debita, quandoqȝ gratuita: uoluntas. n. iuſtitiam miniſtrantis eſt uoluntas ex debito dans unicuiq; que, quod ſuum eſt: voluntas ãt non ex debito, nec mercenariæ, nec ui, aut metu dantis, ſed amore bene uolentiæ gratuita a l. Sr ſimiliter donũ gratuitum eſt, quod ex tali uoluntate da-

*3. di. 13. q. 3. at. 1.

*P S. q. 1. o at. 8.

maior ſit unio ĩcarnationis, q̃ vnitas perſonarũ diuinarũ in eſſentia, dcd̃m eſt ad auctoritatẽ Aug. ꝙ humana natura nõ eſt magis in filio Dei, q̃ filius dei in patre, ſed multo minus: ſed ipſe homo quantum ad aliqd eſt in filio magis, q̃ filius in patre, inquantum ſcilicet idẽ ſupponitur in hoc, quod dico homo, prout ſumitur pro Chriſto, & in hoc quod dico, filius dei, non autem eſt idem ſuppoſitum patris, & filii.

B

ARTICVLVS X.

Vtrum unio duarum naturarum in Chriſto ſit facta per gratiam.

AD DECIMVM ſic proceditur. Vr̃ ꝙ unio incarnationis non ſit facta per grãm. Gratia enim eſt accidens quoddã. ut in ſecũda parte habitũ eſt.* ſed humanæ naturæ unio ad diuinam nõ eſt facta per accidẽs, ut ſupra oſtenſum eſt.† ergo ur̃ ꝙ unio incarnationis non ſit facta per [h] gratiam.

C

¶ 2 Præt. [i] Gratię ſubiectum eſt aĩa, ſed ſicut dr̃ Colo. 2. i Chriſto habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter. ergo uidet̃, quòd illa unio non ſit facta per gratiam.

D

¶ 3 Præt. Quilibet ſanctus deo unitur per grãm. ſi igitur unio incarnationis [h] fuit per grãm, uidetur, quòd non aliter dicat̃ Chriſtus eſſe Deus, quàm alii ſancti homines.

SED CONTRA eſt, ꝙ Aug. dicit in li. 2. de Prædeſt.* ſanctorum, ea gratia fiat ab initio fidei ſuæ hõ quicũque Chriſtianus, qua gratia hõ ille ab initio ſuo factus eſt Chriſtus: ſed hõ ille factus eſt Chriſtus per unionẽ ad diuinam naturã. ergo unio illa fuit per gratiam.

RESP. Dcd̃m, quòd ſicut in ſecunda parte dictum eſt, *gr̃a dupliciter dr̃, uno modo uolũtas dei gratis aliquid dantis: alio modo ipſum gratuitum donum dei. Indiget autem humana natura gratuita dei uolũtate ad hoc, quòd eleuet̃ in deũ, cum hoc ſit ſupra facultatẽ ſuæ naturæ. Eleuatur autẽ humana natura in Deũ dupliciter, uno modo per operationẽ, qua ſcilicet ſancti cognoſcunt, & amãt Deũ: alio modo per eſſe perſonale, qui quidem modus eſt ſingularis Chriſto, ĩ quo humana natura aſſumpta eſt ad hoc, ꝙ ſit pſona filii Dei. Manifeſtũ eſt aũt, ꝙ ad perfectionẽ operationis requirit̃, ꝙ potentia ſit perfecta per habitũ: ſed ꝙ natura habeat eſſe in ſuppoſito ſuo, non ſit mediãte aliquo habitu.

SIC ergo dcd̃m eſt, ꝙ ſi [m] gr̃a accipiat̃ ipſa Dei uoluntas gratis aliquid faciens, vel gratum, ſeu acceptũ aliquem habens, vnio incarnationis facta eſt ꝑ gratiam, ſicut, & vnio ſanctorum ad Deũ per cognitionẽ, & amorẽ: ſi uero gratia dicat̃ ipſum gratuitũ Dei donũ, ſic ipſum, quod eſt, humanã naturã eſſe unitã perſonę diuinæ, põt dici quædã gratia, inquantum nullis præcedentibus meritis hoc eſt factum, nõ aũt ita, ꝙ ſit aliqua gratia habitualis, qua mediante talis unio fiat.[m]

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ gratia, quę eſt accñs, eſt quædam ſimilitudo diuinitatis participata in homine. Per incarnationẽ aũt humana natura non dr̃ participaſſe ſimilitudinem aliquã diuinæ naturæ, ſed dr̃ eſſe cõiuncta ipſi diuinæ naturæ ĩ pſona filij: maius ãt ẽ ipſa res, q̃ ſimilitudo ei* participata.

E

AD II dicendũ, ꝙ gr̃a habitualis eſt ſolũ in aĩa: ſed gr̃a, i. gratuitũ Dei donũ, quod eſt vniri diuinæ perſonæ, pertinet ad totã naturam humanã, quæ cõponit̃ ex aĩa, & corpore. Et per hũc modũ dr̃ plenitudo diuinitatis ĩ Chr̃o corpaliter habitaſſe: qa eſt unita diuina nã nõ ſolũ aię, ſed ẽt corpori: quãuis ẽt poſſit dici, ꝙ dr̃ habitaſſe in Chr̃o corporaliter. i. nõ umbraliter, ſicut habitauit ĩ ſacris ueteris legis, de qbus ibidẽ ſubditur, ꝙ ſunt vmbra futurorũ,

tur. Secundum eſt, quod appellatione doni gratuiti non ſolũ uenit habitualis gratia, ſed ẽt quodcunq; donũ gratis conceſſum, ſiue illud ſit actuale aliqđ auxilium, ſiue q̃cunq; alia res. Vñ qa hoc membrum ſubdiuidit̃ in litera, quãuis non ſub forma ſubdiuiſionis, ideo numerus concluſionũ excedere vr̃ membra diuiſiõis, cum rñ in ueritate iuxta tria membra in lr̃a poſita ſ. gratuitã uoluntatẽ Dei, & gratuitum donum habitualis gr̃æ, gratuitum donum ipſius vnionis, tres ſint concluſiones.

¶ Prima igitur cõcluſio eſt, ſumendo gratiã ꝓ gratuita dei uoluntate, unio incarnationis facta eſt ꝑ gratiã, ſicut, & unio ſctõrum ad Deum per cognitionẽ, & amorem. Probatur, qa ad hoc, ꝙ natura humana eleuetur in Deũ, ſiue per eſſe perſonale, ſiue ꝑ operationẽ, eget Dei volũtate gratuita: qa vtrumq; eſt ſupra facultatem nãæ ſuæ. Secunda cõcluſio eſt ſumendo grãm ꝓ gratuito Dei dono, hoc ẽ, gr̃a habituali, vnio incarnationis non eſt facta per grãm, unio uero ſanctorũ ad deũ fit ꝑ grãm. Probatur, qa i cõi loquendo formaliter ad pfectionẽ opationis requirit̃, ꝙ potentia ſit pfecta ꝑ habitũ: ad hoc aũt, ꝙ natura ſit in ſuo ſuppoſit', nõ ex g ẽ habitualiqs. Dr̃a aũt inter has duas uniones ĩ hoc cõſiſtit, ꝙ unio ſanctorũ ad Deum eſt ꝑ eleuationẽ ad operationes cognitionis, & amoris: unio ãt Chriſti eſt ꝑ eleuationẽ naturæ humanæ ad eſſe pſonale filij Dei. nulla ergo gratia hæc mediat, ſed ibi.

¶ Vbi nota primo, ꝙ hinc habes apud Auctorem, eodem ſe hẽre modo naturã humanam Chr̃i ad pſonã filij Dei, ſicut ſe haberet ad pſonã ꝓpriã, & ſicut ſe habet natura Sortis ad pſonam Sortis. nã hinc habes, ꝙ ex eo ꝙ formaliter loquendo inter naturã, & proprium ſuppoſitum nullus exigitur habitus, nõ inter naturam humanam, & pſonam filii Dei in Chriſto nullus exigitur habitus. fundatur enim hic proceſſus ſuper illa ꝓportionalitate, ut patet. Nota ſecundo, ꝙ gr̃æ habitualis in propoſito nomen non reſtrin-

orationem.

*3 diſt. 4. q. 3. ar. 2. & q. 2. Et Coloſ. 2. l. 2. co. 3.

giner ad gratiam, quæ ponitur in eſſentia animæ, vt diſtinguit̃ a charitate, & alijs habitibus infuſis: ſed communiter ſumitur, vt compræhendit ſub ſe quemcũque infuſum habitũ. Et hoc habes in litera ex eo, quod habitus ad perfectionem operationis requiſitus, in potentia operatiua ponitur, quod non verificatur de gratia reſtricta ad habitum in eſſentia, ut patet.

¶Tertia concluſio eſt, ſumendo gratiam ꝓ gratuito Dei dono, quicq̃d ſit illud, vnio incarnationis eſt gratia. Probatur: quia eſt donum Dei cõceſſum humanitati Chriſti, nullis præcedentibus meritis.

¶Vbi nota primo, ꝙ hoc modo loquendo de gratia, ipſa unio appellatur grã modaliter: quia ſcilicet gratuite facta eſt, ſ. abſq; vllo merito, & hinc fit vt in Chriſto ponatur vltra habitualem gratiam, gratia vnionis eſt, q̃ eſt ipſa vnio gratuito conceſſa. Nota ſecundo, quòd caute Auctor locutus, nõ dixit, quòd hoc modo ſumendo gratiã, vnio ſit facta per gratiam, ſicut dixit in præcedentibus concluſionibus, & ſicut quæſitum eſt in titulo articuli: ſed dixit qđ ipſa vnio eſt gratia. Et ratio eſt: quia li p. denotat cauſalitatem gratiæ ſup vnionem: eiuſdem autem ad ſeipſum non eſt cauſalitas.

¶In reſpõſione ad primum eiuſdem articuli, nota ex ſupradictis in art. 7. eiuſdem q̃ō. quòd coniunctio humanæ naturæ cum perſona filii Dei (quæ nihil aliud eſt, quàm utriuſque indiuiſio in eſſe perſonali ipſius filii Dei) poteſt dupliciter accipi, ſcilicet vel ſecundum illam entitatem poſitiuam, quæ eſt illud eſſe perſonale iſtius naturæ creatæ, uel ſecundum mutationem, & relationem, qua unitur, & unita relatiue dicitur humana natura perſonæ illi: nullum ſiquidem aliud ens reale apparet interueniſſe, aut inueniri in hoc myſterio, ultra extrema. Et ſiquidem vnionis gratia pro gratuito dono ſumatur ſecundo modo, ſic eſt donum creatum: quoniam tam mutatio paſſiua, qua natura humana eleuata eſt ad eſſe perſonale Dei, quàm relatio vnionis, inter creatas res eſt. Si uero vnionis gratia ſimiliter pro dono gratuito ſumatur primo modo, ſic quo ad rem datam increatum donum eſt, quia data eſt perſonalitas diuina naturæ creatæ: quo ad ſubſtantialem vero compoſitionem, ſeu coniunctionem perſonalitatis cum natura, donum creatũ eſt, ut patet. Et quia vnionis gratia, hæc omnia concludit, ideo quandoque res increata ponitur, ut in hac litera, dum dicitur, manis autem eſt ipſa res, quàm ipſa ſimilitudo eius participata, & eſt ſermo de diuinæ naturæ & perſonæ, in qua vnionis gratia conſiſtit. Quandoque autem ponitur res creata, dum ex voluntate Dei gratuita facta dicitur in hac litera, & diffuſe inferius articu. 12. huiuſmet q. & verum eſt quantum ad communionem illius effectionis ad naturam humanam, quæ per aſſumptionem facta eſt, & ad quam relatio vnionis conſequitur.

Porret. o. 17

1. 2. q. 98. ar. 4. c. & 3. diſt. 4. q. 3. articu. 1. & Ro. 1. li. 3. col. 3. h. & Heb. 1. lib. 4. col. 3.

* innuitur in gl. interlinea. ibi.

corpus aũt eſt Chr̃us: prout, ſ. corpus cõtra umbrã diuiditur. Dicunt etiã quidam, ꝙ diuinitas dr̃ in Chriſto habitaſſe corporaliter, id eſt tribus modis, ſicut corpus habet tres dimenſiones, uno modo per eſſentiã, præſentiã, & potentiam, ſicut ĩ cęteris creaturis: alio modo, ꝑ gratiam gratũ facientem, ſicut in ſanctis: tertio per unionem perſonalẽ, quod eſt ꝓpriũ ſibi.

Vnde patet reſponſio ad 3. quia ſcilicet unio incarnationis non eſt facta ſolum per gratiam habitualem, ſicut alii ſancti uniuntur Deo, ſed ſecundũ ſubſiſtentiam, ſiue perſonam.

ARTICVLVS XI.

Vtrum vnionem verbi incarnati aliqua merita præceſſerint.

AD VNDECIMVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ vnio incarnationis fuerit aliqua merita ſubſecuta: quia ſuper illud Pſal. 32. Fiat miſericordia tua ſuper nos, quemadmodũ, &c. dicit gloſſ.* Hic inſinuatur deſiderium Prophetę de incarnatione, & meritum impletionis. ergo incarnatio cadit ſub merito.

¶2 Præt. Quicumque meretur aliquid, meret̃ illud, ſine quo illud haberi non poteſt: ſed antiqui patres merebantur uitã æternam, ad quam peruenire non poterant, niſi per incarnationem. dicit enim Greg.* in li. G 13. mor. Hi, qui ante Chriſti aduentum in hunc mundum uenerunt, quantamlibet iuſtitiæ virtutẽ haberent, ex corporib. educti, in ſinum cęleſtis patriæ ſtatim recipi nullo mõ poterant: quia nõdum ille uenerat, qui iuſtorum animas in ꝑpetua ſede collocaret. ergo vr̃ ꝙ meruerint incarnationem.

¶3 Præt.* de beata uirgine cãta H tur, ꝙ Dñm omnium meruit portare, ꝙ quidem factum eſt per incarnationem. ergo incarnatio cadit ſub merito.

SED CONTRA eſt, ꝙ Augu. dicit in libr.* de Prædeſt. San. Quiſquis in capite noſtro præcedentia merita ſingularis illius g̃nationis inuenerit, ipſe in nobis p̃cedẽtia merita multiplicatę regñationis inq̃rat. ſꝫ nulla merita p̃ceſſerũt regña I tionem noſtram ſecũdũ illud Ti. 3. Nõ ex operibus iuſtitiæ,

*li. 13. c. 10. circa finem.

In of. illi ad manus.

*c. 15. non procul a fi. to. 7.

SVPER QVAEST. II. ARTIC. XI.

Medina art. 11.

IN titulo articuli &c. uide, quòd in præcedenti, & hoc, atque ſequenti articulo quæſtio eſt de cauſa unionis. Et quoniam triplex illius cauſa aſſignatur, ſcil. ex gratia, merita, & natura, ideo expedito decimo articulo de gratia in hoc &c. quæritur de

F meritis, aa ſcilicet unio hęc ex meritis fuerit: & demum in 12. quæritur an ſit naturalis Chriſto &c. hoc eſt, a natura.

¶In corpore articuli ſunt tres concluſiones. Prima eſt: Nulla Chriſti opera fuerunt meritoria vnionis. Probat̃: Ille hõ, qui ẽ Chriſtus, a principio ſuæ cõceptionis, fuit filius dei hypoſtatice. ergo omnis illius hominis operũ ſubſequuta eſt unionem. ergo nulla eius operũ potuit eſſe meritũ vnionis. Antecedẽs declarat̃ primo, & differentia inter ſolam fidei, & hæreſim Photini. Et ꝓbat̃ ſcđo auctoritate angeli Luc. primo. Cõſequentiæ ſtat relinquunt, ut ꝑ ſe notæ, & uere ſic eſt: qm̃ prima patet ex hoc ipſo, ꝙ omnium operũ cuiuſcũq; hominis p̃ſupponit illum hominẽ: oppoſitũ. n. nõ ẽ intelligibile. Idẽ eſt eſt dicere, ꝙ omnis operũ Chři p̃ſupponit vnionẽ, & dicere ꝙ p̃ſupponit perſonã illius hominis: qm̃ nõ niſi ꝑ vnionẽ habetur perſona illius hominis: qm̃ eſt ipſa perſona filii Dei. Ex hoc igitur ꝙ perſona illius hominis eſt pſona filii dei per unionem naturę humanæ ad perſonã filii Dei, optime, & euidenter ſequitur, quòd omnis operatio illius hominis p̃ſupponit unionẽ, q̃a præſupponit illũ hominem. Secũda quoque patet ex hoc, ꝙ meritum pręcedit ſaltem naturæ ordine præmium, ut patet.

¶Dubium hoc in loco nonnullum occurrit: quia licet hinc habeatur, quòd omnis operatio illius hominis ſubſecuta eſt unionem, non tamen hinc habetur, quòd omnis operatio illius naturæ humanæ ſubſecuta ſit unionem. Et diceret quiſpiam quòd illa natura humana ſicut ſecundum ſe præſupponitur naturæ ordine unioni (quia aſſumptio præſupponit quod aſſumitur) ita ſecundum aliquod opus eius, puta intelligere, & uelle, quæ ſunt inſtantanea, præſupponitur ordine naturę aſſumptioni: & per illud uelle informatum charitate natura illa meruit aſſumi in eodem inſtanti temporis, & prius natura.

¶Ad hoc dubium non oportet aliunde, quam ex literæ fundamento reſpondere, ita tamen ut non ſit ſermo de potentia diuina abſolute cum dicitur, quod non potuit aliqua operatio procedere unionem: ſed de potentia, quam ordo rerum habet ſimpliciter, & in myſterio incarnationis. Cum enim natura humana in Chriſto aſſumatur ad eſſe perſonale Dei, idem eſt ordo naturæ humanæ Chriſti ad perſonam filii dei, qui eſt naturæ humanæ Sortis, ad perſonam Sortis. Et ideo ſicut natura Sortis prius natura perſonatur per Sortem, quam operetur, tum quia eſſe perſonale, tempore ſubſtantiale, eſt prius, quam operari, tum quia primus terminus, ut quod generationis, eſt ipſe Sortes, & deinde naturę ordine conſequuntur operationes etiam naturaliſſimæ, ut ſi ſol fieret, primo fieret ſuppoſitũ ſolis, & deinde luceret, quamuis in eodem inſtanti: ita prius natura, humanitas Chriſti perſonatur per uerbum dei, quàm operetur propter utramque dictam rationem: quia, ſcilicet perſonari ſpectat ad eſſe ſubſtantiale (confert enim ſubſiſtere, quod primæ ſubſtantiæ ſolius eſt) & quia primus terminus generationis Chriſti, ut quod, fuit perſona filii dei, dicente Angelo, Quod ex te naſcetur ſanctum uocabitur

procul dubio

proculdubio eſt rei veritate filius Dei. Non pōt ergo poni, ꝙ aīa Chriſti prius natura, quàm viueretur, intelligeret aut amaret.

¶ Secunda concluſio eſt. Nulla opera cuiuſcumque alterius hoīs potuerūt eſſe meritoria huius unionis ex condigno. Probaꝰ tripliciter. Primo, quia unio iſta ſuperat vnionem beatitudinis, q̄ propriè cadit ſub merito. Secundo, quia vnio iſta eſt principiū grã, quæ non pōt cadere ſub merito. Tertio, quia unio iſta eſt reformatiua totius humanæ naturæ, cuius totius bonum, conſtat non poſſe à ſingulari puro homine cauſari. Concl. 2. *Art. præ.

¶ Tertia concluſio eſt, Sancti patres meruerunt incarnationem de congruo deſiderãdo, & petendo. Probatur: quia congruū eſt Deum exaudire ſibi obedientes. Et hoc etiā modo exponi pōt, ꝙ beata virgo meruit Chriſtū portare, ſ. merito congrui. Concl. 3.

quæ fecimus nos, ſed ſm̄ ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis. ergo nec illam Chriſti gñationē aliqua merita p̄ceſſerūt.

A

Resp. dicendū, ꝙ ᵐ quãtū ad ipſum Chr̄m, manifeſtū eſt * ex præmiſſis, ꝙ nulla eius merita potuerūt præcedere unionē. ⁿ Non. n. ponimus, ꝙ ante fuerit purus homo, & poſtea per meritum bonæ uitę obtinuerit eſſe filius Dei, ſicut poſuit Photinus: ſed ponimus ꝙ à principio ſuæ conceptionis ille hō vere fuerit filius Dei, utpote non habēs aliam hypoſtaſim, quàm filij Dei, ſecundum illud Luc. 1. Quod ex te naſceꝰ ſanctum, vocabitur filius Dei. Et iō omnis operatio illius hominis ſubſecuta eſt unionē. ergo nulla eius operatio potuit eſſe meritū unionis: ſed neq; etiam operat alterius cuiuſcūque hominis potuerūt eſſe meritoria huius unionis ex condigno. ᵒ Primo quidem; quia opera meritoria hominis propriè ordinantur ad beatitudinem, quæ eſt uirtutis pręmium, & cōſiſtit in plena Dei fruitione. ᵖ Vnio autem incarnationis, cum ſit in eſſe perſonali, tranſcendit unionem beatæ mentis ad Deum, quę eſt per actum fruentis: & ideo non poteſt cadere ſub merito. Secundo, quia grã non pōt cadere ſub merito, quia eſt merendi principium. Vnde multo minus incarnatio cadit ſub merito, quæ eſt principium gratię, ſecundū illud Ioan. 1. Gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Tertio, quia incarnatio Chriſti eſt reformatiua totius humanę naturæ: & ideo nō cadit ſub merito alicuius hominis ſingularis, quia bonū alicuius puri hominis non poteſt eſſe cauſa boni totius naturæ: ex congruo tamen meruerunt ſancti patres incarnationem, deſideraūdo, & petendo: congruum enim erat ut Deus exaudiret eos, qui ei obediebant. Concl. 3.

B

C

D

Et per hoc patet reſponſio ad primvm.

Ad II dcd̄m, ꝙ hoc eſt falſum, ꝙ ſub merito cadit omne illud, ſine quo præmium eſſe nō poteſt: quædam enim ſunt, quę non ſolum requirūtur ad præmium, ſed etiam pręexiguntur ad meritum, ſicut diuina bonitas, & eius gratia, & ipſa hominis natura. Et ſimiliter incarnationis myſterium eſt principium merendi: quia de plenitudine Chriſti omnes accepimus, ut dicitur Ioan. 1.

Ad III dcd̄m, ꝙ beata Virgo dicitur meruiſſe portare dominum omnium. non quia meruerit ipſum incarnari: ſed quia meruit ex gratia ſibi data illum puritatis, & ſanctitatis gradum, ut congrue poſſet eſſe mater Dei.

A

Articvlvs XII.

Vtrum gratia unionis fuerit homini Chriſto naturalis.

Ad dvodecimvm ſic p̄ceditur. Videtur ꝙ gratia unionis non fuerit hoīi Chriſto naturalis, Vnio. n. incarnationis non eſt facta in natura, ſed in pſona, ut dictū eſt: * ſed unumquodq; denominatur a ʰ termino. ᵍ ergo gratia illa magis debet dici pſonalis, quàm naturalis.

B

¶ 2 Præt. Gratia diuiditur contra naturā, ſicut gratuita, quę ſunt à Deo, diſtinguuntur contra naturalia, quæ ſunt a principio intrinſeco: ſed eorum, q̄ ex oppoſito diuiduntur, ut unū nō ʰ denominatur ab alio. ergo gratia Chriſti non eſt ei nālis.

¶ 3 Pręt. Naturale dr̄, ꝙ eſt ſm̄ naturam: ſed gratia unionis ʰ nō eſt naturalis Chriſto ſm̄ naturam diuinam (quia ſic cōueniret alijs perſonis) nec etiam naturalis eſt ei ſecundum naturam humanam: quia ſic conueniret omnibus hominibus, q̄ ſunt eiuſdem naturæ cum ipſo. Igitur uidetur, ꝙ nullo modo grã unionis ſit Chriſto nālis

C

Sed contra eſt, ꝙ Aug. dicit in Ench. * In humanæ naturæ ſuſceptione fit quodãmodo ipſa gratia illi homini naturalis, qua nullum poſſit admittere peccatum.

D

Resp. dcd̄m, ꝙ ſm̄ Philoſophum in 5. Metaphy. * natura uno modo dr̄ ipſa natiuitas, alio modo eſſentia rei. Vnde naturale poteſt aliquid dici dupliciter, uno modo, quod eſt tantum ex principijs eſſentialibus rei: ſicut igni naturale eſt ſurſū ferri: alio modo dr̄ eſſe homini naturale, quod ab ipſa natiuitate habet, ſm̄ illud Eph. 2. Eramus natura filij iræ. Et Sap. 12. Nequā eſt natio eorū, & naturalis malitia ipſorum. ᵐ Gratia igitur Chriſti ſiue unionis, ſiue habitualis nō pōt dici naturalis quaſi cauſata ex principijs humanæ naturæ in Chriſto; quamuis poſſit dici naturalis, quaſi prouenienſ in naturam humanam Chriſti, cauſante diuina natura ipſius. Dicitur autem naturalis utraque gra

E

SVP. QVAE. II. ART. XII.

Medina art. 12.

In tit. articuli duodecimi nota ꝙ ſõ in titulo apponiꝰ ly homini, ita ꝙ nō quęriꝰ utrum grã unionis ſit Chr̄o naturalis ſed an ſit nālis Chr̄o hoīi ut denotareꝰ, ꝙ difficultas huius dubij ex parte eius, quod eſt eſſe hoīem, ſe tenet. Non. n. eſt qō de Chr̄o, ſm̄ ꝙ Deus: ſed ſm̄ ꝙ eſt hō, an grã vnionis ſit illi nālis.

¶ In corpore art. duo ſiunt. primo ponitur vna diſtinctio de ly naturalis: ſcd̄o tãdeꝰ quæſtio tripliciter. Diſtinctio eſt ſm̄ nāle dupliciter, uel qđ cauſatur ex principijs eſſentialibus rei. ſicut paſſio ex principijs ſubiecti, ſicut moueri deorſum ex principijs corporis grauis, uel quod ab ipſa natiuitate hr̄. Probaꝰ primo diſtinctio: qa natura dr̄ dupliciter. 5. Met. ſ. de eſſentia: & de natiuitate. Probaꝰ ſcd̄o, ſm̄ membrū, au ctoritate duplici ſacræ ſcripturæ.

¶ Nota hic, ꝙ ſm̄ membrum, ſ. naturale a natiuitate, dupliciter intelligi pōt, uno modo vt denotetur ſola coæuitas, quia. ſ. inceperunt ſimul tpe, ſicut de cæco à natiuitate dicimus, qa cæcitas ſimul incępit cū hoīe, q. eſt cæcus: alio mō, vt denotetur nō ſola cōduratio, ſed & cãlitas ita ꝙ ex ui natiuitatis habeat illud: ſicut dicimus, ꝙ ſextus digitus eſt nālis, ex natiuitate in utero, quia. ſ. ex uitalis natiuitatis abundantia in materia, &c. Iſte ſortitus eſt ſextum digitū. In propoſito intelligitur ſm̄ membrum utroq. modo. & ad ſm̄ membrum ſpectat auctoritas Apoſtoli, Eramus natura filij iræ, quia ex ui natiuitatis noſtræ per propagationē ex Adam ſumus filij irę, dum ex ui natiuitatis nr̄æ in utero inficimur peccato originali. Ad primū aūt modum ſpectat auctoritas Sapiētiæ, qm̄ Chananęi de quibus loqꝰ, non ex ui natiuitatis contrahebāt peccata parētum, ſed malitia illorum ita cito inci-

Pon. 8
18
Inf. q. 7. a. 13. ad 2. & q. 34. a. 3. ad 2. & 3. d. 4. q. q. 3. a. 2. q. 1. a. 3. & 2. huius quæſt.

* c. 40. poſt med. to. 3.

* li. 5. Met. tex. 5. [illegible]

Concl. 2.

tia in Chriſto, inquantum eam à natiuitate habuit: * q̃a ab initio conceptionis fuit a natura humana diuinę perſonæ unita, & anima eius fuit munere gratiæ repleta.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd licet unio non ſit facta in natura, eſt tamen cauſata ex virtute diuinæ naturæ, quę eſt uere natura Chriſti: & etiam conuenit Chriſto à principio ſuæ natiuitatis.

AD II dicẽdum, quòd non ſecundum idem dicitur gratia, & naturalis: ſed gratia quidem dicitur, inquantum non eſt ex merito: naturalis autem dicitur, inquantum eſt uirtute diuinæ naturæ in humanitate Chriſti ab eius natiuitate.

AD III dicendum, quòd gratia unionis non eſt naturalis Chriſto ſecundum humanam naturam, quaſi ex principiis humanæ naturæ cauſata: & ideò non oportet, quòd cõueniat omnib. hominibus: eſt tamen naturalis ei ſecundũ humanam naturam propter proprietatem natiuitatis ipſius, ꝑut ſic conceptus eſt ex Spiritu ſancto, ut eſſet idẽ naturalis filius Dei, & hõis. Scd̃m uero diuinã naturã eſt ei naturalis, inquantũ diuina natura eſt principiũ actiuum huius gratiæ, & hoc cõuenit toti Trinitati, ſ. huius grãæ eſſe actiuũ principiũ.

incipiẽdum, vt dicat̃ in vtero incępiſſe, iuxta conſuetum modum loquendi ſermone emphatico.

¶ Prima concluſio eſt: Gratia, ſiue unionis, ſiue habitualis nõ eſt naturalis Chriſto, ut cauſata ex principijs humanæ naturæ. Sc̃da concluſio eſt: Gratia utraq; põt dici nãlis Chriſto, quaſi prouenięs ex natura diuina Chriſti: ſ nãlis humanã eiuſdẽ. Tertia cõcluſio eſt. Gra utraq; eſt nãlis Chro, ſumẽdo nãle a natiuitate. Probat̃ in primo ſenſu, hoc eſt ſm̃ cõquitatẽ: quia ab initio conceptionis fuit natura humana diuinæ perſonæ unita, & hoc quo ad gratiam unionis, & aĩa eius fuit munere grãæ repleta, & hoc quo ad grãm habitualem. In ſc̃do aũt ſenſu, hoc eſt ut natiuitatis, probatur in rñſione ad tertiũ ex proprietate natiuitatis Chri: q̃a ſic cõceptus eſt ex Spũſancto ut eſſet idẽ nãlis fili⁹ Dei, & hõis, teſtante hanc natiuitatis uim angelo dicẽte, Spũſſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obũbrabit tibi, dũ ſubdit ideoque, & qđ naſcet̃ ex te ſanctum, uocabit̃ filius Dei. Illa.n. cãlis, ideoque, & quod naſcetur ex te, erit filius Dei, manifeſtat ad hoc eſſe ordinatã actionẽ Spũſancti, ut ex ui talis natiuitatis natũ eſſet filius Dei, qđ ĩ ipſa gratia unionis conſiſtit. Gr̃a aũt habitualis, ut in proprio tractatu patebit, eſt ĩ Chriſto uelut ꝓprietas, cõſequẽs gratiam unionis, ſicut ſplendor ſolem.

¶ Nota hic tria. primo, q̃ quamuis in litera diuiſæ ſint explanationes, & probationes tertiæ cõcluſionis ſm̃ duos aſſignatos in ſecundo membro ſenſus, quia tamen neceſſe ſunt, in lr̃a ponunt̃, & breuius uniti clarẽt nouitijs: ideo adiunxi dicta in rñſione ad tertiũ, & unxi corpori articuli. Sc̃do, q̃ Auctor plus donauit, quàm promiſit, dũ diuiſit de gr̃a unionis, & tñ dixit de gr̃a unionis, & habituali. Tertio, q̃ dũ in ſecunda concluſione dr̃, q̃ gratia Chriſti põt dici naturalis ex diuina natura, Auctor caute appoſuit duo uocabula, primo põt dici: ſc̃do, quaſi prouenięs. Eſt ſiquidem conſiderandum, quod ad hoc, ut aliquid dicatur proprie naturale a natura pro eſſentia, duo concurrant: primum eſt cauſalitas: ſc̃m modus cauſandi. oportet enim, vt cauſetur à natura, & q̃ naturali modo non libere cauſetur à natura: ſic.n. paſſio à principijs naturæ, ſic ferri ſurſum à leuitate cauſatur, ſic naturale diſtinguit̃ contra liberũ. In propoſito aũt, quia oĩs cauſalitas Dei, ad extra eſt libera, & nulla eſt naturalis, ideo gratia in Chriſto ex diuina natura cẽta deficit à naturali in mõ quo fit, & põt dici naturalis, quo ad primum, quia ex diuina cauſatur natura. Quo ad ſm̃ uero põt dici naturalis non formaliter: quia in ueritate nõ naliter, ſed libere cauſatur, ſed quaſi uirtualiter ſeu cõditionaliter, hoc eſt, quia ſi diuinæ naturæ competeret ad extra, utrerque modus cãndi, ſ. naliter, uel libere, utraque gr̃a in Chriſto nãliter eſſet: quia gratia unionis ſpectat ad eẽ perſonale pſius diuinæ naturæ, ac per hoc ad cauſalitatem naturalem pertineret, ſi ibi in ueritate eſſet: gratia uero habitualis in Chriſto ſpectaret ad proprietatẽ humanæ naturæ iunctæ, ſm̃ ſuũ eſſe diuinæ naturæ. Et ꝓpterea Auctor dixit, Dici põt naturalis quaſi prouenięs, ſignificans p hoc quaſi nãlem modũ, quo gratia in Chriſto fieri dici põt, quãuis in ueritate non ſit modus naturalis: hoc aũt ſingulariter de gr̃a Chri dici põt quia reliquis hoibus, & etiã angelis cõſtat, & nõ ſolũ dat, ſed datet Deus grãm ſuam prout uult, ut pote non cõicans ſuũ eſſe perſonale, nec ĩ actis ſibi ſecundum eſſe influens.

QVÆSTIO III.

De modo unionis ex parte perſonæ aſſumentis, in octo articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de unione ex parte perſonæ aſſumentis.

Et circa hoc quęruntur octo.

¶ Primo, vtrum aſſumere cõueniat perſonę diuinę.

¶ Secundo, vtrum cõueniat naturę diuinæ.

¶ Tertio, vtrũ natura poſſit aſſumere abſtracta ꝑſonalitate.

¶ Quarto, vtrum una perſona poſſit aſſumere ſine alia.

¶ Quinto, vtrum quęlibet perſona poſſit aſſumere.

¶ Sexto, vtrum plures perſonę poſſint aſſumere vnã numero naturam.

¶ Septimo, vtrum vna perſona poſſit aſſumere duas numero naturas.

¶ Octauo, vtrũ magis fuerit cõueniens de perſona filii Dei, q̃ aſſumpſerit humanã naturã, q̃ de alia perſona diuina.

ARTICVLVS I.

Vtrum perſonæ diuinæ conueniat aſſumere naturam creatam.

AD PRIMVM ſic ꝑcedit̃. Vr̃ q̃ ꝑſonę diuinę, nõ conueniat aſſumere naturam creatã. Perſona.n. diuina ſignificat aliqđ maxime perfectũ: perfectũ aũt eſt, cui nõ põt fieri additio.

SV. QVAEST. III. ART. I.

Scot. 3. 3. d. 1. q. 4. Duran. 3. 5. d. 1. q. 2. Cap. 3. d. 1. q. 1. con. 4. Medina. a. 1. Alb. Mag. 3. d. 4. ar. 1. & diſt. 5. art. 3.

TItulus art. 1. q. 3. clarus eſt.

¶ In corpore articuli unica eſt cõcluſio rñ ſiua queſito. Perſonæ cõpetit propriſſimè aſſumere naturã. Probat̃, Perſona eſt principiũ, & terminus aſſumptionis. ergo ſibi cõuenit propriſſime aſſumere. Antecedẽs quo ad primã partem probat̃: quia aſſumere eſt actio diuina: agere aũt ꝓprie eſt ꝑſonæ. Quo ad ſc̃dam uero q̃a unio facta eſt non in natura, ſed in ꝑſona, ut patet ex ſupra dictis. Conſequentia aũt probat̃: quia in verbo aſſũptionis importantur tria, principiũ, actus, & terminus: qm̃ aſſumere dr̃ quaſi ad ſe ſumere. Ex hoc namque, q̃ aſſumere importat hæc tria, & hæc oĩa cõpetunt perſonę, q̃a ipſa eſt principium, & terminus actus talis, ut in antecedente dicitur, conſequẽs manifeſte eſt, quod aſſumere propriſſime competat perſonę.

Porret. 3. d. 5. q. art. 2

¶ Vbi nota tria: primo, quod exponendo aſſumere quaſi ad ſe ſumere, quia ly ſe eſt pronomen reciprocum, duplicitet, ſeu bis denotat illud, pro quo ſtat concurrere ad actionem illam, uno modo, ſeu ſemel ut principium, & ſemel, ſeu alio modo ut terminum. Et propterea Auctor ex hoc, q̃ aſſumere dicitur quaſi ad ſe ſumere, dixit q̃ importat principiũ, & terminũ actus: niſi enim ly ſe, utrumque denotaret: non eſſet ad ſe ſumere, ſed eſſet ſumere ad alium. Secundo, q̃ in litera in concluſione additur ly propriſſime: quia, ut infra patebit, non ſoli perſonæ conuenit aſſumere, ſed ſoli perſonę conuenit propriſſime. Tertio, quòd hic eſt ſermo de perſona diuina ut ſic, non curando, utrum ſit una ſola perſona diuina, uel plures, utrum abſoluta, uel relatiua, eius ſiquidem eſt proprie agere, ut quod agit, & eius eſt terminare vnionem perſonalem ut quod ſubſiſtit in utraque natura.

¶ In reſponſione ad primum eiuſdem primi articuli, aduerte quòd tam mirabilis eſt hæc incarnationis coniunctio, ut cum hoc, quod fatemur Deum uere acquiſiuiſſe eſſe hominem, quia uere factus eſt homo: quia tamen huiuſmodi ſubſtãtiale eſſe acqſiuit ſine quacũque ipſius Dei mutatione, ac per hoc ſine quacunque ſui perfectione, ideo hic uere quoque dicitur.

Cũ igitur aſſumere ſit quaſi ad ſe ſumere,[b] ita ꝙ aſſumptum ad datur aſſumenti, uidetur ꝙ perſonæ diuinæ non conueniat aſſumere naturam creatam.

¶ 2 Præt. Illud, ad quod aliquid aſſumitur, communicatur quodammodo ei, ꝙ in ipſum aſſumitur: ſicut dignitas communicatur ei, qui in dignitatem aſſumitur: ſed de rõne perſonæ eſt, ꝙ [h] ſit incommunicabilis, ut in prima parte dictum eſt.* ergo pſonæ diuinæ non conuenit aſſumere, quod eſt ad ſe ſumere.

1. p. q. 29. art. 1

¶ 3 Præt. Perſona conſtituitur p naturam: ſed inconueniens eſt, quòd conſtitutum aſſumat[h] cõſtituẽs: quia effectus nõ agit in ſuam cauſam. Ergo perſonæ nõ conuenit aſſumere naturam.

SED CONTRA eſt, quod Auguſtinus dicit de fide ad Petrũ,* Formam, id eſt, naturam ſerui ĩ ſuam accepit deus, ille ſ. vnigenitus, perſonam: ſed deus vnigenitus eſt perſona. ergo perſonæ competit accipere naturam, quòd eſt aſſumere.

In li. de fi. ad Pet. c. 2 a me. to. 3.

RESPON. Dicendum, quod in uerbo aſſumptionis duo importanẽ, uidelicet principium actus, & terminus: dicitur enim aſſumere, quaſi ad ſe ſumere. Huius autẽ ſumptionis, perſona eſt, & principium, & terminus. Principium quidem, quia pſonę proprie competit agere: huiuſmodi autem ſumptio carnis [l] per actionem diuinam facta eſt. Similiter etiam perſona eſt huius ſumptionis terminus (quia ſicut ſupra dictum eſt.)* Vnio facta eſt in pſona non in natura. Et ſic patet, ꝙ propriiſſime [m] competit perſonæ aſſumere naturam.[n]

* q. præc. art. 1. & 2.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd cum perſona diuina ſit infinita, non poteſt ei fieri additio. Vnde Cyrillus dicit in epiſt. ſynodali Ephe.* conci. Non ſecũdum appoſitionem coniunctionis intelligimus modum, ſicut etiam in vnione hominis ad Deum, quæ eſt per gratiam adoptionis, non additur aliquid Deo: ſed illud, quod diuinum eſt, apponitur homini. Vnde non Deus, ſed homo perficitur.

* In epiſt. 1 ſyn. Ephe. ad Neſtor. circa med. ill.

AD II. dicendum, quod perſona dicitur incommunicabilis, inquantum non poteſt de pluribus ſuppoſitis prædicari: nihil tamen prohibet plura de

---

dicitur, q. nihil eſt per incarnationem additum Deo, & quòd non Deus, ſed homo per incarnationem perficitur. Et ad hoc tantum allatum eſſe exemplum de vnione adoptionis noſtræ intellige: quia ſicut in vnione filiorum adoptiuorum non additur aliquid Deo, ſed quod diuinum eſt, apponitur homini, ita proportionaliter in vnione naturali Filii nihil apponit deo, ſed deus iungitur homini, ut homo perfectus ſit hoc eſt, ut hõ ſit deus, quod infinitam perfectionẽ apponit naturæ humanæ.

¶ In reſponſione ad ſm dubium occurrit circa incõmunicabilitatẽ pſonæ, ut in lra deſcribit. ſ. penes hoc ꝙ non poteſt de pluribus ſuppoſitis prædicari. Videtur ſiquidem ſatis rudis huiuſmodi aſſignatio incommunicabilitatis: quoniam talis incommunicabilitas conuenit cuilibet ſingulari creato. tam in genere accidẽtis, quam in genere ſubſtantiæ. nam hoc album, & ſimiliter hæc albedo, & hæc humanitas, non poteſt de pluribus ſuppoſitis prædicari: quia ut in antepræd. cõmenti dicitur, cuilibet ſingulari conuenit non dici de ſubiecto.

¶ Ad hoc dicitur, quod in theologia non potuit forte breuius, clarius, & formalius deſcribi incommunicabilitas perſonæ, quàm deſcripta eſt in litera: quia apud theologos omnis natura eſt communicabilis pluribus ſuppoſitis, quamuis diuerſimode: quia natura diuina communis eſt per identitatem Patri, & Filio, & Spirituiſancto. Et hæc natura creata poteſt eſſe communis per aſſumptionem (ut infra patebit) Patri, & Filio, & Spirituiſancto: perſona quoque communis eſt pluribus naturis, ut patet de perſona filii Dei ſubſiſtente in duabus naturis diuina, & humana, & de perſona Sortis communi pluribus, accidentalibus tamen naturis, ut in litera dicitur. Reſtat ergo, ut propria incommunicabilitas perſonæ cõſiſtat in hoc, quòd nõ poſſit eſſe communis pluribus ſuppoſitis, hoc eſt ſibi ipſi, & alteri ſuppoſito, & hoc eſt quod in litera exprimitur, per non poſſe prædicari de pluribus ſuppoſitis. Vnde doctrina eſt ſubtiliſſima: ſed obiectio errat in hoc, ꝙ pro eodem accipit non prædicari de pluribus, de quo Ariſt. loquit in antepredicamentis: & nõ prædicari de pluribus ſuppoſitis, de quo Auctor in litera loquitur, quum hæc diſtent valde: quoniam non poſſe prædicari de aliquo, uel aliquibus, ut ſuperius de inferiori, conuenit omni ſingulari, ut obiiciendo bene dicitur: ſed non poſſe prædicari de pluribus ſuppoſitis, ſoli perſonæ conuenit: quia ſoli perſonæ repugnat. Nam, & hæc humanitas, & quæ illi ineſt, hæc albedo poteſt de pluribus ſuppoſitis prædicari, ut patet, ſi à pluribus diuinis perſonis aſſumeretur.

¶ In eadem reſponſione ad ſecundum*, dubium occurrit circa illud: hoc autem eſt proprium diuinæ perſonæ, propter eius infinitatem, ut fiat in ea concurſus naturarum non accidentaliter, ſed ſecundum ſubſiſtentiam, & de concluſione. & de ratione eius, Duo ſiquidem hic dicuntur: primo affirmatur hæc concluſio, ſcilicet, quòd ſola diuina perſona poteſt ſubſiſtere in duabus naturis: ſecundo aſſignatur ratio iſtius cõcluſionis: infinitas diuinæ perſonæ. Vbi duæ quæſtiones determinantur prima eſt, an aliqua perſona creata poſſit ſubſiſtere in duabus naturis, aſſeritur ſiquidem hic pars negatiua, dum-

A dicitur quòd proprium eſt diuinæ perſonæ, ut fiat in ea cõcurſus naturarum ſecundum ſubſiſtentiam: ſecũda eſt, an hæc proprietas conueniat diuinæ perſonæ propter infinitatem ipſius: aſſeritur namque in litera pars affirmatiua. Et primam quidem q. Scot. 3. ſentent. diſtin. 1. q. 4. diſputat, & dubiam relinquit: ſecundam autem ibidem tractãs, oppoſitũ tenet, arguitq; dicens. Iſta ratio non uidetur cõcludere: quia uerbum nõ eſt infinitum ſecundum rationem perſonalitatis ſuæ, ſecundum quã ſubſtãtificat naturam aſſumptam. igitur non requiritur infinitas in illo ſuppoſito, quod ſic ſubſtantificat. Antecedens patet: quia tunc aliqua perfectio formaliter deeſſet Patri, quæ eſt in Filio.

¶ Ad horum euidẽtiam primo ſoluenda eſt obiectio Scoti: & exinde ſoliditas utriuſque dicti in litera monſtranda. Ad obiectionẽ ergo Scoti negandum eſt antecedẽs: quamuis poſſit diſtingui, dicendo, quòd uerbum eſſe infinitum ſecundũ rationem perſonalitatis ſuæ, poteſt dupliciter intelligi, ſcilicet radicaliter, uel formaliter, & quod uerbum eſt infinitum ſecundũ rationem deitatis radicaliter, quia ex deitate quicqd eſt ĩ Deo, infinitatem habet: ſed ſecundũ ſuam perſonalitatẽ eſt formaliter infinitum, quoniam perſonalitas diuina non eſt conſtitutiua perſonæ niſi infinitæ. Et quẽadmodum perſonalitas uerbi, ſcilicet filiatio diuina eſt formaliter ſubſiſtens, alioquin non eſſet conſtitutiua perſonæ, quę formaliter eſt ſubſiſtens, ita eſt formaliter infinita, quia ſubſiſtentia formaliter incluſa in perſonalitate uerbi, nec eſt finita, nec abſtrahens à finito, & infinito, ſicut relatio, inquantum relatio, quia ſubſiſtentia perfectionem ſonat ſimpliciter, ut patet. Nec propterea ſequitur ut Scotus arguit, probando antecedens, ꝙ aliqua perfectio formaliter deeſſet Patri, quæ eſt in Filio; quoniam eandem perfectionem, quam perſonalitas uerbi formaliter dicit in Filio, perſonalitas Patris, dicit in Patre, ut patet de perfectione ſubſiſtentiæ. Sed contingit hic errare, ſi perſonalitates diuinas ſic formaliter metimur, ut eas nihil aliud formaliter eſſe putemus, q̃ quod relationi reali formaliter cõuenit, quod alienum eſt à celſitudine perſonalitatis diuinæ formaliter ſumptæ: quoniam, ut dictum eſt, conuenit illi formaliter ſubſiſtentia, alioquin non eſſet perſonalitas: quia non eſſet conſtitutiua ſe tota perſonæ. Conſtat autem quod filius Dei, quatenus ſubſiſtens, naturam humanam ſubſtantificat. Vnde patet, quòd uerbum ſecundum illam ſuæ perſonalitatis rationem, qua eſt ſubſiſtens, ac per hoc infinitæ ſubſiſtentiæ, uices humanæ perſonę formaliter, & eminenter in myſterio incarnationis ſupplet: eſt enim uerbum, perſona humanæ naturæ. Et confirmatur, quia per illud idem, quo uerbum ſubſiſtit in duabus naturis, diuina, ſcilicet, & humana, poteſt ſubſiſtere, quantum eſt ex parte ſua in infinitis naturis, quoniam, ubi pluralitas non facit differentiã, nec infinitas faceret differentiam, ſi infinitas impoſſibilis eſſet. Sed uerbum per ſuam perſonalitatem, quatenus eſt conſtitutiua perſonæ (quod eſt dicere, quatenus eſt conſtitutiua ſubſiſtentis in diuina natura) habet quòd poſſit in duabus naturis ſubſiſtere. ergo per ſuã perſonalitatẽ, ut ſubſiſtentẽ in diuina na-

ura, poteſt ſubſiſtere in infinitis naturis. ſed poſſe ſubſiſtere in infinitis naturis eſt ſubſiſtentiæ infinitæ. igitur ſubſiſtentia, qua Verbum de facto ſubſtantificat humanam naturam, exigit infinitatem. Eadem enim eſt conditio eius, qua nunc ſubſiſtit in duabus, & qua ſubſiſteret in infinitis.

¶ Præterea, Verbi perſonalitas ſua formali ratione claudit ſubſiſtentiam. ergo perfectionem ſimpliciter. ergo eſt infinita formaliter. Antecedens probatū eſt. Prima cōſequētia probatur. primo, quia ſubſiſtentia non ſolū eſt perfectio, ſed maxima pfectio: nullum nanq; diuinū eſſet perfectū niſi ſubſiſtens. Secundo, ex deſcriptione perfectionis ſimpliciter, ſcilicet, ꝙ in quolibet, melior eſt ipſa, q̄ non ipſa, arguitur ſic. In quolibet ente vt ſic, melior eſt ſubſiſtentia, q̄ quodlibet ſibi incompoſſibile. ergo eſt perfectio ſimpliciter. Tertia conſequētia eſt euidens etiam apud Scotum: quoniā omnis perfectio ſimpliciter, eſt in Deo infinita formaliter. Ex dictis igitur ſi bene cōſiderentur, fidelitas literæ tam in concluſione quam illius ratiōe apparet. nam ex hoc quod perſona diuina ex ſuæ perſonalitatis perfectione, quā illius ſubſiſtentia ponit, habet quod poſſit in pluribus naturis ſubſiſtere, manifeſte habetur, qđ quum illa perfectio ſit infinita, proprium erit diuinæ perſonæ ob eius infinitatem, quod in ea fiat concurſus naturarum, ſecundum ſubſiſtentiam. Et per hoc ſolutio utriuſque quæſtionis apparet.

¶ Nec ex his ſequitur, ut Scotus ibidem q. 5. conatur deducere, diuinam naturam eſſe per ſe primo terminum unionis, propterea quia infinitas primo eſt naturæ, quoniam infinitas Dei, vt eſt naturæ, dat perfectionem infinitam in eſſendo, & in cauſando, I ut autem eſt perſonæ, dat perfectionem infinitam in terminando. Quo fit, ut quia terminare naturam aſſumptam, nullam cauſalitatem dicit, conſequenter infinitas in terminando, nullam cauſalitatem det: & tamen conſtat, quod exigitur ad hoc, quod una perſona ſubſiſtat in infinitis naturis, ſi eſſent. Quando ergo obijcit Scotus, quod continentia uirtualis in termino, quæ æquiualere poteſt tot perſonis, pertinet ad dependentiam inter cauſam, & cauſatum, ut ſic, ſimpliciter negandum eſt, & dicendum eſt, quòd quia terminare naturam alienam ſubſiſtendo in illa ex infinitate perſonæ, non in cauſando ſed in terminando prouenit, ideoque uocatur quaſi continentia uirtualis perſonalitatum in perſona diuina, non ſpectat ad dependentiam cauſæ, & cauſati ut ſic: ſed ad dependentiam perſonæ finitæ in terminando ad perſonam infinitam in terminando. Et quia hoc conuenit cuilibet diuinæ perſonæ ratione ſuæ propriæ perſonalitatis: ideo, ut infra patebit, K propria perſonalitas Verbi, ſcilicet filiatio, eſt de facto per ſe primo terminus incarnationis.

¶ In eodem primo articulo in reſponſione ad tertium, aduerte, ut caute uerbum denominationis intelligas, quum legis, ꝙ natura humana non conſtituit diuinam perſonam ſimpliciter, ſed conſtituit eam, ſecundum quod denominatur à tali natura. Non enim ſumitur hic denominatio pro quacumque denominatione, quum denominentur aliqua ab extrinſeco, ut Sortes dicitur locatus, aut ueſtitus, aliqua, ab accidente, ut Sortes dicitur albus, & aliqua, à ſubſtantia, ut Sortes dicitur animatus, uel corporeus: ſed ſumitur pro denominatione ſubſtantiali: neque reſtringitur hic denominatio ad denominationem in ante prædicamentis definitam: quamuis, & de illa litera hæc uerificetur, de denominatione ſubſtantiali loquendo. Nam perſona filij Dei eſt uere perſona humana: & in quantum eſt perſona humana, conſtituitur per naturam humanam, ita quod F natura humana in Chriſto non conſtituit filii Dei perſonam, quatenus eſt perſona, ſed quatenus eſt perſona humana. Et hoc intendit lr̃a qm̄ ly humana, denominationem ſubſtantialē a natura hominis importat. Et qm̄ filii Dei perſona ſic facta eſt perſona humana, ut ipſe filius Dei uere ſit homo: ideo dixi, ꝙ denominatio iſta nō ſic reſtringitur, quin verificetur ēt ſubſtantialis vniuocatio: perſona ſiquidem uerbi ita eſt humana, quòd eſt etiam homo vniuoce cum reliquis hominibus. Tanta ē autē excellentia incarnationis, ut non poſſit vnica uia aut rōne dici, ſed oporteat multis uiis, ac modis myſterii illius cognitionē qualemcūq; inueſtigare: & ideo nunc p denominationem, nunc per vniuocationem, incedimus.

Porr.o 20

3 d. 5. q. 2. ar. 2.

perſona prædicari. Vnde nō eſt contra rationem perſonæ ſic communicari, vt ſubſiſtat in pluribus naturis: quia etiam in perſonam creatam poſſunt plures naturæ concurrere accidentaliter: ſicut in perſona vnius hominis inuenitur quantitas, & qualitas. Hoc autem eſt pro- G prium diuinæ perſonæ, ꝓpter eius infinitatem, vt fiat in ea cōcurſus naturarum, non quidem accidentaliter, ſed ſecundum ſubſiſtentiam.

AD III. dicendū, ꝙ ſicut ſupra dictū eſt, * natura humana nō conſtituit perſonam diuinā ſimpliciter: ſed conſtituit eā ſecundum ꝙ denominatur à tali natura. Non. n. ex natura humana habet filius Dei, ꝙ ſit ſimpli- H citer eū fuerit ab æterno: ſed ſolum ꝙ ſit homo: ſed ſecundum naturā diuinam conſtituitᷣ perſona diuina ſimpliciter. Vn̄ pſona diuina non dr̄ aſſumere diuinam naturam, ſed humanā.

ARTICVLVS II.

Vtrum diuinæ naturæ conueniat aſſumere.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd natu- G ræ diuinæ non conueniat aſſumere: quia, ſicut dictum eſt, * aſſumere dicitur quaſi [h] ad ſe ſumere: ſed natura diuina non ſūpſit ad ſe humanam naturam, quia nō eſt facta vnio in natura, ſed in perſona: ſicut ſupra dictum eſt. * Ergo naturę diuinę non competit aſſumere naturam humanam.

*Ar. præc.

¶ 2 Præter. [h] Natura diuina communis eſt tribus perſo- H nis. Si ergo naturæ conuenit aſſumere, ſequitur quòd conueniat tribus perſonis. Et ita Pater aſſumpſit naturam

SVPER QV. III. ART. II.

*q. 2. ar. 2 & 3.

Medina a. 2.

IN titulo articuli ſecundi, nota omnes tres terminos: nā ly naturę diuinæ, in hoc articulo ſumitur nō vt ſumitur p modum naturę tantum, vt ſignificatur nomine Deitatis: ſed etiā ut ſumitur per modum ſubſiſtentis in natura ut ſic, vt ſignificatur nomine Dei ſeu Dei huius: ita qđ appellatione naturę diuinæ uenit hoc in loco nō ſolū deitas, ſed Deus, & Deus hic. Nec hoc ego ſomnio, ſed ex reſponſione ad tertiū clare habeo, ut ibi declarabiᷣ, & nūc ſupponatur, ita ꝙ natura diuina ſumiᷣ hic, ut diſtinguitur contra perſonam ſimpliciter, hoc eſt ſecundum completam rationem perſonæ.

¶ Ly conueniat ſumitur nō de poſſibili, ſed de facto: qm̄ an natura poſſit aſſumere, in ſequenti tractabitur articulo, ſed an de facto uerum ſit quod deitas, deus, hic deus aſſumpſerit naturā, quæritur, ut patet ex reſponſione ad ſecundum, ubi dicitur, qđ I aſſumere conuenit naturæ diuinæ ratione perſonæ uerbi.

¶ Ly aſſumere, vniuoce ſumitur ut. ſ. terminatur ad unionem perſonalem uerbi, qualis deſcripta iam in antedictis eſt, ut ex reſponſione ad ſecundum allegata patet.

¶ Rurſus aduerte, quòd quum quæritur hic an naturæ diuinæ conueniat aſſumere, intentio qōnis eſt, an ſic conueniat, quod poſſit uere dici, quod natura diuina aſſumpſit naturam humanam. Et in hoc clauditur, an naturæ diuinæ conueniat aſſumere, ut quod aſſumit, ita quod non ſufficit quæſtioni dicere, qđ natura diuina eſt, qua, ſeu quo facta eſt aſſumptio: ſed inquirimus an ſit quod, ſeu quæ aſſumpſit naturam humanam. Hæc de titulo.

¶ In corpore articuli unica eſt concluſio principalis. Naturæ conuenit ſecundario aſſumere naturā. Probatur. Aſſumens eſt principiū, & terminus aſſumptionis: ſed natura diuina eſt ſm̄ ſe principium, & non ſm̄ ſe. ſed ratione perſonæ eſt terminus K aſſumptionis. ergo natura diuina eſt ſecundario aſſumens, ſcilicet ad ſui perſonam. Maior probatur ex eo, ꝙ in uerbo aſſumptionis importatur utrūque, ſ. principium, & terminū aſſumptionis eſſe idem. Minor quo ad primam partem probatur: quia uirtute naturæ diuinæ aſſumptio facta eſt: quo ad ſecundam uero: quia eſſe terminum aſſumptionis conuenit primo perſonę, ut patet ex præcedenti articulo. Vbi quia etiam dictum eſt, quòd perſona eſt etiam principium aſſumptionis, ut quod, ideo hic repetitur, quòd propriiſſime, & additur quòd primo conuenit perſonæ aſſumere. Secunda autem concluſio adiuncta propter clarificanda ſimilia eſt, quòd natura diuina per hunc modum, ſ. ſecundario eſt incarnata: quia ſcilicet carnem ad ſui pſonam aſſumpſit.

¶ In reſponſione ad ſecundum, quo ad omnes eius partes, nota pro ſequenti articulo. Tria enim hic dicuntur, primū eſt de cōitate conuenientium naturæ diuinæ ſecundū ſe, ut diſtinguiᷣ contra perſonam. Secundum de aſſumere, quod de facto ei

conuenit

conuenit ratione verbi. Tertium de illa ſubiuncta cauſali. ſ. & ideo illi ſoli perſonæ conuenit. Ad hæc enim in ſequenti articulo recurſus erit.

¶In reſponſione ad tertium eiuſdem 2. artic. aduerte quod quia argumentum ad hoc tendebat, quod naturæ diuinæ non conueniebat aſſumere & vt principio aſſumptionis, hoc eſt, ut principio, quo aſſumere dicitur: quia natura habet rationē principij, vt quo, nō ut quod. & Auctor intendit quod naturæ diuinę conuenit aſſumere in rōne principij non ſolum quo: ſed quod: ideo in hac reſpōſione dicit, ſicut quoad eſſe, idem eſt in Deo quo, & quod, ita quoad agere. Et ideo natura diuina eſt quo Deus agit aſſumptionem, & quòd agit illā: quia eſt ipſe Deus agens, quo nihil aliud eſt, quam dicere, quia deitas hęc, & hic Deus hæc.n. ſunt abſtracta, & concreta naturæ diuinæ ſingulariter ſignificatæ. Vbi clare videre potes bene expoſitum fuiſſe titulum articuli. Habes quoq; hinc ſenſum dictorum in corpore articuli de termino aſſumptionis, quū dr quod naturæ diuinæ non conuenit eſſe aſſumptionis terminum ſecundum ſe, ſed ratione perſonę. Nam hinc patet, & ex reſponſione ad ſecundum, quod appellatione perſonæ hic intelligitur ſola perſona ſimpliciter, & perfecte habēs rationem perſonæ, vt eſt verbum Dei, & appellatione Naturæ intelligitur, tam natura in abſtracto, quam in concreto, tam deitas, q̃ Deus, tam hæc deitas quàm hic Deus. Habes enim hinc, quod ipſe, ſeu hic Deus, concurrit ad aſſumere, ut principiū quod, & non, vt terminus, habes ex reſponſione ad ſecundum, quod uico ſoli perſonæ verbi conuenit aſſumere vt termino: quia eſſe terminum aſſumptionis conuenit deitati ratione perſonæ verbi. Quid clarius? Reſtat igitur indubitata apud auctorem concluſio, quod per ſe primo terminus aſſumptionis in myſterio incarnationis eſt perſona Verbi ut ſic, ut diſtinguitur contra naturam, & indiuiduum naturæ, & alias perſonas, hoc eſt, eſt verbum ut diſtinguitur à deitate hac, & hoc Deo, & Patre, & Spirituſancto.

¶Quæſtio non diſſimulanda ex Durand. in 3. Sent. diſt. 1. q. 2. occurrit, probante quod perſonæ diuinæ conuenit primo ratione eſſentiæ diuinæ aſſumere terminatiuè, ita quod ad vnionē perſonalem verbi cum natura humana non conſequitur: ſed præexigitur vnio naturæ diuinæ cum natura humana. Præmittit autem ſuppoſitionem vnam, ſ. ſubſiſtere in diuinis, eſt unicum, & abſolutum, ac per hoc competit omnibus perſonis diuinis ratione eſſentiæ, ſicut cętera eſſentialia. Hanc autem ſuppoſitionē probat dupliciter. Primo ratione: quia perſona diuina, per aliud formaliter eſt ſubſiſtens, & per aliud formaliter eſt ſuppoſitum: quia per eſſentiam, & non per proprietatem relatiuam eſt ſubſiſtens: & per proprietatem relatiuam eſt ſuppoſitum: quia ſubſiſtere dicit eſſe ſecundum perfectiſſimum modum eſſendi: perfectiſſimus autem modus eſſendi eſt in ſe ex ſiſtere non ad aliud eſſe: eſſentia autem facit formaliter in ſe exiſtere, proprietas autem relatiua ad aliud eſſe. igitur ſubſiſtere in diuinis eſt per eſſentiam, & non per proprietatem relatiuam. Secundo auctoritate Auguſt. in 5. de Trin. Omnis res ad ſeipſam ſubſiſtit, quanto magis Deus? Probari quoque poteſt tertio ad hominem, ſcilicet ad S. Thomam, quia apud ipſum in quæſt. de poten. q. 9. ar. 5. ad 3. eſſentia diuina non habet ſubſiſtere à proprietatibus perſonalibus: ſed econtra proprietates perſonales habēt, quod ſubſiſtunt ab eſſentia diuina. Hac igitur ſuppoſitione ſtante probat Durandus intentum ſic. Perſona diuina per aliud, quo ſubſiſtit, primo terminat dependentiam naturæ aſſumptæ. ergo ratione eſſentiæ diuinæ primo terminat. antecedens eſt per ſe notum. Conſequentia autem ex ſuppoſitione prælata patet: quia per eſſentiam diuinam, & non per proprietatem perſonalē ſubſiſtit. Et ſic patet, quod terminare aſſumptionem, & unionem primo conuenit naturæ diuinæ. Et directe ſunt hæc contra doctrinam præſentis articuli, vbi expreſſe dicitur, quod eſſe terminū aſſumptionis, non conuenit naturæ diuinæ ſecundum ſe, ſed ratione perſonæ.

*c.1. Inter pri. & medio. c.10.3

*c.2. Inter princip. & med. c.1.3.

humanam ſicut, & Filius, quod eſt erroneum.

¶3 Præ. Aſſumere eſt agere, agere aūt conuenit perſonæ,[h] non naturæ, quæ magis ſignificat̃ vt principiū, quo agens agit. Ergo aſſumere nō conuenit naturæ.

SED CONTRA eſt, ꝙ Aug. dicit in lib. de Fide ad Pet.* illa natura, quę ſp̃ genita manet ex Patre, i. quæ eſt per generationem æternam accepta a Patre, naturam noſtram à matre ſine peccato ſuſcepit.

RESP. Dicendum, ꝙ ſicut dictum eſt, * in uerbo aſſumptionis duo ſignificantur, ſ. principiū actionis, & terminus eius. Eſſe autem aſſumptionis principium, conuenit naturæ diuinæ ſecūdum ſeipſam. quia eius virtute aſſumptio facta eſt, ſed eſſe terminū aſſumptionis non conuenit naturæ diuinæ ſecundum ſeipſam: ſed ratione perſonæ, in qua conſideratur. Et ideo[m] primo quidem, & ꝓpriiſſime perſona dr̃ aſſumere: ſecūdario autem poteſt dici, ꝙ etiā natura aſſumpſit naturā ad ſui perſonam.[n] Et ſecundum etiam hūc modū dr̃ natura incarnata,

A ¶Ad hanc quæſtionem ſic procedendum eſt, quod primo oſtendendum eſt, q. ſubſiſtere in diuinis eſt eſſentiale, & perſonale ſicut res: ita quod ſicut tam eſſentia quàm perſona quælibet eſt ſecundum ſeipſam formaliter res, & ſimul non quatuor, ſed tres res ſunt, ita tam eſſentia, quàm perſona quælibet eſt ſecundum ſeipſam formaliter ſubſiſtens, & ſimul nō ſunt quatuor, ſed tres ſubſiſtentiæ. Deinde ad quæſitum deueniē dum eſt. Ad euidentiā aūt primi nō eſt procedendum ex ſignificatione ſubſiſtentiæ, quam iſte, uel ille aſſignat: ſed ex his, quæ ab oībus acceptantur. Et propterea, hinc inchoandum reor, ꝙ in tota latitudinem ſubſtātiarum ſemper ſermonem hunc intelligendo, differentia manifeſta inuenitur inter naturam etiā ſingularem, & ſubſiſtens in natura, in hoc, qđ ratio naturæ etiā huius eſt pura ratio naturæ ſingularis: ratio vero ſubſiſtentis in natura eſt ratio habentis naturam illam, quod ſub aliis verbis dicitur, natura eſt, ut quo, ſubſiſtens eſt, ut quod. Manifeſtatur differentia hæc inductiue C in hac humanitate, & hoc homine, hac deitate, & hoc Deo, &c. Probatur que ſic eſſe in re ex ipſo incarnationis myſterio: in quo fatemur inueniri hanc humanitatem ſine hoc homine proprio illi humanitati: quoniam non eſt ibi, hic homo, niſi filius Dei. Ex hoc enim, quod huic humanitati nihil deeſt, niſi propria ſubſiſtentia, & niſi proprium ſubſiſtens in hac humanitate, & conſtat quod non deeſt, niſi proprium habens illam humanitatem manifeſte patet, quod ratio ſubſiſtentis in natura, & ratio habentis naturam, vna, & eadem eſt. Inter ſubſtantiam autem diuinam, & creatas hęc eſt in propoſito differentia, quod in creatis unica tantum ratione, unico tantum modo inuenitur habens naturam, ſcilicet, ut hypoſtaſis. ſeu ut prima ſubſtantia, quoniam in creaturis non eſt differentia inter indiuiduum naturæ, & primam ſubſtantiam, ſeu hypoſtaſim. In Deo autem inuenitur duplici ratione, & modo habens naturam, ſcilicet habens naturam communiter, ut hic Deus: & D habens naturam incommunicabiliter, ut pater: ac per hoc inuenitur ſubſiſtens in natura communiter ut hic Deus: & ſubſiſtens in natura incommunicabiliter, ut quælibet diuina perſona. Conſtat enim, quod hic Deus, ut ſic ſubſiſtit eſſentialiter, tam Pater autē, quàm Filius, & quàm Spirituſſanctus, ut ſic, ſubſiſtit perſonaliter: hic Deus ſubſiſtit formaliter deitate. Filius aūt ſubſiſtit formaliter ſua perſonalitate, quæ eſt ipſa filiatio. Alia ergo eſt ratio ſubſiſtendi huic Deo: & alia filio, ſicut alia eſt rō deitatis, & perſonalitatis, & ſimiliter alius eſt modus ſubſiſtendi, quo hic Deus ſubſiſtit, quoniam ſubſiſtit eſſentialiter, & communiter: & quo Filius ſubſiſtit, quoniam ſubſiſtit perſonaliter, & incommunicabiliter.

¶Et ne quis me putet noua cudere, probatur ratione, & authoritate, ſubſiſtere eſſe etiam perſonale in diuinis, & eſſe formaliter magis perſonale, quam eſſentiale: quamuis radicaliter ſit eſſentiale. Probantur ſingula. Quod ſubſiſtere E ſit perſonale, patet ſic. Perſonalitas diuina eſt formaliter perſonale. ergo ſubſiſtentia. Tenet ſequela, alioquin perſonalitas non conſtitueret perſonam, ſed relatiuum tantum: ſi enim paternitas non conſtituit ipſum quaſi ſubiectum relationis paternę, conſtat, quod non conſtituit perſonam Patris, & ſi conſtituit perſonam Patris, conſtituit quaſi ſubiectum paternæ relationis: ipſum autem quaſi ſubiectum, paternæ relationis conſtat eſſe ſubſtantiam indiuiduam, ſubſiſtentiam, hypoſtaſim. Idem eſt ergo dicere, quod ſubſiſtentia non eſt perſonalis, & dicere quod perſonalitas non eſt perſonalis, quum perſonalitas ſubſiſtentia ſit: quia conſtituere perſonam eſt conſtituere ſubſtantiam indiuiduam in natura intellectuali. Et confirmatur: quia etiam fingendi data licentia impoſſibile eſt intelligere ſubſtantiam indiuiduam in natura intellectuali, & non intelligere ſubſiſtens in natura intellectuali. Conſtat autem luce clarius, quod ly Subſtantia indiuidua, loco cuius ponimus ſubſiſtens importat formaliter perſonalitatem. claudit ergo perſonalitas in ſe formaliter

Conſid. ...

non quaſi ſit in carnẽ cõuerſa, ſed quia naturã carnis aſſũpſit. vnde Damaſcenus dicit,* Dicimus naturam Dei incarnatã eſſe, ſecundum beatos Athanaſium †, & Cyrillum.*

*Lib. 3. orth. fid. c. 6. ad finem.
†Athanaſ. ſymb. ſuæ fidei
*Cyrill. in conc. Chal. act. 1. poſt ep. ſ. Cyril. ad Io. epi. Antioch.

AD PRIMVM ergo dcẽdũ, quòd ly ſe, eſt reciprocum, & refert idem ſuppoſitũ. Natura aũt diuina non differt ſuppoſito a perſona verbi: & ideò inquantum natura diuina ſumit naturã humanam ad perſonam uerbi, dicitur eam ad ſe ſumere. Sed quãuis Pater ſumat naturã humanam ad perſonam uerbi, nõ tamẽ propter hoc ſumit eã ad ſe: quia non eſt idẽ ſuppoſitum Patris, & Verbi, & ideo non poteſt dici proprie, quod Pater aſſumat naturam humanam.

AD II dcẽdũ, quòd illud, quod conuenit naturæ diuinæ ſecundum ſe, conuenit tribus perſonis: ſicut bonitas, ſapientia, & huiuſmodi. Sed aſſumere cõuenit ei ratione perſonę uerbi, ſicut dictum eſt.* Et ideo ſoli illi perſonæ conuenit.

* In corp. art.

AD III dicendum, quòd ſicut in Deo,[d] idem eſt quod eſt, & quo eſt: ita ẽt in eo idem eſt quod
G agit, & quo agit: quia vnũquodque agit, inquantum eſt ens: Vnde natura diuina eſt illud, quo Deus agit, & eſt ipſe Deus agẽs.

ARTICVLVS III.

Vtrum abſtracta perſonalitate per intellectum, natura poſſit aſſumere.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd abſtracta per-
H ſonalitate per intellectum, natura non poſſit aſſumere. Dictũ eſt* enim, quòd naturæ conuenit aſſumere ratione perſonæ:

ſubſiſtentiarū, nec oppoſitum eſt intelligibile. Et confirmatur: quia niſi eſſet Trinitas ſubſiſtentium, non eſſet Trinitas perſonarum: ſed eſſet ſola Trinitas relatiuorum, vt ſic, hoc eſt ſecundum eſſe, & non ſecundum perſonalitates, quod a fidei doctrina alienum eſt, cõfitente quod alia eſt perſona patris, alia Filij, alia Spiritusſancti. Auctoritas ad hũc Auctoris eſt in prima parte, q. 40. vbi dicit art. 3. in cor. proprietates perſonales non intelliguntur aduenire hypoſtaſibus diuinis quaſi formæ ſubiecto præexiſtenti, ſed ferunt ſecum ipſas hypoſtaſes: & in rñſione ad ſecũdum dicit, paternitate nõ ſolum eſt Pater, ſed quis, ſeu hypoſtaſis. Quid clarius? Et in q. 9. de pot. Dei. art. 4. dicit perſona diuina formali ſignificatione ſignificat diſtinctũ ſubſiſtens in natura diuina.

¶Quòd autem ſubſiſtentia magis ſit formaliter perſonale, quàm eſſentiale, ex duobus patet, primo, quia perſona in communi formali ſuo ſignificato includit ſubſiſtẽs, ut Auctor expreſſe dicit in dicto articulo dictę q. de potentia Dei, & patet ex diffinitione Boe. quia in recto ſignificat ſubſtantiam indiuiduam, hoc eſt ſubſtantiam primam, quã conſtat eſſe ſubſiſtens primum: natura autem in communi non ſignificat ſubſiſtens. Secundo, ex eo quod ſubſiſtens in natura diuina vt ſubſiſtens, habet rationem perſonæ, quamuis incomplete: ex eo namque quod etiã in natura diuina ſubſiſtens, quãuis communiter, induit quandam rationem perſonæ appropinquando ad rationem perſonæ, & habendo rationem perſonæ incomplete, ſignum habetur, quòd ſubſiſtere, quod habere rationem ſubſiſtentia magis conuenit formaliter perſonæ, quam naturæ. magis ergo eſt formaliter perſonale, quam eſſentiale. Notanter autem dixi, formaliter: quia radicaliter conſtat diuinam eſſentiam habere primo rationem ſubſiſtentis: ita quòd (ſi ſic loqui licet) perſonæ diuinæ mendicant ſubſiſtentiam ab eſſentia, & non econtra. Et ſecundum hoc ſaluatur differentia inter Deum, & creaturas, quod in creaturis natura mendicat ſubſiſtere ab hypoſtaſi: non enim ſubſiſtit hæc humanitas niſi per hypoſtaſim: in diuinis vero deitas ſeipſa ſubſiſtit. Et ideo paternitas conſtituit hypoſtaſim paternam, quæ eſt eadem deitati: ita quod ex deitate habet quaſi originaliter, ſeu radicaliter, ex ipſa autem formaliter, quod ſubſiſtat quod conſtituat hypoſtaſim, quod eſt conſtituere ſubſiſtens hypoſtatice.

¶Ex his autem patet, quid dicendum ad Durand. quod ſuppoſitio, ſ. quodammodo eſt vera, & quodammodo falſa. quoniã ſubſiſtere non uno modo dicitur, ſed eſſentialiter, uel perſonaliter: & ſi referatur ad ſubſiſtere eſſentiale, uera eſt: ſi autem ad perſonale, falſa eſt: ſunt enim in diuinis tres ſubſiſtentiæ perſonales, ſicut tres primæ ſubſtantiæ, ſicut tres perſonæ.

¶Ad rationem autem Durandi dicitur diſtinguendo, quòd perſona diuina per aliud eſt ſubſiſtens eſſentialiter, quia per eſſentiam: & per aliud ſuppoſitum, quia per proprietatem perſonalem, ſed per hoc idem, & ſubſiſtens perſonaliter, ſubſiſtit enim in perſona, & eſſentialiter, quia eſt hic Deus, & perſonaliter, quia eſt hæc perſona. Et quum dicitur, ſubſiſtere dicit eſſe ſecundum perfectiſſimum modum eſſendi, tranſeat: ſed non ualet, ergo non eſt per relationem diuinam, inquantum eſt forma perſonalis, ſed bene valet, ergo non eſt per eam, inquantum eſt relatio, & ſimiliter valet, ergo non per ad aliud ſe habere vt ſic, cum quo ſtat, quod ſit per ad aliud ſe habere, ut eſt forma hypoſtatica: Similiter nihil obſtat quod ſubſumitur, ſed perfectiſſimus modus eſſendi eſt in ſe, non ad aliud: conceditur ſiquidem verum formaliter loquendo. Et dicitur, quod ſubſiſtere nõ dicit

F modum eſſendi ad aliud, formaliter loquẽdo: cum quo ſtat, quòd dicat modum eſſendi conſtitutum per ad aliud, non inquantũ ad aliud, ſed inquantum eſt forma hypoſtatica, ut latius in cõmentarijs primæ partis tractatum eſt.

¶Ad authoritatem Aug. dicitur, quòd ſicut ſubſtantia indiuidua, formaliter loquẽdo, non eſt ad aliud, ſed ad ſe, & ſimiliter perſona non eſt ad aliud, ſed ad ſe (nullus .n. eſt perſona, aut ſubſtantia indiuidua ad aliud) ita ſubſiſtens eſt ad ſe, & non ad aliud. Et hoc ſolũ intendit Auguſtinus, ut patet ex diſcurſu ipſius ex communibus Deo, & creaturis. Et hoc eſt veriſſimum, ut patet exercendo hæc: nulla eſt res dĩ ſubſtantia indiuidua, aut hypoſtaſis, aut perſona, aut ſubſiſtens, ad aliud. Sed ſicut cum his ſtat, quòd gratia materiæ, ſubſtãtia indiuidua, & hypoſtaſis, & perſona in diuinis ſignificat relationem non ad aliud, ſed ut rem hypoſtaticã, ita ſtat quod ſubſiſtẽs, & ſubſiſtentia ſignificet relationem, ut rẽ hypoſtaticam. Ad probationem ad hoĩem, allatam ex auctoritate Auctoris, iã dictum eſt.

D. 1086
Porr. c. 21
1. d. 5. q. 1. art. 3.
Art. præc.

¶Ex his quoque patet, quid dicendum ſit ad rationem Duran. contra propoſitum: nam tota ratio conſiſtit in hoc: per illud primo perſona terminat dependentiam naturæ aſſumptæ per quod ſubſiſtit. Et ad hoc dicendum eſt iuxta dicta, quod, ſi ſubſiſtit, ſtat pro ſubſiſtere eſſentialiter, falſum aſſumitur: ſi autem ſtat pro ſubſiſtere perſonaliter, verum dĩ. ſed arguens in primo ſenſu loquitur, & probat minorem eius: & ideo nihil contra Auctoris ſolidam doctrinam concludit: Et hæc reſponſio data eſt non faciendo difficultatem in uerbo dependentiæ. quum Ar-
I guens dicit terminat dependentiam naturæ aſſumptæ, quod ideo dico: quia dependentia non niſi inter cauſam, & effectum ut ſic. proprie ſaluari uſ: terminus autẽ aſſumptionis ut ſic. nullam cauſalitatem ad naturam aſſumptam habet: alioquin tota Trinitas neceſſario eſſet terminus aſſumptionis: quia indiuiſa eſt cauſalitas Trinitatis ad extra. Et hoc magis manifeſtat, quòd perſona diuina ratione proprietatis perſonalis (cuius non eſt ſecundum ſe cauſare) primo terminat aſſumptionem, & non ratione naturæ, cuius eſt ſecundum ſe cauſare. Nam, & perſonæ diuinæ ratione proprietatis perſonalis conuenit per ſe primo terminare naturam uſque adeo, ut etiam natura diuina interminata quodammodo ſit ſecundum ſe, & ad proprietatem perſonalem ultimo terminetur, intelligimus .n. hunc Deum quaſi interminatum, donec determinemus Patrem, aut Filium, aut Spiritumſanctum. Ex hoc igitur, quod perſonalitas diuina ipſam naturam diuinam terminat, oſtenditur quod Verbum ra-
K tione ſuæ perſonalitatis, primo terminat naturam aſſumptam: ut ſic, una Verbi perſona terminet duas naturas, diuinam. ſ. & humanam, ſicut ſubſiſtit in duabus naturis, diuina, ſ. & humana, quamuis diuerſimode. Omnia igitur conſonant ueritati doctrinæ articuli huius, dicentis quòd aſſumere terminatiue conuenit primo perſonæ, ita quod naturæ non conuenit niſi ratione perſonæ.

SVPER QVÆSTIO. III. ARTIC. III.

Cap. 3. diſt. 1. q. 1. co. 3.
Medina, art. 3.
Alb. Mag. q. 3. diſt. 5. art. 6.

Titulus articuli, quia in corpore articuli declaratur, pertranſeundus eſt: eo tamen pacto, ut poſt declarationem literæ amplius declaretur.

ſin

ſed qđ cōuenit alicui rōe alicuius, remoto eo,[h] nō pōt ei cōuenire: ſicut corpus, q̄ eſt uiſibile rōe coloris, ſine colore videri n̄ pt: ergo abſtracta pſonalitate p itellectū, natura aſſumere n̄ pt.

¶2 Prę. Aſſumptio importat terminū unionis, vt dictū eſt:* ſed vnio non pōt fieri in[h] natura, ſed ſolum in perſona. ergo abſtracta perſonalitate, natura diuina non poteſt aſſumere.

¶3 Præt. In prima parte dictum eſt.* q in diuinis abſtracta perſonalitate,[h] nihil manet: ſed aſſumens eſt aliquid. ergo abſtracta perſonalitate, non poteſt diuina natura aſſumere.

SED CONTRA, eſt q in diuinis pſonalitas dr̄ pprietas pſonalis, q̄ triplex eſt. ſ. paternitas, filiatio, & pceſſio, ut in prima parte dictū eſt: ſed remotis his p itellectū, adhuc remanet Dei oipotentia, per quā eſt facta incarnatio: ſicut angelus dicit Lucæ 1. Nō erit impoſſibile apud Deum omne verbum. ergo vr̄, B q remota perſonalitate, natura diuina poſſit aſſumere.

RESP. Dcđm, q intellectus dupliciter ſe habet ad diuina. Vno mō, vt cognoſcat Deū ſicuti eſt, & ſic impoſſibile eſt, q circumſcribatur per intellectū aliquid a Deo, & q aliud remaneat: quia totum, quod eſt in Deo, eſt unū, ſalua diſtinctione perſonarū. Quarū tn̄, una tollit ſublata alia: quia diſtinguunt C ſolum relationibus, quas oportet eſſe ſimul. Alio modo ſe-

¶ In corpore articuli duo fiunt. Primo diſtinguit, ac declaratur A vnus terminus qōnis. ſ. ly, abſtracta. Secundo, rñdetur quæſito vnica concluſione. Diſtinctio duplex in litera ponitur. Vna explicite de duplici mō, quo ſe habere pōt intellectus ad diuina, vel cognoſcendo Deū, ſicuti eſt, uel cognoſcendo Deū per modū ipſius intellectus. ſ. multipliciter, & diuiſim. Altera implicite de duplici abſtractione, vel ex parte rei, vñ fit abſtractio, vel ex parte intellectus tm̄: prima. n. abſtractio ſpectat ad primū modū cognoſcēdi rē. ſ. ſicuti eſt: ſecūda aūt abſtractio ſpectat ad ſm̄ modū cognoſcendi rē. ſ. multipliciter, & diuiſim, quod in re unū eſt. Iuxta primum membrum tam modi cognoſcendi, q̄ abſtractionis dr̄, q eſt impoſſibile aliquid abſtrahi in Deo: qm̄ oīa ſunt ibi unum, ſalua diſtinctione pſonarū, &c. Iuxta ſm̄ modū 8 cognitionis quā abſtractionis dr̄, q poſſibile eſt aliquid abſtrahi io Deo: quia pōt cognoſci vnum, vt patet de attributis nō cognoſcēdo aliud & proprietatibus perſonalibus.

Arti. 1. huius quæſt.

p. p. q. 40. art. 3.

¶ Nota, hic q primus modus cognitionis, & abſtractionis perſpicitur impoſſibilis in diuinis, ut uidebis quare habet locū io creaturis, & in quibus. Qm̄ n. io re inuenit aliud, & aliud eſſe ſine in potentia, tunc inuenit abſtractio ex parte rei: oā albū ab hoīe, & econtra abſtrahere poſſum ex parte rei: quia aliud eſt eſſe albū, & aliud eſſe hoīem. Formam quoq; a materia, & econtra abſtraho. quia aliud eſt materia aliud forma, aliud. n. eſt corpus, aliud ala. Animal quoq; a rationali, & econtra abſtraho ex parte rei: quia aliud eſt eſſe animal, aliud eſt eſſe rationale: q̄uis in aliquo coincidant in unam rem, & ſimile eſt de aliis hmōi ludicium. Et per oppoſitum ſi aliqua, quæ dñr plura, ita ſimpliciter coeant, vt nec potentia diſtinctionem aliquam habeant, ſed una ſimpliciſſima res ſit altioris ordinis æquiualens oībus, D non habet ibi locum abſtractio ex parte rei: qm̄ abſtractio ex parte rei diſtinctionē aliquam ex parte rei pro fundamento ipſius exigit: alioquin ex parte rei non ſe tenet, cum abſtractio diſtinctionem quandam ita includat, vt ſine diſtinctione non ſit intelligibilis. Eo namque ipſo quod abſtraho, diſtinguo, vel diſtinctionem ſuppono, & ppea ſi ex parte rei eſt abſtractio, ex parte rei ſupponitur diſtinctio. Vñ, quia Deus eſt ſimpliciſſima res altiſſimi ordinis oīa præhabens in ſua unica re reali, & formali, iō nulla ibi ex parte rei pōt fieri abſtractio, ſalua tn̄ perſonarum diſtinctione. Nec propterea cenſenda eſt fictitia abſtractio ex parte intellectus tm̄, qm̄ talis abſtractio licet non habeat in re diſtinctionem ſibi correſpondentem, habet tn̄ alterius rationis fundamentum in re ſ. celſitudinem rei uirtualiter pręhabentis huiuſmodi diſtinctionem. Et ut unico verbo dicatur, abſtractio ex parte rei, & abſtractio ex parte intellectus tm̄ differunt ſicut effectus ex cauſa uniuoca, & ex cauſa æquiuoca, qm̄ E in prima, diſtinctio abſtractionis eſt ex diſtinctione inuenta in in re: in ſecunda vero diſtinctio abſtractionis eſt, non ex diſtinctione inuenta io rē, ſed ex re virtualiter continente hmōi diſtinctionē. In nulla igitur hmōi abſtractionem eſt mendaciū, ſed utraque vere fulta, quāuis difformiter ex parte rei.

In titulo ar. 7. aduerte, ꝙ iſtæ quæſtiones, quæ hic mouentur de poſſibili, non ideo mouentur, ut diſcutiatur Dei potentia: ſed ut exinde myſterium incarnationis factæ magis innoteſcat. Manifeſtatur ſiquidem ex his, quæ diſcutiendo has quęſtiones, dicuntur, qualis, quãtus &c. eſt per ſe primo terminus

A

incarnationis. ſ. perſona uerbi, & qualis eſt hmõi unio ex reſpectu ad alias perſonas, & naturas magis, ac magis expl[i]catur.

¶In corpore articuli una eſt concluſio reſponſiua quæſito affirmatiue. Perſona diuina præter naturam quam aſſumpſit, poteſt aliam numero naturam aſſumere. Vbi anteq; affera[tur] probatio, nota quòd quia aſſumere principium, & terminũ aſſumptionis importat, ideo concluſio ꝓbatur primo ex parte principii. ſ. potentiæ diuinæ in diuina ꝑſona: ſecundo, ex parte termini. ſ. perſonalitatis diuinæ. Vnde quo ad primũ probatur ſic. Quod poteſt in unũ, & nõ in amplius, habet potẽtiã limitatam ad unum ſed potentia diuinæ perſonæ eſt infinita, nec limitabilis ad aliquid creatum. ergo. Quo ad ſcḋm probatur ſic. Si non poſſet aſſumere aliam naturam, ſequeretur ꝙ ꝑſonalitas unius naturæ eſſet, ita cõpręhenſa per unam naturã, ꝙ ad eius perſonalitatem alia aſſumi nõ poſſet: ſed hoc eſt impoſſibile, quia increatum à creato comprehendi nõ poteſt. ergo.

conueniunt naturę, poſſunt prædicari de perſona ſubſiſtente in natura illa, cuiuſcunque naturę nomine ſignificetur. Prædicta igiť poſitione facta, de perſona patris potuerunt prędicari, & ea, quę ſunt humanę naturæ, & ea quæ ſunt diuinæ: & ſimiliť de perſona Filij, & Spũſſãcti. Nõ ãt id, qđ cõueniret perſonæ Patris rõne propriæ perſonæ, poſſet attribui perſonæ Filij, aut Spũſſancti, ꝑꝑ diſtinctionem perſonarum, quæ remaneret. Poſſet ergo dici, ꝙ ſicut pater eſt ingenitus, ita hõ eſſet ingenitus, ſcḋm quod ly hõ ſupponeret ꝓ perſona patris. Si quis ãt ulterius procederet, Hõ eſt ingenitus, filius eſt hõ, ergo filius eſt ingenitus, eſſet fallacia figuræ dictionis, vel accidentis: ſicut, & nunc dicim⁹ Deum eſſe ingenitũ, quia pater eſt ingenitus: nec tamen poſſumus cõcludere, ꝙ fili⁹ ſit ingenitus, quàmuis ſit Deus.

Articulus VII.

Vtrum una perſona diuina poſſit aſſumere duas naturas humanas.

Ad ſeptimum ſic proceditť. Vi[detur] ꝙ una ꝑſona diui

¶Circa illam propoſitionẽ, Quod põt in unum, & non in amplius, habet potentiã limitatã ad unũ, aduerte, ꝙ eſt intelligẽda formaliter. ſ. inquantum eſt ex parte potentiæ, in unum & nõ in amplius, nã ſi aliunde proueniret — Porr. 25 — 3. d. 1. q. 2. ar. 5.

D

ꝙ poſſet in unũ, & nõ in amplius, puta, ex modo agendi, quia agit per modũ naturæ, quæ eſt determinata ad unum, non argueret limitationem potẽtiæ: ſed ſi ex ipſa potentia eſt, ꝙ poſſit in unum tantum, limitationem in illa arguit: quoniam potentia, ut potentia, extendit ſe ad poſſibile, quod non comprehenditur unitate, ita qđ excludat multitudinem. Vnde in art. ult. q. 41. in 1. par. dictum eſt, ꝙ non ex impotentia patris eſt, ꝙ unus tantum filius genitus, & generabilis in diuinis. Et quia hæc propoſitio procedit ex parte potentiæ, ideo ſimpliciter, & Abſolute aſſumpta eſt propoſitio illa.

¶Circa probationẽ ex parte termini, nota diligentiſſime, auctorem habere ꝓ inconuenienti, ac impoſſibili, perſonã diuinã ut terminũ cõprehendi à natura creata. Hoc. n. nihil aliud eſt dicere, quam docere (qđ iã prælibauimus reſpondendo Scoto) hoc ꝙ perſona diuina non ſolum eſt infinita in eſſendo, & cauſando ratione naturæ diuinæ, ſed eſt infinita in terminando rõne ſuæ perſonalitatis: incomprehenſibilitas ſiquidẽ increatæ perſonę, ut termini à natura creata, ut aſſumpta nihil aliud ſignificat quã infinitatem in terminando increatæ perſonæ. Et

E

ut excelſa Dei balbutiendo, ut poſſumus, reſonemus, dicendum eſt, ꝙ infinitas diuina, ut eſt naturę, ſed naturalis, conſtituit infinitum ens, & infinitã cauſam: ut autẽ eſt perſonæ ſeu perſonalis, conſtituit infinitam perſonam ut ſic, quod claudit in ſe infinitatem in terminando. Et idẽ põt quęlibet diuina perſona ſubſiſtere nõ ſolũ in pluribus naturis. ſ. nãli, & aſſũpta: ſed etiã i pluribus aſſũptis, & eadẽ rõe i infinitis, ſi infinitæ inuenirenť ſimul.

¶In reſponſione ad primum perſpice, ꝙ conſiſtit in hoc, ꝙ natura ſubſtantiæ creatæ multiplicatur multiplicato ſuppoſito conſtituto per ipſam: non autem multiplicato ſuppoſito nõ cõſtituto per ipſam, ut patet in litera.

¶In reſponſione ad ſecundum obiectio Scoti. 3. ſent. di. 1. q. 3. occurrit dicentis contra hoc. quòd ſequeretur quòd poſſemus dicere,

na nō poſſit aſſumere duas naturas humanas. Natura. n. aſſūpta in myſterio incarnationis nō hēt aliud ſuppoſitum præter ſuppoſitū perſonę diuinæ, ut ex ſupradictis patet.* Si ergo ponatur eſſe una pſona diuina aſſumens duas humanas naturas, eſſet unum ſuppoſitū duarum naturarum eiuſdē ſpeciei, qđ* vř implicare cōtradictionem: non. n. natura unius ſpeciei multiplicatur niſi ſm diſtinctionem ſuppoſitorum.

¶ 2 Præ. Hac ſuppoſitione facta nō poſſet dici, q pſona diuina incarnata, eſſet unus hō: qa nō hřet unā naturā humanā. Siłr non poſſet dici, q eſſet plures: quia plures hoīes ſunt ſuppoſito diſtincti, & ibi eſſet tm̄ unū ſuppoſitū. ergo prædicta poſitio eſt omnino impoſſibilis

¶ 3 Præ. In incarnationis myſterio tota nā diuina ē unita toti nāæ aſſumptę. i. cuilibet parti eius: eſt. n. Chrs pfectus Deus, & pfectus hō, totus Deus, & totus hō, ut Dam.* dicit in 3. li. ſed duę humanæ nāę non poſſent corpaliter ſibiinuicē vniri: qa oporteret q aīa unius eſſet unita corpi alteri*, & q ēt duo corpa eſſent ſimul, qđ cōfuſionem induceret naturarum. Non ergo eſt poſſibile, q una perſona diuina duas humanas naturas aſſumat.

Sed contra eſt, q quicqd pōt pater, pōt filius: ſed pater poſt incarnationē filii pōt aſſumere naturā humanā aliā numero ab ea, quā fili* aſſumpſit: in nullo. n. p incarnationē filij eſt diminuta potētia pris, uel filii. ergo uř q fili* poſt icarnationē poſſit aliā humanā nām aſſumere pter eā, quā aſſūpſit.

Resp. Dcđm, q illud qđ pōt i unū, & nō i amplius, hēt potētiā limitatā ad unū: potentia āt diuinę perſonæ eſt infinita, nec pōt limitari ad aliquid creatū. Vñ non eſt dicendum, q perſona diuina, ita aſſumpſerit unā naturā humanā, q nō potuerit aſſumere aliam. uideretur. n. ex hoc ſequi, q perſonalitas diuinę naturæ eſſet ita cōprehenſa per unā naturam humanam, q ad eius perſonalitatē alia aſſu-
F mi non poſſit, qđ eſt impoſſibile: non. n. increatū à creato cōprehēdi pōt. Patet ergo q* ſiue conſideremus perſonā diuinā ſm uirtutē, q̄ eſt principiū unionis, ſiue ſm ſuā perſonalitatē q̄ ē termin* unionis, oportet dicere quòd pſona diuina pter naturā humanā, quam aſſumpſit, poſſit aliā numero naturam humanam aſſumere*

Ad primum ergo dcđm, q natura creata perficitur in ſua
G ratione p formā, quæ multiplicatur ſm diuiſionē materiæ: & iō ſi cōpoſitio materię, & formę conſtituat nouum ſuppoſitum, conſequens eſt, q natura multiplicetur ſm multiplicationem ſuppoſitorum: ſed in myſterio icarnatiōis unio formę, & materię, id eſt, aię, & corporis, non conſtituit nouum ſuppoſitū, ut ſupra dictū ē:* & iō poſſet eſſe multitudo ſm numerum ex parte naturæ pp
H diuiſionem materię abſq; diſtinctione ſuppoſitorum

Ad 2 dcđm, q poſſet uideri dcđm, q prædicta poſitione facta ſequeretur, q eſſent duo hoīes pp duas naturas abſq; hoc, q eſſet ibi duo ſuppoſita, ſicut ēcōuerſo tres perſonæ dicerent unus hō, pp unā naturā aſſumptā, ut ſ. dictū eſt:* ſed hoc non uř eſſe uerū: quia nominibus eſt utendū ſm q ſūt ad ſignificandū impoſita, qđ quidē eſt ex conſideratione eorū, quæ apud nos ſunt: & iō oportet circa modū ſignificandi, & coſignificandi cōſiderare ea, quę apud nos ſunt in quibus numq nomē ab aliqua forma impoſitum pluraliter dř, niſi pro
I pter pluralitatem ſuppoſitorum. Homo enim, qui eſt duobus ueſtimentis indutus: non dř duo veſtiti, ſed unus ueſtitus duobus ueſtimentis, & q hēt duas qualitates, dř ſingulariter aliqualis ſm duas qualitates. Natura autem aſſūpta quantum ad aliquid, ſe habet per modū indumenti, licet non ſit ſimilitudo, quantū ad omnia, ut ſupra dictū eſt:* & ideo ſi perſona diuina aſſumeret duas naturas humanas, propter unitatem ſuppoſiti, diceretur unus* homo habens duas naturas humanas. Contingit aūt, q plures homines dñr unus populus, propter hoc quòd conueniunt in aliquo uno: nō
K autem propter vnitatem ſuppoſiti. Et ſimiliter ſi duę perſonæ diuinæ aſſumerent vnam numero humanam naturam, dicerentur unus homo, ut ſupra dictū eſt,* non unitate ſuppoſiti, ſed inquantum conueniunt in aliquo uno.

Ad 3 dicendū, q diuina, & humana natura nō eodē ordine ſe habēt ad unā perſonā diuinā, ſed per prius cōparatur ad ipſam diuina natura, utpote q̄ eſt unū cū ea ab æterno: ſed natura humana cōparař ad perſonam diuinā per poſterius, ut-

pote

Art. præc. ad 1.

q. 2. art. 6 ad 1.

D. 149.

D. 152.

q. 2. art. 6. ad 1.

dicere, quòd plures perſonæ ſunt plures dij Probatur. Secundū hoc tale concretū hēt unitatē, uel pluralitatē ex unitate, uel pluralitate ſuppoſiti.

Ar. præce. & ar. 2. huius q. & q. 2. art. 2. ad 3.

¶ Ad hoc dř, q in litera non dř affirmatiue multiplicari cōcretū multiplicato ſuppoſito, ut arguēs fortè accipit: ſed ponitř uniuerſalis regula negatiue. ſ. nūq̄ nomen ab aliqua forma īpoſitū pluraliter dř, niſi pp pluralitatē ſuppoſitorum. Et iſta regula eſt uera tā in cōcretis adiectiuis, quā ſubſtantiuis, tā ſubſtātialibus, quam accidētalibus, ita q ſemper ad pluralitatem concretorum, exigitur pluralitas ſuppoſitorū: ſed cum hoc ſtat, q pluralitas ſuppoſitorū n ſufficiat quandoque, & exigitř etiā pluralitas formæ ſignificatæ, ut de cōcretis ſubſtantiuis in ar. 3. q. 39. 1. par. patet. Et ppea licet unitas ſuppoſiti, optime inferat ſingularitatem concreti ſubſtantiui (quale eſt ly hō) non tñ multitudo ſuppoſitorum infert pluralitatem nominis ſubſtantiui. Et ppea nō ſequitur. ergo tres pſonæ ſunt dij: nec ergo tres perſonæ homines in caſu præcedentis articuli, ut in hac etiam litera dicitur: & tamen bene ſequitur in caſu huius articuli. ergo uerbū Dei, non eſt hoīes, ſed unus homo,

Lib. 4. Ortho. fi. c. 7.

¶ In reſponſione ad tertium perſpice rōnem, quia e præſentis articuli poſitione facta, hæc humana natura præaſſumpta nō aſſumeret aliam naturam humanam, quæ poſt aſſumeretur, cū qua tñ concurreret, eandem numero perſonalitatem, & natura diuina aſſumeret quamcunq; naturā humanā, quę uniretř perſonaliter uerbo Dei. Ratio inquā eſt, quia filius Dei eſt ſua deitas, nō aūt eſt ſua humanitas: hinc. n. fit, ut cuicunque perſonalitēr unitur fili* Dei per ſe primo, eidem ſecundario uniatur, dico, & naturę aſſūptæ, & cuilibet eius parti, ut patet ex authoritate Damaſc. Et hinc fit, q una humanitas non eſſet unita alteri, ita q nec ipſi naturæ poſt aſſumptę præcedēs uniretř, nec alicui eius parti: ſed per accidens coinciderent in unam perſonam, inter ſe diſtinctæ et loco. Et ex hoc ſequeretur, q non eſſ et cōmunicatio conuenientium illi perſonæ ſm unam naturā aſſumptam cū conuenientibus ſibi ſm aliam aſſumptam, imo poſſet ſimul mori ſm unam, & uiuere ſm aliam. Et ſi. V. g. ſm primam naturā uocaretur Chriſtus, & ſm ſecundam uocaretur Ioānes mortuo Chriſto non poſſet dici mortuus Ioannes: ſed bene diceretř, mortuus Deus, & Dei filius, & ſimiliter uiuo Ioanne ſm, non uere diceretur uiuus Chriſtus, ſed uiuus Deus, & Dei filius, & ſic de ſimilibus.

Conclu.

Art. præc.

poteaſſumpta ex tꝑe a diuina ꝑſona, non quidem ad hoc ꝙ natura ſit ipſa ꝑſona, ſed ꝙ perſona i natura ſubſiſtat. filius.n. dei eſt ſua deitas, ſed non eſt ſua humanitas: & iõ ad hoc, ꝙ natura humana aſſumatur a diuina perſona, requiritur, ꝙ diuina natura vnione ꝑſonali vniatur toti naturæ aſsũptæ, id eſt, ſm oẽs partes eius: ſed duarũ naturarum aſſumptarũ eſſet vniformis habitudo ad perſonam diuinam, nec vna aſſumeret aliã. Vnde non oporteret quòd una earum totaliter alteri uniretur, ideſt, omnes partes unius omnibus partibus alteri[a].

Articvlvs viii.

Vtrum fuerit magis cõueniens, quòd perſona filij aſſumeret humanã naturam, quàm alia perſona diuina

Ad octavvm ſic ꝑcedit̃. Vr̃, ꝙ nõ fuerit magis conueniẽs filiũ dei incarnari, q̃ Patrẽ, uel Spũmſanctũ. Per myſteriũ. n. incarnatiõis, hoies ad uerã dei cognitionẽ ſunt ꝑducti[1], ſm illud Ioan. 18. In hoc natus ſum, & ad hoc ueni in mũdum, ut teſtim. perhi. ueritati: ſed ex[b] hoc, ꝙ ꝑſona filii Dei eſt incarnata, multi impediti fuerũt a uera dei cognitione, ea q̃ dñr de filio ſm humanã naturã referentes ad ipsã filii ꝑſonã: ſicut Arrius, q poſuit inæqualitatẽ perſonarũ ꝑp hoc, ꝙ dr̃ Ioã. 14. Pr̃ maior me eſt, q quidẽ error nõ prouenifſet, ſi ꝑſona Pr̃is incarnata fuiſſet: nullus. n. ęſtimaſſet patrẽ filio minorẽ. Magis ergo ur̃ fuiſſe cõueniens, ꝙ perſona pr̃is incarnaret̃, q̃ perſona filii.

¶ 2 Præt. Incarnationis effectus ur̃ eſſe recreatio quædã humanæ naturæ, ſm illud Gal. ult. In Chriſto Ieſu neq; circũciſio aliquid ualet, nec ꝑputiũ, ſed noua creatura: ſed potẽtia creãdi appropriat̃ Pr̃i.[b] ergo magis decuiſſet patrẽ incarnari, q̃ filiũ.

¶ 3 Præt. Incarnatio ordinat̃ ad remiſſionẽ peccatorũ, ſecundũ illud Mat. 1. Vocabis nomẽ eius Ieſum: ipſe. n. ſaluũ faciet populũ ſuũ a peccatis eorũ. Remiſſio aũt peccatorũ attribuit̃[h] Spũi ſancto, ſecundũ illud Ioan. 20. Accipite Spũmſanctũ, quorum remiſ. pec. re. eis. ergo magis cõgruebat perſonã Spiritusſancti incarnari, quàm perſonam filii.

Sed contra eſt, ꝙ Dam. dicit in 3. lib.[a] in myſterio incarnationis manifeſtata eſt ſapientia, & uirtus dei: ſapiẽtia qdẽ, qa iuenit difficillimi ſolutionẽ A ꝑtii, q̃ decentiſſimã: uirtus aũt, qa uictũ fecit rurſus victorem: ſed uirtus, & ſapientia appropriant̃ filio, ſm illud 1. Cori. 1. Chriſtum dei virtutẽ, & dei ſapientiam ergo cõueniens fuit perſonam filii incarnari.

Resp. Dcd̃m, ꝙ[m] conuenientiſſimũ fuit, ꝑſonã filii incarnari:[a] primo qdẽ, ex parte vnionis. Cõuenienter. n. ea q̃ ſunt ſimilia, vniũr̃: ipſius ãt ꝑſonę filii, q eſt uerbũ dei, attendit̃ vno B quidẽ mõ cõis cõueniẽtia ad totã creaturã: qa uerbũ artificis, ideſt, cõceptus eius eſt ſimilitudo exẽplaris eorũ, q̃ ab artifice fiũt. Vñ uerbũ dei, q ẽ ęternus cõceptus eius, ẽ ſimilitudo exẽplaris totius creaturę: & iõ ſicut ꝑ participationẽ hui[9] ſimilitudinis creaturæ ſunt in propriis ſpecieb. inſtitutæ, ſed mobiliter, ita ꝑ vnionem uerbi ad C creaturã, ñ participatã, ſed ꝑſonalẽ, cõueniẽs fuit reparari creaturã in ordine ad æternã, & imobilẽ ꝑfectionẽ. Nã, & artifex ꝑ formã artis cõceptã, qua artificiatũ cõdidit, ipsũ ſi collapsũ fuerit, reſtaurat. Alio mõ, hẽt cõuenientiã ſpãliter cũ humana natura, ex eo ꝙ uerbũ eſt conceptus ęternæ ſapientiæ, a qua oĩs ſapientia hoĩum deriuat̃. Et iõ per hoc hõ in ſapientia ꝑficit̃, q̃ eſt ꝑpria eius ꝑfectio, ꝑut eſt rõalis, ꝙ participat uerbumdei: ſicut diſcipulus iſtruit̃ per hoc, ꝙ recipit uerbũ magiſtri: vnde Eccl. 1. dr̃, Fons ſapientiæ uerbũ dei in excelſis: & ideo D ad conſumatã hoĩs perfectionem conueniens fuit ut ipſum uerbum dei humanę naturę perſonaliter vniretur. Secundo, p̃t accipi rõ huius congruentię ex fine vnionis, qui eſt impletio prædeſtinationis, eorum. ſ. qui præordinati ſunt ad hæreditatem cęleſtem, quæ non debetur niſi filiis eius, ſm illud Ro. 8. Si filii, & hæredes: & ideo congruũ fuit, ut per eũ, q eſt filius naturalis, hoĩes participarent ſimilitudinẽ huius filiationis ſm adoptionem, ſicut Apoſt. ibidem dicit, Quos præſciuit, & prędeſt. cõfor. fieri ima. fi. ſui. Tertio, p̃t accipi ratio huius cõ E gruentiæ ex peccato primi parentis, cui per incarnationem remedium adhibetur. Peccauerat. n. primus homo, appetendo ſcientiam, ut patet ex uerbis ſerpentis promittentis hoĩ ſcientiam boni, & mali. Vnde conueniens fuit ut per uerbũ ueræ ſapientiæ hõ reduceretur in deum, qui per inordinatum appetitum ſcientiæ receſſerat a deo.

Ad primvm ergo dcd̃m, ꝙ nihil ẽ, quo humana malitia nõ poſſit abuti, qñ ẽt ipſa dei bonitate abutitur, ſm illud Ro. 2. An diuitias bonitatis ei[9] contemnis? Vnde etiam ſi perſona patris fuiſſet incarnata, potuiſſet ex hoc homo alicuius erroris occſiaonem ſumere, quaſi filius ſufficere nõ potuiſſet ad humanam naturam reparandam.

SVP. QVÆST. III. ART. VIII.

Ferr. 4. cont. c. 39. Medina. a. 8.

Porr. 9. 26 Infr. q. 39. art. 8. ad 1. & 3. di. 1. q. 2. ar. 2 & 4. cont. c. 39. 4n. & 42.

Titulus octaui arti. clarus eſt.

¶ In corpore una eſt concluſio reſponſiua quæſito affirmatiue. Cõuenientiſſimũ fuit perſonam filij incarnari. Probatur triplici ter. Primo, ex parte vnionis. Similia cõuenienter vniuntur: perſona filii, & humana natura tam ſecũdum communẽ creaturæ rationem q̃ ſm propriã cõuem ſunt ſimiles. ergo. Minor quo ad primam partem, et probatur ſimpliciter, qa uerbũ Dei eſt exẽplaris, ſimilitudo omnis creaturæ: quia uerbum artificis eſt exemplaris ſimilitudo eorũ quæ fiunt ab artifice: & probatur, applicando ad deducendã inconuenientiam incarnationis primo in cõmuni, quia artifex ꝑ conceptã formã, qua condidit reſtaurat collapſum. Secundo in ſpeciali ex tribus inuẽtis ſ. dependẽtia creaturarũ à verbo. Primum eſt, participatio ſimilitudinis exemplaris. Secundum, cõſtituti ꝑ propriis naturis. Tertium, modus, quòd mobiliter conſtant. Quibus conuenientec adiunguntur tria perfectiora. ſ. ſup participationem vnio non participatiua, ſed perſonalis, ſuper conſtitutionem in ꝑpriis reparatio in diuinis. ſ. gratia, gloria, & uita cæleſtis, ſuper mobilitatem æternę, & immutabiliter uitam, fęlicitatemq; habere: quo ad ſecũdam uero partem ꝑbatur ſimiliter primo ſimilitudo ſimpliciter quo ad duo ſe hñtia, ut cõ, & effectus, primo qa uerbũ eſt cõceptus æternę ſapiẽtiæ, & oĩs ſapientia hoĩum ab æternæ ſapiẽtia deriuat̃. Secundo, ex hoc qa ꝑpria perfectio hoĩs ut rõalis, q̃ ẽ ſapientia cõſiſtit in participãdo uerbũ dei. Quod ꝑbat̃ exẽplo, ſicut perfectio diſcipuli participãdo uerbũ magiſtri, & auctoritate. Fons ſapientię &c. Probat̃ deinde applicando, ꝙ ſupra participationẽ diuini uerbi, in qua ꝑpria perfectio hoĩs ſm mentẽ cõſiſtit, cõuenientiſſime apponit̃ ut ipsũ uerbũ dei perſonaliter uniat̃ naturæ humanæ, ut cõſũmata ſit hoĩs perfectio, ut ſ. q̃ inchoat̃ in participatione ipſius verbi humana perfectio cõſumet̃ ñ in participatione, ſed in perſonali adeptione ipſius verbi. Reliq̃ tões clare patent in litera. Concl. an

AD II dcd'm, q prima rerũ creatio facta eſt a potentia dei patris per verbum. Vnde, & recreatio per uerbũ fieri debuit a potentia Dei patris, ut recreatio creationi reſponderet, ſecundum illud 2. Cor. 5. Deus erat in Chriſto, mundum recõcilians ſibi.

G

AD III Dcd'm, q Spirituiſancto proprium eſt quòd ſit donum Patris, & Filii. Remiſſio autem peccatorũ fit per Spiritumſanctum tanq̃ per donũ dei: & ideo cõuenientius fuit ad iuſtificationem hominũ, q incarnaretur Filius, cuius Spiritusſanctus eſt donum.

QVAESTIO. IIII.

De modo unionis ex parte naturæ humanæ aſſumptæ in ſex articulos diuiſa.

H

DEINDE conſiderandũ eſt de vnione ex parte aſſũpti. Circa qđ primo conſiderãdum occurrit de his, quæ ſunt a uerbo aſſumpta. Secundo, de coaſſumptis, quæ ſunt pfectiones, & defectus. Aſſu pſit autem dei filius humanam naturam, & partes eius.

Vnde circa primum triplex conſideratio occurrit. Prima eſt, quantũ ad ipſam naturã humanã. Secunda eſt, quantũ ad partes ipſius. Tertia quantum ad ordinem aſſumptionis.

I

Circa primum quæruntur ſex.

¶Primo, Vtrum humana natura fuerit magis aſſumptibilis a filio dei, quàm aliqua alia natura.

¶Secundo, Vtrum aſſumpſerit perſonam.

¶Tertio, Vtrũ aſſũpſerit hoiẽ.

¶Quarto, Vtrum fuiſſet conueniẽs q aſſũpſiſſet naturã humanã a ſingularib. ſeparatã.

¶Quinto, Vtrum fuiſſet conueniens, q aſſumpſiſſet humanam naturam in omnib. eius ſingularibus.

¶Sexto, Vtrũ fuerit conueniẽs, q aſſumeret humanam naturã in aliquo homine ex ſtirpe Adæ progenito.

ARTICVLVS I.

Vtrum natura humana fuerit magis aſſumptibilis à filio dei, quàm aliqua alia natura

AD PRIMVM ſic pceditur. Vr q humana natura non fuerit magis aſſumptibilis a filio dei, q̃ quælibet alia natura. Dicit enim Augu. in Epiſt. * ad Voluſianum, In rebus mirabiliter factis tota ratio facti, eſt potentia facientis: ſed potẽtia dei facientis incarnationẽ, quæ eſt opus maxime mirabile, non limitatur ad unam naturam, cum potentia dei ſit infinita. ergo natura humana non eſt magis aſſumptibilis

Ferr.a 27

3.d.2.q.1. a.1.&4. cõtra c.55.a.3.& 5.

* In ep.3. nõ multũ ante med. to.2.

SVPER QVÆSTIO. IIII. ARTIC. I.

Ferr.4.cont.c.55.ar.3. Medina.ar.1. *Cap.3.d.2.q.1.con.1.& 3. Alb.mag.3.diſt.2.ar.1.*

TItulus ar.1.q.4. in corporis principio declaratur q intelligitur de aſſumptibili non ſm potentiam paſſiuam naturalem, & in rñſione ad primum, nec ſm potentiam obedientiæ ad omnipotentiam dei: ſed ſm potentiã congruitatis ad unionẽ pſonalẽ. Et rõ omnium in locis ſuis patebit.

* In corpore articuli eſt unica cõcluſio. Sola natura humana ẽ aſſumptibilis. Probatur. Hæc duo. ſ. congruentia dignitatis, & neceſſitatis, ſoli naturæ humanæ cõueniunt ergo ſola natura humana eſt aſſumptibilis. Antecedens quo ad exponentem affirmatiuã pbatur. quo ad dignitatẽ quidem: quia natura humana nata eſt attingere p propriã operationẽ, cognoſcẽdo & amando uerbum dei, quoad neceſſitatẽ uero, q̃a ſubiacens peccato originali indigebat reparatiõe. Quo ad exponẽtem ãt negatiuã, probat: quia creaturæ irrõnali deeſt dignitas: naturę ãt angelicæ deẽ congruitas neceſſitatis. Cunſequentia pbatur. qz aſſumptibile dicit aptum natũ aſſumi a diuina perſona non per potentiã paſſiuã naturalẽ. ergo per potentiam congruitatis ad unionem perſonalem diuinam. Hoc ultimo aſſumptum probat: quia potentia paſſiua naturalis non ſe extendit ad id. quod tranſcendit ordinem naturalem.

¶Circa hæc, duæ dubitationes ſunt, quæ ex dictis lræ in rñſionibus argumentorũ, ſoluuntur. Primũ dubiũ eſt, circa cõſequẽtiam illã aſſumptibile non attenditur ſm potentiã paſſiuã naturalẽ. ergo ſm congruentiam cũ poſſit reſponderi, conſequẽtia non ualet: quoniam põt attẽdi ſm potentiam obedientiæ.

¶Ad hoc ex rñſione ad primũ in lrã rñdetur, q creaturæ denominant̃ aliquales ex eo, q conuenit eis ſm propria, & nõ ex eo, q conuenit eis ſm primas, & vniuerſales cauſas, *potentia autẽ obedientiæ conuenit creaturæ in ordine ad primam cãm, ut

K

patet: potentia ãt congruitatis attendit̃ ſm propria ipſius creaturæ: & ideo creaturæ denominantur aliquales, hoc eſt aſſũptibiles ſm congruitatẽ, non ſm obedientiam. Sed hæc reſpõſio non uĩ ſolida, tum quia ẽt ſm auctorem humana natura dicitur aſſumptibilis per potentiam obedientiæ, tum quia aſſũptibilis eſt denominatio conueniens creaturæ ſolum ex ordine ad deũ cãm vniuerſaliſſimã, cũ iã dictum ſit propriũ eſſe diuinæ perſonę ſubſiſtere in pluribus naturis, tum quia creaturæ denominant̃ aliquales ex eo, q cõuenit illis ſm cauſas primas, & uniuerſales. dicuntur. n. creaturæ, & conſeruatæ, ac conſeruabiles ex prima cauſa, dicitur etiam natura reparata ex prima, & vniuerſaliſſima cauſa deo &c.

¶Ad hæc dr̃, q propoſitio in reſponſione ad primum allata. ſ. creaturæ denominantur aliquales ex eo, q conuenit eis ſecundum proprias cauſas, non autem ex eo, q conuenit eis ſm primas, & uniuerſales cauſas, intelligenda eſt cum grano ſalis. ſ. quando oppoſitæ denominationes conueniunt illis ſm proprias, & ſm primas cauſas. Et hanc gloſſam manifeſtat Auctor eſſe ſuæ intentionis in ſubiuncto exemplo de morbo, q ſm propria dr̃ incurabilis q̃uis ſm deum oppoſitam denominationẽ habeat, & dicatur curabilis. Ita q intẽdit Auctor, q qñ denominatio aliqua ſic ſe hẽt ad creaturas, q ſm propria affirmatiue, & ſm primã cauſam negatiue, aut econtra ſm propria negatiue, & ſm primã cãm affirmatiue ſũt denominandæ. tunc creaturæ denominãtur aliquales ſimpliciter ſm propria, & nõ ſm primam cãm, ſed cũ additione, ut patet in exemplo literę. morbus denominari poteſt curabilis, & incurabilis, ſecundum propria, & ſm primã cauſam curabilis, & ideo ſimpliciter dicitur curabilis, uel incurabilis, attendendo ad propria, ſm primã ãt cãm, dr̃ cum additione curabilis. ſ. p dei potentiã. ſic ſimile eſt in propoſito, creaturæ ſimpliciter dicuntur aſſumptibiles, q̃ cõgruitatem hñt ad unionem perſonalẽ, & inaſſumptibiles, q̃ illa carent cũ quo tñ ſtat q omnes naturæ dicant̃ aſſumptibiles cũ additiõe, ſ. per dei potentiam.

¶Ad primã ergo obiectionem dr̃, q potentia obedientię, quia reſpondet omni potentiæ diuinæ, clauditur in propoſito ſub denominatione ex omnipotentia dei: eiuſdem enim rationis eſt, q denominetur natura aſſumptibilis ex potentia dei, & ex potentia obedientiæ, qua creatura ſubditur dei potentiæ abſolute: & ideo pretermiſſa eſt in hoc proceſſu, ſicut, & potentia dei.

¶Ad ſecundum dr̃, quòd licet aſſumptibile dicatur ſolummodo in ordine ad deum, attendi tamen poteſt etiam ex parte cõgruentiæ naturæ ſecundum illius propria, & ex parte omnipotentiæ dei, & ſecundum hoc oppoſito modo natura aliqua eſt denominabilis: & ideo ſecundum propria dicitur congrue aſſumptibilis, uel inaſſumptibilis.

¶Ad tertiam conceditur, q creaturæ denominantur ſimpliciter aliquales ex dei potentia, quando ex propriis non ſunt oppoſito modo dominabiles. Nec oppoſitum habetur ex litera ſane intellecta.

¶Dubium ſecundum eſt, quomodo uerum eſt, quòd in angelis deficiat neceſſitas reparationis, cum angelica natura adhuc reparatione indigeat.

¶Ad hoc dr̃, q non intẽdit Auctor excludere ab angelica natura indigentiam ſeu neceſſitatem reperationis, ſed congruentiã neceſſitatis, ita q licet in angelica natura ſit maior indigentia, quia irreparabilis eſt illius lapſus: quia tamen neceſſitas illa non habet congruitatem ad reparationem, quia eſt neceſſitas non uię ſed termini, ideo notanter dicitur, quòd deeſt angelicæ naturæ congruitas ex parte neceſſitatis tam in corpore articuli, quàm in reſponſione ad tertium.

¶Nota in dictis huius articuli illam propoſitionem de poten-

à Deo, q̃ aliqua alia creatura.

¶2 Præt. Similitudo eſt rõ faciens ad cõgruitaté incarnationis diuinę pſonæ, ut ſ. dictum eſt: ſed ſicut in creatura rõnali inuenit̃ ſimilitudo imaginis, ita in creatura irrationali inuenitur ſimilitudo ueſtigij. ergo creatura irrationalis aſſumpti- B bilis fuit, ſicut humana natura.

¶3 Præt. in natura angelica ĩuenit̃ expreſsior Dei ſimilitudo, q̃ i natura humana, ſicut Greg. dicit in hom. de cẽtũ ouibus, introducens illud Ezec. 28. Tu ſignaculũ ſimilitudinis: inuenitur ẽt in angelo peccatũ, ſicut in hoĩe, ſm̃ illud Iob. 4. In angelis ſuis reperit prauitaté. ergo natura angelica fuit ita aſſumptibilis, ſicut natura hoĩs. C

¶4 Præt. Cũ Deo cõpetat ſumma pfectio, tãto magis eſt Deo aliqd ſimile, quãto eſt magis pfectum: ſed totũ uniuerſum eſt magis pfectũ, q̃ partes eius, inter quas eſt humana natura. ergo totũ vniuerſum eſt magis aſſumptibile, q̃ humana natura.

SED CONTRA eſt, q dr̃ Prouer. 8. ex ore ſapientiæ genitæ, Deliciæ meæ eſſe cum filijs hominum. Et ita uidetur eſſe quędam congruentia unionis filii Dei ad humanam naturam.

RESP. Dcẽm, q aliquid aſſũptibile dr̃, quaſi aptum aſſumi à diuina perſona. Quæ quidem aptitudo nõ poteſt intelligi ſecundum potentiam paſſiuã naturalem quæ non ſe extẽdit ad id, qd̃ trãſcendit ordinẽ naturalẽ, quẽ tranſcendit unio pſonalis creaturæ ad Deũ. Vnde relinquit̃, q aſſumptibile aliqd dicatur, ſm̃ congruentiã ad unioné prędictam. Quæ quidé cõgruẽtia attẽdit̃ ſm̃ duo i hu- B mana natura. ſ. ſm̃ eius dignitatem, & neceſſitaté. Secũdũ dignitatem quidé, quia humana natura, inquantũ eſt rõnalis, & intellectualis, nata eſt cõtingere aliqualiter ipsũ uerbũ p ſuã opationem, cognoſcẽdo ſ. & amando ipſum. Sm̃ neceſſitatem autem, quia indigebat reparatione, cũ ſubiaceret originali peccato. Hæc aũt duo ſoli humanę naturę cõueniunt: nã C creaturę irrationali deeſt congruitas, naturę aũt angelicę deeſt congruitas pdictę neceſſitatis. vnde relinquit̃ q ſola natura humana ſit aſſumptibilis.

AD PRIMVM ergo dcẽm, q creaturę denominantur aliquales, ex eo qd̃ cõpetit eis ſm̃ p prias cauſas: non aũt ex eo qd̃ cõuenit eis ſm̃ cauſas primas, & uniuerſales: ſicut dicimus aliquẽ morbũ incurabilẽ, nõ qa D non poteſt curari à Deo, ſed qa per propria principia ſubiecti curari nõ poteſt. Sic ergo dr̃ aliqua creatura nõ eſſe aſſumptibilis, non ad ſubtrahendũ aliqd potẽtię diuinę, ſed ad oſtẽdendũ conditionem craturę, q̃ ad hoc aptitudinem non hẽt.

A paſſiua naturali, q non ſe extendit ad id, quod tranſcendit naturalem ordinem: qm̃ veriſſima eſt, & formalis, & propria, & ſm̃ illa iudicanda, quæ hic atq; illic inueniuntur dicta. Secundum quam patet, q potentia naturalis intellectus noſtri nõ ſe extendit ad uiſionem Dei &c. Vnde, & hic dicitur de natura humana quatenus intellectualis, q nata eſt aliqualiter contingere per operationem uerbum Dei.

q. præc. a. 8

¶ In reſponſione ad primum eiuſdem primi arti. notandũ eſt, q hinc appatet Auctorem non contradicere ſuis dictis in 3. ſent. d. 2. q. 1. art. 1. nec retractare illa. ſed altius, ac Theologo dignius locutus eſt de aſſumptibili, ſniam eandem ſeruãs, & ſermoné quaſi cohibẽs. Vnde, & per trauſeundo, in hac reſponſione pretermittit diſcuſſionem cõſequẽtiũ, ad effectũ diuinæ omnipotentiæ, ſi aſſumeret angelum, aut lapidem. Vnde, & nos Auctoris ueſtigia ſectantes, quæſtioné illã, an Deus poſſit aſſumere lapidis naturam, tam q̃ cõiter acceptatam, & ſufficienter diſcuſſam, & quaſi oſtenſiuam ſtarũ auriũ, in illius diſcuſſione relinquendã duximus. Vide hæc ſi uis in Auctore l loco allegato, & in Capreolo ibidé.

Ho. 34. in Euang. an med. illi.

¶ In rñſione ad ſm̃ dubiũ occurrit circa illud, Multo aũt maior, & perfectior eſt unio ad Deũ ſecũdũ eſſe perſonale, q̃, quæ eſt ſm̃ operationem, qm̃ non caret ſcrupulo propoſitio iſta, & multi gloſant, aut negant eam. Eſt autem rõ ſcrupuli: qa ſeorſum iſta ſumpta, vnio pſonalis cõis eſt rõnalibus, & irrationalibus, unio ſecũdũ opationem, propria eſt rõnalibus. Et rurſus vnio pſonalis cõuenit rõnalib. ſm̃ id, in quo cõicant cũ oĩbus ſubſtantijs: qa cõuenit eis, inquantum ſunt naturæ potentes ſubſiſtere, unio autem ſecundum operationem perfectæ felicitatis conuenit eis, inquantum ſunt conſortes diuinæ naturæ per adoptionem. Maior ergo, & perfectior eſt unio ſecundum operationem fruitionis beatæ, quàm ſecundum eſſe perſonale, & propterea iſta propoſitio negatur, ſeorſum acceptis extremis. Et confirmant, quia maius eſt aſſumere lapidem in filium Dei adoptiuum, quam ad unioné perſonalem: quoniam illud implicat contradictionem, hoc non: gloſant autem, quòd uera eſt in natura capaci utriuſque unionis. Et aliqui de ueritate illius etiam ſic intellectæ dubitant: quia melius eſt concipere Deum mente, quàm carne, ut dicitur in lib. de ſancta uirginitate, & de Beata Virgine dicitur, q beatior fuit concipiendo fidem Chriſti, quàm carnem Chriſti.

¶ In oppoſitum autem eſt literæ auctoritas ex Aug. ſuper illud, Verbum caro factum eſt.

¶ Ad hanc quæſtionem, dicendum eſt: q procul dubio maius, nobilius, excellentius, perfectiuſque eſt uniri Deo in perſona, q̃ per gratiam, & gloriam cõſumatam. Et ratio habita eſt in vlt. art. præcedentis, q. quia ſ. unio perſonalis non eſt unio partici- A patiua, ſed per ſubſtantiam Dei, conferens non ſimilitudiné, aut participationé Dei, ſed ipſum eſſe perſonale Dei, ita ut perſona Dei fiat perſonæ naturæ aſſumptæ. Vnio autem per fruitionem vnio participatiua Dei eſt, conferens non eſſe Dei, ſed ſimilitudinem: & adoptionem filialem. Eſt igitur unio perſonalis maior: quia cõfert maius, ſ. eſſe deũ nõ participatiue, ſed perſonaliter: quanto namque maius eſt eſſe Deum perſonaliter, quàm participatiue, tanto maior eſt unio perſonalis, quã participatiua. Eſt, & perfectior, quia confert perfectius, ſ. eſſe Deum ſm̃ ſubſtãtiã, hoc eſt hypoſtaſim, non ſecundum accidentia, ut ſunt operationes, quibus fruimur Deo: quanto. n. perfectius eſt eſſe Deũ perſonaliter, q̃ accidentaliter, tanto perfectior eſt unio perſonalis, q̃ ẽm p operationé. Et ideo ſimpliciter, & abſolute cum Auguſt, & Auctore fateamur, lõge maius eſſe uniri Deo in pſona, quàm per gratiam, & gloriam.

¶ Ad primam autem, & ſecũdam obiectionem dicitur, q dato q maius ſit illud, q natum eſt ex parte entium creatorum conuenire intellectualib. ſolum, & ſimiliter intellectualibus, ut intellectualia ſunt, q̃ communia, longe tamen maius eſt, quod ex parte Dei poteſt cõferri naturis ſubſtantialibus ut communicant in natura ſubſtãtiali, quàm id, quod eſt eis donabile ſecũdum earum operationes: quoniam poteſt naturis conferri eſſe Dei perſonale in ſeipſo, ut ſit eſſe perſonale earum, quod non conferri poteſt per operationes. Rationes enim iſtæ non inferunt, quòd unio per operationem ſit maior aut nobilior: ſed bene inferunt, quòd plus nobilitatis, & perfectionis ex parte creaturæ exigitur ad unionem per operationem: quia exigitur, & natura, & operatio intellectualis. & gratia ſeu gloria quæ non exiguntur ad naturam E ut unibilem perſonaliter: ſed cum hoc ſtat: quòd ex parte accepti doni longe maior, & perfectior ſit unio perſonalis, quia non Deus participatiue, ſed in propria ipſius perſona habetur à natura unita.

¶ Ad confirmationem dicitur, q falſum aſſumitur, & ad probationem reſpondetur, q falſiſſimum eſt, q implicans contradictoria ſit maius: quoniam implicans contradictoria non eſt aliquid, non eſt ens, nec non ens, ſed ens, & non ens ſimul. Secundum hmõi. n. argumenta, maius eſſet albedinem eſſe nigredinem, quàm eſſe Deum: quia illud implicat, hoc non.

¶ Ad rationem dubij multorum, quia melius eſt concipere fidem &c. reſpondetur negando conſequentiam: quoniam nõ eſt eadem utrobique ratio: quoniã in conceptione carnali Dei non ſit neq; concipiens ſit Deus, ſicut ſit in unione perſonali, ut homo ſit Deus, & propterea non arguitur à ſimili, ſed à longe alieno. Maximum ergo bonum, quod Chriſtus habet,

fundamentum eſt: quia illud intrinſecum conſtat non poſſe eſſe accidens, nec ſubſtantiã, quæ eſt forma aut materia, aut cõpoſitum ex vtraque. Accedit ad hoc auctoritas Ariſt. in 7. Metaph. tractantis hanc quæſtionem, & dicentis quòd in his, quæ ſunt per ſe, idem eſt quod quid eſt, & id cuius eſt: conſtat enim ſubſtantiam eſſe de numero eorum, quæ ſunt & dicuntur per ſe. Ponendi aut aliquid ſupra additum negatiuum: vel poſitiuum ꝑcogit, & modus ſignificandi, & aſſumptio ſingularis humanitatis à Chriſto ſine ſua perſonalitate. Præter omnes aũt dictas opiniones recitantur alia opinio à Scoto, & Ioãne de Neapoli, ſi tamen eſt vna, & eadem ab vtroque recitatur, tenens ſuppoſitum addere ſupra naturã ſingularem entitatem poſitiuam intrinſecam ſuppoſito, conſtitutiuamque ipſius. Sicut hæc, inquit Scotus, humanitas addit ſupra humanitatem, vel ſicut modus eſſendi, vt inquit Ioãnes de Neapoli addit ſupra naturam, cuius eſt, & reducitur entitas iſta ad genus ſubſtantiæ, ſicut eſſe quale ad genus qualitatis, & punctus ad genus quantitatis. Improbaturq; ab vtroque opinio iſta. Omiſi afferre opinionem dicentem ſuppoſitum differre a natura, quia Sortes dicit compoſitum ex materia, & forma, humanitas vero formam: quia non eſſet ad propoſitum quæſtionis, in qua ſupponimus filium Dei aſſumpſiſſe ſingularem humanitatem compoſitam ex hac anima, & hoc corpore (iuxta illud, perfectus homo ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtẽs) & tamen non aſſumpſiſſe hypoſtaſim humanam.

ma.[a] in 3. lib. q filius dei aſſũpſit humanã naturã in[b] atomo, i. in indiuiduo: ſed indiuiduum rõnalis naturæ eſt perſona, vt patet p Boet. in lib.[c] de dua. natu. ergo fili⁹ dei, pſonã aſſumpſit. ¶ 2 Præt. Damaſ.[d] dicit q filius Dei aſſũpſit ea,[e] q̃ in natura noſtra plantauit. Plantauit aũt ibi perſonalitatem. ergo filius dei aſſumpſit perſonam.
¶ 3 Præt. Nihil[f] cõſumitur, niſi q eſt: ſed Innocent. tertius dicit in quadam Decret. q perſona dei conſumpſit perſonã hominis. ergo videt̃, quòd perſona

a Lib. 3. Orthod. fid. c. 11.
b In 5. pag. a prin. lib.
c lib. 3. c. 6. circa med.

¶ Examinanda igitur diſcutiendaque ſunt hæc, & ſecundũ doctrinam D. Tho. & ſimpliciter. Ex doctrina D. Tho. habetur inter naturam, & ſuppoſitum in creaturis, talem, tantamque eſſe differentiam, vt ſuppoſitum ſit primum ſubiectum actus eſſendi in rerũ natura, natura non: & ſimiliter, q ſuppoſitũ ſit ſubiectum filiationis realis, natura non, ita quòd ſi natura ſine ſuo ſuppoſito poneretur, non eſſet ſubiectum actus eſſendi, nec eſſet ſubiectum filiationis. Et primum quidem dicit auctor inferius in q. 17. art. 2. per totum, vbi in reſponſione ad primum dicit hæc verba. Eſſe conſequitur naturam non ſicut habentem eſſe, ſed qua aliquid eſt: perſonam autem ſiue hypoſtaſim ſicut habentem eſſe. Secundum autem dicit inferius. q. 35. art. 5. per totum, vbi in reſponſione ad primum dicit hæc verba, Natiuitas temporalis cauſaret in Chriſto temporalem filiationem realẽ ſi eſſet ibi ſubiectum huiuſmodi filiationis capax, &c. ex hoc autem, quòd hæc humanitas, & hic homo, ſic differunt, quòd illa ſecundum rem neque actus eſſendi neque filiationis realis eſt capax niſi ratione huius hominis, vt per ſe primo ſubiecti vtriuſque, oportet dicere, quòd aliqua realis differentia ſit inter hanc humanitatẽ, & hunc hominem, ita quòd aliquid reale includat hic homo, quod non includit hæc humanitas: qua realitate hic homo habeat quod ſit ſuſceptiuum tam actus eſſendi, quam filiationis realis, cuiuſque realitatis defectu hæc humanitas deficiat ab hoc, quod eſt eſſe ſuſceptiuum per ſe primo actus eſſendi, & filiationis temporalis. Nam hæc differentia in rerum natura eſt, & ſecundum conſtitutiuum per ſe primi ſubiecti filiationis realis ſiue actus eſſendi. Et propterea nõ põt reduci ad differentiã ſecundum modos intelligendi, aut ſignificandi, nec ad differentiam ſecundũ extra connotata, quæcunque ſint illa, quoniam hæc differentia præuenit omnia extrinſeca, & modos intelligendi, & ſignificandi, nec ad differentiam penes negationes: quoniam negatio non eſt conſtitutiua ſubiecti entitatis realis, quamuis ſit concomitans, & circunloquens conſtitutiuum illud quandoque quoniam ſubiectum entitatis realis, vt ſic, putum ens reale eſſe in ſe ſufficit: negatio enim cum nihil formaliter ſit, non dat formaliter alicui enti eſſe capax entitatis realis. Sed ſi hæc humanitas, & hic homo ita ſe habent, quòd huic humanitati in rerum natura repugnat eſſe per ſe primo ſuſceptiuum harum extrinſecatum entitatum realium, ſcilicet, actus eſſendi, vel filiationis. & huic homini cõuenit, oportet aliquid poſitiuum reale claudi in hoc homine, quod non clauditur in hac humanitate, quo fiat per ſe primo ſuſceptiuum huius rei, cuius illa non eſt capax. Hæc ratio uidetur conuincere intellectum bene diſpoſitum ſtantibus fundamentis: de quibus ſcio, quòd quàmuis Thomiſtæ aliqui videantur negare fundamentum hoc, quantum ad per ſe primo ſubiectum actus eſſendi, quorum phantaſia in quæſtio. 17. oſtendetur aliena à doctrina auctoris, nullus tamen inficiari poteſt, fundamentum hoc eſſe D. Thomæ, quo ad ſe primo A ſubiectum filiationis realis. Et hoc ſufficit efficaciæ huius rõnis: quoniam tota vis rationis conſiſtit in hoc, quòd conſtitutiuum rei in hoc quod eſt eſſe per ſe primo ſuſceptiuum entitatis realis, oportet eſſe realitatem aliquam, ſed hic homo in hoc differt ab hac humanitate, quòd claudit in ſe aliquid quo eſt per ſe primo ſuſceptiuus alicuius entitatis realis repugnantis huic humanitati. ergo claudit in ſe realitatem conſtitutiuam in eſſe, quo differt ab hac humanitate: ſed non differt niſi in eſſe pſonali, quo hic hõ eſt hypoſtaſis ſiue perſona, hæc humanitas ñ. ergo perſonalitas huius hõis addit aliquã realitatẽ intrinſece conſtitutiuã perſonæ humanæ, ſupra hanc humanitatẽ. Hæc tñ non niſi ad manifeſtandũ quid ſentiat auctor de differentia inter ſuppoſitum, & naturam allata eſt, apud alios namque ſcio non valere: quia ponunt in Chriſto non ſolum plura eſſe, ſed etiam nouã filiationem realem. Et hoc ipſum magis atteſtatur, q. ſententia auctoris eſt quæ dicta eſt: quoniam conſequenter loquendo ponentes perſonam non conſtitui intrinſece aliquo poſitiuo ſupra hanc naturam, conſequenter ex negatione perſonalitatis humanæ nihil reale debent auferrẽ ab homine Chriſto, quod eſt in aliis: quia nihil reale conuenit hominibus ratione negationis, aut huiuſmodi. Et per oppoſitum tollentes aliquam realitatem a Chriſto homine, propterea, quia aliqua realitas ẽ perſonæ, & aliqua naturæ, debent conſequenter loquendo dicere, C quod perſonalitas aliquam realitatem conſtitutiuam intrinſece perſonæ, ut diſtinguitur ab hac natura, dicit, quæ in Chriſto non fuit, & ad cuius impeditionem ſecuta eſt impeditio reliquarum realitatum perſonalium. Conſonat aũt hęc ſententia his, quæ in præcedenti, & hoc articulo dicuntur de corruptione perſonalitatis, & impedimento euiſdem, & his quæ in 4. cõtra Gen. cap. 43. dicuntur dum aſſeritur, quòd ſi hypoſtaſis humana non remaneret in ea natura, in qua aſſumenda a verbo præextitiſſet, hoc ſine corruptione accidere non potuiſſet: nullum enim ſingulare deſinit eſſe hoc, quod eſt niſi per corruptionem. hęc ille.
¶ Simpliciter autem, & abſolute loquendo, monſtratur poſitio iſta rationi conſentanea, tam ſecundum ea, quæ ſunt ex lumine naturali, quàm ſecundum ea, quæ ſunt ex lumine fidei nota. Rationale ſiquidem eſt, ut dupliciter dicta ſubſtantia in 5. Meta. ſcilicet de eſſentia, & de prima ſubſtantia, ſicut ſubſtantia pro eſſentia eſt res, cui debetur talis modus eſſendi, quem circumloquimur per eſſe per ſe. hoc eſt non in alio, ſicut accidens eſt in ſubiecto: ita ſubſtantia pro ſubſtantia prima ſit res cui debetur talis modus eſſendi, quem circumloquimur per eſſe per ſe ſeparatim, ita q repugnet ei eſſe in alio, ut in quod, ſiue, ut quo, in quod, ſiue ut pars aut quaſi pars in toto. Sic. ñ. ponendo quemadmodum ſubſtantia pro eſſentia non ex modo D eſſendi affirmatiuo, uel negatiuo conſtituitur, ſed ex conſtitutiue intrinſece realitate; cui debetur eſſe tali modo: ita ſubſtantia pro hypoſtaſi non actu eſſendi tali modo, ſed ex realitate cõſtitutiua ipſius intrinſece, cui debetur actus eſſendi, tali modo cõſtituitur. Nec tacita a Philoſopho huiuſmodi realitas ſed expreſſa eſt in proprio cõſtituto per ipſam, dum in 5. Metaph. ſubſtantia diſtincta eſt in ſubſtantiam pro hypoſtaſi, & ſubſtantiam pro eſſentia ſubſtantiali, & in prædicamentis ſubſtantia prima proprie, principaliter, & maxime ſubſtantia dicitur idẽ E autem ſignificatur per ſubſtantiam primam, hypoſtaſim, ſuppoſitum, & perſonam: niſi quod perſona in ſolis rationalibus locum habet, ut patet ex antedictis. Accedit ad hæc, quòd nomen Hypoſtaſis, aut perſonæ, & ſimiliter nomina propria naturarum cum pronominibus, ut hic homo, hic bos, & ſimiliter pronomina demonſtratiua perſonaliter, ut ego, tu, ille, omnes conſitentur ſignificare formaliter ſubſtantiam, & non negationem, aut accidens aut extranea. Si omnes hoc, fatemur, cur ad quid rei ſignificatæ perſcrutantes diuertimus a communi confeſſione illi, & perſonalitatem negationẽ eſſe formaliter dicere licet; cur non ſtatur in ſententia tanto probabiliori, quanto magis conſona communi confeſſioni? Theologi quoque ponentes perſonalitatem in diuinis poſitiuam rem, cum ex illa perſonalitate omnis perſonalitas in cęlo, & in terra nominetur, ſicut ex illo patre omnis paternitas iuxta Apoſtoli ſententiam, docent nos ad diuinæ perſonalitatis aliqualem imitationem, etiam in creaturis perſonalitatem poſitiuam rẽ eſſe. Amplius, dicentes perſonam verbi in Chriſto ſuppleſſe

perſonam humanam conſtat ꝙ non dicunt, quòd ſupplet nihil, negatio autem eſt nihil formaliter: ſed intendunt ꝙ ſupplet ſubſtantiam, quam ſignificat perſona humana, ſeu hic homo. non igitur perſonalitas negatio, aut modus ſignificandi, aut extraneum quid eſt, ſed ſubſtantia, loco cuius in Chriſto eſt perſona uerbi, ꝙ uere eſt hic homo, & perſona humana. Amplius, ſi natura aſſumpta a uerbo, deſereretur ab eo in ſuis proprijs naturalibus, eſſet tunc alia perſona uerbi dei, & alia perſona illiuſmet naturæ humanæ. ergo eſt tunc alia ſubſtantia illiuſmet humanitatis: quoniam alia, eſt relatiuum diuerſitatis ſubſtantiæ. ergo perſonalitas addit ſupra illam ſingularem naturam ſubſtantiam, in ſecunda ſecũdo conſtitutiuam formaliter perſonæ in eſſe perſonali. Nec poteſt dici ad primam conſequentiam, ꝙ eſſet alia perſona negatiue tantum: quoniam conſtat quòd non ſolum nõ eſſet eadem perſona cum perſona uerbi, ſed poneret in numerum cum illa: quoniam eſſent duæ perſonæ, non minus quam modo ſunt perſona uerbi, & perſona mea. Eſt igitur perſonalitas realitas conſtitutiua perſonæ ut ſic: & ideo ad eam cõſequuntur negationes, & repugnantiæ ad eſſe quo, & eſſe partem, & capacitates ad perſonales realitates, ut ſunt actus eſſendi, & filiatio, & quod eſt, & habens eſſe, & reliqua, quę hypoſtaſi attribuuntur. Eſt autem huiuſmodi realitas in genere ſubſtantiæ reductiue, ſicut reliquę realitates conſtitutiuæ ſubſtantiarũ ut rationale, & huiuſmodi, quàmuis non ſit differentia, proprie loquendo: ſed eſt terminus vltimus, ac ut ſic purus naturæ ſubſtantiæ. Vbi tria dico. Primo, ꝙ eſt terminus naturæ, quòd probatur ex hoc, quòd naturam perſonari, eſt naturam terminari, & perſonare eſt terminare naturam: exponimus enim naturam humanam in Chriſto perſonari per uerbum, quia terminatur per illius perſonam, & econtra, uerbum perſonare naturam illam, quia terminat illam. Secundũ, quod eſt ultimus, quoniam natura nunquàm eſt ultimate terminata, donec perſonetur: quantumcumque enim indiuidúetur, niſi perſonetur, non eſt ultimate terminata, ut patet de humanitate Chriſti, quę eſt ſecundum ſe in ſe ſingularis, & terminabilis per perſonam uerbi, aut propriam, terminata autem per perſonam uerbi. Conſtat autem, quòd ſi terminata eſt perſonalitate propria, uel aliena, ſtante illa non eſt terminabilis ultra, niſi forte extenſiue, non ex parte ſui, ſed ex omnipotentia alternis potentis etiam ſeipſum terminum illius efficere, ut ſuperius dictum eſt, ſi una natura aſſumeretur à duabus perſonis diuinis. Sed hoc non tollit, quin prima perſona aſſumens terminauerit, ut ultimus terminus, ſed terminos multiplicat extenſiue. eſt igitur perſonalitas terminus ultimus naturæ. Quòd autem tertio addidi, ut ſic purus, ad maiorem explicationem non ad neceſſitatem appoſitum eſt: ad inſtruendum nouitios. quòd terminare, ut terminare, nullam dicit cauſalitatem, & ad explanandũ, ꝙ perſonalitas, ut terminans naturam, nullã cauſalitatem dicit reſpectu naturæ terminatæ, ita quod non ſolum eſt extra genera cauſarum extrinſecarum, ſed etiam extra cauſas intrinſecas: quoniam nec in genere cauſę formalis nec in genere cauſæ materialis ſe habet ad naturam, ſed ut terminus eius. Vnde, & in myſterio incarnationis dictum eſt, quòd unio perſonalis ſecundum nullum genus cauſę attenditur. Nec hoc eſt figmentum, ſed teſtimonium habet ex terminis quantitatis: punctum enim eſt, ita terminus lineæ, quòd nulla cauſa eſt illius. Et quòd hæc non uoluntarie, ſed rationabiliter dixerim, declaro ex auctoritate, & ratione: auctoritas eſt D. Th. in 3. ſen. di. 5. q. 3. ar. 3. dicentis, Quod aſſumitur, trahitur ad aliquid completius ipſum incompletum exiſtens, & hoc eſt contra rationem perſonæ, quę maximam completionem importat. Hæc ille. Vbi clare habes naturam ſingularem ſine perſonalitate eſſe incompletam, & perſonam maximam completionem importare: hoc enim nihil aliud eſt, quam dicere, ꝙ natura ſingularis non eſt ultimate terminata, & perſonam ultimum terminũ naturæ importare. Ratio prima theologice manifeſtata, iã dicta eſt: quia ſcilicet perſonare, & perſonari ſunt terminare & terminari ultimate, igitur perſonalitas ẽ ultimus terminus. Antecedens manifeſtatur: quia idem quantum ad hoc facit perſonalitas propria naturæ, & perſonalitas aliena, quoniam aliena ſupplet propriam. ſed inter alienam, & naturam eſt terminare, & terminari, ut patet in myſterio incarnationis. ergo. Ratio altera eſt ex apparentibus naturalibus ſubſtantiis

Ca. 1. to. 3.

F

G

H

I

K

hominis fuerit prius aſſũpta.

SED CONTRA eſt, ꝙ Augu. dicit in li. de fide ad Pet. quòd deus naturam hominis aſſumpſit, non perſonam.

RESP. Dicendũ, ꝙ aliquid dr̃ aſſumi ex eo, quòd ad aliquid ſumitur. Vnde illud, quod aſſumit, oportet pręintelligi aſſumptioni, ſicut illud, quod mouet localiter, pręintelligitur ipſi motui. Perſona autem non pręintelligitur in humana natura aſſumptioni, ſed magis ſe hẽt, ut terminus aſſumptionis, ut ſupra dictũ ẽ. Si n. pręintelligeretur, vel oporteret,

homogeneis. videmus enim, quòd ex ſola diuiſione res multorũ prędicamentorum ſimul actu abſque alio generante fiunt: ex ſola enim ligni, vel aquæ diuiſione quælibet pars acquirit nouum terminum in genere quantitatis: quoniam ex illa parte, qua continuabantur, quælibet pars proprio termino actu terminatur, de nouo acquirit nouã relationem, quoniã quælibet fit actu totum, ut patet, acquireret eſſe actu propriũ, cum prius eſſet in potentia in toto, vt pote pars eius, acquiritur noua hypoſtaſis, quoniam quælibet pars eſt hypoſtaſis, ſeu prima ſubſtantia, cum prius nõ eſſet prima ſubſtantia, ſed primæ ſubſtantiæ pars. Exiſtẽte ſiquidẽ hypoſtaſi una in actu, & multis in potentia, conſequens eſt ſecundum doctrinam Ariſt. in 2. de anima, ut ſola diuiſione fiant duæ ſubſtantiæ in actu, quæ prius erant una in actu, & duæ in potentia nõ minus quam in animalibus imperfectis, exiſtente vna anima in actu, & duabus in potentia, ſola diuiſione fiũt duæ animæ. Ex modo igitur, quo videmus multiplicari hypoſtaſes, rationi conſentaneum apparet, ꝙ terminationem naturæ ſingularis ſuperaddat, quoniam terminorum talis eſt generatio. Et confirmatur hoc auctoritate D. Thom. ubi ſupra ad tertium argumentum, ſi verbum Dei deponeret aſſumptam humanitatem, dicentis. Separatio dat vtrique partium totalitatem, totalitas enim & completio idem ſonant, eo ꝙ vltimata terminatione conſumantur. Et quia vero omnia conſonant, & ex quod quid eſt ſoluuntur omnes difficultates rei, ideo tanto rationabilior hæc poſitio monſtratur, quanto omnia conſona oſtenderentur, & ſoluerentur difficultates. Ex hoc namque, quòd realitas perſonalitatis eſt terminus vltimus naturæ, patet primo difficultas de identitate, & diuerſitate eius à natura ſingulari, eſt enim quodammodo idem, & quodammodo non idem: ſicut terminus eſt terminato quaſi idem, & quaſi non idem: eſt enim aliquid eius, ſcilicet terminus, & non eſt illud, ut patet de puncto, & linea.

¶ Patet ſecundo de ſeparabilitate: nam poteſt natura fieri ſine ſuo termino in actu, non autem econuerſo, ſicut põt linea eſſe ſine omni puncto in actu, ut patet de linea circulari: non autem econuerſo, quia implicat punctum eſſe ſine linea, utpote habens, & non habeat poſitionem.

¶ Patet tertio de compoſitione, inter terminatum n. & terminũ nulla eſt compoſitio: non enim linea componitur ex punctis, aut ex linea, & puncto: & ſimiliter inter perſonalitatem, & naturã nulla eſt cõpoſitio, ſed ſe habent vt terminus, & terminatũ.

¶ Patet quarto, ꝙ non fingimus nouam ſubſtantiam vltra materiam, formam, & compoſitum: quoniam appellatione compoſiti intelligitur in ſubſtantiis materialibus utraque ſubſtantia poſita in 5. Meta. ſ. eſſentia, & hypoſtaſis utraque ex materia, & forma componitur: non ſolum eſſentia Sortis (ſiue communiter ſumpta, vt humanitas, ſiue ſingulariter, vt hæc humanitas) ſed etiam ipſe Sortes, vt patet. Sed quoniam ſubſtantia diſtincta eſt in naturam, & ſubſtantiam primam, & ſubſtantia prima inuenitur in ſolis ſubſtantiis completis, ſiue ſint compoſitæ, ſiue ſimplices formæ, in lucem protulimus quid ſubſtantia prima, ſeu hypoſtaſis formaliter importat in communi.

¶ Patet quinto ſenſus uerborum D. Tho. cum dixit pluries, quòd perſonalitas corrumperetur, ſi uerbum aſſumpſiſſet angelum aut hominem præexiſtentem: corrumpi enim non eſt niſi entium, nihil enim mouetur niſi uiuens: & ſimiliter nihil corrumpitur niſi ens. Et cum dixit, ꝙ perſona verbi impediuit, ne humanitas illa haberet ſuam propriam perſonalitatem, quã Innocẽtius vocauit conſumptionem perſonæ, non enim impedita eſt à nihilo, negationes autem omnes formaliter ſunt nihil, ſed ab aliquo: ſimiliter perſona verbi non conſumpſit nihil, ſed aliquid: quod enim nihil eſt, conſumptibile non eſt.

¶ Patet ſexto ſenſus doctrinæ Aug. & ſententiæ Eccleſiæ cum dicitur, quòd perſona uerbi aſſumpſit naturam, & non perſonam: ſi enim perſona negationem addit formaliter, dicendo, non aſſumpſit perſonam, dictum eſt, non aſſumpſit nihil.

¶ Patebit, & ſeptimo ſolutio obiectionum. Scot. n. in 3. ſen. diſ. 1. q. 1. arguit contra hanc poſitionem quadrupliciter. Primo, quia tunc eſſet aliqua entitas poſitiua in natura humana, quæ eſſet inaſſumptibilis à uerbo, hoc eſt inconueniens, tum quia ſecundum Damaſ. quod eſt inaſſumptibile, eſt incurabile: tum quia omnis entitas poſitiua creaturæ eſt in potentia obedientiali reſpectu perſonæ diuinæ. Secundo, quia ſequeretur, quòd humanitas aſſumpta à verbo, careret illa entitate poſitiua: quæ tamen ponitur

q. præced. art. 1. & 2.

quòd corrumperetur, & ſic fruſtra eſſet aſſumpta, uel quòd remaneret poſt unionem, & ſic eſſent duæ perſonæ, una aſſumens, & alia aſſumpta, quod eſt erroneum, ut ſupra oſtẽſum eſt. Vnde relinquitur, quòd nullo modo filius Dei aſſumpſit humanam perſonam.

AD PRIMVM ergo dicendũ, quod naturam humanam aſſumpſit filius in atomo, ideſt, in indiuiduo, quod non eſt aliud à ſuppoſito increato, qđ eſt perſona filij Dei. Vnde non ſequitur, quod perſona ſit aſſumpta.

B AD II dicendum, q naturæ

ponitur ultima, & quaſi actualiſſima, & determinatiſſima in natura tali: & ſic non eſſet homo vniuoce. Et ſi reputatur non inconueniens, q careat illa, arguo quòd iſta natura non poſſet dimitti ſibi, quia oporteret ſibi dare nouam realitatem, uel remaneret non perſonã. Tertio, quia ſequitur, q iſta natura non poſſet dimitti, vel eſſe perſonata: quia talis realitas non eſt realitas naturæ, nec põt contineri p identitatẽ in aliqua natura, quæ non eſt eadem ſibi. Quarto ſequeretur, q natura intellectualis poſſet fieri actu exiſtens, & in nulla perſona: Patet ſequela: quia natura, quæ aſſumitur, eſt prior ſcipſa, ut eſt ſub realitate perſonalitatis, quæ non eſt eadem realiter, aut formaliter naturæ, & tunc ſi non aſſumeretur, ſed relinqueretur ſibi, non eſſet perſonata perſonalitate creata, vel increata. Deinde arguit Aureolus apud Capreolum in 3. ſen. d. 5. q. 3. Primo, ex auctoritate Damaſceni. Aſſumpſit verbũ quicquid in natura noſtra plantauit. Et ſi dicatur, q aſſumpſit totum, quod ptinet ad naturã: nõ totũ, quod pertinet ad ſuppoſitum, contra, Terminus humanitatis eſt aliquid humanitatis. ergo aſſumpſit ẽt terminum humanitatis. Antecedens probatur, quia punctũ eſt aliquid lineæ. Secũdo, ſi terminatio, & perſonalitas eſt aliqua realitas. ergo ens, ergo quidditas, & quid, ut patet 7. Meta. ergo natura aliqua. ergo eſt aſſumptibilis à verbo. Et confirmaſi quia ſi diſtinguitur realiter à natura, poſſet Deus ipſam ſeparare realiter, & ſeparatim aſſumere. Tertio, quia ex hoc ſequuntur multa inconuenientia. Primum eſt, q uerbum non poſſet supplere vicem illius terminis, cũ ſit quid ſubſiſtens, & non ſolum terminus. Secundũ, q verbũ non eſſet hõ: quia terminatio illa ſi poneretur, nõ eſſet hõ. Tertiũ, q angelus non poſſet aſſumi à verbo, cum in eo non differat qđ quid eſt, ab eo, cuius eſt, ſecundum Philoſoph. Quartum eſt q prima ſubſtantia non hĩet rõnem primæ ſubſtantiæ p eſſentiam, ſed per iſtam realitatem; & ſic ſecunda ſubſtantia eſſet magis ſubſtantia: quia prima, inquantum prima, non eſſet ſubſtantia. Quintum eſt, q nulla res ſubſiſteret p ſe, ſed per aliud à ſe: ſicut corpus non terminatur per ſe, ſed p ſuperficiem: & tñ conceditur, quod ſubſtantia ſubſiſtit per ſe. Sextum eſt, q natura haberet magis rationem ſuppoſiti: quoniam natura ſubſtat realitati perſonalitatis. Septimum eſt, q ſuppoſitum eſſet quarta ſubſtantia ex tribus conſtituta, ſ. materia, forma, & illa realitate. Cum igitur iſta ſint abſona, non poteſt illa poſitio poni.

¶ 2. art. 6. Concl.

¶ Ad primum Scoti dicitur nullum inconueniens eſſe, q aliqua realitas creata ſit inaſſumptibilis. Pro cuius clara reſolutione diſtinguendum eſt, q ſicut ſubſtantia dicitur dupliciter, ſ. de hypoſtaſi, & de natura, ita entitas, ſeu realitas dicitur dupliciter. ſ. de realitate hypoſtatica, ſeu perſonali, & de realitate naturali, hoc eſt, ſpectante ad naturam, ut natura diſtinguitur contra hypoſtaſim, & econtra. Et quoniam ſecundum Damaſcenum, in Chriſto naturalia duplicantur, quia duas habet Chriſtus naturas, diuinam, ſcilicet, & humanam, perſonalia autem non multiplicantur, ſed in unitate ſiſtunt, quia unica tantũ eſt in Chriſto perſona, ſcilicet hypoſtaſis uerbi, ideo in Chriſto, ſequendo Damaſceni doctrinam, immo eccleſiæ ſententiam, ſi conſequẽter loqui debemus, quicquid ſpectat ad naturam humanam, ut diſtinguitur contra hypoſtaſim humanam, & aſſumptum eſt, & aſſumptibile fuit: quicquid autem ſpectat ad perſonalitatem humanam, ut diſtinguitur contra naturam humanam non eſt aſſumptibile, non eſt aſſumptum, non fuit nec eſt in Chriſto. Et ſub membro hoc continentur multæ entitates, reales, quãtum diuerſimode, ſcilicet pſonalitas actus eſſendi, & filiatio realis temporalis, ut infra in ſuis patebit locis, & ideo nihil horum eſt aſſumptibile, diuerſimode tñ: quia perſonalitati repugnat contradictorie aſſumi, actui vero eſſendi repugnat ſecundũ ordinem rerum, ut inf. q. 17. patebit. Et omnes auctoritates ſonãtes aliquam integritatem, aut uniuerſalitatem aſſumptorum, uel aſſumptibilium intelligenda ſunt in genere naturalium, vt diſtinguuntur contra perſonalia.

¶ Et propterea cum primo obijcit Scotus, quia, quod eſt in inaſſumptibile, eſt incurabile, intelligitur ſic. Quod inter naturalia eſt inaſſumptibile, eſt incurabile. Et probatur gloſſa ex ipſius Damaſceni doctrina, ponentis perſonalia non eſſe aſſumpta. Ad ſecundam eiuſdem probationem negatur illa propoſitio. Quælibet creata entitas eſt æque in potentia obedientiali ad aſ-

A ſumptionem: quoniam alicui creatæ rei repugnat aſſumi, unde in litera dicitur, q oporteret perſonalitatem corrumpi, ſi natura angelica, uel humana præexiſtens aſſumeretur.

¶ Ad ſecundum Scoti conceditur, q in Chriſto non eſt realitas creatæ perſonalitatis; ſed falſum eſt, quòd iſta realitas ſit actualiſſima, cum ſit conſtitutiua ſubiecti actus eſſendi: Et ſimiliter falſum eſt, q ſit determinatiſſima, immo, non eſt determinata, ſed terminus terminus n. nõ eſt terminatus, ſicut, nec albedo eſt alba: Adiuncta aũt ſequela, quòd Chriſtus non eſſet homo uniuoce nihil valet, ut D. Tho. docet: q a vniuocatio in nomine hominis attenditur, ſecundum naturæ humanæ rõnẽ, & non ſecundum perſonalitatem: ratio autem naturæ humanæ eadem oĩno eſt in Chriſto, & alijs hominibus, quis pſonalitas ſit diuerſa. Et cum contra conceſſum defectũ realitatis pſonalis creatæ in Chriſto arguitur, quia ſequeretur q ſibi dimiſſæ humanitati aſſumptæ, oporteret nouam dari realitatẽ, rñdetur, q oporteret nouam realitatem adeſſe, ſed non de nouo per aliquam nouam actionem dari: ſola enim ſeparatio (ut auctor dicit) dat complemẽtum, ſublato impedimento illius perfectionis: ſicut ſublato impedimento graue deſcendit deorsũ. Iam. n. patet ex litera præſenti, q perſona diuina aſſumendo impedit naturam aſſumptam à propria perſonalitate.

C ¶ Ad tertium Scoti, negatur ſequela, nec probatio allata probat illam: quia conceſſo quod talis realitas, nec eſt natura, nec per identitatem continetur in natura, negatur ſequela, & dicitur q talis ex natura ſeparata à verbo, habetur: eſt. n. ſeparatio reductiua de potentia ad actum illorum, quæ coniunctio impediebat (ut patet in continuis) hmõi aũt realitatis cõtinetur in natura quaſi in potentia, pro quanto natura eſt terminabilis ex ſe tali realitate, non ut actu, ſed ut termino proprio.

¶ Ad quartum dicitur, quòd ſi eſt ſermo de potentia naturali, negatur ſequela, quæ non probatur: quia ſi humanitas non aſſumeretur, perſonaretur propria perſonalitate, non enim omne prius poteſt naturaliter fieri ſine poſteriori. Si uero ſit ſermo de potentia diuina, fateor nullam me uidere impoſſibilitatis rationem, quare non poſſit Deus naturam abſque oĩ perſonalitate conſeruare, cum actu tamen eſſendi miraculoſè conſequente abſque perſonalitate, quæ eſt proprium illius ſubiectum ſecundum naturæ ordinem, cui diuina non eſt alligata

D potentia. Et ſcito q ſicut de integritate, & perfectione, ac nõ defectu hominis in Chriſto eſt ſermo, intelligitur quo ad naturalia, ut diſtinguuntur contra perſonalia, teſtante etiam Athanaſio, Perfectus homo ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens, ubi expreſſè perfectionem hominis in Chriſto conſtare ex anima rationali, & humana carne poſuit: declaratum eſt autem perfecto nihil deeſſe. nihil ergo deeſſe perfecto homini Chriſto aſſeritur, ſi ex anima rationali, & humana carne conſtare dicitur, cum qua perfectione liquet ſtare defectum perſonalitatis, quicquid ſit illa: ita quando eſt ſermo de nouitate, aut acquiſitis ſeu acquiſibilibus per humanitatem aſſumptam, ſi ſibi dimitteretur, & dicitur nihil noui acquiri, aut aduenire, ſed per ſeipſam ſubſiſtere, intelligitur de his, quæ nõ ex ipſa ſeparatione conſequuntur. & q dimiſſa ſibi per ſeipſam dimiſſam ſubſiſteret, in quo includitur id, quod ex ſe-

E paratione datur, ſeu conſequitur in ipſa natura, negatio enim, & excluſio, & exceptio non cadunt ſuper concomitantibus ipſam ſeparationem, quæ ponitur. Conſtat autem ex dictis ab auctore, quòd ſeparatio dat totalitatem, ſeu complementum, quo, ſeu quo hypoſtaſis differt a natura, & quod natura aſſumpta impedita eſt à propria perſonalitate, quæ ad ipſam conſequeretur ſeparatam; quoniam ceſſaret unio: quæ impediuit. Et ſi ad has duas gloſas te reſolueris, perſpicies omnia ſoluta, clara, & conſona.

¶ Ad Aureoli primum, reſpondetur primo, quòd quicquid in natura plantatum eſt, aſſumpſit verbum, in natura, dicit Damaſ. non in perſona: verumtamen quia perſonalitas plãtata eſt in natura, ad quam ſequeretur, ſi nõ eſſet impedita per aſſumptionẽ dicitur ſecundo, quòd ly, quicquid, diſtribuit pro plantatis in natura, ita quòd conueniant ſibi, ut diſtinguitur contra perſonam. Et ſi contra hoc applicetur inſtantia, allata. ſ. terminus humanitatis eſt aliquid humanitatis, reſpõdetur quòd terminus ultimus, de quo ſolo eſt ſermo, ſit aliquid humani-

tatis, poteſt dupliciter intelligi. Primo, quòd ita ſit aliquid humanitatis diſtinctæ contra perſonam, quod conueniat ſibi abſque perſonalitate, & ſic negatur: quia implicat duo contradictoria ſimul, quoniam eſt conſtitutiuus perſonalitatis. Alio modo, quòd ſit aliquid humanitatis totaliter completæ, & hoc eſt uerum, quia eſt terminus, & ultra hoc eſt aliquid in potentia ipſius humanitatis, quæ ſecundum ſe eſt terminabilis termino proprio.

assumptæ nō deeſt propria pſonalitas pp defectū alicuius, qđ ad perfectionē humanæ naturæ pertineat: ſed propter additionem alicuius, quod eſt ſupra humanam naturam, quod eſt unio ad diuinam perſonam.

AD III dicēdm, quòd conſum-

¶Ad ſecundum negatur, proprie loquendo, prima ſequela: quoniam huiuſmodi entitates, & realitates cōſtitutiuæ non ſunt ipſa entia, quæ ſunt, ſed ſunt, quibus aliqua ſunt: hoc.n. modo actus eſſendi, & uniuerſaliter conſtitutiua entium entia dr̄. Vnde ſecunda ſequela nihil valet, nec habetur 7. Metaphy. Ad confirmationem negatur illa conditionalis, ſi diſtinguuntur realiter, poſſunt ſeparari, & ſeparatim aſſumi: quoniam non omnia diſtincta realiter ſunt ſeparabilia, ſaluis utriſque.

¶Ad tertiū negatur ſequela multorū inconuenientium, & ad primum inconueniens negatur ſequela: probatio autem, & aſſumit falſum, & eſt pro nobis. Aſſumit quidem falſum, dicendo, quòd uerbum non eſt terminatio: quoniam uerbum eſt ſua perſonalitas, quæ eſt ultima terminatio naturæ diuinæ, ſicut pſonalitas humana eſt terminatio naturæ humanæ, ſalua ſemper differentia, quæ ſubintelligitur inter diuina, & creata. Eſt autem pro nobis: quia ex hoc quòd uerbum eſt terminatio ſubſiſtens, ſequitur quòd poteſt ſupplere uices terminationis creatæ, quæ non eſt ſuū terminatum, utpote præhabens quicquid eſt in huiuſmodi creatis terminationibus. Ad ſecundum inconueniens ſimiliter negatur ſequela, nec probatur per hoc, quia terminatio illa nō eſt hō, quia non oportet, quòd terminatio illa ſit homo: ſed quòd con
H ſtitutū per terminationem illam ſit homo, quod eſt uerum: quia perſona humana, quæ conſtituitur illa terminatione, eſt homo. Et patet nullitas huiuſmodi arguendi ex differentijs, ex hoc enim quòd rationalitas non eſt animal, non ſequitur, ergo conſtitutum per rationalitatem, non eſt animal. Ad tertium inconueniens negatur ſimiliter ſequela: quoniam in angelis etſi non diſtinguatur natura ab hac natura (quoniam ſeipſa eſt hæc, & hoc intendit Philoſophus) diſtinguitur tamen natura à perſona, de qua diſtinctione, uel indiſtinctione Philoſophus nihil dixit. Philoſophus enim indiſtinctè utitur nomine indiuidui, & hypoſtaſis, & ſolum pertractat de diſtinctione quidditatis, & eius, cuius eſt, ſecundum principia naturæ, & indiuiduationis. Nec mirum, cum etiam auctor in 1. par. q. 3. ita indiſtinctè, & tractet, & decidat quæſtionem de diſtinctione naturæ, & ſuppoſiti: puto autem in cauſa fuiſſe, quòd uſque hodie non fuiſſent excitata ingenia humana ad perſcrutandas
I ſubtilitates inter perſonam, & indiuiduam naturam, niſi myſterium Trinitatis, & incarnationis reuelatum ad hoc inuitaſſet. Ad quartum dicitur, exponendo ſenſum propoſitionis, ſubſtantia prima eſt prima ſubſtantia per eſſentiam, quoniam poteſt dupliciter intelligi, primo per eſſentiam completam, & ſic eſt ueriſſima, & ſequitur expoſitionem noſtram: alio modo, per eſſentiam abſque termino proprio, & ſic eſt falſa, quia non ſufficit ad rationem primæ ſubſtantiæ eſſe ſine termino: Nec eſt uerum, quòd prima ſubſtantia non ſit ſubſtantia inquantū prima, ſicut non eſt uerum, quod homo, inquantum homo, nō eſt animal, quamuis nec rationalitas ſit animal, nec perſonalitas ſit ipſa ſubſtantia. Ad quintum negatur ſequela quoniā ſubſtantia dicit ſubſiſtere per ſe: quia per ſuam eſſentiam cōpletam, ſeu terminatam ſubſiſtit: ſed uerum eſt, quod ſequitur, quòd ſubſtantia interminata, ſeu incompleta nō per ſe ſubſiſtat, ſed oportet quòd ſit terminata proprio termino. Nec ſubſiſtere p
K proprium terminum diſtinguitur contra ſubſiſtere per ſe, quoniam proprius terminus aliquid ſui eſt (ſicut lineam terminari per ſe) quoniam non ſic eſt aliud terminus proprius, quin ſit aliquid terminati: corpus enim de genere quantitatis non eſt aliter terminabile, quàm per ſuperficiem propriam. Ad ſextum negatur ſequela, & probatio aſſumit falſum: quoniam terminatum non ſubſtat termino: aliud eſt enim ſubeſſe alicui, & aliud terminari per illud: natura autem terminatur per perſonalitatem, ſicut linea terminatur puncto. Ad ſeptimum negatur, propriè loquendo, ſequela: quoniam terminus non componit cum terminato: ſed bene ſequitur, quòd ultra ſubſtantiam pro eſſentia, quæ reſoluitur in materiam, & formam, & ponit ſubſtantiam compoſitam etiam ſingularem, inuenitur aliter ſubſtantia pro hypoſtaſi ſimplex, uel cōpoſita, quæ quia nihil addit ſupra ſingularem eſſentiam terminum, non ponit in numerum cum illa, & ſuis partibus. Et hanc diſtin-

F ctionem iam accepimus ab Ariſtotele in 5. Metaphyſic.

¶Reſtat nunc ſatiſfacere obiectioni in oppoſitum in principio allatæ ex uerbis auctoris in reſponſione ad ſecundum eiuſdem articuli, & dicendum eſt, quòd ſi ſubtiliter inſpiciantur, litera ſupponit defectum propriæ perſonalitatis in humanitate aſſumpta; Et cauſam reddit nō defectum alicuius (quòd pertinet ad perfectionem naturæ, ut diſtinguitur contra perſonam) ſed additionem alicuius, quod eſt ſupra naturam, ſcilicet perſonalitatis diuinæ: Vbi clare patet ſecundum planum literæ ſenſum, quòd defectus perſonalitatis ſupponitur, & cauſa illius defectus redditur, & non dicitur ſimpliciter nihil deficere, ſed nihil deficere
G ſpectans ad perfectionem naturæ, cuius oppoſitum non diximus: ſed hoc expoſuimus ex ipſomet, quòd intelligitur de natura, ut diſtinguitur contra hypoſtaſim; ut clarius etiam patet hic in reſponſione ad tertium, cum dicitur quòd natura, quæ aſſumitur impeditur à propria perſonalitate: aliquid ergo illi deficit non pertinens ad perfectionem naturæ, ſed ad perſonā, quæ impeditur.

¶In eodem articulo in reſponſione ad tertium, circa illud, perſona diuina ſua unione impedit, ne humana natura propriam perſonalitatem haberet, dubium primo occurrit, An humana natura in Chriſto inclinetur ad propriam perſonalitatē. Et eſt ratio dubij: quia quod inclinetur, apparet ex hoc, quòd impeditur ab illa: nihil enim impeditur niſi ab eo, in quod tēdit: quòd uero non inclinetur apparet ex hoc: quia ſi inclinaretur naturaliter in propriam perſonalitatem, quieſceret uiolenter in aliena perſona, qualis eſt perſona diuina, nullum au-
H tem uiolentum perpetuum.

¶Dubium ſecundo occurrit, quo pacto uerificatur, quòd perſona diuina impedierit naturam humanam à propria perſonalitate, obſcurum quippe ualde eſt: quia non apparet quomodo perſonalitas humana nata eſt conſequi ad naturam humanā, aut fluere ab illa, cum non ponatur in natura humana cauſalitas aliqua reſpectu perſonalitatis.

¶Ad primum dubium dicunt quidam quòd humanitas Chriſti habet naturalem inclinationem ad propriam perſonam, probantque hoc quadrupliciter. Primo, quia natura carens aliquo ſibi debito, ſolo diuino miraculo, naturaliter inclinatur in illud: ſicut ignis carens actu comburendi pueros, Dan. 3 naturaliter inclinabatur ad comburēdum. Secundo, quia humanitas Chriſti eſt eiuſdem conditionis quātum ad naturales potētias, & habilitates, cum ceteris humanitatibus: ſed reliquæ naturaliter inclinātur in proprias hypoſtaſes ergo. Tertio, quia ſicut
I accidens quantumcumque ſeparatum habet ſemper aptitudinem naturalem ad inhærendum, ita eſſentia ſubſtantiæ habet ſemper aptitudinem naturalem ad per ſe exiſtēdum. Et tenet ſequela: quia ſic definitur ſubſtantia quod eſt res per ſe exiſtēs. Quartò, quia magis inſeparabiliter, & per ſe conſequitur naturam ſubſtantiæ propria ſuppoſitatio, qua non poteſt niſi miraculoſe carere, quàm potentiam naturalem, puta intellectū, proprius actus: ſed potētia naturalis quantumcumque careat actu, ſemper naturaliter inclinatur in actum ergo. Sed hæc opinio intellecta, ut ſonat, falſa eſt, & aliter dicendum eſt, diſtinguendo, quòd humanitas Chriſti poteſt conſiderari, & iudicari dupliciter: primo ſecundum ſe, hoc eſt abſtrahendo à perſonalitate diuina, cui actu iuncta eſt, & ſic uerum eſt, quod debet naturalem inclinationem ad propriam perſonalitatem, ſicut reliquæ humanitates ſecundum ſe ſumptæ, cum ſint eiuſdem rōnis. Et hinc prouenit quod ſi ſepararetur à uerbo, quòd propriam perſonalitatem haberet: quoniam ipſa ſeparatio in re confer-
K ret id, quod ſibi in abſtractione cōſideratæ natum eſt conuenire. Nec eſt opus probare, quòd humanitas ſecundum ſe naturaliter inclinatur ad propriam perſonalitatem: quoniam hoc eſt per ſe notum ex eo, quòd naturaliter quælibet humanitas inuenitur propria perſonalitate perſona, excepta Chriſti humanitate ex maximo miraculo. Conſtat autem ex 2. phy. quòd unūquodque ſicut naturaliter agitur, ita aptum natum eſt agi. Et ex hac concluſione per ſe nota. ſ. humanitas quælibet ſecundum ſe inclinatur naturaliter in propriam perſonalitatem, potes arguere, quòd perſonalitas non ſolam negationem, ſed poſitiuū addat naturæ, ad quod concomitatur negatio: quoniam nulla naturalis habilitas eſt per ſe primo ad negationem, ſed ad poſitiuum, cui quandoque annectitur negatio: quia naturalis inclinatio eſt per ſe primo ad aliquid, & non ad nihil formaliter: negatio autem nihil formaliter eſt. Nec eſt uera reſponſio eorū ad hoc, dicendo quòd corpora naturalia, quia naturaliter poſ-

> prio ibi ñ importat deſtructionẽ alicuius, qđ prius fuerat, ſed impeditionẽ eius, qđ aliter eſſe poſſet. Si.n. humana natura non eſſet aſſumpta a diuina pſona, natura humana propriã pſonalitatẽ haberet, & pro tãto dr̃ pſona conſumpſiſſe pſonã, licet improprie: qa perſona diuina ſua unione impediuit, ne humana natura propriam perſonalitatem haberet.

ſunt non eſſe, habent inclinationẽ ad non eſſe, & ꝙ aer ex ſua diaphaneitate eſt naturaliter habilis, vt ſit tenebroſus: quia corpora naturalia id poſſunt non eſſe, quia materia eorũ appetit per ſe primo aliud eſſe, cui annexa eſt negatio præſentis corporis, & ſimiliter diaphaneitas eſt per ſe primo ad lumen, cum lumen ſit actus diaphani, & nõ eſt ad negationem luminis niſi per accidens: q̃a.ſ. deeſt illi ꝓ optia perfectio.ſ.lumẽ. Nihil aũt horum põt dici de habilitate naturæ ad perſonalitatẽ propriam, ſi poneret negatio: quia per ſe primo ponit ad negationem, cum ad nihil aliud ſit, q̃ ad negationem, quæ ponitur perſonalitas. Alio autem modo conſideratur, & iudicatur humanitas Chriſti, vt eſt, hoc eſt, ut de facto eſt unita perſonæ diuinæ: & ſic iudicanda eſt ſm id, quod ſortita eſt ex unione ad diuinam perſonam. Et ſic dicendum eſt, ꝙ non inclinatur ad propriam perſonalitatem habendam, quia regulare eſt, vt potentia naturalis ad aliquid, ſi perficiatur per aliud perfectius ſic, ꝙ contineat quicqđ eſt in illo, ad quod naturaliter inclinatur, non inclinetur amplius in illud, utpote iam ſatiato appetitu ſuo naturali ex perfectiori continente etiam illud, ad quod naturaliter tendebat. neque enim minus eſt ſatiatus appetitus ex acquiſitione illius perfectioris, quàm ſi eſſet ſatiatus ex acquiſitione illius imperfectioris, ad quod tendebat: ſed ſi acquiſiuiſſet illud imperfectum, iam ſuiſſet expletus appetitus ne amplius appeteret, ſed quieſceret in illo, abſque alterius appetitu. ergo ſi ponitur quòd acquiſierit id, in quo continetur quicquid in alio eſt, quieſcet in illo abſque alterius appetitu. Sic autem eſt in propoſito, utendo potentia, & actu, prout locum habere poſſunt inter terminabile, & terminatiuũ, quoniam perſona diuina continet excellenter in ſe etiam in terminando, quicquid habet perſonalitas creata, cum ſit infinita, & in eſſendo, & in terminando. Et propterea humanitas Chriſti aſſumpta ad perſonalitatẽ diuinam, totum appetitum perſonalitatis pluſquàm ſatiatum, ac conſumatum habet, & conſequenter quieſcit abſque appetitu quocumque alterius perſonalitatis: ſicut ſi materia alicuius generabilis haberet unam formam continentem quicquid in qualibet forma generabilium eſſe poteſt, quieſceret in illa, ita quòd nullam aliam appeteret, quamuis ſecundum ſe, hoc eſt abſtrahendo ab illa forma conſiderata, naturaliter inclinaretur ad propriam formam generalem. Et quoniam humanitas Chriſti differenter conſideratur in aſſumptione, & iam aſſumpta, quia in aſſumptione conſideratur ſecundum ſe: quia quod aſſumitur, præintelligitur aſſumptioni, iam autem aſſumpta iudicatur, ſecundum quòd eſt unita perſonæ diuinæ, ideo caute loquendo, dicendum eſt, quod perſona diuina impediuit naturam humanam a propria perſonalitate, & non eſt dicendum, quod perſona diuina impedit humanitatem a propria perſonalitate. Per impedimentum enim in præterito denotatur naturalis inclinatio humanitatis, ſecundum ſe: per negationem autem impedimenti in præſenti, denotatur conſumatio omnis appetitus perſonalitatis in illa natura. propterea patet, quòd impeditio præterita, quia annexa eſt actioni conſummatiuæ excellentius illius appetitus, non inducit violentiam in actione, aut paſſione, aut quiete ſequente, cum etiam paſſiuum conferatur in obedientia huiuſmodi actioni, quàm ſignificat aſſumptio, & propterea in litera dicitur in præterito, quòd impediuit, & non dicitur quòd impedit.

¶Ad rationes autem alterius opinionis reſpondendo dicitur, quòd magni refert loqui de humanitate ſolummodo ſuſpenſa per diuinam potentiam a ſua perſonalitate (ut ſi Deus humanitatem aliquam ſine ulla perſonalitate faceret) & loqui de humanitate terminata per perſonalitatem diuinam, & carentem propria natura: de humanitate primo modo, uerum eſt, quòd naturaliter inclinatur ad ſuam perſonalitatem, & hoc tantum probat argumentum loquens tantum de carente ſibi debito per diuinum miraculum: de humanitate uero ſecundo modo, falſum eſt quòd inclinetur in propriam perſonalitatem: quia appetitus eius quieſcit in perſonalitate diuina. Et quia huiuſmodi humanitas non eſt tantum carens propria perſonalitate, ſed terminata, ac ſatiata aliena, tale idem argumentum non habet in ea locum.

¶Ad ſecundum dicitur, ꝙ humanitas Chriſti quo ad naturales potentias, & habilitates humanæ naturæ ſecundum ſe, eſt eiuſdem rationis cum alijs. ſed quo ad terminationem, & ſatietatem ſuæ perſonalitatis, eſt alterius rationis ab alijs: quia ter-

A minatur, & ſatiatur aliena diuinaque perſonalitate: perſonæ reliquæ pro prijs perſonalitatibus terminantur, & ſatiantur.

¶Ad tertium dr̃ ꝙ æquiuocat de per ſe eſſe: quia eſſe per ſe dupliciter ſumitur, ſ. ut diſtinguitur contra eſſe in alio, ut accidẽs eſt in ſubiecto, & de tali uerum eſt, ꝙ ita ſe habet ad ſubſtantiã ſicut in eſſe ad accidens. alio mõ ſumitur, ut diſtinguitur contra eſſe in alio ut in qđ. & ſic non definit ſubſtantiam, nec conuenit ſubſtantiæ, niſi ratione hypoſtaſis, cui per ſe primo cõuenit. Et ideo

B non eſt mirum ſi humanitas Chriſti ex unione ad diuinam perſonam conſumatum habens appetitum perſonalitatis, nec actu, nec aptitudine naturali, niſi cum iſta adiectione, ſecundum ſe, inclinatur ad propriam perſonalitatem: patet enim, iam non eſſe ſimile de ipſa & de accidente ſeparato: ſed eſſe ſimile de humanitate ſuſpenſa ab omni perſonalitate, ſi ſuſpendi intelligatur per miraculum, aut per conditionalem.

¶Ad quartum dr̃ ſicut ad primum, ꝙ aliud eſt loqui de inclinatione naturali priuata, uel carente actu, uel termino, & aliud de eadem conſumata per actum, uel terminum eminenter continentem actum, uel terminum proprium, & ideo priuata, uel carente proprio termino, uel actu: quia in prima ſemper reſtat naturalis aptitudo ad proprium, in ſecunda non, propter rationem dictam. Et ideo ſi intellectus poneretur conſumari actu aliquo ſuper naturali eminenter continente actum proprium, non inclinaretur amplius in proprium.

C ¶Ad ſecundum dubium dr̃, ꝙ ut Auctor ſuperius dixit in q. 2. art. 1. ad ſecundam, ex anima, & corpore conſtituitur in unoquoque noſtrum duplex unitas, naturæ ſcilicet, & perſonæ, naturæ quidem, ſecundum quod ex materia, & forma, ut formaliter illam perficit, componitur natura una compoſita: perſonæ uero, inquantum eſt unus aliquis ſubſiſtens in carne, & anima. Vbi primo uide, ꝙ quia ens, & unum conuertuntur, ac per hoc ubi eſt duplex unitas, ibi eſt duplex entitas, quum unitas ſupra entitatem, ſolam indiuiſionem addat, & propterea dicendo, quòd ex anima, & corpore conſtituitur duplex unitas, naturæ, & perſonæ, dictum eſt ꝙ conſtituitur duplex entitas, naturæ, ſ. & perſonæ. Et hinc habes, ꝙ opinio ante dicta de perſonalitate, conſonat doctrinæ Auctoris. Vide ſecundo, ꝙ unitas, ac entitas perſonæ non excluditur a cauſalitate naturæ, dũ dr̃, ꝙ ex principijs naturæ conſtituitur ex aīa, & corpore. Et ideo utendum occurrit regula cõium Deo, & creaturis, puta eſſe ſa-

D pientiæ, ſcientiæ, & hmõi, quæ dicimus transferri in Deum formaliter, ſublato eo, ꝙ imperfectionis eſt in creaturis, ita ꝙ licet in creaturis perſonare, & perſonari nõ nihil cauſalitatis habeat annexũ, formaliter tñ (ut ſuperius de eo cõter diximus) ſine cauſalitate comparatum ad naturam, ſublato oĩ eo, quod imperfectionis eſt, ut in diuinis inuenitur, nullam cauſalitatem includit. & ſic intelligenter in myſterio incarnationis, quod ſcĩt nullam cauſalitatem dictum eſt eſſe inter perſonam, & naturã humanã, alioquin cõia eſſet toti Trinitati. Verumtñ natura ſeu naturæ principia non ita cauſant perſonalitatem, ut interueniat media actio: ſed per modum naturalis ſequelæ perſonalitas adeſt naturæ, non ſicut propria paſſio naturaliter conſequit̃ ſubiectum iã conſtitutum: quoniam non ea rõe perſonalitas adeſt, quaſi quod data forma, detur conſequentia ad formam: ſed ſicut perfectio, ſeu complementum effectus, naturaliter ſequit̃ effectum, cuius eſt complementum: natura ſiquidem ut prior

E cauſalitate, incompleta eſt quo ad ultimum ſui complementum, ut Auctor dixit, & ut perſonatur, ultimum complementum aſſequitur. Quo fit, ut actio, qua fit hic homo, inchoata, & deducta uſq; ad terminum incluſiue ſit, quando fit natura perſonata, quam ſignificat hic homo ſeu Sortes: quando uero fit, aut conſideratur, ut inchoata, & deducta eſt uſque ad naturam hanc, abſtrahendo a perſonatione, inconſumata eſt, quũ eſt uſq; ad terminum excluſiue. Motus ergo quo, perſonalitas ſequitur naturam, uel naturę principia, eſt quo terminus actionis, & rei factæ, naturaliter adeſt in fine actionis rei factæ, niſi adſit impedimentum. impediuntur enim in compoſitis ſubſtã eius principia naturę, conſtituta iam natura a conſecutione ſui termini, ut ex litera habetur præſentis articuli iuncta literæ allatæ ex q. 2. & ſimiliter in ſubſtantijs angelicis natura ipſa, quę ſit, impeditur in ſuo fieri a conſecutione ſui termini. Et propterea ſublato impedimento non oportet quærere aliam cauſam donantem complementum: quoniam ipſa natura ſecundum ſe habet in ſe ſufficiens conſecutiuum ſui termini.

SVPER QVAEST. IIII. ARTIC. III.

Medina ar. 3.

Titulus tertij articuli directe quærit de homine, ut diſtinguitur contra naturam humanam.

¶ In corpore articuli duo ſunt: primo ſidetur quæſito negatiue. ſecundo excludit error contrarius. Cōcluſio reſpōſiua eſt, Nō eſt proprie dictū, q filius dei aſſumpſit hoiem. Probat: Hō ſignificat humanam naturam in ſuppoſito. ergo non eſt proprie dictum, q filius Dei aſſumpſit hominem. Añs probatur ex authoritate Damaſce. Sicut Deus ſignificat eum, qui habet deitatem, ita hō eū, qui habet humanitatē. Conſequentia probatur, illud quod aſſumitur, non eſt terminus aſſumptionis, ſed præintelligit illi: indiuiduū aūt, in quo natura humana aſſumit eſt terminus, ſ. diuina perſona: igit ſi hō ſignificat humanā naturā in ſuppoſito, nō aſſumitur. Vbi nota, q congenita Auctori reuerentia ad ſacros doctores effecit, vt minus expreſſerit in concluſione, q̄ probauerit in præmiſſis: probauit. n. q filius non aſſumpſit hoiem, expreſſit tm̄, q non eſt proprie dictum, quod filius Dei aſſumpſit hoiem: q̄a hoc inuenitur q̄nq; affirmatū in ſacris literis, cū grano ſalis intelligendū. Error, qui excluditur in litera, concedentium in Chriſto plura ſuppoſita, ſati. patet.

¶ In reſpōſione ad primū nota duas gloſas quibus pie poſſunt exponi dicta ſanctorū. prima, vt exponatur hō, quo ad naturā, & hanc dederat Magiſter ſent. diſt. 6. Secunda eſt, vt exponatur aſſumptio nō in fieri, ſed in facto eſſe: q̄a aſſumptio in facto eſſe habet hoiem pro termino: q̄a hoc eſſe et aſſumptio, & ad terminata eſt, q filius Dei eſt homo.

¶ In reſpōſione ad ſm̄, dubiū nouiſſimū occurrit: quia vr̄ concedendum, q filius Dei aſſumpſit hominem, quia prædicata tenentur formaliter, conſtat autem q filius Dei aſſumpſit hominem, quo ad formam, ſeu naturam.

¶ Ad hoc di, q non eſt hic quæſtio de propoſitione, in qua homo eſt prædicatum, quoniam ſub hac met quæſtione cadit, an homo ſit aſſumptus a filio Dei: vbi eſt ſubiectum: ſed eſt quæſtio de re, an ſ. res ſignificata nomine hominis ſit aſſumpta a verbo Dei. Et quia res ſignificata eſt habens humanitatem, & habens humanitatem non eſt niſi ſuppoſitum, quod non eſt aſſumptum, ideo in litera dicitur, q ſicut non poteſt dici ſuppoſitum aſſumptum, ita non poteſt dici homo aſſumptus.

¶ In reſponſione ad tertium, cum legis, nouiter, q filius Dei eſt hō, cuius naturam aſſumpſit, caue ne fallaris, puta, quaſi ſit quidam alias homo, cuius naturam aſſumpſit. Sed intellige, q filius Dei ipſe eſt homo, cuius naturam aſſumpſit, quia ipſe eſt ille hō, cuius naturam aſſumpſit, ita q, & ly hō, non pro alio, q̄ filio Dei ſupponit, indiſtincte tamen, & ly cuius refert non alium hominem, quàm filium Dei, qui eſt ſuppoſitum diuinum habens humanam naturam.

Perr. 24 | 3. d. 5. q. 1. art. 2. & di. 7. lib. 2. & opuſc. 1. c. 21. & opuſc. 3. c. 215. & Ro. 1. lec. 3 & Phil. 2. | * gl. ord. & interlinea. | † c. 11. ante med. to. 3. | * Ex Epheſina ſynodo refert in Chalcedonenſi actione 3. dū Nicenæ ſynodi fides legitur. | * Ar. præc. | † q. 3. ar. 1. & 2. | * li. 3. c. 4. ſ prin. & clatius c. 11. circa finē. | *Concil. m*

ARTICVLVS III.

Vtrum perſona diuina aſſumpſerit hominem.

AD TERTIVM ſic proceditur. Vr̄ q perſona diuina aſſumpſerit hoiem. Dr̄. n. in Pſ. 64. Beatus, quē elegiſti, & aſſumpſiſti. quod glo.*[h] exponit de Chriſto. Et Aug. 1. dicit 2. li. † de Agone Chriſtiano, q filius Dei hominem aſſumpſit, & in illo humana perpeſſus eſt.

¶ 2 Præt. Hoc nomen hō, ſignificat[h] naturā humanā: ſed filius Dei aſſumpſit humanā naturā. ergo aſſumpſit hominem.

¶ 3 Præ. Filius Dei eſt hō: ſed nō eſt hō, quē non aſſumpſit: quia ſic eſſet pari ratione Petrus, vel quilibet alius homo. ergo eſt homo,[h] quem aſſumpſit.

H SED CONTRA eſt, authoritas Felicis Papæ, & martyris, q̄ introducitur in Epheſina ſynodo.* Credimus in dn̄m noſtrū Ieſum Chriſtum de uirgine Maria natū: q̄a, ipſe eſt Dei ſempiternus filius, & verbum, & non hō a Deo aſſumptus, vt alter ſit præter ipſum.

RESP. Dcd̄m, q ſicut ſupra dictum eſt,* illud quod aſſumitur, non eſt terminus aſſumptionis, ſed aſſumptioni præintelligit. Dictum eſt aūt,† q indiuiduum, in quo aſſumit humana natura, non eſt aliud q̄ diuina perſona, q̄ eſt terminus aſſumptionis. Hoc aūt nomen hō, ſignificat humanā naturam, prout nata eſt in ſuppoſito eſſe: q̄a, vt dicit Dam.* Sicut hoc nomen Deus ſignificat eū, q habet diuinā naturā, ita hoc nomen hō ſignificat eū, qui habet naturā humanam; & ideo[m] non eſt proprie dictum, q filius Dei aſſumpſit hoiem, ſupponēdo (ſicut rei ueritas ſe habet) q in Chriſto ſit tm̄ unum ſuppoſitū, & vna hypoſtaſis,[n] ſed ſm̄ illos, q̄ ponunt in Chriſto duas[d] hypoſtaſes, vel duo ſuppoſita, conuenienter, & proprie dici poſſet; q filius Dei hoiem aſſumpſiſſet. Vn̄, & prima opinio, q̄ ponitur in ſexta diſt. tertii lib.* Sententiarum, concedit hoiem eſſe aſſumptū: ſed illa opinio erronea eſt, ut ſupra dictum eſt.†

G

AD PRIMVM ergo dcd̄m, q hmōi locutiones non ſunt extendendæ tanquam propriæ: ſed pie ſunt exponendæ vbicūque a ſacris doctoribus ponuntur: ut dicamus hoiem aſſumptum, q̄a eius natura eſt aſſumpta; & q̄a aſſumptio terminata eſt ad hoc, ut filius Dei ſit hō.

AD II dcd̄m, q hoc nomen hō, ſignificat naturam humanā in concreto, prout ſ. eſt in aliquo ſuppoſito: & iō ſicut nō poſſumus dicere, quòd ſuppoſitum ſit aſſumptum, ita non poſſumus dicere, quòd homo ſit aſſumptus.

I AD III dcd̄m, quòd filius Dei non eſt hō, quē aſſumſit, ſed cuius naturam aſſumpſit.

D. 706. | * Diſt. 6.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum filius Dei debuerit aſſumere humanam naturam abſtractam ab omnibus indiuiduis.

AD QVARTVM ſic pcedi tur. Vr̄ quòd filius Dei debuerit aſſumere humanā naturā abſtractā ab oibus indiuiduis. Aſſumptio. n. humanę naturæ facta eſt cōem oium hominem ſalutem: vnde dicitur K prima ad Timo. 4. de Chriſto, quòd eſt ſaluator omnium ho

SVP. QVAST. V. ART. IIII.

Cap. 3. A. 5. q. 3. ar. 1. Medina ar. 4.

IN titulo, ly debuit, denotat debitum congruentiæ, ut in principio huius quę. 4. vbi diſtinguuntur articuli eius patet. Ly abſtracta, in corpore articuli declaratur.

¶ In corpore articuli tria ſunt: primo declaratur titulus, quā tum ad ly abſtracta a ſingularibus, diſtinguendo, quod dupliciter poteſt intelligi. Primo quòd habeat eſſe ſecundum rem ſeparatum a ſingularibus materialibus: ſecundo, quòd habeat eſſe obiectiuum in intellectu, quicumque ſit ille intellectus, diuinus, uel humanus. Secundo, tractatur queſtio in primo ſenſu. Tertio, tractatur in ſecundo ſenſu. In primo autem ſenſu, an fuerit conueniens filium Dei aſſumere humanitatem per ſe ſeparatam ſecundum eſſe, dupliciter tractatur in litera: primo per interemptionē eius, quod præſupponitur, ſ. quòd humanitas poſſit ſic inueniri in rerū natura, & hoc afferendo rationem Ariſt. Secundo, ſub conditionali, ſi eſſet humanitas ſic ſeparata, tādem negatiue ad q̄onem, q ſi ſic eſſet ſic, non fuiſſet conueniens, q aſſumeretur a filio Dei. Et hoc probatur tripliciter: primo, quia humanitas cōis non eſt perſonabilis, quia non eſt indiuiduabilis: perſona enim indiuiduum quoddam eſt, aſſumptio autem ad perſonalem unionem terminatur.

¶ Vbi ſtatim occurrit dubium de veritate illius propoſitionis: eſt contra rationem formæ cōis, ut ſit in perſona. Et ratio dubii eſt, quia ſi humanitas eſſet ſubſiſtens (vt Platonici dicuntur finxiſſe) non eſſet excellentior aliis ſubſtantiis ſeparatis, quales ſunt angeli: ſed non eſt contra rationem angelicæ naturæ eſt in perſona, immo de facto natura angelica eſt perſonata. ergo non eſſet contra rationem humanitatis ſeparatæ perſonari.

* q. 2. ar. 6. | Perr. 30 | Sop. q. 2. ar. tic. 2. ad 3. & 3. ad 1. & q. 4. ar. 2 ad 1. & 3. c. & 3. diſt. 3. q. 3. art. 3. ar. 1. & di. 6. q. 1. ar. 1 q. 3. ad. 1.

perſonari. Amplius aliud eſt iudicium de natura communi in exemplari participatione, ſingulari tamē in eſſendo (qualis eſſet humanitas per ſe) & aliud eſt iudicium de natura communi in eſſendo, qualis intelligitur natura humana, ut eſt uniuerſalis in prædicando de omnibus hominibus, qualis non eſſet humanitas per ſe: cōtra rationem. enim naturæ communis in eſſendo eſt indiuiduatio: non autem naturæ communis in participatione exemplari: humanitas autem per ſe non ponitur communis in eſſendo. Et confirmatur quia humanitas ſubſiſtens procul dubio eſſet res ſingularis in eſſendo: alioquin nō ſubſiſteret, ſicut nec deitas ſubſiſteret, niſi eſſet res ſingularis.

* Vt patet ex Ariſt. 1. Met. tex. 6 & 25.

¶ Ad hoc dicitur, quòd quia ratio iſta non affertur ad mōſtrandā impoſſibilitatē aſſumptionis, ſed incōgruentiā, ideo propoſitiones eius intelligendæ ſūt in plano ſenſu: quo ſeclusa æquiuocatione terminorum, ſ. ly perſona hominis, & ly indiuiduum hominis, monſtrat aperte incongruentiam humanitatis ſeparatæ ad aſſumptionem. Eſt igitur ſenſus illius propoſitionis, Contra rationem naturæ communis eſt, quòd ſit in perſona, ſ. humana, ut ſunt perſonæ humanæ, quas ſcimus. Et hoc manifeſtat, quia in perſona indiuiduatur, relinquens pro per ſe noto, quòd contra rationem talis humanitatis eſt indiuiduari. quod eſt uerum uniuoce loquendo de indiuiduatione, ut natura apud nos indiuiduatur. Ex hac namque propoſitione, & ratione optime infertur, quòd humanitas per ſe incongrua eſt aſſumptioni: natura enim repugnās perſonis, & indiuiduis ſuæ ſpeciei, non congrua eſt ad hoc, quod trahatur ad alienam perſonam. Et per hæc patet reſponſio ad duo ultima.

* Ar. præc.

† Ar. præc.

* li. 3. orth. fi. c. 11. circa prin.

¶ Ad primum autē dicitur, quòd ſi humanitas eſſet ſeparata, ſequeretur, & quòd non eſſet perſona: quia ponitur quòd ſit tantum humanitas; equinitas enim, ut dicit Auic. eſt tantùm equinitas, & ideo propoſitio literæ eſt abſolute uera, quòd contra rationem naturæ communis eſſet perſonalitas, non ſic autem eſt de naturis angelicis, quæ non ponuntur tantum ipſæ, ſed ponuntur habentes naturas ſuas, & ſequeretur, quòd haberet perſonam, pro quanto per ſe ſeparatum ſubſiſteret naturaliter: nec mirum, quia antecedens implicat incompoſſibilia. Secunda rō eſt, quia naturæ communi nō poſſunt attribui, niſi operationes communes, & uniuerſales, ſecundum quas homo non meretur nec demeretur, aſſumptio autem facta eſt ad hoc, ut ille homo mereretur nobis.

¶ Sed occurrūt hic dubitationes duæ. Altera eſt, quia aut in prima parte propoſitionis maioris eſt ſermo de operatione cōi, & uniuerſali ex parte obiecti & hoc non, quia hoc eſt contra hypotheſim, quia ponimus naturam communem per ſe exiſtere, ac per hoc eſſe ſingulare quoddam in eſſendo, & conſequenter operatio ſua ex parte ſubiecti eſſet ſingularis: aut ex parte termini ſeu effectus, puta quia extendit ſe ad omnes homines. Et ſic ratio eſt ad oppoſitum, quia Chriſtus meruit nobis, ut cauſa uniuerſalis, ut infra patebit, ac per hoc congruebat eius merito natura humana operans communiter, & uniuerſaliter. Altera eſt, quia ſecunda pars dictæ propoſitionis eſt falſa, quoniam hō meretur ſi eſt in gratia, ſecundum omnes ſuas operationes, ſiue ſint communes, ſiue propriæ quoniam ſiue comedat, ſiue bibat, ſiue generet, ſiue dormiat, omnia in gloriam Dei facit, iuxta Apoſtolicum præceptum.

minum, maxime fideliū: ſed natura prout eſt in indiuiduis, recedit à ſua cōitate. ergo filius Dei debuit humanā naturā aſſumere, prout eſt ab omnibus indiuiduis abſtracta.

¶ 2 Præ. In omnib. id, qđ eſt nobiliſſimū, eſt Deo attribuendū: ſed in unoquoq; genere illud, qđ eſt per ſe, potiſſimum eſt. ergo filius Dei debuit aſſumere hoiem p ſe, q quidem ſm platonicos eſt humanā natura ab indiuiduis ſeparata. Hanc igitur debuit filius Dei aſſumere.

¶ 3 Præt. Humana natura nō eſt aſſumpta à filio Dei prout ſignificatur in cōcreto p hoc nomen hō, ut dictum eſt. ſic aūt ſignificatur, prout eſt in ſingularibus, ut ex dictis patet. ergo filius Dei aſſumpſit nām humanā, prout ē ab indiuiduis ſeparata.

Sed contra ē, q dicit Dā. *in 3. li. Deus uerbū incarnatū nō eam, quæ nuda contēplatione conſideratur, naturam aſſūpſit: non. n. incarnatio, hoc, ſed deceptio; & fictio incarnationis eſſet: ſed humanam naturā, prout eſt ab indiuiduis ſeparata, uel abſtracta, in nudā cōtemplatione cogitat: quia ſm ſeipſam nō ſubſiſtit, ut ibidē Dam. *dicit. ergo filius Dei nō aſſumpſit humanā naturā, ſm q eſt à ſingularibus ſeparata.

* loco nūc citato.

Resp. Dicēdm q natura hois, uel cuiuſcunq; alterius rei ſenſibilis, præter eſſe, qđ in ſingularibus hēt, dupliciter pōt intelligi, uno modo quaſi per ſe ipſam eſſe habeat, ſicut platonici poſuerūt: alio mō ſicut in intellectu exiſtens, uel humano, uel diuino. Per ſe qdē ſubſiſtere nō pōt, ut Phil. probat in 7. Met. quia ad naturam ſpēi rerū ſenſibiliū pertinet materia ſenſibilis, quæ ponitur in eius diffinitione: ſicut carnes, & oſſa in definitione hominis. Vñ nō pt eſſe, q natura humana ſit pter materiā ſenſibilē. Sīm eſſet hoc mō ſubſiſtēs natūrā humana, non fuiſſet cōueniēs, ut à uerbo Dei aſſumeret. Primo quidē, qa aſſumptio iſta terminatur ad pſonā, hoc aūt eſt cōtra rōnem formæ communis, ut ſit in pſona: qa in pſona indiuiduatur. Scđo, quia nāe cō-

* li. 7. Met. tex. 26. & 27. co. 3.

¶ Ad primam dubitationem dicitur, quòd ſermo eſt de operatione communi, & uniuerſali ex parte ſubiecti, quia ſcilicet non haberet operationes, niſi quæ conſequuntur naturam communem omnibus hominibus. Tales. n. operationes dicuntur communes, & uniuerſales ex parte ſubiecti: quia ſequuntur naturam ſecundum ſe, non ut in hoc aut illo: natura autem ſecundum ſe communis, & uniuerſalis dr. Natura ſic congrua aſſumptioni debet ſe ſic habere, ut operationes perſonales, & non ſolum naturales cōgruē ſibi attribuantur.

¶ Ad ſecundam dicitur quòd operationem aliquam eſſe meritoriā, contingit dupliciter, ſcilicet, ex ſuo genere uel ex parte operātis tantum. Operationes. n. naturales ex ſua genere, non ſunt meritoriæ: & ideo dicitur, quòd naturalibus non meremur, nec demeremur, poſſunt tamē eſſe meritoriæ ex parte operantis, in Deū obiectum ſupernaturalis beatitudinis illas referentis. Operationes autem liberæ, ac moraliter bonæ ex ſuo genere ſunt meritoriæ: quoniā ex ſuo genere habiles ſunt, ut charitate informentur. In litera ergo eſt ſermo de meritoriis ex ſuo genere, ita quòd ratio literæ conſiſtit in hoc, Natura humana illo modo eſſendi eſt incongrua aſſumptioni, quo non eſt nata, ut conueniant ſibi operationes meritoriæ ex ſuo genere: quia aſſumptio ad hoc tendit, ut mediante natura aſſumpta, filius Dei mereatur nobis: ſed naturæ communi non attribuuntur niſi operationes communes, &c. ergo. Tertia ratio expoſitione non eget.

¶ In ſecundo autem ſenſu tractatur quæſtio ſecundum eſſe in duplici intellectu, primo diuino, deinde humano. Et quidem quòd natura humana, ſecundum quòd eſt in intellectu diuino, non potuit aſſumi probat dupliciter: primo, quia natura humana ſic nihil aliud eſt, quam natura diuina: ſecundo, quia natura humana ab æterno eſſet in filio Dei per hunc modum. Vbi nota pro primæ rationis euidentia, quod eſſe obiectiuum rerum reſpectu intellectus diuini non eſt eſſe diminutum, ut Sco. in 37. diſt. 1. ſent. ſomniauit, nec eſt eſſe relatiuum rationis, quaſi quoddam reſpectiuum eſſe acquirant ex hoc, quòd obiiciuntur diuino intellectui. quoniam Deus ſecundum ueram philoſophiam, & altiſſimam theologiam nihil intelligit extra ſe, non quòd aliquid illum lateat, ſed quia intuendo ſeipſum tantum, intuetur omnia, quoniam omnia, & cognoſcibilia, & cognita à Deo ſunt ipſe Deus, iuxta illud Ioan. 1. Quod factum eſt, in ipſo vita erat. Quia ergo humanitas in intellectu diuino nihil aliud eſt, quàm deitas ſecundum id, quo humanitatem continet. ideo optime ratio literæ concludit, quòd aſſumere humanitatem, ut eſt in intellectu diuino, eſſet aſſumere naturam diuinam, quæ non eſt aſſumptibilis. Et quia deitas eſt in filio ab æterno ſequitur, quòd natura humana per hunc modum eſſendi eſt in filio Dei ab æterno, & non ex tempore coniuncta: ut ſecunda ratio ſubiunxit. Poteſt tamen aliter induci hæc ſecunda ratio per ſe ſeorſum; ut ſit ſenſus, quòd quicquid ſit illud eſſe obiectiuum humanitatis in intellectu diuino, humanitas per hunc modum, ſcilicet ſecundum quòd eſt obiectum

intellectus

intellectus diuini, ab æterno eſt in filio Dei, utpote, qui eſt ipſe intellectus diuinus, non ergo erat opus, ut aſſumeret humanitatem ſic: nullus enim aſſumit aliquid illo modo, quo habebat, & hic ſenſus in reſponſione ad ſecundum explicatur. Quod autem natura humana, ſecundum quòd eſt in intellectu humano, non debeat aſſumi, probatur deducendo ad impoſſibile. Aſſumere humanitatẽ in eſſe obiectiuo intellectus humani, nihil aliud eſt, quàm intelligi aſſumere naturã humanam. ergo non eſt aſſumere naturam humanam in rerum natura. ergo eſſet intellectus falſus. ergo eſſet fictio quædã incarnationis. Et affert teſtimonium Dama. ad hoc. Vbi nota pro euidentia literæ: quia humanitas obiecta intellectui noſtro nõ ita habet ſic eſſe in rerum natura, ſed habet ſolummodo eſſe intelligibiliter relatiue, quo dr̃ repræſentata intellectui, & terminatiua actus intelligendi, cõſequens eſt, quod ad humanitatem ſic, nulla actio tranſiens realis põt terminari, ſicut, nec ad Cæſarẽ repræſentatũ in ſtatua, aut memoria: licet ad ipſam ſtatuam, uel memoriam poſſit actio realis tranſiens terminari, ut patet. Et quia aſſumptio ſignificat actionem realem trãſeuntem in humanitatem, quæ aſſumitur ideo aſſumptio nõ poteſt terminari ad humanitatem ſic, actiones autem reales immanentes poſſunt terminari ad res ſic: poſſum n. imaginari, & amare Cæſarem repſentatũ. Sed, & actiões reales tranſeuntes põt dupliciter, ſicut & ipſa humanitas põt dupliciter accipi, ſ. ſm quod ſunt in rerum natura & ſm. quod intelligunt. V.g. Secare lignũ, ut eſt in rerũ natura, & eſt uere ſecare, & ſecare lignum, prout aliquis imaginatur, aut intelligit ſecare lignum, & hoc non eſt uere ſecare lignum, ſed eſt intelligi, aut imaginari quòd lignum ſecatur. Primo ſiquidem modo, quo ſolo, ſunt uerę actiones reales tranſeuntes, non poſſunt terminari ad naturam ſic: ſecundo autem modo poſſunt: ſed tũc non ipſæ actiones in ueritate terminantur ad naturam ſic, ſed imaginatio, ſeu intellectus earũ. Et ideo optime in litera pro antecedente, & quod quid eſt aſſũptionis naturæ ſic, dicitur, quòd aſſumere humanitatem ſic, nihil aliud eſt, quàm intelligi aſſumere naturam humanam. Et uere ſic eſſe patet, ſicut occidere Cæſarem repræſentatum, nihil aliud eſt quam intelligi ſeu imaginari occidere Cæſarem, & facere Sortem imaginatum tantum Regem, nihil aliud, quàm imaginari facere Sortem Regem. Et quoniam ex huiuſmodi, actiones imaginatas, aut intellectas terminari ad res, nõ ſequitur quòd ſic ſi. in rerum natura (non enim inuenitur propterea lignum ſectum, aut Cæſar occiſus aut Sortes Rex) ideo optime deducitur in litera, quòd non aſſumeret humanitatem in rerum natura, & quòd eſſet intellectus falſus: quia ab eo, quod res eſt, uel nõ eſt, intellectus dicitur uerus, uel falſus. Et quod eſſet fictio incarnationis, non incarnatio ipſa ut clare iam patet: ſicut fictio commeſtionis panis eſt, comedere panem in imaginatione tantum.

Anſel.p

Fauſl.f

ar.

L. 3. c. 11. circ. princ.

Apud Ariſt. lib. 8. Met. tex. 6 & 25.

Dubiũ reſtat hic, quãte cum humanitas in intellectu triplici eſſe habeat, ſ. diuino, angelico, & humano de duobus tantum intellectibus auctor locutus eſt, omittẽs humanitatem ſecundũ eſſe quod habet in intellectu angelico.

De gratia ãt Chri conſiderãdũ eſt dupliciter. Primo quidẽ de gratia eius, ſm ꝙ eſt quidã ſingularis homo: ſecundo, de gratia eius, ſm ꝙ eſt caput Eccleſiæ. nam de gratia vnionis iam dictum eſt*

Circa primum quærunturtredecim.

¶Primo, vtrum in aĩa Chriſti ſit aliqua gratia habitualis.

¶Secundo, vtrum in Chriſto fuerint virtutes.

¶Tertio, vtrum in eo fuerit fides.

¶Quarto, vtrum fuerit in eo ſpes.

¶Quinto, utrum in Chriſto fuerint dona.

¶Sexto, utrum in Chriſto fuerit timoris donum.

¶Septimo, vtrum Chriſto fuerint gratiæ gratis datæ.

¶Octauo, vtrum in Chriſto fuerit prophetia.

¶Nono, vtrum in eo fuerit plenitudo gratiæ.

¶Decimo, vtrum talis plenitudo ſit propria Chriſti.

Vndecimo, vtrum Chriſti gratia ſit infinita.

¶Duodecimo, vtrum potuerit augeri.

¶Tertiodecimo, qualiter hæc grã ſe habeat ad unionem.

ARTICVLVS I.

Vtrum in anima Chriſti ſit aliqua gratia habitualis

AD PRIMVM ſic proceditr. Vĩ ꝙ in aĩa aſſumpta a uerbo non fuerit grã habitualis. Gratia. n. eſt quædam participatio diuinitatis i creatura ra

---

vt terminus, non ut mediũ. Scdo de grã habituali, qa ſe hẽt vt effectus cõſequens vnionẽ, ut patet Io. 1. Tertio de voluntate diuina, qa ſe habet vt cauſa efficiens, nõ vt medium.

¶Nota hic primo, ꝙ grã põt dupliciter in eſſe, ſ. formaliter, uel effectiue, & quia grã primis duobus modis dr̃ formaliter tertio aũt effectiue, iõ in lrã Auctor duplicẽ grã in Chro principaliter cor. art. dicit, ſ. vnionis, & habitualẽ utraq;. n. eſt formaliter in Chro. Diuina aũt uoluntas eſt grã effectiue, ac p hoc velut extrinſeca eã, & ꝓpea non eſt in lrã connumerata inter grãs in Chro. illa ſiquidẽ ꝓpoſitũ in de notat eſſe in Chriſto formaliter, ſicut forma eſt in ſubiecto.

concl. m

¶Nota ſcdo, ꝙ cũ qs gratioſe dat ſeipſum alicui tunc ipſemet uocat̃, & eſt grã, iuxta cõem uſum loquẽdi, quo cõceſſum gratis ſeu donum grã uocat̃, dũ dicimus, iſte fecit mihi hãc grãm &c. Et huc mõ, qa res data humanę naturę in myſterio aſſumptionis eſt eſſe pſonale filii Dei, iõ ipſum eſſe pſonale, vt induit rationẽ doni gratioſe cõceſſi, uocat̃ grã: unionis ãt, qa p unionẽ hr̃ a natura, cui datũ eſt. De hac tñ unionis gratia pp̃ uaria, quæ de ipſa dici uñt in art. ul. 7. q. erit latior ſermo.

concl. e

¶Nota tertio, ꝙ Auctor ſeipſo doctior, opinionem, quã in 3. Sent. ſecutus eſt, di. 2. q. 2. ar. 2. q. 1. de grã habituali, ꝙ erat mediũ cõgruẽtiæ reſpectu aſſumptionis, hic cõfutat auctoritate. Io. Euã. Et ſic tenet, ꝙ pri⁹ natura humanitat Chri aſũpta eſt, q̃ grã habituali donata, ut ex perſonalitate oĩa fluenta grẽ in hoĩe illo eſſent plena gratiæ, & ueritatis.

Quæſt. 32. ar. 1.

SVP. QVAE. VII.

IN diuiſione quęſtionũ de grã Chri aduerte, ꝙ tripliciter grã in Chro ponit̃, ſ. grã unionis, grã ſingularis, & grã capitalis, & qa grã unionis eſt ipſa cõiunctio pſonalis Dei ad naturã humanã (de qua tractatũ eſt) iõ Auctor dicit ꝙ de ipſa tractatũ eſt, quis nõ ſub noĩe grę, ſed rei, quæ eſt grã, & ꝓpea de aliis duabus tractandum eſt.

SVP. QVAE. VII. ART. I.

S. Bon. 3. ſ. d. 13. q. 1. a. 2
Scot. 3. ſ. d. 13. q. 1.
Ricca.. 3. ſ d. 13. q. 1.
Duran. 3. ſ. d. 13. q. 1.
Cap. 3. d. 13 q. 1. con. 1.
Alb. mag. 3. d. 13. a. 2. In quæ. 2.
Medina. ar. 1.

TItulus ar. 1. intelligẽdus eſt, ut ſonat, ita ꝙ nõ oportet ꝙ ly grã limitetur ad grãm ſingularis hoĩs q̃ſtatim, ut dicetur, grã habitualis ſufficiẽter exprimit̃, ꝙ de pfectione aiæ in ſeipſa eſt quæſt. habitus. n. eſt perfectio eius cuius eſt habitualis perfectio. Et ne idem ſæpius repetatur, hoc eodem mõ intelligendi ſunt tituli ſequentiũ articulorũ de uirtutibus, & donis.

¶ In corp. articuli eſt unica cõcluſio reſiua quæſtiõ affirmatiue, Neceſſe eſt ponere in Chro grãm habitualem. Pbat̃ tripliciter primo, qa aĩa illa maxime propinqua eſt principio grã. Secundo, qa aĩa illa nobiliſſimas operationes uidendi, & amãdi Deũ habet. Tertio, qa Chrs mediatoꝛ gratiam in alios redundantem habere debet. Vbi nota ꝙ ly neceſſe, in cõcluſione poſitũ, nõ denotat neceſſitatem logicam, hoc, eſt, quod impoſſibile omnino eſt aliter ſe haberet q̃ſtio non eſt hic quæſtio de tali neceſſitate nec rationes in litera allatæ ad hoc tendunt: ſed eſt ſermo de neceſſario ſecundum ordinem rebus conſonum, ſeu ſecundum poten-

Perr. e.
33
3. di. 13. q. 1. art. 1. Et ueri. q. 27 artic. 1. Et opuſc. 3. c. 211. Et Io. 3. lect.

potẽtiã Dei ordinatã ita, ꝙ impoſſibile eſt aliter habere ſtãte ordine à diuina ſapientia ſtatuto, ſicut dicimus i naturalibus neceſſariũ eẽ, ꝙ hõ fiat ab hoie, & leo à leone, & in artificialibus ꝙ domus fiat ab artifice &c. & hoc concludunt rõnes lræ. Vtrũ ãt id, qđ in ſecunda rõne dr, ſ. ꝙ neceſſe ẽ rõnalẽ creaturã per grãm eleuari ad uidẽdũ, & amãdũ Deũ dicat neceſſitatẽ ſimpliciter, nõ eſt p̃ſẽtis, ꝓpoſiti cui ſat eſt, ꝙ dicat neceſſitatẽ ſm ordinẽ rebus ſtatutũ & cõſonũ i ſie. n. aiæ Chri cõditiones exquirimus, & nõ ſemꝑ de diuina omnipotẽtia diſſerimus.

¶ In eodẽ art. circa rõnem tertiã dubiũ occurrit, qm̃ qõ iſta tota ꝓpoſita eſt de grã Chri, ſm ꝙ eſt ſingularis hõ: rõ ãt iſta procedit de Christo, ſm ꝙ eſt caput aliorum hoium. diuertere igĩ vĩ à grã ſingulari ad gratiam capitalem.

lib. 3. orth. fid. ca. 15. a med.

¶ Ad hoc dr primo, ꝙ qa alia eſt rõ medii, alia rõ capitis, iõ, qũ in litera ſit ſermo de Chro, ſm ꝙ eſt mediator, non ſequiꝛ ꝙ diuertaꝛ ad Chrum, ſm ꝙ eſt caput. Dr ſecũdo, & melius ꝙ grã Chri in ordine ad genus humanũ, ſiue ſm ordinẽ mediatoris, ſiue capitis, ſiue aliquo alio ſimili modo hẽt in ſe duo, primo eſt bonũ habẽtis, qm idoneum ac dignum formaliter reddiꝛ ipſum, ut ſit mediator uel caput &c. ſecundo eſt bonũ aliorũ, dũ mediat, & influit &c. Et licet ſecũdo modo ſpectet ad gratiã capitalẽ, primo ãt mõ ſpectat ad grãm ſingularem. Et ꝓpea optime in lra concludiꝛ ex effectu mediationis, uel influxus in alios eſſe habitum in Christo ſignificantem ipſum formaliter, & conuenientem in tali eminẽtia, ut ex ipſo in alios redundet gratia. Conſtat. n. bonitatẽ, & dignitatem hanc magnum eſſe bonũ ſingularis hypoſtaſis, uel aiæ: ſicut li ex neceſſitate illuminandi alios inferrem, ꝙ il-

P. p. q. 43. art. 6.
Concl. m

tionali; ſm illud 2. Petr. 1. Per quẽ maxima, & prætioſa promiſſa nobis donauit, ut diuinę ſimus conſortes nãæ. Christus aũt eſt Deus,[h] non participatione, ſed ſecũdum ueritatẽ. Ergo in eo nõ ſuit gratia habitualis.

¶ 2 Pręt. Grã ad hoc eſt neceſſaria hoi, ut ꝑ eã bñ opereꝛ (ſm illud 1. Cor. 15. Abundantius oĩbus laboraui, nõ ego ãt, ſed grã dei mecũ) & ẽt ad hoc ꝙ hõ cõſequaꝛ uitã æternã, ſcđm illud Ro. 6. Grã Dei uita æterna: ſed Chro ex hoc ſolo, ꝙ erat nãlis fili⁹ Dei, debebaꝛ ei hr̃ditas uitæ æternę, ex hoc ẽt, ꝙ erat uerbũ, ꝑ qđ ſacta ſunt oĩa: aderat ei ſacultas oĩa bñ oꝑandi.[h] ñ ergo ſm humanã nãm indigebat alia grã, niſi unione ad uerbũ.

¶ 3 Pręt. illud qđ operatur per modũ[h] inſtr̃i, nõ idiget habitu ad ꝓprias operationes: ſđ habit⁹ fundaꝛ i principali agẽte. Humana ãt natura i Chro ſuit, ſicut inſtr̃um diuinitatis, ut dicit Dã.* i 3. li. Ergo ñ debuit ĩ Chro eẽ aliqũa grã habitualis.

SED CONTRA eſt, ꝙ dr̃ Iſa. 11. Regeſcet ſuper eũ ſpũs dñi. Qui qdẽ in hoie eſſe dr̃ ꝑ grãm habitualẽ, ut i 1. parte dictũ ẽ.† Ergo i Chro fuit grã habitualis.

RESP. dcđm, ꝙ[m] neceſſe ẽ ponere in Chro grãm habitualẽ, ꝓpter tria[n]. Primo qdẽ, ꝓp unionẽ aię illius ad uerbũ Dei: quãto. n. aliqđ receptiuũ eſt ꝓpinquius cãæ influẽti tanto mãgis participat de influẽtia ipſi⁹. Influxus ãt grãæ eſt à Deo, ſm illud Pſ. 83. Grãm, & gloriã dabit dñs. Et iõ maxime fuit conueniẽs, ut aĩa illa reciperet influxũ diuinę grę. Secundo, ꝓp nobilitatẽ illius aię cuius operationes oportebat ꝓpinquiſſime attingere ad Deũ ꝑ cognitionẽ, & amorẽ, ad qđ neceſſe eſt eleuari rõnalẽ nãm ꝑ grãm. Tertio ꝓp habitudinem ipſius Chr̃i ad genus humanũ. Chr̃s n. inquãtũ, hõ, ẽ mediator Dei, & hoium, ut dr̃ 1. ad Tim. 2. & iõ oportebat, ꝙ hr̃et grãm ẽt i alios redũdantẽ, ſm illud Io. 1. De plenitudine eius oẽs accepimus, & gratiam pro gratia.

AD PRIMVM ergo dcđm, ꝙ Chr̃us eſt uerus Deus ſm perſonã, & naturã diuinam: ſed qa cũ vnitate ꝑſonæ remanet diſtinctio naturarũ (ut ex ſupradictis patet.†) aĩa Chr̃i non eſt ꝑ ſuã eſſentiã diuinã, vnde oportet ꝙ fiat diuina ꝑ participationẽ, q̃ eſt ſecundũ grãm.

lud in ſe valde lucidũ oportet eſſe. Nulla ergo eſt diuiſio, ſed gratia ſingularis ex effectu concluditur.

AD II dicendũ, ꝙ Chriſto, inquantũ eſt naturalis filius Dei, debeꝛ hr̃ditas æterna, quę eſt ipſa beatitudo increata, per increatũ actũ cognitionis, & amoris dei, eundẽ. ſ. quo pr̃ cognoſcit, & amat ſeipſum, cuius actus aĩa capax non erat ꝓp differentiã naturæ. Vñ oportebat, ꝙ attingeret ad deũ ꝑ actũ fruitionis creatũ, q quidẽ eſſe nõ põt niſi ꝑ grãm. Similiter ẽt, inquantũ eſt verbũ Dei, habuit facultatẽ oĩa bene operandi operatione diuina. ſed qa præter operationẽ diuinã oportet poni in eo operationẽ humanã (ut infra patebit*) oportuit in eo eſſe habitualem gratiam, per quam huiuſmodi operatio in eo eſſet perfecta. q. 19. art.

AD III dcđm, ꝙ humanitas Chriſti eſt inſtr̃um diuinitatis, non quidẽ ſicut inſtr̃um inanimatum, quod nullo mõ agit, ſed ſolũ agitur, ſed tamq̃ inſtr̃um aĩa rationali, quod ita agit, quod etiam agitur. Et ideo ad conuenientiam actionis oportuit eum habere gratiam habitualem.

ARTICVLVS II.

Vtrum in Chriſto fuerint virtutes.

AD SECVNDVM ſic ꝓcedıtur. Videtur, ꝙ in Chriſto non ſuerint virtutes. Chriſtus enim habuit abundantiam gratiæ: ſed gratia ſufficit ad oia recte[h] agendum, ſecũdum illud 2. Corin. 12. Sufficit tibi gratia mea. Ergo in Chriſto non fuerunt uirtutes.

¶ 2 Præt. Secũdum Philoſophũ 7. Ethi.* uirtus diuiditur cõtra quẽdam heroicum ſiue diuinũ habitum, qui attribuitur hominibus diuinis: hic autẽ maxime cõuenit chriſto. ergo Chriſtus nõ habuit uirtutes,[b] ſed aliqd altius virtute.

¶ 3 Præt. Sicut in ſecunda parte dictũ eſt,† uirtutes oẽs ſimul habentur: ſed chriſto[h] nõ fuit cõueniens habere oẽs uirtutes, ſicut patet de liberalitate, & magnificentia, q̃ habent actũ ſuũ circa diuitias, quas Chriſtus cõtẽpſit, ſm illud Matth. 8. Filius hominis non hẽt vbi caput ſuũ reclinet: tẽperantia etiã, & continentia ſunt circa cõcupiſcentias prauas, quæ in Chriſto nõ fuerunt. ergo Chriſtus non habuit uirtutes.

SED CONTRA eſt, qđ ſuper illud Pſal. 1. Sed in lege Domini

SVP: QVAES. VII. ART. II.

S. Bon. 3. ſ. d. 13. q. 1. a. 1
Scot. 3. ſ. d. 13. q. 1.
Ricca. 3. ſ. d. 13. q. 1.
Duran. 3. ſ. d. 13. q. 1.
Molina. a. 2.

Inf. artl. 3. ad 1. Et q. 15. ar. 2. c. Et 3 diſt. 13. q. 1. art. 2. cor.

IN titulo 2. artl. q. 7. aduerte, ꝙ quæſtio eſt de virtutibus, quæ ſimpliciter vocantur virtutes, quales in philoſophia, & in theologia ſimul sũt morales & rurſus in theologia sũt theologales: hę. n. bonũ faciũt habentẽ. Intellectuales aũt uirtutes ñ ſimpliciter bonũ, ſed ſm in ellectũ faciunt hoĩem bonũ: nõ. n. dr̃ hõ bonus ex hoc, ꝙ eſt doctus. ſed ex hoc ꝙ iuſtus, tẽperatus fortis &c. Vñ de illis poſt a erit quæſt. quæ. ſ. de ſcientia aiæ Chriſti tractabitur.

lib. 7. Eth. in princ. ru. 1.

¶ In corpore arti. vnica eſt cõcluſio reſponſiua quæſito affirmatiue. Chrs oẽs uirtutes habuit. Probaꝛ. grã Chri fuit pfectiſſima, ergo ex ipſa pceſſerũt uirtutes ad pficiend ſingulas potentias aię, q̃tũ ad oẽs aiæ actus. ergo Chrs habuit oẽs virtutes. Antecedens ſupponiꝛ. Cõſequẽtia prima quantũ ad duo in ea cõtenta ꝓbatur, primũ eſt, ꝙ ex grã ꝓcedũt uirtutes. ſcđm eſt, ꝙ ex pfectiſſima pcedãt uirtutes ad pficiẽdũ ad oẽs act⁹ aię. Primum

1. 2. q. 65. art. 1. & 2

mum probatur, Sicut gratia eſt in eſſentia aïæ, ita uirtus in po tentia. ergo ſicut ab eſſentia fluūt potentiæ, ita à gratia uirtutes. Secundum uero probatur, quia quanto aliquid principium eſt perfectius tanto magis imprimit ſuos effectus.

¶ Nota hic circa ſenſum concluſionis, quod inferius explicādū reſtat, quō cum hoc, F Secundū eſt quo ad actus exercitiū, & ſic nō oportet Chřum oēs uirtutis ꝓprio actu exteriori vti: qm nūquā fuit tpš, quo conueniēs eſſet pſonæ ſuæ, ꝙ uteretʳ oībus, ſed aliqb. tm̄. Numquā. n. fuit tp̄s utendi magnificētia, q̄ eſt circa magnos ſūptus, q a nūquā fuit cōueniens. ut eſſet diues, & hēt vñ magnos ſumpt⁹ faceret, q quū eſſet dīs oīum factus eſt egen⁹ pp nos. Et iō I litera actu liberalitatis dicitur uſus, non autem actu magnificentiæ.

uolūtas eius, dicit gl* Hic oſtēdiť Chřus plenus oi bono: ſď bona qualitas mētis ē virt⁹ ergo Chřs fuit plenus oi uirtute.

RESP. dcd̄m, ꝙ ſicut in 2. parte dictū eſt. ' ſicut gratia reſpicit eſſentiā aïæ, ita uirtus reſpicit potētiā eius. Vnde oportet ꝙ ſicut potentię aïę deriuanť ab eius eſsētia, ita uirtutes ſint q̄dam deriuationes gr̄æ. Quāto āt aliqď principiū eſt perfectius, tāto magis iprimit ſuos effectus. Vnde cum gr̄a Chriſti fuerit perfectiſſima conſequēs eſt ꝙ ex ipſa proceſſerint uirtutes ad ꝑficiendū ſingulas potentias aïæ quantum ad omnes animæ actus: & ita* Chriſtus habuit omnes uirtutes *.

AD PRIMVM ergo dcd̄m, ꝙ gr̄a ſufficit hoi, quantū ad oia, quibus ordinatur ad beatitudinē: horū tñ quædā perficit gra immediate p ſeipſam, ſicut gratum facere Deo, & alia hmōi, q̄dā autē mediantibus uirtutibus quæ ex gratia procedunt.

AD II dcd̄m, ꝙ habitus ille heroicus, uel diuin⁹, nō differt à uirtute cōiter dicta. niſi ſm̄ pfectiorē modū, inquantū. ſ. aliquis eſt diſpoſitus ad bonum quodā altiori mō, q̄ cōiter oībus cōpetat. Vnde per hoc nō oſtenditur ꝙ Chriſtus non habuerit uirtutes, ſed ꝙ habuerit eas pfectiſſime ultra cōem modum: ſicut ēt Plotinus poſuit quēdā ſublimē modū uirtutū, quas eſſe dixit animi purgati.

AD III dcd̄m, ꝙ liberalitas & magnificentia cōmēdať circa diuitias, inquantū aliqs nō tm̄ appretiať diuitias, ꝙ uelit eas retinere, ꝑtermittendo, id qď fieri oportet. Ille āt minime diuitias appretiať, qui penitus eas contēnit, & obiicit pp pfectionis amorē. Et ideo in hoc ipſo, ꝙ Chriſtus oēs diuitias contēpſit, oſtendit in ſe ſummū gradū liberalitatis magnificentiæ: licet ēt liberalitatis actū exercuerit, ſm̄ ꝙ ſibi conueniēs erat, faciēdo pauperib⁹ erogari, q̄ ſibi dabanť. Vñ cum dñs Iudæ dixit, Ioan. 13. Quod facis, fac citius, diſcipuli intellexerunt dñm mandaſſe, ꝙ egenis aliquid daret. Concupiſcētias autē prauas Chriſtus oino non habuit, ſicut infra patebit: † nec propter hoc tñ excluditur quin habuerit temperantiam, quæ tāto perfectior eſt in hoie, quanto magis prauis cōcupiſcentiis caret. Vñ ſm̄ Philoſophū 7. ethic.' tēperatus in hoc differt à cōtinente, ꝙ temperatus non habet prauas concupiſcentias, quas cōtinens patitur. Vnde ſic accipiendo continentiā, ſicut Philoſophus accipit, ex hoc ipſo, ꝙ Chriſt⁹ habuit oēm uirtutem, nō habuit
G
H continentiam, quæ non eſt uirtus, ſed aliquid minus uirtute.

ARTICVLVS III.

Vtrum in Chriſto fuerit fides.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videť ꝙ in Chriſto fuerit fides. Fides. n. ē nobilior uirtus, q̄ uirtutes morales, puta tēperātia, & liberalitas. Huiuſmodi autē uirtutes fuerunt in Chriſto, ut dictū eſt.* ʰ Multo ergo magis fuit in eo fides.
I
¶ 2 Præt. Chřus nō docuit uirtutes, quas ʰ ipſe nō habuit, ſm̄ illud Act. 1. Cępit facere, & docere: ſed de Chriſto dř Heb. 12. ꝙ eſt auctor, & cōſumator fidei. ergo in eo maxime fuit fides.

¶ 3 Prę. Quicqd eſt imperfectionis excludiť a beatis: ſed ī btis eſt fides, ʰ nā ſup illud Ro. 1. Iuſtitia Dei reuelať in eo ex fide ī fidē, dicit gl. † de fide uerborū,
K & ſpei in fidē rerum, & ſpeciei. ergo uidetur, ꝙ etiam in Chriſto fuerit fides, cum nihil imperfectionis importet.

SED CONTRA eſt, ꝙ diciť Heb. 11. ꝙ fides eſt argumētum non apparentiū: ſed Chriſto nihil fuit non apparens, ſecundū illud, quod dixit ei Petrus, Io. 21. Tu omnia noſti. ergo in chriſto non fuit fides.

RESPON. dicēdum, quòd ſicut in Secūda parte dictū eſt, *

gl. ordin. ibi ex Caſſiodoro.

ꝙ Chriſtus habuit oēs uirtutes, ſtat ꝙ non habuerit uirtutē fidei, nec ſpei. Extat reſolutio in hoc, ꝙ Chriſtus habuit oēs uirtutes non ponētes ex ſui rōne defectum aliquē in aïa Chři, q ſimul erat uiator, & cōprehenſor. Cętera huius rōnis diſcuſſa ſunt ſuperius, quū de gratia tractatum eſt.

p. 2. q. 110. art. 2. & 3.

¶ In rñſione ad ſm̄ eiuſdē articuli habes ab Auctore ſolutionē illius qōnis. An uirt⁹ heroica differat ſpecie a uirtute cōiter dicta. hinc. n. aperte habes partē negatiuā. dū dř, ꝙ ñ differt niſi ſm̄ pfectiorē modū. Eſt ergo excellentia heroica in mō, nō in formali differentia ſita. Et hoc Auctor quaſi ꝓbat ex ſimili apud Plotinum. Vbi patet nō eſſe differentiā formalē, ſď maioris, & minoris perfectionis tm̄. Et cōſonat rōi fugiēti ad inſtar naturę pluralitatē, ubi unū ſufficit. Conſtat. n. ꝙ ad actū fortitudinis, quātūcūq; celſū ſufficit fortitudinis latitudo: ſicut in nālibus uidemus, ꝙ ad quantūcūque illuminatiōēt actū ſufficit latitudo luminis, & ad actū frigefactionis, latitudo frigoris, & ſic ď aliis.

Conncl. no

¶ In rñſione ad tertiū aduerte, ꝙ in uirtutibus, quæ ſunt paſſionū moderatiuæ (ut tūc iſtę in qbus ē ſermo hic) duū inueniri pñt. Primū eſt inter in aïa, & hoc eſt interior diſpoſitio appetitus humani. ut ſic ſit diſpoſitus, ne abduci poſſit à recto pp paſſiones, & hoc eſt ſimpliciter neceſſarium haberi puirtutem. Et quo ad hoc oēs morales uirtutes moderatiuæ paſſionū optime ſaluātur in Chřo, dū aium ſic habituatū litus habuit, tam circa diuitias q̄ circa uenerea, ut penitus abiecerit illa à ſe, ſm̄ rectā rōnem, & iō ſumme in eo cōmendať, & liberalitas, & magnificentia, & temperātia

¶ In eadē rñſione ad tertiū attende, ꝙ cum te Auctor loquitur negando in Chřo continentiā, dū limitat cōtinētię rōnē ad Ariſt. viſum. nā ſumēdo cōtinentię nomen, & rōnem cōmuniori uſu, nihil ꝓhibet Chřm cōtinentē appellare.

† quæſt. 15. art. 1. & 2.

SVP. QVÆS. VII. ART. III.

* li. 7. eth. c. 9. non remote a fine tom. 5.

Medina 4. 3.

TItulus tertii articuli clarus eſt de fide, q̄ eſt uirtus theologica, inquirens an fuerit in Chriſto.

¶ In corpe articuli vnica eſt cōcluſio rñſiua quæſito negatiue. In Chřo non potuit eſſe fides. Probať, Obiectū fidei eſt res diuina nō uiſa. ergo excluſo, ꝙ res diuina ſit non uiſa, non remanet rō fidei. ergo in Chřo nō potuit eſſe fides. Añcedēs ex priori patet lib. Prima cōſequētia ꝓbať, qa habitus uirtutis recipit ſpeciē ab obiecto, ſicut etiā, qlibet ālius habit⁹. Sēda uero cōſequētia ꝓbať qa Chřs ab inſtāti ſuę conceptionis plene uidit Deum p eſſentiā.

D. 389.

Porr. 0.

45 Infr. art. 4. cor. & ar. 8 ad 2. & ar. 9. ad 1. & 1. 2. q. 65. ar. 5. ad 3. Et 3. di. 13. q. 1. ar. 2. q. 1. ad 1. Et di. 36. at. 2. ad 3. Et ueri. q. 29. ar. 5. ad 15. Et uer. q 4 artic. 1. ad 11.

* Ar. ꝑced.

¶ Sed occurrit ſtatim hic dubiū, quū obiectū hēat rōnem materię circa quā uerſatur habitus, quo pacto ex defectu mãę, circa quā ꝑt inferri defect⁹ habit⁹, quum cōtingat pauperē eſſe magnificū, & de Chřo hoc iā affirmatū eſt, & tñ defectus diuitiarum, ſeu magnorū ſumptuum (circa quos eſt magnificentia) interuenit. Cur ñ ꝑt ſimiliter dici, ꝙ I Chřo fuit fidei habit⁹, q̄uis defuerit illius mã, circa quā, ſ. res diuina ñ apparēt, ſicut fuit I eo magnificentia, q̄uit illi⁹ defuerit mã circa quā I

† Glo. ordinaria ibi.

¶ Ad hoc dī, ꝙ q̄uis mã, circa quā uerſať uirt⁹ & obiectum coincidere inueniātur, alia tñ ē iō formalis obiecti, & alia ratio ꝓpria materiæ. Et iō ñ deficiat aliqd ſub ratione

* 2. 2. q. 1. artic. 4.

ratione materiæ, non ꝑpterea oportet deficere habitum: ſed ſi deficit ſub rõne formali obiecti, oportet habitus illius rõem formalem deficere. Et ſi impoſſibile fuit, & eſt obiectum aliquod formaliter locum habere reſpectu alicuius, impoſſibile quoq; eſt, & fuit in illo locum habere habitum illum. In propoſito ãt totũ oppoſitum inuenitur reſpectu magnificentiæ, & fidei, quia reſpectu fidei, res, q̃ ſunt materia, quę creduntur, inueniuntur apud intellectũ Chriſti, ut trinitas, &c. ſed non ſub illa ratione formali qua creduntur, quia non ut non viſæ, quia huiuſmodi rõ formalis ponit imperfectionem in Chr' aia: & hęc fuit eſſe potuit in Chriſto habitus fidei. Reſpectu aũt magnificẽtiæ, res, quæ ſunt materia magnificentię, ut diuitię, defuerunt ſed nõ formalis earũ, quò. ſ. qñ, ubi ſicut, pro quo &c. oportet, exponeretq; eſſent nõ deerat aio Chriſti: quia hæc nullã imperfectionem ponit intus in aia eius, ſicut nec ẽt defectus materiæ magnificentię redundabat in aliquã imperfectionem animæ. Et iõ optime ex defectu obiecti formalis defectus fidei concluſus eſt: ex defectu aũt materiæ magnificentiæ non ſequitur defectus magnificẽtiæ interioris.

Concl. in

¶ In ſolutione ad ſcm eiuſdem articuli, nota gloſſam aliã, quo oẽs uirtutes, includendo ẽt fidem, & ſpem, fuerunt in Chriſto. ſ. quantum ad meritum: impleuit ſiquidẽ excellentius quicquid meritorii actus eſt, tam credendo, q̃ ſperando, quamuis nõ eodem modo: quia non credendo, aut ſperando: ſicut quicquid cognoſcit ſenſus, cognoſcit intellectus, ſed non eodem modo.

* Aug. in li. 2. quæſt. Euang. q. 39. in prin. to. 4.

obiectũ fidei eſt res diuina nõ uiſa. Habitus ãt uirtutis ſicut, & q̃libet alius recipit ſpẽm ab obiecto. Et iõ excluſo, q̃ res diuina ſit nõ uiſa, excludit̃ rõ fidei. Chr̃s ãt a primo inſtãti ſuæ cõceptionis plene uidit Deum per eſſentiã, ut infra dicet̃.[a] Vñ in eo fides eſſe non potuit.

AD PRIMVM ergo dcẽm, q̃ fides eſt nobilior uirtus uirtutibus moralib', q̃a circa nobiliorẽ mãm: ſed tñ importat quẽdã defectũ in cõparatione ad illã mãm, q̃ defectus in Chr̃o non fuit. Et iõ nõ potuit in eo eſſe fides, licet fuerint in eo uirtutes morales, quæ in ſui rõne hmõi defectũ non important per cõparationem ad ſuas materias.

AD II dcẽm q̃ meritũ fidei cõſiſtit in hoc, quòd hõ ex obedientia Dei aſſentit illis, q̃ non uidet, ſcḋm illud Rom. 1. Ad obediendũ fidei in oĩbus gentibus pro noĩe eius. Obedientiã aũt ad Deũ pleniſſime habuit Chriſtus, ſcḋm Philipp. 2. Fact' eſt obediens uſq; ad mortẽ. Et ſic nihil ad meritũ ꝑtinẽs docuit, qḋ ipſe excellentius nõ impleret.

AD III dcẽm, q̃ ſicut gloſa ibidẽ dicit,* fides ꝑprie eſt, qua creduntur, q̃ non uĩr: ſed fides, quæ eſt rerũ uiſarũ improprie dr̃, & ſcḋm quandam ſimilitudinẽ, quantum ad certitudinem, aut firmitatem adhæſionis.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in Chriſto fuerit ſpes.

AD QVARTVM ſic proceditur. Vr̃ q̃ in Chriſto fuerit ſpes. Dr̃. n. in Pſ. 30. ex perſona Chr̃i, In te dñe ſperaui: ſed uirtus ſpei ẽ, qua hõ ſperat in Deũ. Ergo uirtus ſpei fuit in Chr̃o.

¶ 2 Præ. Spes ẽ expectatio futuræ beatitudinis, vt in 2. parte habitũ eſt: ſed Chr̃s aliqd expectabat ad beatitudinẽ ꝑtinens, uidelicet gloriã corporis. ergo ur̃, quòd in eo fuerit ſpes.

¶ 3 Præt. Vnuſquiſq; põt ſperare illud quod ad eius ꝑfectionẽ pertinet, ſi ſit futurum: ſed aliquid erat futurum quod ad perfectionem Chriſti pertinet, ſecundum illud Epheſ. 4. Ad conſummationem ſanctorum in opus miniſterii, in ædificationem corporis Chriſti. ergo uidetur, quòd Chriſto competebat habere ſpem.

SED CONTRA eſt quod dr̃ Rom. 8. Quod uidet quis, quid ſperat? Et ſic patet, quòd ſi-

ſperata in Chriſto locum habeat, quia non omnia ſperata habebat actu a principio, ut patet, de immortalitate corporis, & eiuſdem gloria, quibus tñ carere nullam imperfectionem poſuit in aĩa Chriſti: ſed ſpectat ad aſſumptionem defectuum corporalium, quos diſpenſatiue ob menſam ſuam miſericordiam, pro nobis aſſumpſit.

¶ Occurrit hic ſtatim dubium, an ſpes in Chriſto reſpectu ſecundario ſperatorum, fuerit habitus aliqs; an ſolus actus ſperandi, & an theologicus, an moralis, ſiue actus, ſiue habitus fuerit. Et eſt rõ dubii, quia nihil prohibet fuiſſe habitũ, quin potius ſi non fuit habitus, vr̃ quòd actus ille ſperandi fuit imperfectus, utpote, natus elici per habitum (ut patet in nobis), & de facto elicitus ſine habitu. Quòd ſit ẽt theologicus, ut ex eo q̃ actus ſperandi reſpectu ſecundario ſperatorũ eſt ex ſuo gñre actus theologicus (ut patet in nobis) ergo ſi eſt ab habitu, oportet quòd ſit ab habitu, qui uirtus eſt theologica.

¶ In oppoſitum autem eſt, quia ſi eſt habitus, oportet q̃ ſit habitus ſpei, ſed non eſt habitus ſpei, quia deficit ratio formalis obiecti, ergo. Et per idem patet, q̃ non eſt habitus theologicus, quia, ſcilicet non eſt uirtus theologica, quæ eſt ſpes. Et q̃ ẽt non ſit actus theologicus, apparet, quia deficiente ratione formali obiecti theologici, deficeret quoque actus theologicus: ſed conſtat hic deeſſe rationẽ formalem obiecti theologici, quia non eſt hic Deus non habitus. ergo actus ſperandi gloriam corporis, non eſt actus theologicus: par ſiquidẽ ratio eſt actus, & habitus, quo ad ſpecificari ex ratione formali obiecti, ita q̃ ceſſante ratione obiecti, ceſſat ſpecificatio tam habitus, quàm actus ex obiecto.

¶ Ad primum horum dr̃, q̃ in Chriſto nullus fuit habitus ſpei reſpectu ſecundario ſperatorum, quia nullus habitus infuſus fuit in ipſo, quin ſimilis fuerit in hominibus ſanctis, uel uiatoribus, quum conſtet quòd etiam habitus gratia capitalis ſit ſcḋm eſſentiam idem, quod habitus gratię (ut infra patebit) certum eſt autem, in hominibus non eſſe talem habitum ſpei diuerſum a ſpe uirtute theologica. igitur nec in Chriſto fuit huiuſmodi habitus.

¶ Et quum obiicitur, quòd actus ſpei in Chriſto fuiſſet imperfectus ſine habitu, negatur. Et ad probationem, Omnis actus natus informari habitu, eſt ſine habitu imperfectus, reſpondetur dupliciter, & utroque modo bene. Primo, q̃ iſta propoſitio nõ eſt uera in actu, non omnino eiuſdem rationis, qualis eſt actus ſpei in Chriſto. Nã actus, quo ſperatur immortalitas, & gloria corporis, non eſt oĩno eiuſdem rationis ex parte obiecti in nobis, & Chriſto, quia in nobis habet rationẽ ardui gloria illa, in Chriſto autem non. Et ratio eſt, quia habenti gloriam aĩæ, gloria corporis paruum quid eſt, & vẽ. Secundo, q̃ illa propoſitio nõ eſt uera, qñ principiũ elicitiuum actus eſt melius diſpoſitũ ad actũ illũ, q̃ ſi eſſet habituatũ. Sic autẽ eſt in propoſito, quia uoluntas Chr̃i fruẽs Deo nõ in ſpe, ſed in re, eſt melius diſpoſita ad expectandũ ſcḋario ſperataq; q̃ ſi hr̃et habitũ ſpei, quãto certio, & excellentior eſt res q̃ ſpes. Quocirca expectatio, qua uolũ

D. 606.

Porret. 8.

46 Infr. ar. 6. ad 1. & ar. 1. ad 2. & ar. 9. ad 1. Et 1. 2. q. 65. arti. 5. ad 3. Et 2. 2. q. 18. ar. 2. ad 1. Et 3. di. 26. q. 2. art. 5. q. 1. & di. 36. ar. 2. ad 3. * 2. 2. q. 17. ar. 5. ad 3.

SVPER QVÆST. VII. ART. IIII.

Medina. ar. 4.

TItulus clarus, de ſpe, quæ eſt uirtus theologica quærens. ¶ In corpore arti. duo ſunt: primo, reſpondetur quæſito negatiue, ſcilicet in Chriſto non fuit ſpes: ſecundo, ponitur dria inter defectum fidei, & defectum ſpei in Chriſto, quantum ad hoc, quod fides nullo modo fuit in Chriſto, ſpes autem quantum ad ſecundario ſperata, in Chriſto fuit. Primum probatur ſic. Spes eſt de Deo nõ habito ut obiecto. ergo in Chriſto non fuit ſpes. Antecedens probatur quo ad duo, ſcilicet, & q̃ ſpes ſit de non habito ut obiecto, & q̃ ſit de Deo non habito ut obiecto. Primum probatur ex proportionalitate fidei in aſſentiendo, & ſpei in expectando. Secundum etiam probatur ex conuenientia theologicarum uirtutum: quia omnes ſunt de Deo ut obiecto. Conſequentia autem probatur: quia Chriſtus ab initio conceptionis ſuæ plene fruitionem diuinam habuit. Differentia autem ſecundo loco propoſita inter fidem, & ſpem in Chriſto declaratur, ponendo primo conuenientiam extenſiuam fidei, & ſpei, quia ſcilicet utraque eſt de ſolo Deo ut obiecto, & extendit ad alia a Deo ſecundario, & ſubiungendo deinde differentiam ratione ſua ratione, quòd fides nec quantum ad principale creditum, nec quantum ad ſecundario credita, locũ habet in Chriſto, quia hoc poneret imperfectionem cognitionis intus in anima Chriſti. Spes aũt quantũ ad ſecundario tñ

cut fides eſt de nõ uiſis, ita, & ſpes: ſed fides nõ fuit in Chro ſicut dictũ eſt. *ergo nec ſpes.

Resp. Dcdm, q ſicut de rõe fidei eſt, q aliquis aſſentiat his, q̃ non uidet, ita de rõe ſpei eſt q aliqs expectet id, q̃ nondũ habet. Et ſicut fides, inquantũ eſt uirtus theologica, nõ eſt de quocũq; nõ uiſo, ſed ſolũ de Deo, ita ẽt ſpes, inquantum eſt virtus theologica, hẽt p obiecto ipsũ Deũ, cuius fruitionẽ hõ principr expectat p ſpei virtutẽ: ſed ex cõſñti, ille, q hẽt uirtutẽ ſpei, põt ẽt in aliis diuinũ auxiliũ expectare, ſicut, & ille, q hẽt uirtutẽ fidei, nõ ſolũ credit Deo de reb. diuinis, ſed de qbuſcũq; aliis diuinitus ſibi reuelatis. *Chrs aũt a principio ſuę conceptionis plene habuit fruitionẽ diuinã, vt ifra dicẽt, & ideo uirtutem ſpei non habuit: habuit tamen ſpem reſpectu aliquorum, quæ nondum erat adeptus, licet non habuerit fidẽ reſpectu quorũcumq; * qa licet plene cognoſceret oia, p q̃d totaliter fides excludebatur ab eo, non tñ adhuc plene habebat oia, q̃ ad eius pfectionẽ pertinebant, puta immortalitatem, & gloriam corporis, quã poterat ſperare.

Ad primum ergo dcdm, q hoc non dr de Chro ẽm ſpem, quæ eſt uirtus theologica, ſed eo, q quædã alia ſperauit nondum habita, ſicut dictum eſt.*

Ad ii dcdm, q gloria corporis nõ ptinet ad beatitudinẽ, ſicut in quo principr beatitudo cõſiſtat, ſed p quãdã redũdantiã a gloria aiæ, ut in 2. parte dictũ eſt. † Vñ ſpes ẽm q eſt uirtus theologica, non reſpicit beatitudinem corporis, ſed beatitudinem animæ, quæ in diuina fruitione conſiſtit.

Ad iii dcdm, q ædificatio Eccłe per conuertionẽ fideliũ, non pertinet ad pfectionẽ Chri, qua in ſe pfectus eſt: ſed ẽm q alios ad participationẽ ſuę perfectionis inducit. Et qa ſpes dr proprie reſpectu alicuius, q̃ expectaẽ ab ipſo ſperante habendũ, non proprie poteſt dici, q uirtus ſpei Chriſto, ratione inducta conueniat.

Sup. qv. VII. Art. V. Titulus art. 5. clarus eſt. ¶ In corpore articuli unica eſt cõcluſio tãſiua quæſito affirmatiue. In Chro fuerũt

[Left margin commentary:] tas Chri ferẽ in ſecũdatio ſperata, deficit a rõe actualis ſpei, & ex parte obiecti, & ex parte ſubiecti, & magis habet rõnem deſiderii, quam ſpei. Nec mirum. qa cum ſpes ſit de gñe imperfectorũ, quanto minus ſpei hr, tanto magis ab imperfectõe recedit. Vtraq; tñ ſio clara ſit, ſi ad beatos aſpexeris, in quibus ſpes eſt, & non eſt ſicut in Chriſto. expectant enim corporis gloriam immortalẽ. ¶ Ad ſña de, q actus põt dici theologicus dupliciter: vel ex parte eliciẽtis principii, uel ex parte principalis obiecti. Et q actualis illa ſpes corporis immortalis, licet ex parte eliciẽtis principii non ſit, de facto actus theologicus (qa nõ eſt actus a uirtute theologica) eſt: ſi q̃ tũ eſt ex ſuo gñe actus ſecundarius in uirtutis theologicæ. Ex parte uero obiecti formaliter, eſt magis theologicus actus, q̃ ſi eſſet a uirtute theologica, q̃ ſi eſſet a uirtute theologica, ſ. ſpe, obiectũ formale eſſet Deus habendus: qa in ordine ad Deũ habendũ ſperamus gloriam corporis. In Chriſto aũt ſicut, & in beatis ratio formalis obiecti eſt Deus habitus: hęc n. tõ ſuccedit ſperato principali, q formale obiectũ eſt ſpei, ac p hoc reſpectus ſperantis Chri, & beatorũ loco obiecti formalis ſuæ ſpei ſuccedere ui, & cõſeq̃ter actũ ſecundariũ ſpei remanẽtẽ magis theologicum reddit.

[Left margin notes:] *Ar. præc.* *concl. Quæſt. 34. ar. 4.* *In sor. art.* *† p. 2. q. 4. art. 6. & q. 67. art. 4.* *In corp. art.*

Vtrum in Chriſto fuerint dona.

Ad qvintvm ſic proceditur. Vr q in Chriſto non fuerint dona. Sicut enim communiter dicitur, dona dantur in adiutorium virtutum: ſed id, quod eſt in ſe perfectum, nõ indiget[b] exteriori auxilio. Cum igitur in Chriſto fuerint uirtutes perfectæ, uidet quòd in eo non fuerint dona.

¶ 2 Præt. Non uidetur eſſe[b] eiuſdem dare dona, & recipere, quia dare eſt habentis, accipere autem non habentis: ſed Chriſto conuenit dare dona, ſecundum illud Pſal. 67. Dedit dona hominibus. ergo Chriſto non conuenit accipere dona Spiritusſancti.

¶ 3 Præt. Quatuor dona uidentur pertinere ad cõtẽplationẽ aiæ, ſ. ſapientia, ſcia, intellectus, & cõſiliũ, quod pertinet ad prudentiã, vnde & Philoſ. in 6. Ethi.* numerat iſta inter uirtutes intellectuales: ſed Chriſtus habuit[h] contemplationem patriæ. Ergo non, habuit huiuſmodi dona.

Sed contra eſt, q dr Iſa. 4. Apprehendẽt ſeptem mulieres uirum unum. Gloſ.* idcſt, ſeptem dona Spiritusſancti Chriſtum.

Resp. dcdm, q ſicut in 2. parte dictũ eſt, † dona proprie ſunt pfectiones quędam potentiarũ aiæ, ẽm q ſunt natæ moueri a Spũſancto. Manifeſtum eſt aũt, q aia Chriſti perfectiſſime a Spũſancto mouebatur, ẽm illud Luc. 4. Ieſus aũt plenus Spiritusſancto regreſſus eſt a Iordane, & agebatur a ſpiritu in deſertum. Vnde manifeſtum eſt, q in * Chriſto fuerunt excellentiſſime dona.*

Ad primum ergo dcdm, q illud, quod eſt pfectũ ẽm ordinẽ ſuæ naturæ, indiget adiuuari ab eo quod eſt altioris naturæ, ſicut hõ, quantumcumq; pfectus indiget adiuuari a Deo. Et hoc mõ uirtutes, q̃ pficiũt potentias aiæ, ẽm q ducunt rõe, quãtumcumq; ſint perfectæ, indigent adiuuari p dona, quæ perficiunt potentias animę, ſecundum q ſunt motæ a ſpirituſancto.

Ad ii dcdm, q Chrs non ẽm idẽ eſt recipiẽs, & dãs dona Spũſancti, ſed dat, ẽm q hõ. Vñ Gre. dicit in 2. mor. q Spũſanctus humanitatẽ Chriſti numquã deſeruit, ex cuius diuinitate procedit.

Ad iii dicendum, q in Chriſto non ſolũ fuit cognitio patriæ, ſed ẽt cognitio uiæ, ut infra dicetur.† Et tñ ẽt in patria ſunt per aliquem modum dona Spiritusſancti, ut in 2. parte dictum eſt.*

Articvlvs VI.

Vtrũ in Chriſto fuerit donũ timoris.

Ad sextvm ſic procedit. Vr q in Chriſto nõ fuerit donum timoris. Spes enim videtur potior, q̃ timor. nam ſpei obiectum eſt bonum,[b] timoris uero malũ, ut in ſecũda parte habitum eſt.* ſed in Chriſto non fuit uirtus ſpei, ut ſ. habitum eſt. † Ergo etiam nõ fuit in eo donum timoris.

¶ 2 Præt. Dono timoris timet aliquis, uel ſeparationẽ à Deo

[Right margin commentary:] excellẽtiſſime dona. Probat. Aia Chri pfectiſſime a Spũſancto mouebatur, ergo in Chro fuerunt excellẽtiſſime dona. Aña pbat ex duplici auctoritate Euangelii. Cõſequentia probat ex qdditate donorum, ſ. q ſunt proprie perfectiones potentiarũ aiæ ẽm q ſunt natæ moueri a Spũſancto.

Sup. qv. VII. Art. VI. Titulus clarus eſt. ¶ In corpore articuli una eſt concluſio reſponſiua quæſito. In Chriſto fuit timor Dei, non reſpectu mali, ſed reſpectu eminentiæ Dei præ cęteris hominibus. hęc concluſio in litera primum declaratur quo ad terminos duos diſtinguendo

[Right margin notes:] *li. 6. Ethi. c. 3. & ſeq to. 5.* *Glo. ord ibidem.* *† P. 2. q. 68 arti. 1.* *Concl.* *li. 2. c. 41. a me. illius.* *q. 14. ar. 4 † p. 2. q. 68 artic. 6.* *Parr. 9. 48* *Infr. q. 15. ar. 7. & q. 1. di. 25. q. 2. art. 1. q. 3.* *p. 2. q. 19. & 17. ar. 1. † ar. 4. huius quæſt.*

guendo d[illegible]o obiecta timoris, ſ. malum terribile, & eminentiam potentis infligere malum. Quæ probatur: quia niſi eſſet eminens non timeretur. Deinde declaratur quid ſit in Chriſto iſte affectus timoris eminentiæ dicendo, q; eſt affectus reuerentialis in eę eminentiæ. Demum probatur, quo ad primam partem affirmatiuam auctoritate Apoſtoli ad Heb. & quoad comparatiuã auctoritate Iſaiæ. Replebit eũ ſpiritus timoris domini.

*Augu. in Can. Ioa. tract. 9 c[i]rca mediũ to. 9.
†q. 15. ar. 1 & 2.

¶ Occurrit hic dubiũ circa timorem reuerentialem Chriſti, ex eo q; eminentia Dei potentis infligere malum, aut habuit rationem reuerendi, quatenus eminentia Dei abſolute, aut quatenus eminentia eſt potentis infligere malum. Non poteſt dici primum, tum quia eminentia Dei, ut ſic, ueneranda, adorãdumque ſonat, nõ timendum, quum non dicat ordinem ad malum, tum quia expreſſe Auctor in art. 1. q. 42 Primæ ſecũdæ dixit, q; tam Deus, quã quilibet alius potens, eſt obiectũ timoris ut cã mali, ac per hoc Deus obiectum timoris ut eminens, non abſolute, ſed ut eminentia eſt cauſatiua mali, intelligitur. Quod ẽt in hac litera confirmatur, ubi eminentia ponitur ratio, q; timeatur, quia ſuperatiua eſt ad cauſandum malum. Nec põt dici ſcd[m], quia Chriſtus nullum malũ pœna pro culpa, aut ſeparationem à Deo timebat, ut in lra dr, in idẽ aũt redit timere malum aliquod, & timere potẽtiã inflictiuã mali. Nec differũt niſi ſicut per ſe, & per aliud, quia ſ. malũ p ſe timemus, potẽtiã autẽ inflictiuam per aliud, hoc eſt pp malum, quia in ordine ad poſſibile malum ab illa potẽtia timor inſurgit: unde ſi ſubtrahatur ab eminenti

†P. 2. q. 19. art. 1.

Concluſ.

potentia ordo ad malum, nulla reſtat ratio timoris. Et quia ſic fuit in Chriſto, qũ certus, ac ſecurus erat, q; nullum poterat à Deo ſibi prouenire malũ fugiendũ, p donum timoris, conſequẽs eſt q; nec reſpectu diuinæ eminentię fuit in Chro timor reuerentialis, nam timor reuerentialis quidam timor eſt.

¶ Ad hoc dicitur, q; proculdubio Deus non eſt obiectum timoris, niſi in ordine ad malum: quia bonum non timetur niſi in ordine ad malum, qđ eſt per ſe primo timoris obiectum. & iõ eminentia diuina in propoſito ponitur timoris obiectũ, nõ abſolute, ſed ut cauſa mali. Verum duplicẽ habet diuina eminentia ordinẽ ad malũ, ut cã ad effectum: primo abſolute, ſecundum ut ſubſtat diuinę uolũtati. Si cõſideretur diuina eminentia ſm ſuũ poſſe, qđ hẽt ad cauſandum malum, ſic proculdubio, timendi rõnem retinet, quia ſm ſe habet poſſe cauſare malũ. Si uero conſideretur diuina eminentia, ut ſtat ſub determinatione diuinæ uoluntatis ad cauſandum executiue malũ, ſic nõ habet rõnem timendi, quia hęc conditio reddit creaturam ſecuram, & certam de impoſſibilitate mali effectiuĩ. Põt ergo diuina eminentia

qđ pertinet ad timorem caſtũ, uel puniri ab ipſo, qđ pertinet ad timorem ſeruilem, ut Aug. dicit* ſup Cano. Ioan. ſed Chriſtus non timuit ſeparari à Deo per pctm̃, neq; ẽt puniri ab eo pp ſuã culpam: q̃a impoſſibile erat ei peccare, ut infra dicet.† Timor aũt nõ ẽ de ĩpoſſibili. ergo i Chro nõ fuit donũ timoris.

B ¶ 3 Præ. 1. Io. 4. dr, q; pfecta charitas foras mittit timorẽ: ſed in Chriſto fuit perfectiſſima charitas, ſecundum illud Eph. 3. Supereminentẽ ſcientiæ charitatem Chriſti. ergo in Chriſto non fuit donum timoris.

SED CONTRA eſt, quod dicitur Iſa. 11. Replebit eum ſpiritus timoris domini.

C RESP. Dcd̃m, q; ſicut in 2. parte dictũ eſt.* timor reſpicit duo obiecta quorũ unũ eſt malũ terribile, aliud eſt illud, cuius ptãte malũ põt inferri: ſicut aliquis timet regem, inquantũ hẽt occidendi ptãtem. Nõ aũt timeretur ille, qui põt nocere, niſi haberet quandã eminẽtiã ptãtis, cui de facili reſiſti non poſſit: ea. n. quæ in prõptu habemus repellere, nõ timemus. Et ſic patet, q; aliquis nõ timetur, niſi pp ſuam eminẽtiã. Sic igitur dicendũ eſt, q; in Chro fuit timor Dei, nõ qdẽ ſm q; reſpicit malũ ſeparatiõis à deo per culpam, neq; ẽt ſm q; reſpicit malũ punitionis pro culpa, ſed ſm, q; reſpicit ipſã diuinã eminentiam, prout, ſ. ãia Chriſti quodam affectu reuerentiæ mouebatur in Deum à Spiritu ſancto acta.* Vnde Heb. 5. dr q; in omnibus exauditus eſt pro ſua reuerentia. Hunc. n. affectũ reuerẽtiæ ad Deũ, Chriſtus ſm q; hõ, præ ceteris habuit pleniorẽ. Et ideo ei attribuit ſcriptura pleniorem timoris dñi.

AD PRIMVM ergo dcd̃m, q; habitus uirtutum, & donorũ, pprie, & p ſe reſpiciũt bonũ, malũ aũt ex cõſequẽti. Pertinet .n. ad rõem uirtutis, ut op⁹ bonũ reddat, ut in 2. Eth.* dr, Et ideo de rõne doni timoris nõ ẽ illud malũ, qđ reſpicit timor ſed eminentia illius boni, ſ. diuini, cuius ptãte aliqđ malum infligi põt: ſed ſpes, ſm q; uirtus eſt, reſpicit nõ ſolũ actorẽ boni, ſed ẽt ipſum bonum, inquantũ eſt non habitũ. Et ideo Chriſto, qui iã habebat pfectũ beatitudinis bonũ, nõ attribuitur uirt⁹ ſpei, ſed donũ timoris.

AD II dcd̃m, q; perfecta charitas foras mittit timorem ſeruilem, qui reſpicit principaliter pœnam: ſic autem timor nõ fuit in chriſto.

ARTICVLVS VII.

Vtrum in Chriſto fuerint gratiæ gratis datæ.

D AD SEPTIMVM ſic proceditur. Vr q; i chriſto nõ fuerint grãæ gratis datæ. Ei. n. q hẽt aliquid ſm plenitudinem, nõ competit illud habere ſm participationem: ſed chriſtus habuit grãm ſm plenitudinẽ ſm Io. 1. Plenum grãæ, & ueritatis. Grãæ aũt gratis datę uĩr eſſe quædam participationes diuiſim, & particulariter diuer-

Li. 2. ethi. c. 6. l prin. to. 5.

Perr. 4. 49
4. conr. ca. 154. fin. Et ueri. q. 27. ar. 1. & cor. Et opuſ. 3. ca. 22. Et Ro. r. lect. 3. Et Eph. 1. lect.

A nentia non ſolum abſolute, quo mõ non eſt obiectũ timoris, ſed ut cauſa mali abſtrahere à poſſibili executione mali, & ſic eſſe obiectum timoris abſque ordine ad malum poſſibile euenire, ſed nõ põt ut cã mali abſtrahere ab hoc, q; ipſa ſm ſe eſt potẽs cauſare malũ. Et q; ſic erat i Chro, iõ utrũq; de Chro dr, ſ. & q; non erat in eo timor mali poſſibilis fugiendi, ſ. per donũ timoris, & q; erat in eo timor eminentiæ diuinæ potentis infligere malum. Contẽplando ſiquidem diuinam eminentiã, ut cauſam potentẽ, quãtum ex ſe eſt infligere malũ, inſurgebat, timor reuerentialis ad illam: q̃uis ſciendo eminentiam illã eſſe cauſam determinatam ad nõ cauſandum in huiuſmodi malum, ſecurus eſſet abſq; ſuſpitione quacumque hmõi mali.

¶ Et per hæc patet ſolutio obiectorum, & q; omnia cõſonant, ¶ In ſolutione ad primũ eiuſdem articuli ſexti, ſi diſtinctionẽ iã dictã de duplici ordine cãæ ad effectũ, applicueris ad literã uidebis differentiam inter timoris donũ, & ſpei uirtute in lra poſitã, Habet ſiquidem actor, ſiue boni, ſiue mali duplicem ordinem ad ſuũ effectũ; primo ſm ſe, p quanto eſt potens cauſare bonũ, ſiue malum ẽt mihi: ſecundo, ut pparat⁹ eſt ad executionem boni, uel mali. Tunc aũt tm̃ timetur malũ, uel ſperatur bonũ ex actore, qñ utero que ordo interuenit, qñ aũt primus ſm, tũc actor tm̃ reſpicitur. ¶ In lra igr ponitur diſtĩr uirtutẽ ſpei, & donũ timoris in hoc q; ſpes ẽ reſpectu boni & executione, & reſpectu actoris boni utroque m. õ. timor uero nõ eſt reſpectu mali, nec reſpectu actoris ut executiui, ſed reſpectu actoris potentis ſm ſe

E malũ cauſare. Et rõ redditur in lra ex cõi rõne doni, & uirtutis, quia. ſ. cõe eſt uirtuti, & dono per ſe primo reſpicere bonũ, uirtus primo bonũ facit. Hinc. n. ſequitur, q; ſpes, quæ non ſolum inquantũ donũ, ſed ſm ppriã rõnem ſpei directe reſpicit bonũ, oĩa q cõuenire nata ſunt ſpei, retineat, ac p hoc q; ſit boni habẽdi ſeu nõ habiti. Timor aũt, q̃a ſm ppriã rõnẽ timoris directe reſpicit malũ, ſed quatenus eleuatus eſt in celſitudinẽ doni, & propter ea p ſe reſpicit bonũ, nõ retinet, ea q ſe tenet ex parte mali, ſed ad id, qđ ſe tenet ex pte boni, tẽdit. Et iõ minimũ retinuit de aſpectu, ad malũ, timoris donũ i Chro, dũ i ſolũ tẽdebat actorẽ mali, nõ ut executiuũ, ſed ut i ſe potẽtẽ cauſare malũ. Quo ſit ut uirt⁹ ſpei i Chro nõ fuerit, utpote, ponẽs Deũ nõ haberi ab aĩa Chri, timoris aũt donũ in eo fuerit, utpote, ſolum reuerentiam actoris mali ponens in Chriſti anima.

SVPER QVÆ. VII. ARTI. VII

Ferr. 4. cont. c. 154.

T Itulus articuli ſeptimi, ut ſonat intelligitur.
¶ In corpore unica eſt concluſio reſponſiua quæſito affirmatiue

matiue. In Chriſto fuerunt excellentiſſime oẽs grę gratis datę. Probat̃, Oportet eum qui docet, habere ea, per quæ ſua doctrina manifeſtat̃. ergo oportet in Chriſto excellentiſſime fuiſſe oẽs grãs gratis datas. Añs probatur quia alias ſua doctrina eſſet inutilis. Conſequentia uero probatur, quia Chriſtus eſt primus, & principalis doctor fidei, & gratiæ gratis datæ ſunt ea, per quæ fidei ſpiritiuſque doctrina manifeſtatur.

¶ Vbi nota, q̃ Chriſtus dicitur primus, & principalis fidei doctor, uel quia perſona illa habet ẽt ſpẽ primatum in docendo, uel quia non obumbratæ, ſed reuelatæ fidei doctor primus ſpẽ, & principalis auctoritate fuit Chrus ſm q̃ hõ, prout de ipſo ẽ ſermo hic. Et hoc auctoritati Apoſtoli ad Hebr. 2. conſonat, ubi ſalus initium manifeſtæ narrationis à Chriſto, in quo Deus nouiſſime locus eſt, ſumpſiſſe dicitur.

*Epiſt. 57. declinando ante fin. lo. ¶ Super hoc autem, q̃ Chriſtus eſt primus, ac principalis doctor fundatur conſequentia non ſolum gratiarum, ſed ẽt excellen-

P. 2. q. 11. tiſſimo mõ gratiarũ in Chriſto. Decet. n. primum, ac præcipuũ doctorem excellẽtius aliis ſe habere in doctrina, & requiſitis ad illam, pp qđ in lra in calce corporis, huius ſequelæ rõ tangit̃ dicendo. Sicut in primo, & principali fidei doctore.

¶ In ſolutione ad primum eiuſdem ſeptimi articuli, cum legis differẽtiã inter Chriſtum, & alios ſanctos. in hoc q̃ in aliis ſanctis gratiæ gratis datę diuiduntur, non ãt in Chriſto, intellige non de diuerſitate, & unitate quaſi in Chriſto oẽs grę gratis datæ ſint una gra, in aliis uero ſanctis alia ſit gra prophetię, alia gratia ſanitatum, alia gratia miraculorum, &c. qm ſicut uirtutes infuſæ, quæ ſpectant ad gratiã gratũ facientem, multiplicantur in Chriſto, ſicut in aliis ſanctis, & non omnes uirtutes

ſis attributæ, ſcđm illud 1. ad Cor. 12. Diuiſiones gratiarum ſunt. ergo uidetur q̃ i Chriſto non fuerint grę gratis datæ.

¶ 2 Præt, Qđ debetur alicui, nõ uñ eſſe gratis ei datũ: ſed debitũ erat[h] homini Chriſto, q̃ ſermone ſapientiæ, & ſcientiæ abundaret, & potẽs eſſet in uirtutibus faciendis, & in aliis hmõi, q̃ ptinẽt ad grãs gratis datas, cũ ipſe ſit Dei uirtus, & Dei ſapientia, ut dr̃ 1. ad Cor. 1. ergo Chriſto non fuit conueniẽs habere grãs gratis datas.

¶ 3 Prę. Grę gratis datę ordinãtur ad utilitatem fidelium, ſm̃ illud 1. Cor. 12. Vnicuique dat̃ manifeſtatio ſpũs ad utilitatẽ: nõ ãt uĩ ad utilitatẽ aliorũ pertinere habitus, aut quæcumq; diſpoſitio, ſi homo non utat̃, ſm̃ illud Eccl. 10. Sapientia abſcõdita, & theſaurus inuiſus, quę utilitas in utriſque? Chrus ãt non legit̃ uſus oibus gratiis gratis datis, pſertim quãtũ ad grã linguarũ. nõ ergo in Chĩo fuerũt oẽs gratiæ gratis datæ.

SED CONTRA eſt, q̃ Aug. dicit in epiſtola ad Dardanũ*, q̃ ſicut in capite ſũt oẽs ſẽſus, ita in Chriſto fuerunt omnes grę.

RESP. Dcđm, q̃ ſicut in 2. parte habitũ eſt, grę gratis datę ordinant̃ ad fidei, & ſpũalis doctrinæ manifeſtationẽ: oportet. n. eũ, qui docet habere ea, p quæ ſua doctrina manifeſtat̃, alias ſua doctrina eẽt inutilis. Spũalis aũt doctrinæ, & fidei, primus, & principalis doctor ẽ Chriſtus, ſm̃ illud Heb. 2. Cum initium accepiſſet enarrari p dñm, per eos, qui audierunt, in nos cõfirmata ẽ, cõteſtãte Deo ſignis, & portentis &c. Vñ manifeſtũ eſt, q̃ [m] in Chriſto excellentiſſime fuerunt oẽs grę gratis datæ ſicut in primo, & principali fidei doctore.*

AD PRIMVM ergo dcđm, q̃ ſicut grã gratũ faciens, ordinat̃ ad actus meritorios tã interiores q̃ exteriores, ita grã gratis data ordinat̃ ad quoſdã actus exteriores, fidei manifeſtatiuos, ſicut eſt operatio miraculorũ, & alia hmõi. In utraq; ãt grã Chrs plenitudinẽ habuit: inquantum. n. diuinitati unita

F erat eius aĩa, plenã efficaciã habebat ad oẽs pdictos actus pficiẽdos: ſed alii ſancti, q̃ mouẽtur à Deo ſicut inſtrã nõ unita ſed ſeparata, particulariter efficaciã recipiũt ad hos, uel ad illos actus perficiendos. Et ideo in aliis ſanctis hmõi gratiæ diuidunt̃, non autem in Chriſto.

AD II dcđm, q̃ Chriſtus dr̃ Dei uirtus, & Dei ſapientia, in quãtum eſt ęternus Dei filius,

G ſic ãt nõ cõpetit ſibi habere gratiã, ſed eſſe potius datorẽ grę: competit aũt ſibi habere gratiam, ſm̃ humanam naturam.

AD III dcđm, q̃ donum linguarũ datũ eſt apoſtolis, quia mittebant̃ ad docendas oẽs gẽtes. Chrus aũt in una ſola gẽte Iudęorum uoluit perſonaliter pdicare, ſm̃ q̃ ipſe dicit Matt. 15. Non ſum miſſus niſi ad oues, q̃ perierũt domus Iſrael Et Apoſt. dicit Rom.

H 15. Dico Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circunciſionis. Et ideo non oportuit, q̃ loqueret̃ pluribus linguis: nec tñ defuit ei omnium linguarum notitia, cũ ẽt occulta cordiũ ei nõ eſſent abſcondita (ut infra dicet̃*) quorũ uoces quæcumq; ſunt ſigna: nec tñ inutiliter hanc notitiam habuit, ſicut non inutiliter habet habitum, qui eo non utitur, quando non eſt opportunum. *queſt. 12. ar. 2.

in Chro ſunt una uirtus, ita multiplicant̃ in Chriſto, q̃ aliis ſanctis gratiæ gratis datæ: ſed intellige de diuiſione totius, & partium, hoc eſt q̃ in Chriſto fuit tota plenitudo gratiarũ gratis datarum, in aliis uero ſãctis fuit partialiter, quia uni ſancto una grã, & alteri alia, iuxta doctrinam Apoſtoli. Et rurſus uni ſãcto talis gratia (puta prophetiæ, aut miraculorum ſm̃ talẽ mẽſurã) in Chriſto aũt tota plenitudo &c. Et rõ aſſignatur in litera quia humanitas Chriſti erat organum coniunctũ diuinitati, alii uero ſancti mouẽtur à Deo ut inſtrã ſeparata, qđ ſi plenius nõ intelligis, uide ultra prius dicta, in 4. contra Gentiles ca. 14.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum in Chriſto fuerit prophetia.

AD OCTAVVM ſic procedit̃. Vr̃ q̃ in Chro nõ fuerit pphetia. Prophetia. n.[h] importat quãdã obſcuram, & impfectã notitiã, ſm̃ illud Num.

I 12. Si q̃s fuerit inter uos ppheta dñi, per ſomniũ, aut in uiſione loquar ad eũ: ſed Chriſtus[h] habuit plenã, & apertã notitiã multo magis q̃ Moyſes, đ quo ibi ſubdit̃, q̃ palã, & nõ per ænigmata uidet Deũ. Non ergo in Chriſto dẽt poni pphetia.

K ¶ 2 Præ. Sicut fides eſt eorum, q̃ nõ uñt, & ſpes eorũ, q̃ non habent̃, ita pphetia eſt eorũ, q̃ nõ ſunt pſentia, ſed[h] diſtãt, nã propheta dr̃ quaſi procul fans: ſed i Chro ñ ponit̃ fides, nec ſpes, ut ſ. dictum eſt.* Ergo prophetia ẽt non dẽt poni in Chriſto.

¶ 3 Prę.[h] Propheta ẽ inferioris ordinis, q̃ Angelus, uñ, & đ Moyſe, q̃ fuit ſupremus prophetarũ (ut 1 2. parte dictũ eſt) dr̃ Act. 7. q̃ locutus eſt cũ Angelo in ſolitudine: ſed Chrus non eſt

SVP. QVÆ. VII. Perr. a. 50

ART. VIII.

Medina a. 8.

Infr. q. 38. arti. 2. & 2. 2. q. 174 ar. 5. Et Pſ. 44 Et Mat. 1. Et Io. 4. lect. 6. Et 1. cor. 13. lectio. 2.

Titulus octaui articuli intelligit̃ ut ſonat.

¶ In corpore articuli una eſt concluſio reſponſiua quęſito affirmatiue. ſcilicet, in Chriſto fuit prophetia. Probat̃ Chriſtus fuit non ſolum comprehenſor, ſed uiator & cognoſcebat̃, ac dicebat, quæ procul ab aliorum erant notitia, ergo fuit propheta. Conſequentia probatur, quia ad prophetiam requiritur, quòd cognita ſint prout ab aliis, cum quibus cognoſcens, & annuncians eſt: qđ probatur ex differentia ſecundum locum & ſecundum tẽpus, & conſequenter ex differentia inter pure comprehenſores, & uiatores. †Arti. 3. & 4. huius q.

2. 2. q. 174. ar 4.

¶ Vbi nota primo ex libro præcedenti quęſt. 173 artic. 1. & ex 3. q. 174. articul. 5. quòd

minoratus ab angeli ſm notitiam animæ, ſed ſolum ſm corporis paſſionem, ut habeẽ Heb. 2. ergo vr̃ ꝙ Chriſtus non fuit Propheta.

SED CONTRA eſt, ꝙ de eo p̃dr̃ Deute. 18. Prophetam ſuſcitabit uobis deus de ſratrib. ueſtris. Et ipſe de ſe dicit Mat. 13. & Ioan. 4. Non eſt Propheta ſine honore, niſi i patria ſua.

RESP. Dcd̃m, ꝙ Propheta dr̃ quaſi procul ſans, uel ꝓcul videns: inquantũ. ſ. cognoſcit, & loquiẽ ea, quæ ſunt ꝓcul ab hominum ſenſibus: ſicut ẽt Augu. dicit 16. contra Fauſtũ * Eſt ãt conſiderandum, ꝙ non pọ̃t dici aliquis Propheta ex hoc, ꝙ cognoſcit, & annuntiat ea, quæ ſunt aliis procul, cum q̇bus ipſe non eſt. Et hoc manifeſtum eſt ſm locum, & ſm tẽpus: ſi enim aliquis in Gallia exiſtens, cognoſceret, & annũtiaret aliis in Gallia exiſtentib. ea, quę tunc in Syria agerẽtur, propheticum eſſet: ſicut Heliſæus ad Giezi dixit, 4. Regũ. 5. quõ uir deſcenderat de currũ, & occurrerat ei, Si uero aliqs in Syria exiſtens, ea, q̃ ſunt ibi annuntiaret, non eſſet propheticũ. Et idẽ appareret ſm tp̃s. Propheticum enim fuit ꝙ Eſaias p̃nuntiauit, ꝙ Cyrus rex Perſarũ templum dei eſſet reædificaturus, ut patet Iſa. 44. Non aũt fuit propheticũ, ꝙ Eſdras hoc ſcripſit, cuius tp̄e factum eſt. Si igitur deus, aut angeli, uel etiã beati cognoſcunt, & annũtiãt ea, quæ ſunt procul a nr̃a notitia, hoc non pertinet ad ꝓphetiam: quia in nullo noſtrum ſtatũ attingunt[m]. Chriſtus ãt ante paſſionẽ noſtrum ſtatum attingebat, inquantũ non ſolum erat cõprehenſor, ſed ẽt viator. Et iõ propheticũ erat, ꝙ ea, quę erant procul ab aliorum viatorum notitia, & cognoſcebat, & annuntiabat. Et hac rõe dicitur in eo fuiſſe[a] prophetia.[a]

AD PRIMVM ergo dcd̃m, ꝙ p illa uerba nõ oſtẽdiẽ eſſe de rõe prophetiæ ænigmatica cognitio, quæ, ſ. eſt per ſomnium, & in uiſione: ſed oſtendiẽ comparõ aliorum prophetarũ, qui per ſomniũ, & in uiſione per-

A ceperunt diuina, ad Moyſen, q palã, & nõ per ænigmata Deũ vidit, qui ꝓpheta, eſt dictus, ſecundũ illud Deut vlt. Nõ ſurrẽxit ultra ꝓpheta in Iſrael, ſicut Moyſes: Põt tñ dici, ꝙ etſi Chriſtus habuit plenam, & apertam notitiam, quantum ad partem intellectiuã: habuit tamen in parte imaginatiua quaſdam ſimilitudines, in quibus etiã poB terat ſpeculari diuina, inquantum non ſolum erat comprehenſor, ſed etiam uiator.

AD II. dicẽdum, ꝙ fides eſt eorum, quæ non videntur ab ipſo credẽte, & ſimiliter ſpes eſt eorum, q̃ non habetur ab ipſo ſperãte: ſed prophetia eſt eorũ, quæ ſunt procul à cõi hominũ ſenſu, cum quibus propheta cõuerſatur, & communicat in ſtatu uiæ; & ideo fides, & ſpes reC pugnant perſectioni beatitudinis Chri: nõ autem prophetia.

AD III. dicendum, ꝙ angelus cum ſit comprẽhẽſor, eſt ſupra ꝓphetam, qui eſt purus viator, non autẽ ſupra Chriſtũ, q fuit ſimul uiator, & cõp̃hẽſor.

ARTICVLVS IX.

Vtrum in Chriſto fuerit plenitudo gratiæ.

AD NONVM ſic proceditẽ. Videtur, ꝙ non fuerit in D Chro gr̃æ plenitudo. A gr̃a. n. deriuantẽ[h] uirtutes, ut in ſecũda parte dictũ eſt. * ſed in Chriſto non fuerunt oẽs uirtutes: non enim fuit in eo fides neq; ſpes, vt oſtẽſum eſt. † ergo in Chriſto non fuit gratiæ plenitudo.

¶ 2 Præt. Sicut patet ex his, q̃ in ſecunda parte dicta ſunt, * gr̃a diuiditur in operantẽ, & cooperantẽ: operans aũt gratia dr̃ E p quã iuſtificatur[h] impius, qđ quidem non habuit locum in Chriſto, qui numquam ſubiacuit alicui peccato. ergo i Chriſto non fuit plenitudo gratiæ.

¶ 3 Præt. Iac. 1 dicitur, Omne datum optimũ, & omne donum perfectum, deſurſum eſt deſcendens à Patre luminum: ſed qđ deſcendit, habetur[h] particulariter, & non plene. ergo nulla creatura, nec etiam anima Chriſti poteſt habere plenitudinem donorum gratiæ.

ꝙ cognitio ꝓphetica dupliciter ſortiẽ eẽ procul. ſ. uel ex parte cognitionis (& penes hoc diſtinguitur cognitio ꝓphetica cõiter dicta a uiſiõe dei per eſſentiã) uel ex parte cognoſcentis, & penes hoc diſtinguiẽ ꝓphetia Moyſi, & Chri a cognitione beatorũ, q̃m beati ſi ſunt procul, q̃a cõp̃hẽſores tñ. Moyſes ãt ſuit ſimpliciter viator, Chriſt⁹ uero cõprehenſor, & uiator, & propterea Auctor hoc in loco ꝓphetiã in Chro inueſtigat, & concludit ex parte cognoſcentis, quia. ſ. Chriſtus erat uiator.

*lib. 16. c. 18. to. 6.

¶ Nota ſecundo nouitie, ꝙ probatio lĩæ ſm locũ, & tp̃s. repititione einſdem loci, & ſimiliter tẽporis reſpectu dicentis, & aliorũ eget, ita ꝙ l exẽplo de loco ad partẽ negatiuã, ſ. Si uero aliqs in Syria exiſtẽs, ea, q̃ ſunt ibi annuntiaret, ſubaudi, exiſtẽtib. in Gallia. cum q̇bus ſi eſt, a quib. tñ ꝓcul ſunt geſta in Syria, nõ eſſet prophericũ: alioquin ſcribentes lĩas ex Syria de geſtis ibi eſſent prophetę Et ſimiliter in exemplo de tempore, nõ fuit propheticũ, ꝙ Eſdras ſcripſit poſteris, cum quibus non fuit. & a quibus procũl fuit, ædificationem templi: alioquin omnes hiſtorici eſſent prophetæ. Exigitur ergo ad prophetam utriuſque ſimul concurſus conditiones, ſ. ꝙ cognoſcat ea, quæ ſunt procul ab aliis, cum quibus ipſe eſt: & ideo, nec deus, nec ſancti, aut angeli ſunt prophetæ, ſed uiatores.

Conclu.

¶ Nota tertio, quod duplici ratione Chriſtus inquantum uiator, poteſt dici propheta. Primo, ut ly inquantum uiator, denotet conditionem tam cognitionis, quã cognoſcentis: quia. ſ. prophetia conuenit Chriſto ratione cognitionis ſpectantis ad uiam, ſiue intellectiu, ſiue imaginatiua (ut dicitur hic in reſponſione ſecunda ad primam), & conuenit ſibi ratione conditionis cognoſcentis, quia erat uiator. Secũdo, ut ly inquantũ uiator, denotet conditionem cognoſcentis tãtũ, ita ꝙ Chriſtus quacunq; creata cognitione nouerit occulta aliis propheta eſt: quia cognitio illa uiatoris eſt, quãuis non inquãtum uiator eſt, ſibi cõueniat. Nec ꝓpea ſequitur, Chriſtus rõne cognitionis cõprehenſiuæ eſt propheta. ergo inquantũ comprehẽſor eſt propheta: quia rõne cognitionis comprehenſiuæ, nõ in quocũq; , ſed in uiatore eſt propheta Chriſt⁹. Valeret aũt ſi ratione cognitionis comprehẽſiuæ abſolute Chriſtus eſſet propheta, qđ nõ dicim⁹. Et ad hoc tendit rñſio prima ad primum cũ toto corpore arti. dum de cognitionis conditione nulla eſt cura: ſed de cõdõne cognoſcẽtis.

D. 1068.

D. 1066.

¶ Nota nouitie quarto, ꝙ cum dr̃, Chriſt⁹, inquantum viator, eſt propheta, ly inquãtũ, non reduplicatiue tenetur: alioqn omnis uiator eſſet propheta, ſed ſpecificatiue, q̃a denotat cõditionem in Chriſto, qua ſuſcipit prædicationẽ prophetæ. Eſt enim propheta, quia eſt uiator: ſicut Sortes eſt criſp⁹. inquantum capillatus: quia criſpitudinẽ habet non, niſi quia capillatus.

Porr. a.

51

Inf. ar. 10. & 12. c. & 3. diſ. 13. q. 1. ar. 2. q. 1. & di. 15. q 1. art. 2. ad 5. Et op. 3 c. 212. Et op. 60. c 3.

* P. 2 q. 110 art. 4. ad 3.

† Art. 3. & 4.

* P. 2. q. 111. ar. 2.

SVP. QVAES. VII. ART. IX.

Cap. 3. d. 13. q. 1. cõm. 2. Palud. 3 d. 13. q. 3. Medina. a. 9.

TItulus articuli nonᵒ ab Auctore in principio corporis declaratur, ꝙ plenitudo importat totalitatẽ, & perfectionem, ita ꝙ habere gratiæ plenitudinem, eſt habere gratiam totaliter, & perfecte. Et quia totaliter, & perfecte dupliciter inuenitur, uel in genere aliquo, uel ſimpliciter, intellige hic, quòd eſt ſermo de totalitate, & perfectione ſimpliciter, ita ꝙ quæſtio eſt, an in Chriſto fuerit gratiæ plenitudo ſimpliciter.

¶ In corpore articuli tria fiunt: primo declaranẽ termini, &

Sed contra eſt, ꝙ dicitur Ioan. 1. Vidimus eum plenum gratiæ, & ueritatis.

Resp. Dcẽdũ, ꝙ plene dr̃ haberi, quod perfecte, & totaliter habet. Totalitas ãt, & pfectio põt attẽdi dupliciter. Vno mõ, quantum ad quantitatem eius intenſiuam: puta ſi dicã aliquẽ plene habere albedinem, ſi habeat eam, quantumcunq; nata ẽ haberi. Alio modo ſm̃ uirtutẽ: puta ſi aliquis dicat̃ plene habere uitã: quia hẽt ſm̃ omnes effectus, uel opera uitę, & ſic habet plene uitam hõ, non autem brutum animal, uel plãta. [m] Vtroque ãt modo Chriſtꝰ habuit gr̃æ plenitudinẽ[a]. Primo, quidem, quia habuit eã in ſummo ſm̃ perfectiſſimum modũ, quo haberi poteſt. Et hoc quidem apparet, primo, ex propinquitate animæ Chriſti ad cãm gr̃æ: dictum eſt[*] enim, ꝙ quanto aliqđ receptiuum ꝓpinquius eſt cauſæ influenti, tanto abundantius recipit. Et ideo anima Chriſti, quæ propinquius coniũgitur Deo inter omnes creaturas rõales, maximam recipit influentiam grę eius. Secundo ex comparatione eius ad effectũ. ſic.n. recipiebat aĩa Chriſti gratiam, ut ex ea, quodammõ trãſfunderetur in alios. Et jõ opotuit, ꝙ haberet maximam gratiam: ſicut ignis, q eſt cauſa caloris in oĩb. calidis, eſt maxime calidus. Sir̃r ẽt quantum ad uirtutem gr̃æ plene habuit gr̃am: quia habuit eam ad omnes operationes, uel effectus gratiæ. Et hoc iõ, quia conferebatur ei gratia tanq̃ cuidam uniuerſali principio in genere habẽtiũ gr̃am. Virtus ãt primi principii alicuius gñis uniuerſaliter ſe extendit ad oẽs effectus illius generis: ſicut ſol, qui eſt uniuerſalis cã generationis (ut Dion. dicit in 4. ca. de Diui. nomi.[*]) eius uirtus ſe extendit ad oĩa:
G quę ſub gñatione cadũt. Et ſic ſecunda plenitudo grę extẽdit̃ in Chriſto, inquantũ ſe extendit eius gratia ad omnes gratiæ effectus, qui ſunt uirtutes, & dona, & alia huiuſmodi.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ fides, & ſpes nominant effectus gr̃æ in quodã defectu, q eſt ex parte recipientis gr̃am, inquantum ſ. fides eſt de nõ uiſis, & ſpes de non habitis. Vñ ñ oportet, ꝙ in Chriſto, qui eſt a-
H ctor gratię, fuerint defectus, quos important fides, & ſpes: ſed quicquid eſt perfectionis in fide, & ſpe, in Chriſto eſt multo perfectius: ſicut in igne non ſunt omnes modi caloris defectiui ex defectu ſubiecti, ſed qcquid pertinet ad perfectionem caloris.

Ad ii dcẽdũ, ꝙ ad gr̃am operantem per ſe, ꝑtinet facere
I iuſtũ: ſed ꝙ iuſtũ faciat ex impio, hoc accidit ei ex parte ſubiecti, in quo pc̃m inuenit̃. Anima chriſti igitur iuſtificata eſt per gratiã operantẽ, inquantũ ꝑ eã facta eſt iuſta, & ſancta a principio ſuæ conceptionis, nõ quòd ante fuerit peccatrix, aut etiam non iuſta.

Ad iii dcẽdũ, ꝙ plenitudo gratiæ attribuitur animæ Chriſti ſecundum capacitatẽ creatu-
K ræ: non autem per comparõnẽ ad plenitudinem infinitam bonitatis diuinæ.

diſtinguitur: ſecundo reſpondetur vnica concluſione de plenitudine intenſiua: tertio reſpõdet̃ unica concluſione de plenitudine extenſiua.

¶ Declaratur in primis ly plenitudo, & diſtinguitur, uel intenſiue, uel uirtualiter. Prima ãt concluſio eſt: In Chriſto fuit plenitudo gr̃æ intenſiuæ. Probat̃: habuit gr̃am in ſummo, ergo. Conſequentia relinquit̃ ꝑ ſe nota. Antecedẽs uero probat̃ dupliciter: primo ex cã: quia anima Chr̃i erat propinquiſſima cauſæ gr̃æ, quia perſonaliter cõiũcta. quanto ãt propinquior, tanto magis gr̃æ recipit. ergo in ſũmo propinqua, eſt in ſũmo grę. Secũdo ex effectu. Anima Chr̃i accepit gratiam, ut ex ea transfunderet̃ in alios. ergo habuit ſummã gratiã. Et patet ſeq̃la in exẽplo de calore ĩ igne.

¶ Nota hic primo, ꝙ expreſſe lr̃a loquẽs de quantitate intẽſiua gratiæ, dicit, ꝙ Chr̃s habuit eã in ſummo. Et hoc diligẽtiſſime uocã cõtra attribuentes Auctori, ꝙ ñ dat̃ ſummũ poſſibile in gr̃a: ñ.n. haberet Chr̃us gr̃am in ſummo intenſiue, niſi haberet ſũmũ poſſibile: ſicut ñ habet̃ albedo in ſũmo, ſi poſſibile eẽt dari albedinem intenſiorem, ut patet.

¶ Nota ſecũdo, ꝙ Auctor ñ dixit aĩã Chr̃i recipere gr̃am, ut eſſet in aliis gr̃æ cã abſolute, & ſimpliciter, ſed cũ additione: appoſuit.n. ly quodammõ, dicens, Vt ex ea quodammõ transfũderet̃ in alios. Deꝰ.n. ipſe eſt gr̃æ cã ſimpliciter, & abſolute: anima aũt Chriſti quodammõ, de quo mõ inferius erit ſermo diffuſus ĩ loco ꝓprio.

¶ Secunda cõcluſio ẽ: Chriſtus habuit plenitudinem gr̃æ, quãtum ad unitatẽ. Probat̃: q̃a habuit gr̃am ad omnes effectꝰ gr̃æ, ſ. uirtutes, dona &c. Probat̃, Chriſtus habuit gratiam, ut uniuerſale principium in genere habentium gratiam. ergo. Probatur ſequela: quia uirtus primi principii alicuius generis, uniuerſaliter ſe extendit ad omnes effectus illius generis, ut patet de ſole reſpectu generationis.

¶ Vbi nota, ꝙ hic non occurrit qđ de concluſione, ſed ratio eiꝰ non caret ſcrupulo: q̃m Chriſtum eſſe principium uniuerſale gñis habentiũ gr̃am, dupliciter poteſt intelligi: primo, ut principium contentum in genere tali, ſ. habentium gratiam, uel ut principium uniuerſale talis gñis ñ contentum in tali gñere, ſed ſupra illud. Si primo mõ intelligat̃ dato ꝙ ſit uera, tamen ñ ſic probatur in lr̃a: quoniam in lr̃a ſubſumitur ſub illa maiori de principio uniuerſali extra genus: ſicut ſi ſol poneret̃ cã gñis cunctorum, quæ gñantur, & corrumpuntur, ipſe extra genus

F corruptibilium, generabiliumque exiſtens. Si ſecundo modo intelligatur, propoſitio non apparet uera: tamen Chriſtus eſt unus habentium gr̃am, & non eſt extra genus habentium gratiam, iuxta illud; Plenũ gr̃æ, & ueritatis. Io. 1. Aut igit̃ maior de uniuerſali principio, ut ſol reſpectu generabilium, intellecta non eſt ad ꝓpoſitum: aut minor de Chriſto, ꝙ ſit vniuerſale principium, ſic eſt falſa.

¶ Ad hoc dr̃. ꝙ ꝓpoſitio illa, Chriſtus habuit gr̃am, ut uniuerſale principiũ in gñe habentiũ gr̃am intelligit̃ de principio uniuerſali, ñ cõtento in tali gñe: ita ꝙ concedendũ ẽ, ꝙ Chriſtus nõ eſt in gñe, ſed ſupra genꝰ habentiũ gr̃am: q̃m eſt ſupra gñationẽ habentiũ gr̃am in eſſe gr̃æ. Nec ꝓpterea ſequit̃, Chr̃m ñ habere gr̃am: ſed ñ habere gr̃am per gñationẽ, qua ſunt habentes gr̃am. Eſt ſiquidẽ inter Chr̃m, & alios habentes gr̃am hæc differentia, ꝙ alii habent gr̃am ꝑ adoptionẽ: Chriſtus aũt ñ ꝑ adoptionẽ, ſed ꝑ naturã. Nã cęteri filii ſunt adoptiui, Chr̃s ãt ñ: ſed de eo Luc. 1. ad B. Virginẽ dictũ eſt, Qđ ca te naſcet̃ ſctm̃. Cum ergo legis genus habẽtium gr̃am, Itellige perinde, ac ſi legeres genus filiorũ adoptiuorum dei: q̃m genus habentium gratiam per adoptionẽ eſt. Et quia Chriſtus eſt uniuerſale principium generis habentium gratiam, ſicut ſi ſol poneretur uniuerſale principium generabilium ſecundum naturam ideo oportet quòd gratia Chriſti extendat ſe ad omnes gratiæ effectus, ſicut uirtus ſolis ad omnia generabilia ĩ natura ſe extenderet.

¶ In reſponſione ad tertium eiuſdem articuli, aduerte, quòd aliud eſt loqui de gratia formaliter, hoc eſt ſub ratione gratiæ, & aliud de ipſa re, immo ipſis rebus, quæ ſunt gratia, & dona gratię. Nam gratia non inuenitur in deo ſecundum ſe formaliter (cum creatę rei nomen ſit, ſicut beneficium.) dona uero gratiæ in deo ſunt etiam formaliter, ut patet de ſapientia, intellectu, charitate, iuſtitia, &cæt. Et propterea cum argumentum tertium in litera eſſet de donis, Auctor non ad rationem gratiæ, ſed donorum gratiæ aſpiciens dixit duo: primo, quòd plenitudo gratiæ, hoc eſt donorum gratiæ, attenditur in Chriſto ſecundum capacitatem creaturæ: ſecundo, quod non attenditur per comparationem ad plenitudinem infinitam bonitatis diuinæ, & non dixit, gratiæ diuinę: deſcendunt enim gratiæ creaturæ, non a gratia in Deo, ſed a bonitate in Deo.

Concl. m.

[*] ar. 1. huius q.

[*] c. 4. pa. 1. inter priu. & mediũ.

in Deo, ita quòd inter gratiam formaliter,& res, quę ſunt dòna gratiæ, tñ intereſt, quòd dona grãæ, quia communia ſunt Deo,& creaturæ, ſi dicunt plene ineſſe creaturæ, intelligitur ſm capacitatem creaturæ, & non ſecundum ſuas rationes formales abſolute, ſecundũ quas in ſola diuina ſunt bonitate. Gratia vero ſi ponitur plene, ſimpliciter,& abſolute in creatura, nõ oportet quòd limitatio dicta ſubintelligatur: quia ſecundum ſuam rationem creatæ rei nomen eſt proprium. Quo circa ideo in litera reſponſionis huius diſtincta eſt plenitudo ſecundum capacitatẽ creaturæ, & ſecundum ꝙ in Deo: quia de donis gratiæ, quæ deſcẽdunt à patre luminũ, agebatur.

Ferr. c. 52 3. di. 13. q. 1. ar. 2. q. 3

SVP. QVAES. VII. ART. X.

Medina a. 10.

*Hom. 34 in Euã. inter finẽ & medium.

Titulus occaſionẽ ſumit ex eo, ꝙ multis in ſacra ſcriptura attribuitur plenitudo gratiæ, ut patet de beata Virgine, & Stephano.

¶ In corpore eſt una diſtinctio bimembris, cum duabus concluſionib. reſponſiuis ſecũdum ſingula mẽbra. Diſtinctio eſt hęc, Plenitudo gratię duplex eſt, uel ex parte gratiæ, uel ex parte ſubiecti. Prima cõcluſio reſpõſiua eſt, Plenitudo gratiæ ex parte gratiæ, propria eſt Chriſto: ſecunda eſt, plenitudo gratiæ ex parte ſubiecti, non eſt propria Chriſto, ſed communis eſt multis per Chriſtum. Prima concluſio probatur: quia ſolus Chriſtus pertingit ad ſummum gratiæ, tã intenſiue, quantum ad eſſentiã, quã extenſiue quantum ad uirtutem. Probatur: quia ſolus habet gratiam in maxima excellentia, qua poteſt haberi, & in maxima extenſione ad omnes gratiæ effectus. Secunda autem probatur: quia alijs gratia datur intenſiue, ſecũ-

Concl.

ARTICVLVS X.

Vtrum plenitudo gratiæ ſit propria Chriſti.

AD DECIMVM ſic proceditur. Vr ꝙ plenitudo grãæ nõ ſit propria Chri.[b] Qđ.n.eſt propriũ alicuius, ſibi ſoli cõuenit: ſed eſſe plenũ gratia, qbuſdã aliis attribuitur: dr.n.Luc.1. B.Virgini, Aue gratia plena. dr ẽt Act.7. Stephanus plen[9] grã, & fortitudine. ergo plenitudo gratiæ nõ eſt propria Chriſto.

¶2 Pręt. Illud, [b]qđ põt cõicari alijs ꝑ Chriſtum, nõ vr̃ eſſe ꝓprium Chriſto: ſed plenitudo gratiæ põt cõicari per Chriſtũ alijs: dicit.n. Apoſt. Ephe.3. Vt impleamini in oẽm plenitudinem Dei. ergo plenitudo gratiæ non eſt propria Chriſto.

¶3 Pręt. Status uię proportionari vr̃ ſtatui patriæ: ſed in ſtatu patriæ erit qdã[b] plenitudo: quia in illa cęleſti patria, ubi plenitudo eſt oĩs boni, licet qdã data ſint excellẽter, nihil tñ poſſidet ſingulariter, ut patet ꝑ Greg. in hom.* de centũ ouibus. ergo in ſtatu uię hr̃ gr̃ę plenitudo a ſingulis hoibus: & ita plenitudo grę nõ ẽ ꝓpria Chri.

SED CONTRA eſt: ꝙ plenitudo gratię attribuit Chriſto, inquantũ eſt unigenitus a Patre, ſm illud Io.1. Vidimus eũ quaſi vnigenitũ à Patre, plenũ grę, & veritatis: ſed eſſe unigenitũ à Patre, eſt propriũ Chriſto. ergo, & ſibi propriũ eſt, eſſe plenum gratiæ, & ueritatis.

RESP. Dcẽm, ꝙ plenitudo gratię poteſt attendi dupliciter, uno modo ex parte ipſius gratiæ: alio modo ex parte hñtis grãm. Ex parte quidẽ ipſius gratiæ dr̃ eſſe plenitudo, ex eo ꝙ aliquis pertingit ad ſummũ gratiæ, & quãtum ad eſſentiã, & quantum ad uirtutẽ, quia. ſ. habet gratiam, & in maxima excellentia, qua poteſt haberi, & in maxima extẽſione ad oẽs gratiæ effectus, & talis gratiæ plenitudo eſt ꝓpria Chriſto. Ex parte uero ſubiecti dr̃ gratię plenitudo, qñ quis hẽt plene gratiam ſm ſuam conditionem, ſiue ſm intenſionem, pro ut in eo eſt intenſa gratia vſq; ad terminũ pręfixum ei à Deo,

A ſm illud Eph. 4. Vnicuiq; nr̃m data eſt grã, ſm menſurã donationis Chriſti: ſiue ẽt ſm uirtutẽ, inquantum. ſ. hẽt facultatẽ gratiæ ad oia, q̃ pertinent ad ſuum officium ſiue ſtatũ, ſicut Apoſtol. dicebat Eph.3. Mihi enim oĩum ſanctorũ minimo data eſt grã hęc, illuminare omnes, &c. Et talis gratię plenitudo non eſt propria Chriſto, ſed

B cõicatur aliis per Chriſtum.

AD PRIMVM ergo dcẽm, ꝙ B. Virgo dicta eſt plena grã, nõ ex parte ipſius gratiæ: quia nõ habuit gratiã in ſumma excellentia, qua poteſt haberi, nec ad oẽs effectus gratiæ, ſed dr̃ fuiſſe plena gratia per cõparationẽ ad ipſã: q.ſ. hẽbat grãm ſufficientẽ ad ſtatũ illũ, ad quẽ erat electa à Deo, ut eſſet. ſ. mater Vnigeniti eius. Et ſimili

C ter Stephanus dr̃ plenus grã, qa hẽbat grãm ſufficientem ad hoc, ꝙ eſſet idoneus miniſter, & teſtis Dei, ad quod erat electus. Et idẽ dicẽdũ eſt de alijs: harũ tñ plenitudinum una eſt plenior altera, ſm ꝙ aliquis eſt diuinitus pręordinatus ad altiorem, uel inferiorem ſtatum.

AD II dcẽm, ꝙ Apoſtolus ibi loquitur de illa plenitudine gratiæ, quæ accipitur ex parte ſubiecti, in comparatione ad

D id, ad quod hõ eſt diuinitus ꝓordinatus, quod quidem ẽ vel aliquid cõe, ad quod preordinãtur oẽs ſancti, vel aliqđ ſpãle, quod pertinet ad excellentiam aliquorũ. Et ſm hoc quædam plenitudo gratię eſt oibus ſanctis communis, ut ſcilicet habeant gratiam ſufficientem ad merendum uitam æternam, quæ in plena Dei fruitio-

E ne conſiſtit, & hanc plenitudinem optat Apoſt. fidelibus, quibus ſcribit.

AD III dicẽdũ, ꝙ illa dona, quæ ſunt communia in patria, ſcilicet uiſio, comprehenſio, & fruitio, & alia huiuſmodi, habent quædam dona ſibi correſpondentia in ſtatu uiæ, quæ etiam ſunt communia omnibus ſanctis: ſunt tamen quædam prærogatiuæ ſanctorũ in patria, & in uia, quę non habẽtur ab omnibus.

dum menſuram eis à Deo pręfixam, iuxta Apoſtoli auctoritatẽ. Et ſimiliter datur viртus gratiæ ad omnia, quę pertinent ad ſuũ officiũ, uel ſtatũ, iuxta aliam Apoſtoli auctoritatem.

¶ Nota hic primo, ꝙ diſtinctio in precedẽti articulo poſita de plenitudine gratię intenſiuæ, uel extẽſiuę, diuidit quodlibet mẽbrum diſtinctionis in hoc articulo factæ. Nam plenitudo gratię ſecundum ſe attẽditur hic tam intenſiue, quam extenſiue, & ſimiliter plenitudo gratiæ ex parte ſubiecti attenditur tam intenſiue, quam extenſiue. Quocirca in artic. precedenti plenitudo gratię abſolute, hoc eſt ſine additione, cõſiderata diſtinctaque eſt, hic uero cum explicata additione, uel ex parte ſui, uel ex parte ſubiecti conſiderata, & diſtincta eſt. Vnde in Chriſto eſt plenitudo gratiæ ſimpliciter intenſiuè, & extenſiuè, iuxta precedentem articulũ. Et in eodem ſolò eſt plenitudo gratię ex parte gratię tam intenſiue, quam extenſiue, & in eodem, & aliis per ipſum eſt plenitudo gratię ex parte ſubiecti, iuxta hunc articulum. Sed in Chriſto plenitudo ex parte ſubiecti coincidit cũ plenitudine gratię ſecundum ſe: quoniam vnigenitum à Patre decet plenitudo gratię ſecundum ſe: in alijs autem eſt plenitudo ex parte ſubiecti limitata, ita quòd non eſt plenitudo ex parte gratię ſecundum ſe, quoniam hęc eſt propria unigeniti à Patre, ut prima huius articuli concluſio dicit.

Concl. p

¶ Nota ſecundo diligentiſſime, quòd Auctor de quantitate intenſiua gratiæ ſecundum ſe, loquens in hoc articulo dicit, ꝙ inuenitur de facto in ſummo data animę Chriſti, ut patet in primo membro, diſtinctionis, & prima concluſione. Et declarat tale ſummum eſſe quantum ad eſſentiam, diſtinguendo contra uirtutem,

& quantum ad excellentiã, diſtinguendo contra extenſionem, quæ ad uirtutem ſpectat, dicendũ q eſt in maxima excellentia, qua haberi põt. vbi impersonaliter loquit, & ex parte gratiæ, & nõ ex pte ſubiecti, ut clare adeo patet in lla, q nõ põt inficiari. ¶Et hæc ideo notanda duxi, ut uideant Thomiſtæ tñ Auctoris doctrinã dari ſummã charitatẽ, ſummam grãm, non ſolum ex parte ſubiecti, ſm mẽſuram, quã unicuiq; pſtituit Deus, ſed ex pte ipſius charitatis, & gratiæ ſm ſe, ut infra amplius clarificabit. ¶In ſolutione ad primum, nota ſobrietatẽ doctrinæ præſentis circa plenitudinẽ grę in B. Virgine, ſ. ut ſit plena gra tã intẽſiuẽ, quam extenſiue non plenitudine grę ſm ſe (quia illa eſt ppria Vnigenito à Patre) ſed plenitudine tã intenſiue, quam extenſiue requiſita ad matrem Dei. Et hic nota contra loquaces, & grãm B. Virginis extendentes ad oẽs effectus gratiæ, quaſi matris Dei laus indigeat noſtris pro uoluntate non ratione laudibus ſub quadam pietatis ſpecie.

¶Siſte igitur uir uere deuote, ac docte, in laudibus tõne fultis, ut. ſ. ſit gratia plena, non ex parte gratiæ, ſed ſubiecti, nec in ſũmo intenſiue, aut extenſiue ex parte gratiæ. Lauda in ea gratiam, ſed in ſummo ex parte ſubiecti ſupra omnem puram creaturam: hęc enim plenitudo matrem Dei decet, quæ ſuper omnes eſt puras creaturas exaltata.

Part.3. 53 3.d.33.q.1 a.2. q.2.& d.14. a.1. q.1.ca. Et ve.q.29.a. 3.Etop.3. a.22t. Et op.60. c.3 Et Ioan.3. lec.6.

*li.18. Moral.c.3.

ARTICVLVS XI.

Vtrum Chriſti gratia ſit infinita.

ADVNDECIMVM ſic proceditur. Videtur q gratia Chriſti ſit infinita. Oẽ.n.[h] immenſum, eſt infinitũ; ſed gratia Chriſti eſt immenſa: dr.n.Io.3. Non.n.ad menſuram dat Deus Spiritum Filio. ſ. Chriſto. ergo gratia Chriſti eſt infinita.

¶2 Præt. Effectus infinitus demonſtrat uirtutem[h] infinitam, quæ non poteſt fundari, niſi in eſſentia infinita: ſed effectus gratiæ Chriſti eſt infinitus: extendit.n.ſe ad ſalutem totius humani generis: ipſe enim eſt propitiatio p peccatis noſtris, & totius mundi, ut dicitur primæ Ioan.2. ergo gratia Chriſti eſt infinita.

¶3 Præt. Oẽ infinitum, p additionem finiti poteſt peruenire, ad[h] quantitatem cuiuſcumq; finiti. Si igit gratia Chriſti eſſet finita, poſſet alterius hoĩs gratia tm̃ creſcere, q perueniret ad æqualitatem grę Chriſti, contra quod dr̃ Iob 28. Non adæquabitur ei aurum, uel vitrum, ſecundũ q Greg.* ibi exponit. ergo gratia Chriſti eſt infinita.

SED CONTRA eſt, q gratia eſt quiddam creatum in anima: ſed oẽ creatum eſt finitum, ſm illud Sapien.11. Omnia in numero, & pondere, & menſura diſpoſuiſti. ergo gratia Chriſti non eſt infinita.

RESP. Dcẽdm, q ſicut ex ſupra dictis patet,* in Chriſto poteſt duplex gratia conſiderari. Vna quidem eſt gratia unionis, quæ ſicut ſ. dictum eſt,† eſt ipſum uniri perſonaliter filio Dei, qđ eſt gratis cõceſſum humanæ naturæ, &[m] hanc gratiam conſtat eſſe infinitam,[n] ſm q ipſa per-

G ſona uerbi eſt infinita. Alia vero eſt gratia habitualis, quæ quidem poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo, ſm q eſt quoddã ens. Et ſic [p] neceſſe eſt, quòd ſit ens finitũ:[q] eſt.n.in aĩa Chriſti ſicut in ſubiecto: aĩa autem Chriſti eſt creatura quædã habens capacitatem finitam. vnde eſſe gratiæ, cum non excedat ſuum ſubiectum, non põt eſſe infinitũ. Alio mõ põt con-

H ſiderari ſm propriam rationẽ gratię. Et[r] ſic gratia Chriſti poteſt dici infinita, eo q non limitatur: quia ſcilicet habet quicquid põt pertinere ad rõnẽ grę & non datur ei ſecundum aliquam certam menſurã id, qđ ad rõnem gratiæ pertinet, eo q ſm propoſitum Dei, cuius eſt gratiam menſurare, gratia cõfertur aĩæ Chriſti, ſicut cuidã uniuerſali principio gratifica-

I tionis in humana natura, ſm illud Ephe.1. Gratificauit nos in dilecto filio ſuo, ſicut ſi dicamus lucem ſolis eſſe infinitam, non quidem ſecũdum ſuum eſſe, ſed ſecundum rõnem lucis, quia habet quicquid ad rationem lucis pertinere poteſt.

*q.2.a.10. † q.6.art.3

SVPER QVAE. VII. ART. XI.

DIuinquit nondecim gratiæ, par eſt ut cœptum opus proſequamur, & quãto amplius Dei ſanctiſſimique dñi noſtri Leonis decimi Pontificis Maximi gratia, Cardinea me dignitate attollens abundauit, tanto magis debeo Ieſu Chriſti myſteria, Eccleſiæque ſacramenta ſcrutari, in lucemque proferre. ¶Hoc igitur eodem anno ſalutis quidem milleſimo quingenteſimo decimoſeptimo, ætatis autem propriæ nono ſupra quadrageſimum, inchoatum opus die duodecima Cardinalatus ſimul & menſis Iulij proſequendo, titulum huius undecimi art. q.7. intelligendum, ut ſonat dicimus.

¶In corpore artic. rñdetur quęſito, diuidendo, & ſubdiſtinguendo, ſic q iuxta tria membra diſtinctiuus tribus concluſionibus rñdetur. Diuiſio eſt, Gratia Chriſto duplex, uel vnionis, uel habitualis. Subdiſtinctio eſt, Gratia habitualis dupliciter conſideratur, uel ſecundum rõnem entis, uel ſm rõem gratię. Vnde cõſurgunt tria membra: uidelicet gratia unionis, gratia habitualis ut ens, gratia habitualis ut gratia. Prima concluſio iuxta primum membrum eſt, Gratia vnionis eſt infinita. Probatur. Vniri perſonaliter filio Dei, eſt infinitum, ſecundum q ipſa perſona uerbi eſt infinita, ergo gratia vnionis eſt infinita. Vbi ward pramiſſi expo. ad calcem ultimi articuli 7. q. tertiam. Secun-

F da concluſio eſt, Gratia habitualis Chriſti, in quantum ens, eſt finita. Probatur. Eſt in anima Chriſti ſicut in ſubiecto. ergo eſt ens finitum. Probatur ſequela, quia non excedit ſuum ſubiectũ, quod eſt finitæ capacitatis, quia creatura quædam eſt.

¶Nota hic, quòd quia finitũ, & infinitũ tanq quantitati ſoli cõgruit, ut dicitur in primo Phyſicorum, iuxta multiplicem quantitatem rei, multiplex finitas uel infinitas conſiderari poteſt. Verbi gratia, in linea iuxta duplicem quantitatem, ſcilicet molis, uel perfectionis, dupliciter poteſt dici finita, uel infinita: nam ſi eſſet linea aliqua infinitę longitudinis, eſſet finita ſecundum perfectionem (eſſet enim accidens, ac per hoc imperfectius ens, quàm ſubſtantia quęcunque) & eſſet infinita ſecundum rationem lineæ. Et ſimile accidit in habentibus, tantum quantitatem perfectionis e multarum tamen rationum, quòd, ſcilicet poſſunt iuxta multiplicem perfectionis quantitatem, multipliciter dici finita, uel infinita, ita quòd ſecundum quantitatẽ unius perfectionis ſunt finita, & ſecundum quantitatem alterius rationis perfectionis ſunt infinita: ut ſi eſſet albedo infinita intenſiue ſecundum latitudinem albedinis, eſſet infinita ſecundum rationem albedinis eſſet tamen finita ſm quantitatem perfectionis ſimpliciter, quoniam eſſet accidens, ac per hoc imperfectius ens qualibet ſubſtantia quantumcunque finitæ perfectionis.

*q.2.a.10. † q.6.art.3 concl.2 concl.3 concl.4

¶In litera igitur Auctor gratiam conſiderat, & ſecundũ quantitatem perfectionis conuenientis ſibi ſecundum propriam gratiæ rationem, & ſecundum quantitatem perfectionis conuenientis ſibi ſecundum communem rationem entis, quod eſt conſi-

K derare ipſam, ſicut, & quodlibet aliud ens ſecundum communem rationem perfectionis, nam quod eſt finitæ perfectionis, eſt finitæ entitatis: & econtra, & ſimiliter quod eſt infinitæ entitatis eſt infinitæ perfectionis. & econtra. Ex dictis in ſecunda concluſione, quòd gratia habitualis Chriſti eſt finita ſecundum rationem entis, hoc eſt, ens finitum.

¶In tertia autem, quòd eadem eſt infinita ſecundum rationẽ gratiæ, hoc eſt, eſt gratia infinita: Quæ tertia concluſio in litera primò exponitur: deinde probatur. Explanatur quidem, & quã tum ad vim nominis, ſcilicet quòd eſt infinita, quia non eſt limitata ſecundum aliquam creatam menſuram. & quantum ad rem, quia habet quicquid poteſt pertinere ad rationem gratię, & quantum ad exemplum de luce ſolis. Probatur autem. Animæ Chriſti confertur gratia ſicut cuidam vniuerſali principio gratificationis in humana natura. ergo animæ Chriſti gratia eſt infinita ſecundum rationem gratiæ. Antecedens probatur ex auctoritate Apoſt. ad Ephe.1.

¶Nota.

¶Nota hic, q ly in humana natura, determinat ſubiectũ neceſ-A ſitatis, non extenſionis hoc eſt, quia Chriſt⁹ eſt uniuerſale principium gratificationis, humanę neceſſitatis eſt: nam eã neceſſitatis ad habendũ Chrm principium gratificationis, humana natura eſt. Sed licet neceſſitas ex humana occaſionem ſumpſerit natura, extendit tñ hoc principiũ nõ ſolum ad hoĩes, ſed ad Angelos, ut infra patebit: ita q Chriſt⁹ eſt uniuerſale principium gratificationis & angelorũ, extenſa iã ſua capitali gratia, etiam ad angelos.

¶In rñſione ad ꝑm ſm eiuſdem articuli ꝑſpice, q gr̃a habitualis Chriſti hẽt effectũ infinitũ ob duplicẽ (ut dr̃ in lra) cãm. Hinc .n. hẽs, & meritum, & ſatisfactionem Chriſti infinitatẽ habere.

¶In rñſione ad tertiũ dubium occurrit: primo, quõ uerũ ſit, q gr̃a cuiuslibet ſingularis perſonę habeat quãtitatem, alterius rõis a quãtitate gr̃æ Chriſti: ſecundo, quõ uerum ſit, q gr̃a cui⁹libet ſingularis perſonæ ſit uelut uirt⁹ particularis, & gr̃a Chriſti velut uirtus uniuerſalis. Et eſt rõ vtriuſque dubii: quia gratia eſt eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ in quacũq; ſit creatura, ut patet de charitate. Impoſſibile eſt autem q in una ſpecie ſpecialiſſima inueniatur uere tanta diuerſitas, ut unum illius indiuiduum ſit uirtus uniuerſalis; & alterũ particularis, cum uirtus uniuerſalis, & particularis, loquendo per ſe, diſtinguantur ad minus ſpecie, ut patet inductiue, & conuincitur ratione ex diuerſitate actuum propriorum, uirtutis uniuerſalis, & uirtutis particularis.

*gl. interlinearis ſup illud Oia dedit in man⁹ eius.

† gl. or. ibi.

*Trac. 14. in Ioa. ante medium.

¶Ad hoc dicitur, quòd gratia habitualis Chriſti (de qua eſt ſermo), & aliorum, licet ſit eiuſdem ſpeciei ſpecialiſſimæ, quo ad eſſentiam, eſt tamen diuerſarum rationum quantum ad modum eſſendi. Eſt ſiquidem gratia in Chriſto, ut in toto adæquãte ipſam ſm ſe, eſt autem in omnibus aliis, ut in partibus inadęquatis ipſi ſm ſe gratiæ. Et propterea eſt in Chriſto, ut in ſubiecto, & principio uniuerſali gratiæ, in aliis uero ut in particulariter participantibus. Et ideo quantumcunque creſcat aliorum gratia, nunquam peruenire poteſt ad quantitatem intenſiuam, uel extenſiuam gratiæ Chriſti.

¶Et ut hæc doctrina facilius intelligatur dicamus ſub exemplo. Calor eiuſdem eſt in ſe ſpeciei ſiue in igne, ſiue in aere, ſiue in miſtis: uerũtñ ignis adæquat calorem ſecundum ſe, quantũ tam extenſiue, q intenſiue eſt ſuſceptiuus caloris, quantus natus eſt eſſe ſecundum ſe calor. Aer autem ſiue miſtũ quodcumque, calorem participat, ita quòd ſtatim ut calor in alio quam igne poni intelligitur, limitatus, & deficiens a perfectione, quam natus eſt calor ſecundum ſe habere, intelligit: ex hoc enim ipſo, quòd calor in ſubiecto inadæquante calorem ſm ſe ipſum ponitur, limitatus, ac deficiens ponitur. Et propterea quantumcumque creſcere ponatur calor in tali ſubiecto inadęquate, numquãm perueniet ad quantitatem perfectionis caloris in igne adæquato ſubiecto, eo q tale augmentum etiam ſi in infinitum ponatur, continebitur, & ſiſtat infra latitudinẽ ſubiecti participantis, cuius tota latitudo ſuccumbit ſubiecto adæquato.

¶Ad propoſitum igitur hinc redeundo, dicimus iuxta prius habitam doctrinam, gratiam habitualem eſſe in Chriſto ſm totã perfectionem, quam nata eſt habere gratia ſecundum ſe ipsã, & in nullo alio eſſe gratiam ſecundum totam perfectionẽ, quã nata eſt habere gratia ſm ſeipſam, & propterea in Chriſto fuiſſe gratiam, ut in ſubiecto totali, in aliis uero ut in ſubiectis partialibus. Et hoc eſt gr̃am eſſe diuerſarũ rõnũ, quantitatũ, & perfectionum, nõ ſm eſſentiam, ſed ſm modum. Et hinc prouenit, q gr̃a Chri comparatur ad gratias aliorum, ut uirtus uniuerſalis ad uirtutes particulares: nã ſpectando ad differentiam, quæ eſt penes dictos modos eſſendi clare liquet, gratiam Chriſti habere quicquid perfectionis natum eſt cõuenire gratiæ ſm ſeipſam, ac ꝑ hoc omnem illius ꝑfectionem intenſiuã, & extenſiuam: vtraq; enim perfectio gratię ſm ſeipſam exigit, & conſequenter gratiã Chriſti eſſe uniuerſalis uirtutis (ut pote, quæ omnem gratiæ perfectionem intenſiuam, & extenſiuam in ſe cõtinet) aliorum uero gratiã eſſe particularis uirtutis utpote, partem intenſiuę, & partem extenſiuæ perfectionis gratiæ in ſe continens: plus tamen, vel minus iuxta cuiuſq; menſulam, qua menſus eſt illi deus. Quo fit, ut quantumcumque quæcumque pura creatura creſcat in gratia, numquam peruenire poſſit ad quantitatem æqualem gratiæ Chriſti: ſicut numquam pars adæquare poteſt totum, niſi partis rationem amittat. Et hoc eſt quod in litera dicitur, reddendo rationem, quare finitum creſcendo non poteſt adæquare aliud finitum: quia, ſcilicet habẽt quantitates diuerſarum rationum penes hoc, quòd Chriſti gratia eſt uirtutis, & quantitatis uniuerſalis, aliorum uero gratia eſt perfectionis, & uirtutis particularis: quia in illo eſt gratia cum perfectione debita ſibi ſecundum ſeipſam gratiam: in aliis uero eſt gratia cum perfectione modificata, & menſurata, ſecundum tale ſubiectum particulare. Et propterea in Cleme. ad noſtrum. de hæret. damnatur error Beguinarum dicentiũ, hominem in uia poſſe peruenire ad talem gratiæ gradum, ut non poſſit vltra proficere, eo quod aliter excedi poſſit gratia Chriſti. Vtrumque etenim erroneum eſſe ex dictis iam patet, E & amplius patebit.

Ad primum ergo dcdm. q id, q dr̃. Pater non ad menſurã dat Spiritũ filio, uno mõ exponĩt de dono, q deus pater ab æterno dedit Filio, ſ. diuinam naturã, q̃ eſt donũ infinitũ, Vñ q̃dam gl.* dicit ibidem, Vt tãtus ſit filius, quãtus, & Pater. Alio B mõ pt̃ referri ad donũ, q datũ eſt humanæ naturæ, ut vniatur diuinæ perſonæ, quod ẽt eſt donũ infinitũ. Vñ gl.† dicit ibidẽ, ſicut Pater plenum, & perfectũ genuit uerbum, ſic, & plenum, & perfectum eſt unitum humanę naturæ. Tertio mõ põt referri ad gratiam habitualem, inquantum gratia Chriſti ſe extẽdit ad omnia, quæ ſunt gr̃æ. Vnde Aug⁹* hoc exponen: di- C cit, Menſura, diuiſio quędã donorum eſt: alii enim datur per Spiritum ſermo ſapientiæ, alii ſermo ſcientiæ: ſed Chr̃s, qui dat, non ad menſurã accepit.

Ad II dcdm, quod gratia Chriſti hãbet infinitũ effectũ, tum propter infinitatem prædictam gratiæ, tum ꝓp unitatẽ diuinę ꝑſonæ, cui anima Chriſti unita eſt.

Ad III dcdm, quòd minus per augmentũ pt̃ peruenire ad quantitatẽ maioris, in his, quæ habent quantitatẽ unius rõnis: ſed gratia alterius hominis comparatur ad gr̃am Chriſti, ſicut quædam uirtus particularis ad uniuerſalem. Vnde B ſicut uirtus ignis, quantumcũque creſcat, non pt̃ adæquare uirtutem ſolis, ita gr̃a alterius hominis, quantumcumque creſcat, non poteſt adæquare gratiam Chriſti.

ARTICVLVS. XII.

Vtrũ gratia Chriſti potuerit augeri.

AD DVODECIMVM ſic ꝓceditur. Videtur q gratia Chriſti potuerit augeri. Omni enim[b] finito poteſt fieri ad- C ditio: ſed gratia Chriſti fuit finita, ut dictum eſt.* ergo potuit augeri.

¶2 Præt. Augmentum gratię fit per uirtutem diuinã, ſm illud 2. ad Corint. 9. Potens eſt autẽ deus omnem gratiam abundare facere in uobis: ſed uirtus diuina, cum ſit infinita, nullo termino coarctatur. ergo uidetur quòd gratia Chriſti potuerit eſſe[b] maior.

D ¶3 Præt. Luc. 2. dr̃, quòd Puer

Porr.a 54

1.d.15.q.5 a.1.q.4.& di.17.q.2. ar.4 au 3. Et 3.d.13. q.1. art.2. q.3.& diſ. 18.ar.5.c. Et Iſa.11. lec.2.prins

*ar. pced.

SVPER QVAE. VII. ARTIC. XII.

Titulus articuli duodecimi clarus.

¶In corpore articuli duo fiunt: præponitur ſiquidem vna diſtinctio, & ponunt, deinde duæ cõcluſiones rñſiuæ q̃ſito. Diſtinctio eſt. Formã ſuſcipientẽ magis, & minus poſſe, uel ſi poſſe augeri, contingit dupliciter, primo ex parte formæ: ſcdo ex parte ſubiecti. Exẽpla clara ſunt in lra. Et ex hac diſtinctiõe radicis poſſe, uel nõ poſſe augeri in cõi, ſubintellige in ſpãli, q gr̃am nõ poſſe, uel poſſe augeri cõtingit dupliciter, uel ex parte gr̃ę uel ex parte ſubiecti. Et probatur primũ membrum, ſ. ex parte gratiæ, quantum ad negatiuam partem, quæ eſt prima concluſio (ſcilicet gratiam Chriſti ex parte gratię, non poſſe augeri) quia ſicut aliarum formarum, ita & gratiæ Chriſti propria menſura ſecundum ſe eſt ex diuina ſapien-

tia, ergo propria gratiæ menſura determinata eſt penes finem. ergo penes rõnalis creaturæ vnionem ad Deum, ergo gr̃a Chriſti pertingit ad ſummã menſurã gr̃æ, ergo gr̃a Chri nõ p̃t augeri ex parte ipſius gr̃ę. Antecedens ꝓbaẗ auctoritate Scripturę. Prima conſequentia probaẗ: quia menſura vniuſcuiuſq; formæ p̃figiẗ in comparatione ad finem: q̃ declaratur exemplo in terræ grauitate. Secũda aũt: q̃a finis gr̃æ eſt vnio creaturæ rationalis ad Deũ. Tertia uero: q̃a nec eſſe, nec intelligi p̃t maior ad Deum vnio, q̃ perſonalis.

¶ Siſte hoc in loco lector, & perſpice primo, ꝙ in p̃cedentia libri Commentarius, cum de charitate tractaretis, ſcripſim⁹, non ſumniaſſe nos, ſed ab Auctore didiciſſe, ſ. grãm, ac ꝑ hoc charitatem in creaturis habere ſm̃ ſe terminum in ſummu, ita ꝙ non ſunt amplius augmentabiles. & uerba Auctoris in illo loco, q̃ uĩr ſonare oppoſitũ, ñ eſſe falſa aut correcta, ſeu retractata hic, ſed ſunt exponenda, ut ibi expoſuimus. & ſentiendum cũ Auctore hoc in loco eſt ꝙ gr̃a habitualis Chri eſt uere in ſummo, ad qđ p̃t gr̃a ex parte ſui ꝑduci, & hoc iam in p̃cedentib. hui⁹ libri pluries habuimus.

¶ Ad claritatẽ ſñ doctrinæ præſentis intellige menſurã formæ p̃fixam eſſe penes relationem ad finem, non ſic quod menſura penes extrinſecũ ſit (q̃ñ menſura formæ intrinſeca eſt formæ cuius ẽ menſura) ſed ſic, ꝙ cũ omne agens agat ꝓpter finem, ac per hoc id, ꝙ ſubſtantialiter eſt propter finẽ, oportet cõmenſuratum eſſe fini: ſicut quod ſecundum aliquam figuram eſt propter finem, oportet ut figuratum eſſe commẽſuratum illi fini, propterea cum graue ſit propter eſſe deorſum, oportet graue ue ſic commenſuratum eſſe fini, ut, ſcilicet infimo deorſum commenſuretur ſola ſumma grauitas, & ſupremo ſurſum ſola ſũma leuitas: ita ſummæ unioni creaturæ rationalis ad deum cõmenſurari oportet ſolam ſummam gratiam.

¶ Sed eſt hic locus q̃õni, quo pacto finis gratiæ habitualis (de qua eſt ſermo) eſt unio perſonalis, cum ſecundum antedicta, & in ſequenti articulo ex propoſito definita, unio perſonalis nõ ſequatur, ſed præcedat gratiam habitualem, finis autem poſterior ſit generationis ordine, eo quod eſt propter finem.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ finis non dr̃ hĩc de fine conſequendo, ſed de fine præexiſtente, qui finalizat nõ ut ſit, aut bene ſit, ſed q̃a eſt: ſicut deus, qui nec eſt nec cõſeruatur, aut quomodolibet augeẗ per creaturas, finis earum dr̃. Quocirca vnio perſonalis finis eſt gratię habitualis, non aſſequendus per eã, ſed quia ipſa emanat ab unione perſonali ordinata ad unionem perſonalem ut ad finem, quia eſt, ſicut creaturę fiunt a deo ꝑ deum ut finem earum, quia eſt. Nec eſt hoc remotum ab ordine, quem in reb. generabilibus uidemus, qñ in iſtis perſpicimus, ꝙ non ſolũ an-

Ieſus ꝓficiebat ſapiẽtia, & ætate & gr̃a apud deũ, & hoies. ergo gratia Chr̃i potuit[h] augeri.

SED CONTRA eſt, ꝙ dr̃ Io. 1. Vidimus eũ quaſi vnigenitũ à Patre plenũ gr̃æ, & ueritatis: ſed nihil p̃t eſſe aut, intelligi, maius, q̃ ꝙ aliquis ſit unigenitus a Patre. ergo ẽt nõ p̃t eſſe, uel intelligi maior gratia, q̃ illa, qua Chriſtus fuit plenus.

RESP. Dcẽdm, ꝙ aliqua formam non poſſe augeri, contingit dupliciter: Vno mõ ex parte ipſius ſubiecti: alio mõ, ex parte ipſius formæ. Ex parte q̃dem ſubiecti, qñ ſubiectũ attingit ad vltimũ gradũ in participatione illius formę ſm̃ ſuum modũ: ſicut ſi dicaẗ, ꝙ aer non põt creſcere in caliditate, qñ ꝑtingit ad ultimum gradũ caloris, qui põt ſaluari in natura aeris, licet poſſit eſſe maior calor ĩ rerũ natura, q̃ eſt calor ignis. Ex parte ãt formæ excluditur poſſibilitas augmenti, qñ aliqđ ſub eẽtum attingit ad ultimã perfectionem, quam põt talis forma habere in natura: ſicut ſi dicamus, ꝙ calor ignis nõ poteſt augeri, q̃a nõ põt eẽ perfectior gradus caloris q̃ ille, ad quẽ ꝑtingit ignis. Sicut ãt aliarũ formarũ eſt ex diuina ſapiẽtia determinata ꝓpria mẽſura, ita, & gr̃æ, ſm̃ illud Sa. 11. Omnia ĩ numero, & põdere, & mẽſura diſpoſuiſti. Mẽſura ãt uniuſcuiq; formæ pręfigiẗ per comparationẽ ad ſuũ finẽ: ſicut nõ eſt maior grauitas, q̃ grauitas terrę. q̃a nõ põt eſſe inferior locus loco terræ. Finis ãt gr̃ę eſt unio creaturæ rõalis ad deũ: ñ p̃t ãt eẽ, nec intelligi maior vnio creaturę rõalis ad deũ, q̃ q̃ eſt ĩ ꝑſona. & iõ gr̃a Chriſti

G ꝑtingit ad ſummã menſuram gr̃ę. Sic igiẗ manifeſtũ eſt, ꝙ gr̃a Chriſti non põt augeri ex parte ipſius gr̃ę: ſed neq; ẽt ex parte ſubiecti: q̃a Chriſt⁹, ſm̃ ꝙ homo a primo inſtanti ſuæ cõceptionis fuit uerus, & plenus cõprehenſor. Vnde, in eo non potuit eſſe gr̃æ augmentũ, ſicut nec in aliis beatis: quorũ gr̃a augeri nõ põt, eo, ꝙ ſũt in termino. Hoium uero, qui ſunt pure uiatores, gr̃a põt au

H geri, & ex parte formæ: q̃a non attingunt ſummum gr̃ę gradũ, & ex parte ſubiecti, q̃a nõdum peruenerunt ad terminum.

AD PRIMVM ergo dcẽdm, ꝙ ſi loquamur de quantitatib. mathematicis, cuilibet finitæ quãtitati poteſt fieri additio: quia ex parte quantitatis finitæ, nõ eſt aliquid ꝙ repugnet additioni. Si uero loquamur de quantitate nãli, ſic poteſt eſſe repu-

I gnantia ex parte formæ, cui debetur determinata quantitas, ſicut & alia accidẽtia determinata. Vñ Philoſophus* dicit in ſecundo de Anima: quòd omnium natura conſtantium eſt termin⁹, et rõ magnitudinis, et

F recedentes diſpõnes, ſed conſequentia etiam accidentia ordinantur ad ſubſtantiam prius natura genitam, ut ad finem: eſſe nãq; diſciplinabilem, q̃ conſequiẗ ad formã hoĩs, ordinaẗ ad hoĩem, ut ad finem. Stat ergo ſolida litę doctrina. tradẽs gr̃am habitualem Chriſti eſſe in ſuo ĩmo, q̃a cõſonat, & cõmenſuraẗ ſummę uniõi ut fini.

¶ Secunda concluſio eſt, Gr̃a Chriſti ñ potuit augeri ex parte ſubiecti. Probaẗ ratione: quia Chriſtus, ab initio fuit plene comprehenſor, ac ꝑ hoc in termino. Et a ſimili: quia nec beatorum in patria gr̃a p̃t ob dictã rationẽ augeri. Et a ſimili tã hæc q̃ p̃cedens cõcluſio manifeſtatur: quia pure uiatorum gr̃a p̃t augeri & ex parte gr̃æ (quia non ꝑtingunt ad ſummũ ſm̃ ſe), ex parte ſubiecti: q̃a adhuc ſũt in uia, & nõ ꝑuenerũt ad ſuũ terminũ. concl. m.

¶ Vbi nota, ꝙ iõ abſque alia probatione in litã aſſeriẗ nullum pure uiatorem attingere ad ſũmmũ gr̃æ ex parte gr̃æ: quia cõſequunẗ ſe hęc duo, videlicet ſũmũ gr̃æ ex parte gr̃æ, & gr̃a uirtuus uniuerſalis. nam gr̃a ſecundo ſe ſumma ad quicquid p̃t ſpectare, ad tõtem gr̃æ ſe extendit, & ſi. ad quidlibet ꝑfectionis gr̃æ ſe extendit, ſũma gr̃a eſt. Et q̃ñ vtrũque conſtat eſſe plenitudinis proprię vnigeniti a Patre, quẽ ipſa plenitudo gr̃æ cõſtituit ab initio cõprehenſorem. iõ abſq; hæſitatione aliqua aſſerendũ eſt, nullã puram creaturã ſiue in uia, ſiue in patria ad ſummũ gr̃æ ex parte gr̃ę ꝑtigere. concl. p.

¶ In rationem ad primum eiuſdem 12. articuli conſidera perſpicaciam rñſionis, non ſolum propoſitioni obiectę ſatiſfacientis, ſed ex radice ꝓpoſitum monſtrantis: propoſitionem ſiquidem illam, Omni finito poteſt fieri additio, cum finitum, & infinitum quantitatis primo ſit, diſtinguit ſecundum poſſe dupliciter, quantum finitum conſideratur, Mathematice, hoc eſt abſtrahendo a materia ſenſibili, ut loquimur de linea, ſuperficie, uel corpore abſolute, uel Phyſice, hoc eſt, ut ad ſpecificas naturas rerum natura

K lium eſt determinatum, ut quantitas humana, uel cęleſtis. Primo modo uera eſt propoſitio illa: ſecundo autem falſa, ut patet de quantitate cœli. Et quia ratio, quare quantitati determinatæ ad naturam talem, repugnat additio eſt forma naturalis (ut patet ex ſecundo de Anima) ideo litera radicem attingens ſubdit, quòd multo magis ipſi formæ naturali quamuis finitæ repugnat additio: quoniam ſi forma naturalis efficit, ut quantitas, cui ſecundum ſe non repugnat additio, excludat additionem: multo magis efficit, ut a ſeipſa excludat additionẽ. Quo fit, ut quia gratiam eiuſdem eſt rationis, quo ad finitatem, uel infinitatem conformis, naturalibus, cum ſit illarum una, de q̃bus ſcriptum eſt, Omnia in numero, pondere & menſura diſpoſuiſti: ideo gratia Chriſti, & finita, & excludens additionem ſue ul eſt.

*lib. 2. de Aĩa tex. 41. co. 2.

ſia

¶In reſponſione ad ſcḋm eiuſdem 12. articuli aduerte, q̄ quia in litera gr̄a Chriſti relata ad proprium finē, excludit melius ſe; & tñ nō patitur aliquid maius, ſeu melius ſe, ideo manifeſte litera iſta docet gratiam Chriſti dupliciter poſſe conſiderari. Primo ſm̄ id, quod in ſe eſt, hoc eſt ſm̄ propriam intrinſecam entitatem, qua eſt tale ens inter entia uniuerſi. & ſic pōt aliquid eſſe nobilius ens, q̄ ipſa ſit: immo oīs ſubſtantia eſt nobilior ſm̄ ſui gn̄s rōne illa, cū ſit eſſentialiter accidens. Alio modo, ſm̄ id, ad qđ ipſa ſua entitas tanq̄ perfectionis ordinatur, ut ad proprium finem. Et ſic nō pōt fieri aliquid maius, aut melius illa, qm̄ ſuapte natura commēſurata eſt unioni perſonali Dei, ut proprio fini, qua nihil eſſe pōt melius. Et ut melius percipias, quæ in litera ſubiunguntur, perſpicaciter attendendum eſt, a diuina ſapientia dupliciter aliquid ordinatum, quā cum eſt ex parte rei ordinatæ ad unionē perſonalem filij Dei, uel per ſe, ut perfectio gratiæ ſm̄ ſe: uel per accidens, ut humana natura. Per accidens ſiquidem eſt, quantum eſt ex parte humanæ naturæ, ut cōplaceret Deo illam eligere ad unionem perſonalem ſilij: quoniam ipſa natura humana: ſecundū ſe nullam habet proportionem, aut commenſurationem ad aſſumptibilitatē: quia nullam habet potētiam paſſiuā ad ea, quæ omnem naturalē ordinē tranſcendunt: ſed diuina charitas, ac ſapientia eleuanit illā, ordinando ipſam, ut aſſumeretur. Gratia aūt ſm̄ ſe totaliter pfecta, quia ex proprij ordinis, ut pote ſupernaturalis ac diuini ratione, ad ſupernaturale, ac diuinum quid ordinatur, par eſt, ut ſuapte natura ad unionem perſonalem in ſui ſumma plena perfectione ordinetur, ac commenſuretur, ac per hoc non per accidens, ſed per ſe a diuina ſapientia ad unionem perſonalē ordinatur. Et ideo in litera dicitur, quòd unioni perſonali correſpondet ſufficienter talis menſura gratiæ, hoc eſt, gratia in ſummo ſecundum ſe, ſecundum diuinæ ſapientiæ ordinē, quo omnia diſpoſuit ab æterno ſuauiter. Quo circa quantumcunq. aliquod ens in ſe ſecundum ſuam intrinſecam entitatem melius gratia, quæ eſt in Chriſto, fieret: non fieret tamen ens ſuapte natura ordinatū per ſe ad melius, q̄ ordinet̄ perfectio, quę in Chro eſt gratiæ, & hoc aperte intendit litera p̄ ſe intellecta.

¶In reſponſione ad tertium aduerte, q̄ ſimiliter de profectu Chriſti quo ad ſapientiam, gratiam, & ætatem, in litera aſſeritur, quo ad partem affirmatiuam, ſ. q̄ proficiebat quo ad effectus ętatis, ſicut quo ad effectus ſapientiæ, & gratię. & hoc conſtat eſſe neceſſarium, qm̄ opera ſua conſona ætati faciebat: ſed non aſſeritur quo ad partem negatiuam, ſ. q̄ non proficiebat ſecundum ætatem ipſam, ſicut non proficiebat ſecundum ipſam ſapientiam, ſeu gratiam qm̄ conſtat q̄ eſſet falſum hoc. nam Chri-
A ſtus uere proficiebat ipſa ętate, qm̄ ſm̄ ætatis menſuram corporis progreſſus eſt, conſtat enim Chriſtum uere primo infantem, deinde puerum, inde adoleſcentem, atque in uirum uniuerſalem perfectum euaſiſſe (ſicut cæteros homines) ſenſum, & per incrementa temporum, augente naturali uirtute membra, robur quia uiribus miniſtrante.

Perr.o 55

a. d.13 q. 3 a.2.q.3. Et op. 3.c. 221. Et op. 60.c.3.

augmenti. Et inde eſt, q̄ quātitati totius cęli, nō pōt fieri additio. Multo igit̄ magis in ipſis formis conſideratur aliquis terminus, vltra quē nō progrediū tur. Et propter hoc non oportet, q̄ gratię Chriſti poſſit fieri

B additio, quamuis ſit finita ſecū dum ſui eſſentiam.

Ad II dicēdum, q̄ virtus diuina licet poſſit facere aliquid maius, & melius, q̄ ſit habitualis gratia Chriſti, non tñ poſſet facere, q̄ ordinaretur ad aliquid maius, q̄ ſit vnio perſonalis ad Filiū unigenitum a Patre. Cui vnioni ſufficienter correſpondet talis menſura gratię, ſm̄ definitionem diuinæ ſapientiæ.

C Ad III dicēdum, q̄ in ſapiētia, & gratia aliquis poteſt proficere dupliciter, uno modo, ſm̄ ipſos habitus ſapientiæ, & gratię augmentatos, & ſic Chriſtus in eis non proficiebat: alio mō, ſm̄ effectus, inquantum. ſ. aliq̄s ſapientiora, & uirtuoſiora opa facit. Et ſic Chriſtus pficiebat ſapientia, & gratia, ſicut, & ætate: quia ſm̄ proceſſum ætatis pfectiora opa faciebat. ut ſe uerum hominem demōſtraret, &

D in his, quę ſunt ad Deum, & in his, quæ ſunt ad homines.

ARTICVLVS XIII.

Qualiter gratia Chriſti habitualis ſe habeat ad unionem.

AD TERTIVMDECIMVM ſic proceditr̄. Vr̄ q̄ gratia habitualis in Chriſto non ſubſequatur unionē. Idē. n. non ſequitur ad ſeipſum: ſed hæc gr̄a habitualis, [h] ur̄ eadē eſſe cū gr̄a unionis: dicit. n. Aug. in lib. de Prędeſt. * Sanctorum, Ea gr̄a fit ab initio fidei ſuæ hō quicūq; Chriſtianus, qua gratia homo

B ille ab initio ſuo factus eſt Chriſtus. Quorum duorum primū pertinet ad gratiam habitualē, ſecundum ad gratiam unionis. ergo uidetur, q̄ gratia habitualis non ſubſequatur unionem.

¶2 Præter. Diſpoſitio' pręcedit perfectionem tempore, uel ſaltem intellectu: ſed gratia habitualis uidetur eſſe ſicut quædā diſpoſitio humanæ naturæ, ad unionem perſonalem. ergo ui-

C detur, quòd gratia habitualis non ſubſequatur unionem, ſed magis præcedat.

¶3 Præt. Commune [h] eſt prius proprio: ſed gratia habitualis eſt cōis Chriſto, & alijs hominibus, gratia autem unionis eſt propria Chriſto. ergo prior eſt ſecundum intellectum gratia habitualis quàm ipſa unio. nō ergo ſequitur eam.

Sed contra eſt, q̄ dicit

D Iſa. 42. Ecce ſeruus meus, ſuſcipiam eum: & poſtea ſequitur, Dedi Spiritum meum ſuper eū, quod quidem pertinet ad donum gratię habitualis. Vnde relinquitur, quòd ſuſceptio naturæ humanæ in unitatem perſonæ, præcedat gratiam habitualem in Chriſto.

SV. QVAEST. VII. ART. XIII.

Medina. art. 13.

Titulus clarus eſt. ¶In corpore vnica eſt concluſio reſpō ſiua quæſito, Gratia unionis in Chriſto, pcedit gratiā habitualem eius: non ordine tpis, ſed naturæ, & intellectus. Probatur tripliciter. Primo. miſſio Filij eſt prior naturæ ordine. miſſione Spiritusſancti. ergo gr̄a unionis, &c. Antecedēs probatur: quia Spiritusſanctus procedit naturæ ordine à Filio, & dilectio a ſapientia. Conſequentia vero: quia ſecūdum ipſam vnionem attenditur miſſio Filij, & ſecundum gratiam habitualem attenditur miſſio Spiritusſancti. c.15. amo medium, to.7.

¶Vbi nota, q̄ caute loquitur in litera Auctor, dum miſſiones ordinat, & ſecundū prius, & poſterius naturæ: proceſſiones autem Filij, & Spiritusſancti ordinat quidē naturæ ordine, ſed nō ſecundum prius, & poſterius: quia, ut in uigeſima diſt. primi ſent. dicitur, in diuinis eſt ordo naturæ, non quo alter eſt prior altero, ſed quo alter ē ab altero. Miſſiones autem ad ea, quæ ſunt extra Trinitatem reſpicientes, prioritatem etiam, & poſterioritatem naturę in ſuis rationibus, ac rebus admittunt. Secundo præſentia deitatis eſt prior ſplendore eius: ſed unio eſt ipſa pręſentia, gratia habitualis, ſplendor eius. ergo. Tertio, Actio, & gratia ad

E ipſam ordinans pręſupponit hypoſtaſim. ergo gratia habitualis pręſupponit unionem. Antecedens probatur: quia actiones ſunt ſuppoſitorum. Conſequentia uero: quia gratia unionis facit hypoſtaſim in natura humana.

¶Vbi caute perſpice, q̄ aliud eſt dicere non pręſupponit hypoſtaſim: & aliud eſt dicere, non pręſupponit hypoſtaſim in natura humana. Gratia. n. unionis pręſupponit, non facit hypoſtaſim uerbi Dei, quę ſola in Chriſto hypoſtaſis eſt: ſed eadē gratia unionis nō pręſupponit, ſed facit in Chriſto hypoſtaſim in humana natura, dū facit q̄ perſona filij Dei ſit non ſolum pſona diuina, ſed ēt pſona humana, dum facit q̄ ſubſiſtat nō ſolū in natura diuina, ſed etiam in naturā humana. Et hoc eſt q̄ in litera dicitur, & ſuper hoc ratio fundatur, intendens quòd actio humana ſupponit hypoſtaſim humanam &c.

¶In reſponſione ad ſecundum eiuſdem 13. art. habes, q̄ gratia in Chriſto non habet rationem diſpoſitionis reſpectu unionis ſed habet rationem naturalis proprietatis, ſicut calor conſequens formam ignis. Et hoc bene nota.

Concl.

*Q.1.a.10 & q.6.a.6.

¶ In reſpōſione ad 3. occurrit reddēda rō tot dictorum de gratia unionis. Dicit.n. de ipſa in hoc articulo in principio corporis, quòd gratia unionis eſt ipſa unio, & in hac reſponſione, q̃ eſt ſupra omne genus & in artic. 11. huiuſmet quæſtionis, q̃ eſt infinita, ſecundum, quòd ipſa perſona Verbi eſt infinita, & in art.6. q. ſextæ in corpore dictum eſt, quòd gratia vnionis eſt ipſum eſſe perſonale, quod gratis diuinitus datur humanæ naturæ in perſona uerbi, & in art. 12. q.3. ad tertium, dicitur, quòd gratia unionis eſt cauſata à tota Trinitate, quod, & hic replicatur in corpore articuli, dum principium appropriatum gratiæ unionis, ponitur perſona Filij. hęc ſiquidem dicta licet diſſonare inter ſe uideantur, facile tamen diſtinctè perſpicientibus apparet, quòd gratia unionis duo in ſe claudit, ſcilicet eſſe uerbi perſonaliter terminans humanitatem Chriſti, & compoſitionem, ſeu coniunctionem utriuſque, nec loquitur de terminatione, coniunctione, aut unione, quæ eſt relatio, ſed de fundamento, quod eſt eſſe Deum, & hominem, quod conſtat eſſe ſubſtantiam, & prædicta duo in ſe claudere, ſcilicet perſonam unitam, & ipſam cōiunctionem: de huiuſmodi enim unione in litera dicitur, quòd eſt eſſe perſonale, quòd eſt infinita ſimpliciter, ſicut ipſa perſona diuina, quòd

Q.4.art.2. eſt ſupra omne genus, quoniam hoc fundamentum relationis unionis nihil aliud eſt, quàm unum

† Loco cit. in argu. eſſe Deum, & hominem in eſſe diuino perſonali. Vnum autem, cum nihil poſitiui addat ſuper ens quod unum dicitur (ut dicitur in 4. Meth.) conſequens eſt, q̃ nihil in propoſito addat ſuper eſſe perſonale uerbi, ac per hoc unio pro ſuo principali ſumpta, ſ. pro

Resp. dcēm, q̃* vnio humanæ naturę ad diuinā perſonā (quā ſ.* diximus eſſe ipſam gratiā unionis) p̄cedit grām habitualē in Chr̄o, nō ordine tp̄is, ſed naturæ, & intellectus. Et hoc triplici rōne.* primo qdē, ſm ordinē principiorū utriuſque. Principiū.n. vnionis eſt pſona Filij, aſſumēs humanā naturā, q̄ ſm hoc dr̄ miſſa eſſe in mūdū, q̃ humanā naturā aſſumpſit. Principiū aūt grǣ habitualis, q̄ cū charitate dat̃, eſt Spūſſanctus, q ſm hoc dr̄ mitti, q̃ p charitatē mentem inhabitat. Miſſio aūt Filij ſm ordinē naturæ, prior eſt miſſione Spūſſācti, ſicut ordine naturæ Spūſſāctus procedit a Filio, & à ſapiētia dilectio Vnde, & vnio pſonalis, ſm quam intelligit̃ miſſio Filij, eſt prior ordine naturæ habituali grā, ſm quā intelligit̃ miſſio Spūſſancti.

H Scdo, accipit̃ rō huius ordinis ex habitudine gratiæ ad ſuā cauſam. Grā.n. cātur in hoīe ex p̄ñtia diuinitatis, ſicut lumē in aere ex p̄ñtia ſolis. unde dr̄ Ezech. 43. Gloria Dei Iſrael ingrediebat̃ p uiam Orientalē, & terra ſplēdebat à maieſtate eius. P̄ñtia autē Dei in Chr̄o intelligitur ſm unionē humanæ naturę ad diuinā pſonā: vñ grā habitualis Chriſti intelligit̃, ut conſequēs hanc unionē, ſicut ſplendor ſolē.

I Tertio, rō huius ordinis ſumi pōt ex fine grǣ: ordinat̃.n. ad bene agendū. Actiones aūt ſunt ſuppoſitorū, & indiuiduorū. Vnde actio, & p conſequēs grā ad ipſam ordinās p̄ſupponit hypoſtaſim opantē. Hypoſtaſis aūt non præſupponit̃ in humana natura ante vnionē, vt ex ſupra dictis patet.* Et iō gratia unionis ſecundum intellectū præcedit grām habitualē.

K Ad primum ergo dcēm, q̃ Aug. † ibi grām nominat gratuitam Dei volūtatē, gratis beneficia largientem. Et pp hoc, eadem gratia dicit hominē quēcunq; fieri Chriſtianū, qua gratia factus eſt hō Chriſtus: quia utrinque gratuita Dei uoluntate abſque meritis factum eſt.

Ad II dcēm, q̃ ſicut diſpoſitio in uia gñationis præcedit

F perfectionem, ad quā diſponit in his, quæ ſucceſſiue pficiunt̃, ita nāliter pfectionē ſeqt̃, quā aliqs iā conſecutus eſt: ſicut calor, q fuit diſpoſitio ad formā ignis, eſt effectus pfluens a forma ignis iā præexiſtētis. Humana aūt natura in Chriſto vnita eſt perſonæ verbi a principio, abſq; ſucceſſione. Vnde grā habitualis nō intelligit̃ vt p̄cedēs unionē, ſed ut p̄ñs eā, ſicut q̄dā

G pprietas nālis. Vnde & Aug. dicit in Enchir.* q̃ gratia eſt quodāmodo Chr̄o homini nālis.

Ad III dcēm, q̃ cōe eſt prius pprio, ſi vtrūq; ſit unius gñis, ſed in his, quæ ſunt diuerſorū generum, nihil prohibet proprium eſſe prius cōi. Gratia aūt unionis non eſt in genere grǣ habitualis: ſed eſt ſupra oē genus, ſicut, & ipſa diuina perſona. Vnde hoc propriū nihil phibet eſſe prius cōi: qa non ſe habet per additionem ad commune, ſed potius eſt principiū, & origo eius, quod eſt cōe.

QVÆSTIO VIII.

De gratia Chriſti, ſecundum quòd eſt caput Eccleſia, in octo articulos diuiſa.

Deinde cōſiderandū eſt de gratia Chriſti, ſecundum quòd eſt caput Eccleſiæ. Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primò, vtrum Chriſtus ſit caput Eccleſię.

¶ Secundo, vtrū ſit caput hominum, quātū ad corpora: vel ſolum, quantum ad animas.

¶ Tertiò, vtrum ſit caput oīum hominum.

¶ Quarto, vtrum ſit caput angelorum.

¶ Quito, vtrū grā Chr̄i, ſm quā eſt caput Ecclæ, ſit eadē cū grā habituali eius, ſm q̃ eſt quidam homo ſingularis.

¶ Sexto, vtrum eſſe caput Eccleſię, ſit propriū Chriſto.

¶ Septimo, vtrum diabolus ſit caput omnium malorum.

¶ Octauo, vtrum Antichriſtus etiam poſsit dici caput omnium malorum.

Articulus I.

Vtrum Chriſtus ſit caput Eccleſiæ.

Ad primum ſic proced̄it̃. Videtur quòd Chriſto ſm quòd eſt homo, non competat

ipſa re, in qua uniuntur, & ſunt vnū ens, una pſona, ambę naturę, infinita eſt, ſupra oē genus eſt, eſſe uerbi eſt, eſſe pſonale ē: pro eo uero, qd addit, ipſa unio ſup rem, in qua eſt unio, temporale quid eſt, cauſatum a tota Trinitate ſecūdum rem, & per appropriationē à Filio, gratis conceſſum humanæ naturæ eſt.

¶ De quo quid ſit ſuperius declaratū eſt, balbutiendo th. Conſona igitur ſunt oīa Auctoris dicta d̄ vnione, ſeu unionis gratia ſane intellecta.

* Enchir. c.40. to.3.

SV. QVAEST. VIII. ART. I.

Alb. Mag. 3. d. 13. a. 2. Medina. art. 1.

Titulus primi art. clarus eſt.

¶ In corpore articuli primo reſpondet Auctor directè quæſito unica concluſione. Secundo declarat terminum unum cōcluſionis. Eſt igitur concluſio reſſiua, Chriſt᷒ caput Eccleſiæ dicitur ſecundum ſimilitudinem humani capitis. Probatur ſicut tota Eccleſia dicitur unū corpus ad Rom. 12. ſm ſimilitudinem corporis humani, ita conſequens eſt, quod Chriſtus dicatur caput Eccleſiæ ſecundū ſimilitudinem humani capitis.

¶ Vbi nota, q̃ eſſe caput nō dr̄ de Chriſto proprie, ſed metaphoricè: ſicut etiam eſſe unum corpus dicitur metaphorice de Eccleſia, & ppterea nō multa opus eſt diſcuſſione in re hac. Terminus autem in concluſione poſitus, qui declaratur in litera, eſt ly ſm ſimilitudinē ad humanū caput declaratus ſiquidem, q̃ ſimilitudo iſta attenditur quoad tria, ſ. ordinem, perfectionē, & uirtutem.

Porret. o. 56

¶ Vbi ſcito primo, q̃ in corpore humano conſideratur ordo nō originis, ſed ſitus: & ideo in litera dicitur, q̃ caput eſt primum membrum, incipiendo a ſuperiori, proculdubio ſcdm ſitū, quāuis etiam poſſit intelligi de ſuperiori ſcdm naturales differentias poſitionis animalium,

Inf. q. 48. 1. cor. & q. 49. a. 1. co. Et 3. d. 13. q. 2. a. 1. Et ueri. q. 29. a. 3. c. ſ. & a. 4. & a. 5. cor. Et op. 3. c. 223. Et opuſ 60. c. 3. Et 1. co. 11. l. 1. & Phe. 1. ſ.

eſſe caput eccleſię. Caput n.[h] influit ſenſū, & motū in mēbra. Senſus āt, & motus ſpūalis, q eſt per grām, non influit nobis a Chriſto hoie: qa ſicut Aug. dicit in li. de Trin.* nec ēt Chrs, ſm ꝙ eſt hō, dat Spūmſanctū, ſed ſolū inquantū eſt Deus. ergo ei, ſm ꝙ eſt homo, non cōpetit eſſe caput eccleſiæ.

¶ 2 Præt.[b] Capitis non vr̄ eſſe aliud caput: ſed Chriſti ſm ꝙ eſt homo, eſt caput Deus, ſm illud 1. ad Corin. 11. Caput Chriſti Deus. ergo ipſe Chriſtus nō eſt caput.

¶ 3 Prę. Caput in hoie eſt quoddam particulare[b] membrum, influētiam recipiens a corde: ſed Chriſtus eſt uniuerſale principium totius eccleſiæ. ergo non eſt eccleſiæ caput.

SED CONTRA eſt, ꝙ dicitur Epheſ. 1. Ipſum dedit caput ſupra omnem eccleſiam.

RESP. Dcdm, ꝙ[m] ſicut tota eccleſia dr̄ unū corpus myſticū p ſimilitudinē ad naturale corpus hois, quod ſm diuerſa mēbra habet diuerſos actus, vt Apoſt. docet Rom. 12. & 1. ad Cor. 12. ita Chriſtus dr̄ caput eccleſiæ ſm ſimilitudinem humani capitis,* in quo tria poſſumus cōſiderare, ſ. ordinem, perfectionē, & uirtutē: ordinē quidē, quia caput eſt prima pars hois, incipiēdo a ſuperiori: & inde eſt, ꝙ oē principium conſueuit uocari caput, ſm illud Ezec. 16. Ad oē caput viæ ædificaſti ſignū proſtitutionis tuæ: perfectionē aūt, quia in capite uigent oēs ſenſus, & interiores, & exteriores, cū in cęteris mēbris ſit ſolus tactus, & inde eſt, ꝙ dr̄ Iſa. 9. Senex, & honorabilis ipſe eſt caput: uirtutē uero, quia uirtus, & motus cęterorum mēbrorū, & gubernatio eorū in ſuis actibus, eſt a capite, pp uim ſenſitiuā, & motiuā ibi dominantē: vñ, & rector dr̄ caput populi, ſm illud 1. Reg. 15. Cū eſſes paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es. Hæc āt tria cōpetunt Chr̄o ſpūaliter. Primo. n. ſm propinquitatē ad Deum, gratia eius altior eſt & prior, etſi non tpe: qa oēs alii

A acceperunt grām per reſpectū ad grām ipſius, ſm illud Ro. 8. Quos præſciuit, hos, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filii ſui, ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Secūdo uero pfectionē habet, quātū ad plenitudinē oīm gratiarū, ſm illud Io. 1. Vidimus eū plenū gratię, & ueritatis, vt ēt ſupra oſtēſum eſt.* Tertio uirtutē habet influendi gratiā in

B oīa membra eccleſiæ, ſm illud Ioan. 1. De plenitudine eius nos omnes accepimus. Et ſic patet, ꝙ Chriſtus conuenienter dicitur eccleſiæ caput.

AD PRIMVM ergo dcdm, ꝙ dare gratiā aut Spūmſanctum conuenit Chriſto ſm ꝙ Deus, auctoritatiue; ſed inſtrūaliter conuenit ēt ei, ſm ꝙ hō, inquātum, ſ. eius humanitas inſtrm

C fuit diuinitatis eius. Et ita actiones ipſius ex uirtute diuinitatis fuerunt nobis ſalutiferæ, utpote gratiā in nobis cauſantes, & per meritū, & per efficientiam quandā. Aug.* aūt negat Chriſtū, ſm ꝙ hō eſt, dare Spūm ſanctum per auctoritatem: inſtrūaliter autem, ſiue miniſterialiter etiam[d] alii ſancti dicuntur dare Spiritumſanctum, ſm illud Gal. 3. Qui tribuit uobis Spiritum &c.

D AD II dicendum, ꝙ in metaphoricis locutionibus, non oportet attendi ſimilitudinem quantum ad oia: ſic. n. non eſſet ſimilitudo, ſed rei ueritas. Capitis igitur naturalis non eſt caput aliud quia corpus humanum non eſt pars alterius corporis: ſed corpus ſimilitudinarie dictum, ideſt, aliqua multitudo ordinata, eſt pars

E alteri* multitudinis: ſicut multitudo domeſtica eſt pars multitudinis ciuilis: & iō paterfamilias, qui eſt caput multitudinis domeſticæ, habet ſupra ſe caput rectorem ciuitatis. Et p hunc modū nihil prohibet, caput Chriſti eſſe deum, cum tñ ipſe Chriſtus ſic caput eccleſię.

AD III dcdm, ꝙ caput hēt manifeſtā eminentiam reſpectu exteriorum membrorum: ſed cor hēt quandā influentiā occultam: & iō cordi cōparā

aīalium, prout in aīali diſtinguunt ſex naturales drīæ, ſ. ſurſum, & deorſum, ante & retro, dextrum, & ſiniſtrum: cū nā ſurſum in hoie, eſt ipſum caput vnde trahit alimentū. Et qm̄ utroq; mō caput humanum eſt ſurſum, ſ. ſm ſitum ſimpliciter, & ſm drīam naturalem aīalis, ideo vtroq; mō intelligi pōt. Primo tñ modo manifeſtius ſenſui patet: & iō magis cōſonat literæ, q̄ in rūſione ad ultimū euidentiā ſenſibilē conſideratā in hac ſimilitudine dicit, dū capitis magis q̄ cordis nomen Chriſtus ſuſcepiſſe dicitur.

Lib. 1. de Trin. c. 12. ante med. to. 3.

¶ Scito ſecundo, ꝙ virtus attribuitur capiti humano reſpectu motiuum, & motuū reliquorū membrorū, non tamē primo inter membra principio, ſed tanq̄ cōprincipio primi ſimpliciter membri, ſ. cordis: ex corde ſiquidem mediante capite ois uis, & motus membrorū pendet. Et ſimiliter Chriſtus hō comprincipium eſt Spūſancti, qui eſt cor eccleſiæ ad uim, & motū reliquorum membrorū eccleſiæ. Et iō Chrs, ad Coloſ. 2. caput eccleſiæ dr̄, ex quo tanq̄ ex comprincipio corpus eccleſię p nexus, & coniunctiones ſubminiſtratū, & conſtructū, creſcit in augmentum Dei.

concl. m

¶ Scito tertio, ꝙ grā Chriſti dr̄ prima, qa altior, & prior, hoc eſt ſm ordinem cauſæ formalis, ſimpliciter, & exemplariter. Nā ex eo ꝙ altior, eſt prior ſm ordinē cauſæ formalis, in quo quanto qd eſt intenſiue altius, tanto formalius. Ex eo aūt ꝙ ad cōformitatem ipſius aliis grā dat, eſt prior tanq̄ exēplar reliquarū grārum: & ut in litera dr̄, nō eſt hoc exēplar prius tpe exēplato, ſed ut finis intentione, ut exemplar conceptū.

¶ In rūſione ad primum eiuſdem articuli aduerte duos modos, qbus Auctor ponit actiones Chri hois cauſare in nobis grām, ſ. meritorie, & effectiue. Et de mō quidem meriti nulla eſt ambiguitas qm̄ pōt cadere ſub uomis merito, ꝙ De9 creet in altero grām: ſed de mō efficientiæ obſcurū eſt: qm̄, ut in prima parte habitum eſt, nec principaliter, nec inſtrūaliter pōt creatura aliqua creare: Chriſtus aūt dr̄ hic inſtrūaliter concurrere. Et licet quæſtio hæc pplexa appareat, non habet tñ hoc in loco multū dubitationis: qm̄ ſm cōe dictū actiones Chriſti, ſiue mediis ſaris, ut quotidie in eccleſia fit, ſiue abſque ſactis, ut Latronē gratificauit, eodē modo ad creationē gratię concurrunt, non attingendo, ſ. ipſam gratiam, quæ creatur, ſed efficiendo aliquid per modum diſpoſitionis, quod eſt creare gratiam inſtrūaliter: qd̄ non inconuenit, cū creatur aliquid in ſubiecto præexiſtente, prædiſponendo ad illam rem creandā, ut patet cum creatur aīa intellectiua in corpore humano, tot diſpoſitionibus præparato ab agente naturali, neceſſitante naturalis ordinis exactione, paſſiuā creationem ipſius aīę. Altius tamen dicitur ſecundum excellentiorem Auctoris doctrinam inferius in q. 113. art. 2. quòd gratia non ſpectat ſimpliciter ad genus creationis, ſed ad genus immutationis creaturarum, nō ſecundum naturę ordinem, ſed ſecundū ordinem gratię: qd̄ ſufficienter probatur ex hoc, ꝙ Deum non conſeruare gratiam, non eſt annihilarē, & ipſam definere eſſe, non eſt annihilari, cum Deus nihil umquàm annihilet, quàmuis annihilare poſſit. Ex hoc enim quòd creationi, & conſeruationi diuinę reſpondet annihilatio, manifeſte ſequitur, ꝙ ſi corruptio, ſeu defitio alicuius non eſt annihilatio, productio quoque eiuſdem ordinaria non eſt creatio.

q. prę. ar. 9

Loco citato in arg.

D. 430.

tio. Quia igitur gratiæ infuſio non ſimpliciter creatio eſt, ſed mutatio quædam aīæ in ordine gratuitorū ad cæleſtem patriam, & ad hmōi mutationes extendit ſe aīa Chriſti, ut inſtrm coniunctum uerbi, non vr negandum, gratiam attingi inſtrīaliter ab actione humanitatis Chriſti: ſed dicendum, q effectus iſte, q eſt aiam gratificari, ex illa parte qua interuenit, quodāmodo creatio, eſt immediate a Deo: ſed ex illa parte, qua interuenit aīæ mutatio ſm obedientialem potentiam ad cæleſtem beatitudinē, eſt a Deo mediante humanitate Chriſti inſtrāliter. Hoc.n. non eſt creaturæ cōicari potentiā creandi iuſtrāliter. ſed unmutā dt inſtrāliter, ad reſtaurandi oia, q in cęlis, & in terris ſunt.

Porret.o. 57 q.d.13.q.1 arti.2.q.3. Et uerit.q. 29.artic.4. ad 1. Et opuſc. 60.

SVP. QV. VIII. ART. II.

Medina ar.2.

IN titu 2. ar. aduerte, q ly, quoad corpora, non ſolum referri ad corpora aliorum hoim, ſed ēt ad corpus ipſius Chriſti vt clare patet ex argumento tertio in litera, quod impugnat corpus Chriſti non poſſe eſſe caput aliorum, qa ſumptū eſt ex aliis, & ex concluſione reſponſiua in corpore articuli. eſt igitur ſenſus tituli, An Chriſtus ēt ſm corpus ſit caput aliorum hominum, etiā quo ad corpora.

Ar.precec. ad 3.

¶ In corpore articuli unica eſt concluſio reſponſiua quæſito affirmatiue. Tota humanitas Chriſti ſm. ſ.aiam, & corpus, influit in hoies, & quā tum ad aiam principaliter, & quantū ad corpus ſecundario[*]. Hæc concluſio primo probatur: deinde declaratur ultima eius particula. Probatur ſic. Humanitas Chriſti habet uim influendi, quātum eſt coniuncta Dei uerbo cui corpus unitur per animā, & corpus humanum habet naturalem ordinem ad animam dupliciter, ſ. ut materia ad formam, & vt inſtrumē tum ad principalē motorem. ergo tota humanitas Chriſti &c.

¶ Vbi nota q. qu a duo continentur in concluſione, ſ. q corpus Chriſti influat, & q corpora aliorum recipiant influxum a corpore Chriſti, iō duo principia aſſumpta ſunt in litera, alterum ſpectans ad corpus Chriſti, & aliorum hominū corporibus de duplici naturali ordine inter corpus, & animam, ex quo habetur cōio mutua, qua non ſolum corpus accipit ab anima, ſed anima accipit a corpore miniſtrante ſibi, & hinc habes conſequenter, q corpus Chriſti non eſt alienum a uirtibus ſuæ animæ, & q corpora aliorum non excluduntur a donis ſtatum animarum. Al

tur Spūſſanctus, q inuiſibiliter eccleſiā uiuificat, & unit: capiti cōparatur ipſe Chriſtus ſm viſibilem naturam, ſecundum quā homo hominibus præfertur.

ARTICVLVS II.

Vtrum Chriſtus ſit caput hominum quantum ad corpora, uel ſolum quantum ad animas. G

AD SECVNDVM ſic pcedit. Vr q Chrs non ſit caput hoium, quoad corpora. Chrs.n.dr caput eccleſiæ, inquantum influit ſpūalem ſenſum, & motū gratiæ in eccleſiā: ſed huius ſpūalis ſenſus & motus[h] capax non eſt corpus. ergo Chriſtus non eſt caput hoim ſecundum corpora.

¶ 2 Præt. Secundū corpora cōicamus cū brutis. Si ergo Chrs eſſet caput hoim quantum ad corpora,[h] ſequeretur q ēt eēt caput brutorum animalium, quod eſt inconueniens. H

¶ 3 Præ. Chrs[h] corpus ſuum ab aliis hominibus traxit, vt patet Mat. 1. & Luc. 3. ſed caput eſt primum inter cętera membra, ut dictum eſt. ergo Chriſtus non eſt caput eccleſiæ quātum ad corpora.

SED CONTRA eſt, q dr Philip. 3. Reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ. I

RESP. Dcdm, q corpus humanum habet naturalem ordinem ad animam rationalem quæ eſt propria forma eius, & motor. Et inquantum quidem eſt forma eius, recipit ab anima uitam, & cęteras proprietates conuenientes humano corpori ſm ſuam ſpeciem, inquantum uero anima eſt motor corporis, corpus inſtrumentaliter ſeruit animæ Sic ergo dicendū eſt, q habet uim influendi humanitas Chriſti inquātum eſt coniuncta Dei verbo, cui corpus unitur per aiam, vt ſupra dictum eſt. Vn[m] tota Chriſti humanitas, ſm, ſ. aiam, & corpus, influit in hoies, & quātum ad animam & quātū ad corpus: ſed principaliter quātum ad animam, ſecundario quātum ad corpus,[n] vno mō, inquantum membra corporis exhibentur arma iuſtitiæ in anima exiſtenti per Chriſtum, vt Apoſt. dicit Rom. 6. alio mō, inquantum vita gloriæ ab anima deriuatur ad corpus, ſm illud Ro. 8. Qui ſuſcitauit Chriſtum Ieſum à mortuis, uiuificabit, & mortalia corpora ueſtra propter inhabitantem ſpiritum eius in uobis.

AD PRIMVM ergo dcdm, q ſenſus ſpiritualis gratiæ non peruenit quidem ad corpus primo, & principaliter: ſed ſecundario, & inſtrumentaliter, vt dictum eſt.[*]

AD II dcdm, q corpus animalis bruti nullam habitudinē habet ad animam rationalem, ſicut habet corpus humanum, & ideo non eſt ſimile.

AD III dcdm, q licet Chrs traxerit materiā corporis ab aliis hominibus: uitam tn̄ immortalem corporis oēs homines trahunt ab ipſo, ſm illud 1. ad Cor. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita, & in Chriſto omnes uiuificabuntur.

ARTICVLVS III.

Vtrum Chriſtus ſit caput omnium hominum.

AD TERTIVM ſic proceditur. Vr q Chriſtus nō ſit caput oim hominum: caput K .n. non habet relationē niſi, ad

terum principium propriū eſt corpori Chriſti continens duo, ſ. q humanitas Chriſti habet uim influendi ex coniunctione perſonali ad Deum, & quod Chriſti coniunctum eſt uerbo mediante anima. Ex his ſiquidem ſimul iunctis habes, q corpus Chriſti mediante anima, habet uim influxiuā ex uerbo, ſicut habet mediante aīa coniunctionē ad illud, ut ſic, & ex parte influētis, aīa Chriſti principaliter, & corpus ſecundario inueniatur, & ſimiliter ex parte recipientiū influxum, aīæ hoīm principaliter, & corpora ſecundario inueniantur, & utrobiq; eadem ſit ratio, ſ. p naturalē ordinē corporis ad aīam. Declaratur deinde, q corpus ſecundario recipiat influxum, dupliciter uerificari, ſ. p modū miniſterii, uel p modū deriuationis. Nā qn̄ in præſenti uita anima iuſtificatur, mouet membra corporis ad aſſequendam, conſeruandā, tuendam, augendamque animæ iuſtitiā, & ſic corpus noſtrū, ſecundario ut miniſter animæ mouetur a iuſtificante animam. Qn̄ uero i reſurrectione anima glorioſa iuncta erit corpori, ex gloria aīę deriuabitur gloria in corpus, & ſic a glorificante immortali, diuinaq; uita animam, glorificabitur ſecundario corpus, redundante gloria animę in corpus.

q.6.arti.1. Concl. m

In cor. ar

SVP. QV. VIII. ART III.

Medina.a.3.

TItulus clar[9] eſt. ¶ In corpore articuli duo fiunt. Primo, declaratur modus quo corpus Chriſti myſticū habet membra. Secundo, reſpondetur quęſito. Ex differentia autem inter corpus naturale, & myſticū, quoad modum habendi membra ſimul, uel ſucceſſiuè declaratur modus, quo corpus Chrī myſticum habet membra ſcilicet non ſolum in actu, ſed in potentia. Et potentia quidem in propoſito dupliciter inuenitur, quæ, ſ. quandoque reducetur, & quæ nunquàm reducetur ad actum. Actus ne triplex est: uel ſecundum fidem, uel ſecundum charitatem uiæ, uel ſecundum fruitionem patriæ.

Porr.o. 58 Infr. q.13. arti.3.c. & q.19. ar.4. ca. & ad 1. Et 3.d. 13. q.2.ar.1. q.2.& 3.

¶ Vbi nota primo, quòd non diſtinguitur potentia in potentiam reducibilem, uel non reducibilem ad actum: ſed in potentiam, quæ de facto quandoque reducetur ad actum, & in potentiam, quę de facto numquàm reducetur ad actum q̄ reducibilis fuerit ad actū, alioquin nō fuiſſet in po

¶ Nota ſecundo, quòd licet fides, ut in reſponſione

mēbra[h] ſui corporis. Infideles āt nullo modo ſunt mēbra eccleſiæ, quæ eſt corpus Chriſti, ut dr̃ Eph. 1. ergo Chriſtus non eſt caput omnium hominum.

¶ 2 Pręt. Apoſto.[a] dicit ad Eph. 5. ꝙ Chriſtus tradidit ſemetipſum ꝓ eccleſia, ut ipſe exhiberet ſibi glo̾ſā eccleſiā,[b] non habentē maculā, aut rugam, aut aliqd hmōi: ſꝫ multi ſūt ēt fideles in quibus inuenitur macula, aut ruga pc̄ti. ergo, nec ēt oīum fideliū Chriſtus ē caput.

¶ 3 Præt. Sacr̃a ueteris legis cōparant̃ ad Chr̃um, ſicut umbra ad corpus, ut dr̃ Col. 2. ſed patres ueteris teſtamenti, [h]ſacris illis ſuo tp̄e ſeruiebant, ſm̄ illud Heb. 8. Qui exēplari, & umbræ deſeruiunt cæleſtiū. Nō ergo pertinebāt ad corpus Chriſti, & ita Chriſtus non eſt caput omnium hominum.

SED CONTRA eſt, ꝙ dr̃ 1. Tim. 4. Eſt ſaluator oīum hominū, & maxime fidelium & 1. Io. 2. Ipſe eſt propitiatio ꝓ peccatis nr̃is, non pro noſtris tm̄, ſed ēt pro totius mundi. Saluare aūt hoīes, & propitiationē eſſe pro peccatis eorum, cōpetit Chriſto ſm̄ ꝙ eſt caput. ergo Chr̃s eſt caput oīum hominū.

RESP. dcēdm̄, ꝙ hæc ē differētia inter corpus hominis naturale, & corpus eccleſiæ myſticum, quòd mēbra corporis naturalis ſunt omnia ſimul, membra autem corporis myſtici nō ſunt omnia ſimul, neq; quantum ad eſſe naturæ, quia corpus eccleſię conſtituitur ex hominibus, qui fuerunt à principio mundi uſque ad finem ipſius: neque etiam quantum ad eſſe gr̃æ: quia eorum etiam, qui ſunt in uno tempore, quidam gratia carent, poſtmodū habituri, aliis eā iā habentibus. Sic igitur mēbra corporis myſtici accipiuntur, non ſolum ſecūdum ꝙ ſunt in actu, ſed etiā ſecundū ꝙ ſunt in potētia. Quædam tñ ſunt in potentia, quæ nūquàm
B reducuntur ad actum. Quędam uero ſunt, quæ quandoq; reducuntur ad actum. Et hoc ſecundū triplicē gradum: quorū primus eſt per fidem, ſecundus per charitatem uiæ, tertius per fruitionem patriæ. Sic ergo dicēdū eſt, ꝙ[m] accipiendo gn̄aliter ſm̄ totum tempus mūdi, Chriſtus eſt caput omnium hominum: ſed ſecundum diuerſos grad[9]. [a] Primo.n. & principaliter eſt ca
C put eorum, qui actu uniuntur ſibi per gloriam. Secūdo eorū, qui actu uniuntur ſibi ꝑ charitatē. Tertio eorū, qui actu uniūtur ſibi ꝑ fidē. Quarto uero eorum, qui ſibi uniūtur ſolū in potentia nondū reducta ad actū, quæ tñ eſt ad actū reducenda, ſecundum diuinam prædeſtinationē. Quinto vero eorum, qui in potentia ſunt ſibi uniti, quæ numq̄ reducetur ad actum: ſi
D cut hoīes in hoc mundo uiuentes, qui non ſunt prædeſtinati, qui tñ ex hoc ſęculo recedētes, totaliter deſinunt eſſe membra Chriſti: quia iā nec ſunt in potentia, ut Chriſto uniantur.

AD PRIMVM ergo dicēdū, ꝙ illi, q ſunt infideles, etſi actu non ſint de eccleſia, ſunt tñ de eccleſia in potentia: quæ quidē potentia in duobus fundat̃. Primo quidē, & principaliter ī uir
E tute Chriſti, quæ eſt ſufficiēs ad ſalutē totius humani generis: ſecūdario in arbitrij libertate.

AD 2 dicendum, ꝙ eſſe eccleſiam glorioſam nō habentē

A dum habes conſtituat membrum Chriſti imperfecte, & ſecundum quid quia tamen infra latitudinem actus conſiſtit, ideo hic primus gradus actus in eſſe gratiæ in membris Chriſti, aſſignatur fidei.

¶ Concluſio reſponſiua eſt Chriſtus eſt caput omnium hominū diuerſimode tamen, loquēdo generaliter ſm̄ totum mundi tēpus, probatur deducēdo ꝑ quinque gradus ſm̄ quos homines uniuntur Chriſto.

¶ Vbi Nota Auctorē ſex ſtatus omnes diſtinxiſſe, & oēs differentias eorum cōprehendiſſe. In primo beati, in ſecundo uiatores in charitate, in tertio uiatores in fide tm̄, in quarto uiatores ſine fide, prædeſtinati tamen, in quinto uiatores ſine fide nō prædeſtinati, in ſexto damnati ſunt. Et primus quidem gradus licet hodie omnino ſit clarus: relatus tamen ad totum mūdi tempus comprehēdit ſub ſe beatos, etiā impeditos: ꝗuis ī termino, ut erant ſancti Patres in lymbo ante mortem Chriſti. Comprehendunt̃ ſiquidē in primo gradu oēs actu Chriſto coniuncti immutabiliter, ſeu in termino, quales tunc erant ſancti Patres, qb[9] ſola patefactio cęli deerat.

¶ Secundus item gradus trifariam diſtinguitur: nam cōtinet tam exiſtentes in purgatorio, qui adhuc extra uiam totaliter nō ſunt, quam exiſtentes in charitate hic prædeſtinatos, quàm exiſtētes in charitate ſm̄ præſentem iuſtitiam tm̄, quos conſtat eſſe præſcitos. Hi.n. omnes, qui ſunt in uia, & charitate computant̃ inter membra Chriſti actualiter: ſed primi duo ſimpliciter tertii ſecūdum ꝓſentem tantum iuſtitiā.

¶ Tertius quoque gradus, qui etiā ſm̄ actū licet imperfectū autē dit, duo cōtinet gn̄a hominū, ſcilicet fide tantum pręditos, & tamen prędeſtinatos, & ſimiles non ꝓdeſtinatos. Vterque enim inter membra Chriſti actualiter ratione fidei computantur: mortificata tamen, ſed primi, ut mēbra permanſura, ſecundi ut membra abſcindenda.

¶ Quartus gradus, qui ſecundum potentiam attenditur, aſſignatus eſt in litera in ordine ad actum ſimpliciter hoc eſt fruitionem patriæ, ſicut & quintus: ſed quartus ſecundum ordinem poſitiuum ad dictum actum: quintus ſecundum negationem ordinis ad eundem actum. Et quoniam iuſtum eſt, ut potentię ad actus ſecundum quid, reducantur ad potentiam ad actum ſimpliciter, ideo quartus gradus comprehendit omnes viatores ſine fide prædeſtinatos, & reductiue illos etiam ſine fide, qui quandoque reducentur in actum fidei tantum, vel etiam charitatis uiæ tantum: hi.n. ratione ſtatus potentiæ, quæ quandoque reducetur ad actum ſimpliciter ut primi, uel ſecundum quid ut reliqui quartum conſtituunt gradum, iuxta diſtinctionem præmiſſam in litera ante concluſionem. Et propterea quinto gradui illi ſoli relinquuntur, qui ſic in uita iſta degunt in potentia ad actum ſimpliciter, vel ſecundum quid, ꝙ numquàm aſſequentur aliquem eorū, qui ſcilicet non ſolū præſciti ſunt, ſed numq̄ ad charitatem uiæ, numq̄ ad fidem informem peruenient, ut ſunt iugiter infideles.

¶ Extra omnia autē Chriſti membra computatur ſextus ſtatus hominum, hoc eſt ſtatus æternæ damnationis, qui etiā continet duo genera hominū, ſcilicet damnatorum ad pęnam ſenſus, & dāni, quales ſunt omnes adulti dānati, & ad pęnam damni tm̄, quales ſunt infantes, & perpetuo amentes, qui ſine ſacramento fidei deceſſerunt. Hi namque ut ſic, quia nec actu, nec potentia inter membra Chriſti ſunt, aliena oīno ponunt̃ a capite Chriſto. Eſt tñ inter iſtos latitudo, dū quidā eorum decidūt à potentia tm̄, ut ſemper infideles, & qui numquā uſum liberi arbitrij habuerunt, de quibus tm̄ fit mentio in litera. Quidam autem decidunt ab actu, vel fidei tm̄, uel etiam charitatis uiæ ut Chriſtiani damnati, q membra uere abſciſſa a corpore Chriſti ſunt: qm̄ illius fuerunt ſecūdū ꝓſentem iuſtitiā, uel fidei ſacr̃a, membra. Concl.

¶ In reſponſione ad primum eiuſdem articuli, aduerte pro intellectu literæ, & prędictorū, ꝙ dupliciter poſſumus loqui de potentia, ut patet 5 Metaph. ſcilicet Logice, uel Phyſice, hoc eſt, vel de potentia, prout termini non implicant cōtradictionem, uel de potentia actiua, uel paſſiua exiſtente in natura, ad agendū, uel patiendū actū aliquem ordinata. In ꝓſenti materia nō eſt ſermo de potentia logice, ſed phyſice, ut patet ex hac lr̃a, in qua Auctor fundat potentiā eccleſiaſticā, hoc eſt poſſe eſſe membrū eccleſiæ, quæ eſt corpus Chriſti myſticum ſuper reali uirtute Chriſti, & reali facultate liberi arbitrij humani in ſtatu uiæ, ſecundum.n. has duas poteſtates dicitur aliqs phyſice in potentia, uel non in potentia ad eſſe membrum Chriſti. Et propterea damnati omnes licet ſint in potentia logice, ut ſint membra Chriſti: quia tamen non ſunt in potentia:

tentia phyſice ad eſſe inter membra Chriſti, quoniam nec uirtus Chriſti eſt ordinata ad redēptionem damnatorum, ſcriptū eſt enim, q̄ in inferno nulla eſt redemptio, nec illorum liberū arbitrium uertibile eſt amplius ad Chriſtum: quia ſunt in termino, ideo ſimpliciter, & abſolute dicitur in l̄ra totaliter deſinere eſſe membra Chriſti.

F quior eſt Deo, & perfectius habet dona Dei, & influit in homines, & angelos. Secundo, auctoritate Apoſtoli ad Phil. 2. Deinde probatur concluſio principalis ex ſigno: quia ſcilicet angeli miniſtrabant Chriſto, Matth. 4. hoc enim ſignum eſt ſubiectionis cum minor ſit, qui miniſtrat.

¶In rñſione ad ſm̄ aduerte, q̄ tres conditiones eccleſiæ hoc ē glorioſā, & ſine macula, & ſine ruga eſſe, non conuenire eccleſiæ militanti ratione primæ conditionis, manifeſte patet. Sed & Auctor rñne tertię hoc eſt peccatorum uenialiū probat, qđ intellige formaliter de eccleſia militante hoc eſt, de congregatione fidelium exiſtētium i charitate: quā huiuſmodi congregatio rōne omnium ſuarum partiū in via hac, rugam aliquam uetuſtatis habet, licet non ſemper in ſingulis. Pōt. n. uiator aliquis aliquanto tempore ſine omni actua li peccato inueniri: non poteſt tamē omnino uitā hanc agere ſine aliquo peccato, ut in litera apoſtolica ꝓbat auctoritas.

SVP. QVÆ. VIII. ART. IIII.

Alb. mag. 3. d. 13. ar. 9. Medina. a. 4.

D. 720. Titulus clarus eſt. ¶In corpore art. una eſt concluſio reſpōſiua quæſito, Chriſtus non ſolum eſt caput hominum, ſed & angelorum. Probat dupliciter, ſ. ratione, & auctoritate. Ratione quidem ſic. Homines, & angeli ordinātur ad unum finem, ſ. gloriā diuinę fruitionis. ergo corpus myſticū eccleſiæ nō ſolū ex hominibus, ſed etiam ex angelis conſiſtit. ergo totius huius multitudinis eſt caput unū, quod eſt Chriſtus. igit Chriſtus eſt caput non ſolum hominū, ſed angelorum. Prima conſequentia probatur: quia corpus ſimilitudinarie dicitur quæcumque una multitudo ordinata in unū ſm̄ diſtinctos actus, ſeu officia. Hinc aptè patet, q̄ multitudo angelorū & hōium ex eo, quod ordinatur ad unum finem, eſt unum corpus myſtice: nulli enim eſt ambiguitas, quin in his ſit diuerſitas actuum & officiorum in ordine ad cęleſtem felicitatem. Secunda uero conſequentia habet duas partes, prima eſt, quòd inferatur caput unum: ſecunda eſt, quòd illud caput ſit Chriſtus. Et quo ad primam probatur ex eo, quòd ubi eſt unum corpus, oportet eſſe caput unum. Quo ad ſecundam uero probatur dupliciter. Primo ex tribus conditionibus capitis antedictis, ſcilicet primitate, perfectione, & uirtute, inuētis in Chriſto: quia propin-

Cap. 2. In me. to. 2.

Porr. 0.

59

3. di. 13. q. 2. ar. 2. q. 2. & diſt. 14. ar. 3 q. 2. & 6. ca. Et uer. q. 29. a. 4. c. & ad 5. Et opuſ. 3. c. 213. & 1. cor. 11. Et ph. 5. in fi.

maculam neque rugam eſt ultimus finis ad quem ꝓducimur per paſſionē Chr̄i. Vn̄ hoc erit in ſtatu patriæ, nō aūt in ſtatu uię, in quo, Si dixerimus, quia pct̄m no habemus nōſipſos ſeducimus, ut dr̄ 1. Io. 1. Sunt tn̄ quædam. ſ. mortalia, quibus G carent illi, qui ſunt membra Chriſti per actualem unionem charitatis. Qui uero his ſubduntur, nō ſunt mēbra Chr̄i actualiter ſed potentialiter, niſi forte imperfecte, ꝑ fidē informē, q̄ unit Chriſto ſm̄ quid, & nō ſimpliciter, ut. ſ. per Chriſtū hō conſequatur uitam gr̄æ Fides. n. ſine operibus mortua eſt, ut dr̄ Iacobi 2. percipiunt tn̄ tales à Chriſto quendam actū uitæ, qui eſt credere: ſicut ſi mēbrū H mortificatum moueatur aliqualiter ab homine.

Ad III dicēdū, q̄ ſancti patres non inſiſtebant ſacr̄is legalibus tamq̄ quibuſdam rebus, ſed ſicut imaginibus, & umbris futurorum: idem aūt eſt motus in imaginem inquantū eſt imago, & in rē, ut patet ꝑ Philoſophum in lib. de memo. & remi.* Et ideo antiqui patres ſeruando legalia ſacra, ferebātur in Chriſtū per fidem, & dilectionē eandem, qua, & nos ī ipſū ferimur: & ita patres antiqui pertinebāt ad idē corpus eccleſię, ad qđ nos ꝑtinemus.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Chriſtus ſit caput angelorū.

AD QVARTVM ſic ꝓcedit̄. Vr̄ q̄ Chriſtus, ſecundum quòd homo, non ſit caput angelorum. Caput enim, & membra ſunt unius naturæ: ſed Chriſtus ſecundum quòd eſt homo, nō eſt conformis in natura cum angelis, ſed ſolum cū hominibus: quia ut dr̄ Hebr. 2. Numq̄ angelos apprehēdit, ſed ſemen Abrahę apprehēdit. ergo Chriſtus ſcd̄m q̄ homo, non eſt caput angelorum.

¶2 Præt. Illorū Chriſtus eſt caput, qui pertinēt ad eccleſiam, G quæ eſt corpus eius, vt dr̄ Eph. 1. ſed angeli nō pertinēt ad eccleſiam, nā eccleſia eſt cōgregatio fideliū: fides autem non eſt in angelis: non. n. ambulāt per fidem, ſed per ſpeciē, alioquin peregrinarentur à dn̄o, ſecūdū q̄ Apoſtolus argumentatur 2. ad Corinth. 5. ergo Chriſtus, ſecundum quòd homo, non eſt caput angelorum.

¶3 Præt. Aug. dicit ſuꝑ Ioan.* q̄ ſicut uerbum, quod erat in H principio apud patrem, uiuificat animas, ita uerbum caro factum uiuificat corpora, quib⁹ angeli carēt: ſed uerbum caro factum eſt Chriſtus, ſecundum q̄ homo. ergo Chriſtus ſecundum q̄ homo non influit uitā angelis. Et ita ſecundum q̄ homo, non eſt caput angelorum.

SED CONTRA eſt, q̄ Apoſtolus dicit Coloſ. 2. Qui eſt caput omnis principatus, & poteſtatis: & eadē ratio eſt de an- I gelis aliorum ordinum. eſt ergo Chriſtus caput angelorū.

RESPON. dcd̄m, q̄ ſicut dictum eſt, † vbi eſt unū corpus, neceſſe eſt ponere unū caput. Vnum aūt corpus ſimilitudinarie dr̄ una multitudo ordinata in unum, ſecundum diſtinctos actus ſiue officia: manifeſtū eſt autem, q̄ ad vnum finem, qui K eſt gloria diuinæ fruitionis, ordinant̄, & hoies, & angeli. Vn̄ corpus eccleſię myſticum, non ſolum conſiſtit ex hoībus, ſed etiam ex angelis. Totius autē

¶In reſpōſione ad primum eiuſdem artic. aduerte nouiter, q̄ nō apponitur hic ſupradictis tribus conditionib⁹ capitis quarta cōditio, puta conformitas naturæ: ſed prius fuit ſermo de cōditionibus ꝓprijs capitis, quibus differt, & præſtat cæteris membris: modo autē loquimur de conditione cōi capiti, & reliquis membris. Oporteret ſiquidem omnia membra corporis vnius eſſe naturæ, puta humanæ, uel leoninæ, uel taurinæ, &c. Vnde cōditio iſta conformitatis in natura, exigitur ad caput, ut præſuppoſita, ſicut commune præſupponitur proprio. Et propterea in litera dicitur, quòd propter conformitatem Chriſti cum angelis in natura generis, poteſt Chriſt⁹ dici caput angelorum, non q̄ conformitas ſit rō Chriſto, q̄ ſit caput (cū cōformitas communis ſit Chriſto, & angelis) ſed quia conformitas ratio eſt, quòd i Chriſto inueniatur cōmunis conditio capiti, & membris: & ideo propter conformitatē ut conditionem cōmunem Chriſtus habens proprias capitis conditiones, poteſt dici caput angelorum. Tract. 23. ante med. & 19. trac. a me. to. 9.

¶In reſpōſione ad tertium eiuſdem articuli, dubiū occurrit circa cauſalitatē corporalis naturæ Chriſti ſuper angelos, q ſunt puri ſpūs, & corporibus, nec uniti, nec vnibiles, ut formæ. Non uī ſiquidē intelligibile, q̄ corpus poſſit agere in ſpiritū ſeparatū omnino, peripatetice loquendo, cum non communicent, & longe inferioris, immo infimæ naturæ ſit corpus quodcunque cum corporalibus reſpectu ſubſtantiarum omnino ſeparatarum à materia, quales ſupponimus angelos eſſe. Ar. 1. ad 2.

¶Ad hoc dicitur, quòd licet hoc mirum appareat, ſi tamen conſideremus phantaſma ſub lumine intellectus agentis poſſe in animam intellectiuam agere, non erit incredibile, quòd aliqua res corporea uirtute diuinitatis, cui iuncta eſt perſonaliter, poſſit in ſubſtantiam ſeparatam agere, ut ſic quod phantaſma ex naturali vinculo cum anima intellectiua ſortitum eſt, humanitas Chriſti ex ſupernaturaliſſima, & maxima coniunctione ad diuinitatem adepta ſit excellentiori modo:

do: quia poteſt libere, inſtrumentaliter tamen, cauſare in ange- A lis, & animabus noſtris aliquid ſpirituale. Non intelligo tamen hunc cauſandi modum excedere modum, quo ponimus, ſacramenta cauſare in animabus noſtris ſpirituales gratia.

huius multitudinis Chrs, eſt caput: qa propinquius ſe hẽt ad Deũ, & pfectius partipat dona ipſius, non ſolũ q̃ hoies, ſed ẽt q̃ angeli, & de eius influentia non ſolũ hoies recipiũt, ſed ẽt angeli. Dr.n. Epheſ. 1. ꝙ conſtituit eũ, ſ. Chrs Deus pr ad dexteram ſuã in cęleſtib. B ſupra oẽm poteſtatẽ, & principatũ, & uirtutẽ, & dñationẽ, & oẽ nomen, quod nominat, non ſolũ in hoc ſæculo, ſed ẽt in futuro, & oia ſubiecit ſub pedibus eius: & iõ Chrs non ſolum eſt caput hoim, ſed ẽt angelorum[a] unde, & Matt. 4. legit, ꝙ Acceſſerunt angeli, & miniſtrabant ei.

Ad primvm ergo dcdm, ꝙ influentia Chriſti ſuper hoies, principaliter quidẽ eſt quantũ ad aias, ſm quas hoies conueniunt cũ angelis in natura generis, licet non in natura ſpeciei. Et rõe huius conformitatis Chriſtus poteſt dici caput angelorum, licet deficiat conformitas quãtum ad corpora.

Ad ii dcdm, ꝙ eccleſia ſm ſtatum viæ eſt congregatio fidelium: ſed ſm ſtatum patriæ eſt congregatio comprehendentium. Chriſtus aũt non ſolum fuit uiator, ſed comprehẽſor: & iõ non ſolum fidelium, ſed ẽt comprehendentium eſt caput, utpote pleniſſime habens gratiam, & gloriam.

Ad iii dcdm, ꝙ Aug.[*] ibi loquitur ſm quandam aſſimilationẽ cauſæ ad effectũ, prout, ſ. res corporalis agit in corpus, & res ſpũalis in res ſpũales: tñ humanitas Chriſti ex uirtute ſpiritualis naturæ ſ. diuinę, poteſt aliquid cauſare nõ ſolũ in ſpiritibus hoim, ſed ẽt in ſpiritibus angelorum, pp maximam coniunctionẽ eius ad Deum, ſcilicet ſecundum unionem perſonalem.

Articvlvs V.

Vtrum gratia Chriſti, ſecundum quã eſt caput eccleſiæ, ſit eadem cum gratia habituali eius, ſecundum quòd eſt quidã homo ſingularis.

Ad qvintvm ſic proceditur. Vr ꝙ non ſit eadem gratia, qua Chriſtus eſt caput eccleſiæ, cum gratia ſingulari illius hois. Dicit enim Apoſt. Ro. 5. Si unius delicto multi mortui ſunt, multo magis gratia Dei, & donum, in gratia unius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit: ſed aliud eſt peccatum actuale ipſius Adæ, C & aliud peccatum originale, quod traduxit in poſteros.[h] ergo alia eſt gratia perſonalis, q̃ eſt propria ipſius Chriſti, & alia eſt gratia eius, inquantum eſt caput eccleſiæ, quæ ab ipſo ad alios deriuatur.

¶2 Præt. Habitus diſtinguit ſm [b]actus: ſed ad alium actũ ordinatur in Chriſto gratia eius pſonalis, ſ. ad ſanctificationem D illius aiæ, & ad alium actũ ordinatur gratia capitis, ſ. ad ſanctificandum alios. ergo alia eſt gratia perſonalis ipſius Chriſti, & alia eſt gratia eius, inquãtum eſt caput eccleſiæ.

¶3 Prȩt. Sicut ſupra dictũ eſt,† in Chriſto diſtinguitur triplex gratia, ſ. gratia unionis, gratia capitis, & gratia ſingularis illius hominis; ſed gratia ſingularis Chriſti[h] eſt alia a gratia E unionis. ergo etiam eſt alia a gratia capitis.

Sed contra eſt, ꝙ dr Io. 1. De plenitudine eius nos oẽs accepimus: ſecundum hoc

SVPER QV. VIII. ARTIC. V.

Titulus clarus eſt: de identitate .n. reali quæritur.

¶ In corpore articuli unica eſt concluſio reſponſiua quæſito affirmatiue, Gratia perſonalis, qua aia Chri iuſtificata eſt, & gratia eius, ſm quam eſt caput Eccleſiæ iuſtificans alios, eſt eadem ſm eſſentiã: differt tñ ſm rõem. Probat, Quo aliquid eſt actu, & quo agit, eſt unus actus: oportet tñ ad hoc ut ſit quo agat in alia, ꝙ actus ſm eminẽtiam quandã Concluſio habeat. ergo gratia Chri habet ẽt, ꝙ ſit actiua in alios, quod ptinet ad rõem capitis. ergo gratia perſonalis, qua aia Chriſti iuſtificata eſt, & gra eiuſdẽ, qua eſt caput Eccleſiæ iuſtificans alios, eſt eadem. Añs quo ad primã partẽ probatur rõne, quia unũquodq; agit ſm ꝙ eſt ens actu, & exẽplo in calore ignis. Quo ad ſecundã uero partẽ, quia agens oportet eſſe præſtantius pat ẽte, ut Aug. & Ariſto. teſtantur. Cõſequẽtia uero prima probat: qa in aia Chri recepta eſt gra ſm maximã eminentiam: ſecunda autem eſt per ſe euidens.

¶ Sed occurrit hic dubium quantum ualeat proceſſus iſte ex hoc, ꝙ actus ht ſm quandã eminentiã, inferens ꝙ ſit actiuus aliorũ eiuſdem rationis: ſupponimus .n. habitualem grãm in Loco citato in arg. aia Chri, & in aliis, eſſe unius ſpeciei ſpecialiſſimæ ſm eſſentiam. Et eſt ratio dubii: quia licet ex hoc, ꝙ actus aliquis eminet, & pſtat, hẽat ꝙ ſit actiuus ſibi ſimilis, nõ tñ ex hoc ſibi uendicat, ꝙ ſit caput alim aliorũ ſibi ſimilium, hoc eſt ꝙ ſit actiuum oium ſibi ſimiliũ, ut patet inductiue: aliũqn quodlibet actiuũ eſſet actiuum oium ſibi ſimilium; Peccat ergo proceſſus iſte: quia aliud eſt probare, ꝙ actus ſit actiuus ſibi ſimili, quod probatur in litera, & aliud ꝙ ſit actiuus omnis ſibi ſimilis quod erat probandum: quia hoc importatur nomine gratiæ capitalis.

¶ Ad hoc dr, ꝙ quia ſermo literæ formalis eſt, non ſpectas ad locum hunc probare, ſed ſupponere ex ante diſcuſſis gratiam Chriſti, qua influit aliis eſſe capitalem, hoc eſt, influxiuam in omnes: & propterea falſum abiiciendo aſſumitur, qđ erat hic probandum, gratiam Chriſti eſſe actiuam ois ſibi ſimilis ſeu capitalem. Sed litera ſynonyme utitur gratia Chriſti qua agit in alios, & gratia Chriſti ut eſt caput, hoc eſt, qua agit in omnes: quia ſupponit, ꝙ agere in alios coincidit cum agere in omnes reſpectu gratiæ Chriſti, quam ſuperius manifeſtauit eſſe gratiam capitis, cuius eſt in omnia membra influere. Quia igitur ut ſynonyma hæc hic habentur, iõ Auctor ſolicitus tñ fuit, ut probaret identitatem actus, quo Chriſtianima eſt in ſe ſancta, & quo alios ſanctificat. Et hanc idẽtitatem probas ſufficienter ex hoc, quòd poſſe agere non addit ſuper actum dantem eſſe niſi eminentiam quandam, quã conſtat non mutare eſſentiam actus. Vnde reſtat proceſſus ſolidus, & efficax.

¶ Cum his quoque ſcito, quòd in litera non dicitur quòd habeatur actus intenſiſſime, ſed dicitur quòd habeatur ſecundum eminentiã quandã, & de Chriſto ſubditur, ꝙ habuit gratiam ſecundum eminentiam maximã: plus enim comprehenditur ſub eminentiæ nomine, quã intenſionis quãtacumque. Et re uera quando actus habetur ſecundum eminentiam intenſionis & modi habendi, eſt cauſa uniuerſalis, homogenea, tamen reliquorum: ut patet in calore, qui quoniam in ſummo inuenitur in igne, & habet eminenti modo, qa calor in ſummo, eſt naturalis proprietas ignis ſolius, ideo eſt cauſa uniuoca cęterorum calidorum. Et proportionabiliter, quia in anima Chriſti gratia eſt in ſummo, & habet eminentiſſimo mõ, quia ut naturalis proprietas conſequens unionem pſonalem iuxta illud, Vidimus gloriã eius, quaſi unigeniti a Patre plenũ gratiæ, … ô gratia Chriſti ex eminentia tali eſt actiua in alios, & eſt actiua in omnes, ut caput, ac per hoc ut conforme, ſeu homogeneum. Vltima pars concluſionis, hoc eſt, differt tñ ratione, non aliter probatur in litera, quia clara eſt: conſtat enim ſecundum rationem differre, ꝙ gratia eſt actus faciens formaliter eſſe gratum, & ꝙ eſt principium agendi in alios: alioquin eſſe gratum, & cauſare gratiam in alios eſſent idem.

¶ In reſponſione ad primum ſcito nouitie, ꝙ in Adam diſtinguitur peccatum perſonæ, & naturæ, quia peccatum perſonæ uocatur peccatum, illud, quod in actu primi peccati Adę conſiſtit: peccatum uero naturæ, uocatur fomes peccati cum priuatione

Porr. 60
3.d.13.q.3. ar.2.q.1. & 2. Et 4.di. 5.q.1.ar.3. q.2. ad 3. Et verit.q. 29.ar.5.ca. fin & ad 6. Et op.3.ca. 222. & 223 Et Ioan. 3. lec.6.

q.6. art.6

aũt eſt caput noſtrũ, ꝙ ab eo accipim'. ergo ſm hoc, ꝙ habuit plenitudinẽ grẽ, eſt caput noſtrũ. Plenitudinem aũt grę habuit, ſm ꝙ pfecte fuit in illo gr̃a pſonalis, ut ſ. dictũ ẽ* ergo ſm gr̃am perſonalẽ eſt caput noſtrũ, & ita nõ eſt alia gr̃a capitis, & alia gratia perſonalis.

Resp. Dcẽm, ꝙ quia unumquodq; agit, inquantũ eſt ens actu, oportet ꝙ idem ſit actus, quo aliq̃d eſt actu, & quo agit, ſicut idẽ eſt calor, quo ignis eſt calidus, & quo calefacit. Nõ tñ ois actus, quo aliquid eſt actu, ſufficit ad hoc, ꝙ ſit principiũ agẽdi in alia: cũ.n. agẽs ſit pręſtantius patiente, ut Aug. dicit 12. ſup Gen. ad literã,* & Phil. in 3. de aia,† oportet ꝙ agẽs in alia, habeat actũ ſm eminẽtiã quandã. Dictũ eſt aũt ſ.* ꝙ in aia Chriſti recepta eſt gratia ſecundum maximã eminẽtiã: H & ideo ex eminentia gratiæ, quã accepit, cõpetit ſibi ꝙ gr̃a illa ad alios deriuet, qđ ptinet ad rõem capitis: & iõ eadẽ eſt ſm eſſentiã gr̃a pſonalis, qua aĩa Chri eſt iuſtificata, & gr̃a eius, ſm quã eſt caput eccleſiæ, iuſtificans alios: differt tamen ſecundum rationem.[u]

Ad primum ergo dcẽm, ꝙ pctm̃ originale in Adã, qđ eſt pctm̃ naturæ,[d] deriuatum eſt à peccato actuali ipſius, qđ eſt pctm̃ pſonale: qa in eo perſona corrũpit naturã, qua corruptione mediãte, peccatũ primi hois deriuat ad poſteros, ſm ꝙ natura corrupta corrũpit pſonã; ſed gr̃a non deriuat à Chr̃o in nos mediãte natura humana, ſed p ſolã pſonalẽ actionẽ ipſius Chri. Vñ non oportet in Chr̃o diſtinguere duplicẽ gr̃am quarũ una rñdeat naturæ, alia pſonæ, ſicut in Adã diſtinguit peccatum naturæ, & perſonæ.

Ad II dcẽm, ꝙ diuerſi actus quorũ unus eſt ratiõ, & cauſa alterius, non diuerſificant habitũ: actus aũt perſonalis grę, q eſt ſanctum facere formaliter habentẽ, eſt ratio iuſtificationis aliorum, quæ pertinet ad gratiam capitis. Et inde eſt, ꝙ per huiuſmodi differentiam non diuerſificatur eſſentia habitus.

Ad III dcẽm, ꝙ gratia perſonalis, & gratia capitis ordinantur ad aliquem actum: gratia autem vnionis non ordinatur ad actum, ſed ad eſſe per-
F ſonale: & iõ gratia perſonalis, & gratia capitis cõueniunt in eſſentia habitus, non aũt gratia unionis. Quãmuis perſonalis gratia poſſit quodammõ dici gratia unionis, prout facit congruitatẽ quandam ad unionem. Et ſm hoc una per eſſentiam eſt gratia vnionis, & gratia capitis, & gratia ſingularis perſonæ, ſed differens ſola ratione.

Articulus VI.

Vtrum eſſe caput eccleſiæ ſit proprium Chriſto.

Ad sextum ſic proceditur. Videtur quòd eſſe
G caput eccleſię non ſit proprium Chriſto. Dicitur enim 1. Reg. 15. Cum eſſes paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es: ſed una eſt eccleſia in nouo, & ueteri teſtamento. ergo videtur quòd eadem ratione aliquis alius homo præter Chriſtum poterit eſſe[h] caput eccleſiæ.

¶In eo d[illegible] in reſponſione dubium occurrit ex Durando in 3. ſentent. diſtinct. 14. quæ. 1. ar. 2. ſentente, quòd anima Chriſti, uidet in uerbo quicqd uidet uerbum, quo ad quæſtionem quid eſt, & ſic ſcientia animæ Chriſti æquatur diuinę ſcientiæ ſimplicis intelligẽtiæ quo ad numerum ſcitorum, licet non quo ad claritatẽ cognitionis.

gnoui, q. ſ. timeas Deum, ideſt, nunc cognoſcere feci. Dr ãt Pater ſcire: quia hmõi cognitionẽ tradidit filio. Vnde ĩ hoc ipſo, ꝙ dr̃, Niſi Pater, datur intelligi ꝙ Filius cognoſcit, & non ſolũ quantũ ad diuinã naturã. ſed ẽt quantũ ad humanã: qa ut Chryſo.* argumentatur, ſi Chriſti homini datum eſt, ut ſciat, qualiter oporteat iudicare qđ eſt maius, multo magis datum eſt ei ſcire, qđ minus eſt, ſ. tẽps iudicij. Origenes tñt hoc exponit de Chriſto ſcđm corpus eius, qđ eſt Eccleſia, q̃ hoc tempus ignorat. Quidã aũt dicũt hoc eſſe intelligendũ de filio Dei adoptiuo, non de filio naturali.

AD II dcđm, qđ Deus in tñ perfectius cognoſcit ſuã eſſentiã, q̃ aia Chri, ꝙ eam comprehendit. & ideo cognoſcit oia nõ ſolũ, q̃ ſunt ĩ actu. ſcđm quodcumq; tẽpus, q̃ dr̃ cognoſcere ſcientia viſionis: ſed ẽt oia q̃cũq; ipſe facere poteſt, quæ dr̃ cognoſcere per ſimplicẽ intelligẽtiã, vt ĩ 1. habitum eſt*. Scit ergo anima Chriſti oĩa, quæ Deus in ſeipſo cognoſcit ꝑ ſciẽtiam uiſionis: non tamen oia, quæ Deus in ſeipſo cognoſcit per ſcientiam ſimplicis intelligentiæ: & ita plura ſcit Deus in ſeipſo, quàm anima Chriſti.

AD III dicendum, ꝙ quantitas ſcientiæ non ſolum attenditur ſcđm numerum ſcibilium: ſed etiam ſcđm claritatem cognitionis. Quàmuis igitur ſciẽtia animæ Chriſti, quam habet in uerbo, parificetur ſcientię uiſionis, quam Deus habet in ſeipſo, quantum ad numerum ſcibilium: ſcientia tamen Dei excedit in infinitum, quantũ ad claritatem cognitionis, ſciẽtiã animę Chriſti, quia lumen increatum diuini intellectus, in infinitũ excedit lumen creatũ, quodcumque receptum in aĩa Chriſti: licet abſolute loquendo, ſcientia diuina excedat ſciẽtiam animæ Chriſti non ſolum quantum ad modum cognoſcẽdi: ſed etiam quãtum ad numerum ſcibilium, ut dictum eſt*.

ARTICVLVS III.

Vtrum anima Chriſti in Verbo cognoſcat infinita.

AD TERTIVM ſic proceditur. Vr̃ ꝙ aia Chri nõ poſſit cognoſcere infinita ĩ verbo. Quòd. n. inħ infinitum cognoſcatur, repugnat diffinitioni infiniti, prout dr̃ in 3. Phyſic.* ꝙ infinitum eſt, cuius quantitatẽ accipientibus, ſemper eſt aliqd extra accipere. Impoſſibile aũt eſt definitionem à definito ſeparari, qa hoc eſſet cõtradictoria eſſe ſimul. ergo impoſſibile eſt ꝙ anima Chriſti ſciat infinita.

¶2 Præt.ʰ infinitorum ſcientia eſt infinita: ſed ſciẽtia aiæ Chriſti non poteſt eſſe infinita: eſt enim capacitas eius finita, cum ſit creata. Non ergo aĩa Chriſti poteſt cognoſcere infinita.

¶3 Præt.ʰ Infinito non põt eſſe aliquid maius: ſed plura continẽt in ſcientia diuina, abſolute loquendo, q̃ in ſcientia aię Chriſti, vt dictum eſt*. ergo aĩa Chriſti nõ cognoſcit infinita.

SED CONTRA, Anima Chri cognoſcit totam ſuam potentiam, & omnia, quę põt. Põt ãt in emundationem infinitorum peccatorum, ſecundum 1. Io. 2. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis nřis: non autem pro noſtris tantum, ſed etiam pro totius mundi. ergo anima Chriſti cognoſcit infinita.

RESP. Dcđm, ꝙ ſcientia nõ eſt niſi entis, eo, ꝙ ens, & verũ conuertuntur. Dupliciter aũt dr̃ aliquid ens. Vno modo, ſimpliciter, qđ. ſ. eſt ens actu: alio modo, ſcđm quid, quod ſcilicet eſt ens in potentia. & quia, ut

Probatq; hoc ſic. Vidẽs Deum, uidet uiſione beata quicquid naturaliter repræſentatur in diuina eſſentia, ergo videt quidditates omnium poſſibiliũ. Conſequentia patet, quia diuina eſſentia naturaliter repræſentat oẽm poſſibilem quidditatem. Aña uero probatur, quia nec ex parte repræſentantis, aut repręſentationis eſt impedimẽtũ, cũ ex naturali neceſſitate ſit hmõi repſentatio, nec ex parte cognoſcentis, qa poteſt in longe, immo infinite maius. ſ. eſſẽtiam diuinam. ergo, & in omnia poſſibilia quidditatiue, quæ in infinitum minus ſunt cognoſcibilia.

In corp. 2.

¶Ad hoc dr ꝙ aña ẽ falſum. Et ad illius probationem dr, ꝙ impedimentum in promptu eſt, & apparet ex parte cognuſcẽtis, qui non eſt capax totius repræſentationis naturalis diuinæ eſſentię, ſicut nec cõprehẽſionis illius. Et ad probationem inductam, ſ. poteſt in lõge maius &c. reſpondetur, ꝙ peccat ſcđm figurã dictionis, ſub poſſe in maius, & minus. ſublumendo poſſe tali modo, hoc eſt poſſe uidere quidditates poſſibiles in verbo. Nam licet longe, & infinite maius ſit uidere Deum, quàm uidere omnia alia: lõge tñ maius eſt uidere ſic Deum, quod in ipſo uiſo uideantur oẽs quidditates poſſibiles, q̃ uidere Deum. Et hoc iam deuerat Auctor, & tñ iſte non erubuit concludere ex tali ſophiſtica ratione.

Porr. o. 70

1. p. q. 14. a. 12. & 3. dt. 14 at. 2. q. 2. ad 2. & q. 4. ad 2. & verı. q. 20. a. 4. c. & ad t. 2. & [illegible] & quo. 3. q. 2 ar. 1. & op. 9. q. 81.

Li. 3. Phyſ. tex. 63. t. 2.

q. pręc. ar. 2.

SVP. QVÆ. V. ART. II.

S. bon. 3. ſ. d. 14. q. 3. a. 2
Scot. 3. ſ. d. 14. q. 2.
Riccar. 3. ſ. d. 14. q. 3.
Duran. 3. ſ. d. q. 2.
Mauro. 3 ſ. d. 12. q. 1.
Bacc. 3 ſ. d. 13 q. 1.
Ca. 1. d. 43. q. 1. a. 2. cõ. 9 & 3. d. 14. q. 2. cõ. 2.
Medina a. 3.

TItulus clarus eſt. ¶In corpore articuli tria fiunt. Primo ponitur diſtinctio bimembris de mõ ſciẽdi. Secundo, reſpondetur quęſito, iuxta primum modũ ſciendi unica negatiua cõcluſione. Tertio, r̃ñdetur quæſito, iuxta ſcđm modum ſciendi, una concluſione affirmatiua. Quo ad primum diſtinctio eſt, ꝙ dupliciter aliquid eſt cognoſcibile, vel ſcđm ſeipſum, ut ens in actu, uel non ſcđm ſe, ſed ſcđm illud, in cuius potentia exiſtit, ut ens in potentia. Probatur diſtinctio. Ens dr̃ dupliciter ſ. ſimpliciter, ut ens in actu, & ſcđm qd, vt ens in potentia. ergo, & ſcibile dr duplicater, illud ſcđm ſe, hoc ſecun-

dr in 9. Met.[v] unumquodq; cognoſcit, ſm q eſt actu; non aũt, ſm q eſt in potentia, ſcientia primo, & principaliter reſpicit ens actu, ſecundario aũt reſpicit ens in potentia, qd quidẽ nõ ſm ſeipſum cognoſcibile ẽ, ſed ſm q cognoſcitur illud, in cuius potẽtia exiſtit.[m] Quãtũ G igitur ad primum modum ſciẽtię, aĩa Chriſti non ſcit infinita[*] quia non ſunt infinita in actu, ẽt ſi accipiant oĩa, quęcũque ſunt in actu, ſm quodcũq; tempus, eo q ſtatus gñationis, & corruptionis non durat in infinitũ. Vñ ẽ certus numerus, non ſolum eorũ, quæ ſunt abſque gñatione, & corruptione, ſed ẽt generabilium, & corruptibilium.[r] Quantum uero ad H aliũ modum ſciẽdi aĩa Chri in Verbo ſcit infinita[q] ſcit. n. ut dictum eſt, oĩa, quæ ſunt in potentia creaturæ. Vñ cum in potentia creaturę ſint infinita, p hunc modũ ſcit infinita, quaſi quadã ſcientia ſimplicis intelligẽtiæ, nõ aũt ſcientia uiſionis.

Ad primvm ergo dcẽm, q infinitũ (ſicut in 1. parte dictũ eſt[*]) dupliciter dr. Vno mõ, ſm I rõnem formæ. & ſic dr infinitũ negatiuũ. ſ. id, quod eſt ſo ma uel actus nõ limitatus per materiã, uel ſubiectũ in quo recipiatur, & hmõi infinitũ, quãtũ eſt de ſe, eſt maxime cognoſcibile, pp perfectionem actus, licet non[d] ſit comprehenſibile a potentia finita creaturæ: ſic. n. dr Deus infinitus, & tale infinitum aĩa Chriſti cognoſcit, licet non cõprehendat. Alio mõ, K dr infinitum ſm[*] rõnem materiæ, qd quidẽ dr priuatiue, ex hoc. ſ. q non hẽt formã, quã natũ eſt hẽ, & per hunc modũ dr infinitum in quãtitate. Tale aũt infinitum ex ſui rõne eſt ignotum, quia ſ. eſt quaſi materia cũ priuatiõe formę (ut dr 3. Phyſ.[*]) oĩs aũt cognitio eſt per formã, vel actũ. Sic ergo ſi huiuſmodi infinitum cognoſci debeat ſm modũ ipſius cogniti, impoſſibile eſt, q cognoſcatur: eſt. n. modus ipſius vt accipiat pars eius poſt partem, vt dr in 3. Phyſ.[*] Et hoc modo uerum eſt, q ei[*] quantitatem accipientibus. ſ. parte accepta poſt partem, ſemper eſt aliquid extra accipere, ſed ſicut materialia pñt accipi ab itellectu immaterialiter, & multa unita, ita infinita pñt accipi ab intellectu non per modũ infiniti, ſed quaſi finite, vt ſic ea, quæ ſunt in ſeipſis infinita, ſint in intellectu cognoſcentis finita. Et hoc mõ aĩa Chri ſcit infinita, inquantũ. ſ. ſcit ea nõ diſcurrendo p ſingula, ſed in aliquo uno, puta, in aliqua creatura, in cuius potentia exiſtunt infinita, & principaliter in ipſo uerbo.

Ad II dcẽm, q nihil prohibet aliquid eſſe infinitum vno mõ, qd eſt alio modo finitũ: ſicut ſi imaginemur in quantitatibus ſuperficiẽ, quę ſit ſm lõgitudinem infinita, ſm latitudinẽ aũt finita. Sic igitur ſi eſſent infiniti hoĩes numero, haberẽt quidem infinitatem ſm aliqd ſcilicet ſm multitudinem, ſm tñ eſſentiæ rationem haberent finitatem, eo q omnium eſſentia eſſet limitata ſub rõne vni[*] ſpeciei, ſed id, qd eſt ſimpliciter infinitum ſm eſſentiæ rationẽ eſt Deus vt in 1. parte dictum eſt[*]. Propriũ aũt obiectũ intellectus eſt[d] qd quid eſt (dr 3. de anima) ad quod pertinet ratio ſpeciei. Sic igitur anima Chriſti propter hoc, quod habet capacitatem finitam, id, quod eſt ſimpliciter infinitum ſecundũ

ſcdm quod eſt in alio. Antecedens patet. & conſequentia quo ad primam partem probatur, quia ſcientia non eſt niſi entium qd probatur, quia ens, & verum conuertuntur. Quo ad ſecũdũ vero: quia vnumquodq; cognoſcitur, ſecundum quod eſt actu, & non ſecundum quod eſt in potentia: ex hoc enim, ſequitur, q ſciẽtia primo tendit ad ens in actu, & ſcdario ad ens in potentia, hoc eſt tendit ad ens in actu ſm ſe, & ad ens in potentia, ut eſt in alio: hoc. n. eſt ſecũdario cognoſcit, & illud ẽ primo cognoſci.

Li. 4. Met. tex. 10. t. 3

¶ Quo ad ſecundũ cõcluſio negatiua ẽ. Aĩa Chriſti non ſcit infinita in actu. Probatur quia non ſunt infinita in actu, ſed eſt certus numerus non ſolũ incorruptibiliũ ſed & gñabiliũ, & corruptibiliũ. Probatur, quia ſtatus gñationis, & corruptionis nõ durat in infinitum.

Concl. 1

D. 2145.

¶ Occurrit hoc in loco dubium ad hoĩem quo pacto ſtet doctrina hæc cum antedicta. Dictum quippe ẽ præcedenti articulo ẽ aĩam Chriſti ſcire, quæcumq; ſcit Deus ſcientia uiſionis, & in 1. p. q. 14. art. 12 Auctor determinat Deũ ſciẽtia uiſiõis cognoſcere infinita, & ecce prehendit ac confutat rationem hic allatam de finito ſtatu gñationis, & corruptionis. Vnde vt Auctor ſuę oblitus, doctrinæ, & ponere contraria, dum dicit animam Chriſti neſcire infinita in actu, negat tñ ita actu ſm quodcumque tempus, & ex alia parte dicit animam Chriſti ſcire oĩa, q ſcit Deus ſcientia viſionis, & dicit illa eſſe infinita in actu ſi numaut oĩa, quæ ſunt erunt, & fuerunt in actu quia cogitationes, & affectus oẽs creaturarũ rationabiliũ, quæ perpetuę ſunt, in infinitum multiplicabuntur.

Concl. 2

D. 477.

Art. præc.

1 P. q. 7. a. 7.

D. 366.

¶ Ad hoc dr, q verũque dictum eſt uerũ diuerſimode intellectum. Nam dictum hoc in loco verificat de ſimpliciter entib[9] in actu (quæ ſunt ſolę ſubſtantiæ) quæ ſunt actu q̃ſque, quæ conſtat eſſe finita, ſm ſi dei ſententiam decernentis mundum incepiſſe, & generatione defuturã. In prima autẽ parte, ſermo de ſimpliciter, ſm qd entibus in actu q̃ſque eſt, quæ ẽt patet eſſe infinita, quia in infinitum actus intellectus multiplicabuntur, etſi non in tempore hoc continuo, in tempore tamen diſcreto. Et quod hęc ſit Auctoris mens, patet ex tribus. Primo, quia ab ente incipit contra ens ſm quid quod dr, & de ente in potentia. & de accidentibus, ſed ſolum ens in potẽtia explicauit, quia in ens in potentia erat ad diſtinctionẽ modi cognoſcendi neceſſarium. Secundo, quia ex ſtatu gñrationis, & corruptionis probat, qui nõ comprehendis accidentia uniuerſaliter, ſed oẽs ſubſtantias, & quædã tñ accidentia ut patet de actibus nouis futuris poſt iudicium. Tertio, quia in articulo præcedente expreſſe ad oĩa exiſtentia ſm quodcũq; tps adiungit ẽt homenũ cogitationes infinitas per hoc, q per exiſtentia ſm quodcũq; tps intelligit hic ea tota, quæ ſimpliciter exiſtunt, quæ ſunt ſolæ ſubſtantiæ. Eſt igitur doctrina Auctoris, q oĩa cognita ſcientia uiſionis, pñt dici, & infinita, & finita. Finita quidem, ſi ly omnia diſtribuit pro entibus ſimpliciter, infinita uero, ſi ly oĩa diſtribuit tã p entibus, q̃ accidentibus entiũ. Et ppea vtrumq; eſt uerũ. ſ. q ſciẽtia uiſionis aĩę Chri eſt infinitorũ, & q non eſt infinitorũ. Quo ad tertiũ, ſecũda concluſio reſpõſiua affirmatiua ẽ. Aĩa Chri ſcit in Verbo infinita in potẽtia. Probat primo. In potẽtia creaturæ ſunt infinita. Probatur cõſequẽtia: quia ſcit oĩa, q ſunt in potentia creaturę. Declarat ſcdo modus iſtius ſciẽtię. & dr q eſt ad modũ ſimplicis intelligẽtię, & nõ p modũ ſcientię uiſionis. Oĩa ex ſupra dictis clara ſunt.

Alias potẽtiam.

Lib. 3. tex. 63. 0. 2.

Li. 3. Phy. tex. 63. & 92. 10. 2.

¶ In reſpõſione ad primũ uide Nouitie. q infinitũ quãtitatis, ẽ accipiẽ in partis poſt partẽ actu, ſicut eſt impertrãſibile itã realiter, q ſm deſignationẽ, ita ẽ impertrãſibile ſm cognitionẽ. Et iõ dr, q uerũ, ẽ ignotũ, & impoſſibile, q pertranſeũdo cognoſcatur.

¶ In reſpõſ. õe ad ſcm nota, q infin cõſiſtit in hac diſtinctione. Infinitum ſm eſſentiam, ſcientia cõprehenſiua eſt infinita. infinitum aũt, finiti in ſm eſſentiam, ſcientia cõprehenſiua non eſt infinita: quia ſcientia eſt finita, uel infinita ex finitate, uel infinitate proprii obiecti, & non ex alia finitate, uel infinitate. Proprium autem obiectum intellectus eſt, qd quid eſt, & iõ ſi quod quid eſt, hoc eſt eſſentia eſt infinita, ſcientia cõprehenſiua eſt infinita, & ſi quod quid eſt, ſeu eſſentia eſt finita, ſcientia eſt finita. Vnde cũ infinita ſcita ab anima Chriſti ſint finita ſm eſſentiam, licet infinita ſecundum multitudinem, non infertur ſcientiam animę Chriſti eſſe infinitam.

P. p. q. 7 a. 2.

D. 752.

Li. 3. de anima tex. 26. to. 1.

¶ In

ſentiã.ſ. Deũ attingit quidẽ, ſed cõprehendit, ut dictũ eſt*. Id aũt infinitũ, quod in creaturis eſt in potentia, põt comprehendi ab aĩa Chriſti, qua cõparatur ad ipſam ſm eſſentiæ rõnem: ex qua parte infinitatem non habet. Nam etiam intellectus noſter intelligit vniuerſale, puta naturam generis, uel ſpeciei, quod quodãmodo habet infinitatem, inquantum poteſt de infinitis prædicari.

A d III dcẽm, ꝙ id, quod eſt infinitum oibus modis, nõ põt eſſe niſi unum. Vñ & Philo. dicit in I. de Cę.* ꝙ quia corpus eſt ad oẽm partẽ dimenſionatum; impoſſibile eſt eſſe plura corpora infinita. Si tñ aliquid eſſet infinitum uno mõ tñ, nihil prohiberet eſſe plura talia infinita: ſicut ſi intelligeremus plures lineas infinitas ſm longitudinem, protractas in aliqua ſuperficie finita ſecundum latitudinem.

Quia igitur infinitũ nõ eſt ſubſtãtia quædã, ſed accidit rebus, quæ dñr infinitæ (vt dr̃ 3. Phyſ.) ſicut infinitũ multiplicatur ſm diuerſa ſubiecta, ita neceſſe eſt, ꝙ proprietas infiniti multiplicef, ita ꝙ conueniat unicuiq; illorũ, ſm illud ſubiectũ. Eſt aũt quædam proprietas infiniti, ꝙ infinito non ſit aliquid maius. Sic igitur ſi accipiamus unã lineã infinitã, in illa non eſt aliquid maius infinito. & ſi'r ſi accipiamus quamcũq; aliarũ linearũ infinitarũ, manifeſtũ eſt ꝙ vniuſcuiuſq; earũ partes ſunt infinitæ, oportet ergo ꝙ oibus illis partibus infinitis non ſit aliquid maius in illa linea: tñ in alia linea, & in tertia erunt plures partes ẽt infinitæ præter iſtas. Et hoc ẽt uidemus in numeris accidere: nam ſpecies numerorũ pariũ ſunt infinitæ, & ſimiliter ſpẽs numerorũ imparũ, & tñ numeri pares, & impares ſũt plures q̃ pares, Sic igiť dcẽdm eſt, ꝙ infinito ſimpliciter quo ad oia, ſimpliciter nihil eſt maius:

B infinito aũt ſm aliquid determinatum, non eſt maius in illo ordine: põt tñ accipi aliquid aliud maius extra illũ ordinẽ. Per hunc igitur modũ infinita ſunt in potẽtia creaturæ, & tñ plura ſunt in potentia Dei, q̃ in potẽtiã creaturę. & ſi'r anima Chriſti ſcit infinita ſcientia ſimplicis intelligentiæ; plura tñ ſcit Deus ſecundum hunc ſcientiæ modum.

C ARTICVLVS IIII.

Vtrum anima Chriſti uideat Verbũ, ſiue diuinam eſſentiam clarius qualibet alia creatura.

Ad QVARTVM ſic proceditur. Vř, ꝙ anima Chriſti non perfectius uideat verbũ q̃ quælibet alia creatura.* Perfectio enim cognitionis eſt ſecundum medium cognoſcendi: ſicut perfectior eſt cognitio quę habetur per medium ſyllogiſmi demonſtratiui, q̃ quę habetur per medium ſyllogiſmi

D dialectici: ſed omnes beati vident verbum immediate per ipſam diuinam eſſentiam, ut in I. parte dictum eſt.* Ergo anima Chriſti non perfectius videt uerbum, quàm quælibet alia creatura.

¶2 Præt. Perfectio uiſionis nõ excedit potẽtiã uiſiuã: ſed potẽtia rõis aiæ, qualis eſt anima

E Chriſti, eſt infra potentiã intellectiuam angeli, ut patet p Diony.* 4 ce. Cęl. hier. Ergo anima Chriſti non perfectius uidet uerbum quàm angeli.

¶3 Prę. Deus in infinitũ perfectius uidet uerbũ ſuum, q̃ aĩa.

A ¶ In hac rñſione dubium occurrit ex Adam in 3. ſen. probare conantis, ꝙ intellectus creatus non põt ſimul uidere infinita, ita ꝙ diſtincte cognoſcat quodlibet eorum, eo ꝙ ſequeretur, ꝙ uiſio illa eſſet infinitæ perfectionis in genere cognitionis: quia æquipolleret infinitis cognitionibus ẽt ſpecie diſtinctis, quæ ad infinita illa terminari poſſent: & qa non põt creatura ſimul videre, q̃ Deus poſſit ſimul facere: & qa ſequeretur, ꝙ eſſet ordinũ infiniti demeriti, puta ſi qs uellet ex odio Dei occidere infinitos hoies uiſos ſimul: vel charitas infiniti meriti, puta ſi quis ex charitate illos infinitos diligeret.

Art. 2. huius quæſt.

¶ Sed ex hac iſta primũ argũ (ꝙ extra propria materię non vagatur) facile ſoluitur, dicendo ꝙ uiſio non eſt infinita, niſi eſſentia comprehenſa ſit infinita eſſentia

Li. 1. tex. 2 com. 2.

liter. Et qa argueus apponit ly, in gñe cognitionis, ideo ne in æquiuoco diſputet, diſtinguẽ, q̃ ꝙ hoc intendit ꝙ ſit cognitio infinita ſimpliciter, patet tñ ſolutio ex litera hac, q.ſ. conſequẽtia nihil ualet. Nec ex eo ꝙ una cognitio æquipollet infinitis in aliquo certo genere ſequitur ꝙ ſit infinita ſimpliciter, ſed ſat eſt ꝙ ſit alterius ordinis: vnum ſi quidem indiuiduũ ſuperioris ordinis excedit

Lib. 3. tex. 37. & 38. & 2.

infinita inferioris ordinis, & una ſpecies alterius ordinis excedit perfectionem infinitarum ſpecierum inferioris ordinis ſolũ. eſt perfectior oibus generabilibus, & corruptibilibus, & ſi mundus æternus eſſet. Vnde uiſio animæ Chriſti, qua uidet verbum, & in illo infinita, non ſolũ æquipollet, ſed excedit infinitas cognitiones terminabiles ad infinita, & tñ nõ eſt infinita ſimpliciter. Nec illæ cognitiones eſſent infinitæ perfectionis ſimpliciter, & ut cognitiones; quia infinitas ſimpliciter cognitionis (ut in hac habes litera) nunquam habetur niſi eſſentia infinita eſſentialiter comprehendatur, quod conſtat non inueniri in infinitis cognitionibus infinitorum ſpecie diſtinctorum creatorum, uel creabilium: quoniam, & ſingula, & omnia ſimul habent eſſentias finitas eſſentialiter, ut patet, ſi fingas infinitas ſpecies animalis, omnes enim ſimul ad animalis genus eſſentias limitatas haberent. Simile eſt enim de tota latitudine poſſibilium, qm oſa ſimul non eſſent actus purus, ſed infra latitudinem habentium potentiam admiſtam. S. autem intera

A dit ꝙ ſit cognitio infinita ſecundum quid, cum infinitas ſecundum quid non repugnet creaturæ, nihil omnino probatur.

¶ Ad ſm aũt ca extraneis, ſ. ex potentia Dei, neganda eſt maior, quia modus intelligendi econtrario ſe habet ad modum, quo res in eſſe ponuntur. nam in intellectu adunani diuiſa, ad extra uero ꝓcedentia diuiduntur, q̃ in cauſa erant nõ ſolũ ſimul, ſed unũ. Et hinc fit, ꝙ uideri ſimul non repugnat infinitis, produci autem ſimul repugnat eis.

¶ Ad tertiũ de merito, & demerito, rñdetur ꝙ neutrum ſequitur infinitũ, niſi ſm quid, & non ſimpliciter. Magnitudo ſiquidẽ ſimpliciter tam meriti, q̃ demeriti, non ex multitudine obiectorum, ſed ex quantitate eſſentiali ſui penſatur.

¶ In rñſione ad tertium eiuſdẽ tertii articuli, ꝓſpice ꝙ tota uis rñſionis conſiſtit in hoc, ꝙ proprietates infiniti, in quocũque ponat infinitas, arctantur ad ſubiectum infinitatis, puta, proprietates infiniti poſiti in linea arctantur ad lineam, & poſiti in ſuperficie, arctantur ad ſuperficiem, & poſiti in numeris partibus arctantur ad numerũ

Perr. o. 71

Sup. q. 9. art. 2. ca. & inft. q. 12. ar. 3. ad 3.

parẽ, & poſiti in motibus Saturni, arctantur ad circulationes Saturni, & ſic de aliis. Nec hoc dr̃ voluntarie, ſed cũ ſufficienti ratione: quia ſcilicet infinitũ non eſt ſubſtantia, ſed accidens, conſtat autẽ accidens non excedere ſuum ſubiectũ, ſed arctari ad illud, & ſi accidens arctatur ad ſubiectũ, multo magis proprietates communicantes accidentis naturam, arctantur ad idem ſubiectum, ut pates in dictione. Et hanc rñſionem perſpicaciter ſerua, quoniam ex illa elucebit ſolutiones multarum quæſtionum, & ꝙ nõ inconuenit unũ infinitum eſſe maius alio.

P p. q. 12. ar. 2.

Ca. 4. a me dio illius.

SVPER QVÆ. X. ARTIC. V.

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore articuli eſt una concluſio reſponſiua quæſito affirmatiue. Anima Chriſti præ cæteris creaturis perfectius videt diuinam eſſentiam. Probatur, uiſio diuinæ eſſentiæ conuenit omnibus beatis ſecundum participationẽ diuini luminis, deriuari in eos a fonte diuini Verbi: ſed anima Chriſti coniungitur propinquius uerbo Dei, & plenius recipit influxum lumi nis.

Sunt ergo iſiniti gradus medii [h] poſſibiles, inter modum, quo Deus uidet verbū ſuū, & inter modū, quo aīa Chri̅ uidet ipsū. Ergo non eſt aſſerendum, ꝙ aīa Chri̅ perfectius uideat verbum, uel eſſentiam diuinam, quàm quælibet alia creatura.

Sed contra eſt, ꝙ Apoſt. dicit ad Eph. 1. ꝙ Deus conſtituit Chriſtū ad dexterā ſuā in cæleſtibus ſ. oēm principatū, & poteſtatē, & uirtutē, & dominationē, & oēm nomē, qđ noīatur, non ſolum in hoc ſæculo, ſed ēt in futuro: ſed in illa cæleſti gloria tanto aliquis eſt ſuperior, quanto perfectius cognoſcit Deū. ergo aīa Chriſti perfectius videt Deū, quàm quæuis alia creatura.

Resp. Dcd̄m, ꝙ uiſio diuinę eſſentiæ cōuenit oībus beatis, ſm̄ participationē[d] luminis deriuati in eos a fonte verbi Dei, ſm̄ illud Eccleſ. 1. Fons ſapientiæ, verbū Dei in excelſis. Huic aūt verbo Dei propinquius cōiungit̄ aīa Chriſti, q̄ eſt unita verbo in pſona, q̄ quæuis alia creatura & iō plenius recipit influētiā luminis, in quo Deus vr̄ ab ipſo uerbo, q̄ quæcumq; alia creatura, & ideo[m] prę cęteris creaturis perfectius uidet ipſam primā ueritatē, quæ eſt Dei eſſentia. * Vnde di Ioan. 1. Vidimus gloriam eius, quaſi Vnigeniti a Patre, plenum nō ſolum gratiæ, ſed ēt ueritatis.

Ad primum ergo dcd̄m, ꝙ perfectio cognitionis, quantū eſt ex parte cogniti, attenditur ſecundum medium: ſed quantum eſt ex parte cognoſcentis, attenditur ſecundum potentiam, uel habitum, & inde eſt,
G ꝙ etiam inter hoies per unum medium, unus perfectius cognoſcit aliquam concluſionē, quàm alius. Et per hunc modum, anima Chriſti, quæ abundantiori repletur lumine, perfectius cognoſcit diuinam eſſentiam, quàm alii beati: licet omnes ipſam Dei eſſentiam videant per ſeipſam.

Ad II dcd̄m, ꝙ uiſio diuinæ excedit naturalem poten-
H tiam cuiuslibet creaturæ, ut in prima parte* dictum eſt. Et iō gradus in ipſo attēduntur magis ſm̄ ordinem gratiæ, in quo Chriſtus eſt excellentiſſimus, quàm ſm̄ ordinem naturæ, ſecundum quem natura angelica præfertur humanæ.

Ad III dcd̄m, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt * de gratia, ꝙ non poteſt eſſe maior gratia, quàm gratia Chriſti, per reſpe-
I ctum ad unionem uerbi, idem etiam dicendum eſt, & de perfectione diuinæ uiſionis, licet abſolute cōſiderando, poſſit eſſe aliquis gradus ſublimior ſecundum infinitatem diuinæ potentiæ.

nis, in quo Deus vr̄. ergo. Maior probatur Eccleſ. 1. Minor quo ad primam partem, quia cōiungitur in perſona: quo ad ſecundam, quia tamquam Vnigenitus eſt plenus uet[ri]tatis Io. 1.

¶ In rñſione ad ſm̄, nota expoſitionē Maioris propoſitionis aſſumptæ in corpore articuli, in qua dictū eſt, ꝙ uiſio Dei attēdit ſm̄ participationem diuini luminis: explanatur ſiquidē hic ꝙ uiſio Dei attēdit, & ſm̄ uirtutem naturæ uidentis, & ſm̄ lumen gloriæ: ſed magis ſm̄ lumen glorię, quod ſpectat ad ordinem gratiæ. & ideo Chri̅ aīa perfectius videt, q̄ angeli, præſtantes uirtute intellectus naturalis: dicēdo ſiquidem, ꝙ magis attenduntur gradus uiſionis ſm̄ ordinem gratiæ, q̄ ſm̄ ordinem naturæ, ſufficienter explicauit, ꝙ ſm̄ utrumq; ordinē attenditur. Et hoc bene notabis, quia hinc habes, ꝙ pari exiſtente lumine glorię in hoīe, & angelo perfectius uidet Deum angelus, q̄ hō, & merito, quia viſus acutior melius uidet, q̄ viſus minus acutus, cęteris paribus. Et ex hoc ulterius ſequitur ꝙ ſi uerbum Dei aſſumpſiſſet in unitatem personalem angelicam aliquam naturam cum lumine gloriæ æquali illi, quod anima Chriſti de facto habet, angelus ille perfectius uideret diuinam eſſentiam quàm modo uideat anima Chriſti.

D. 486.

¶ In reſponſione ad tertium circa illa uerba, licet abſolute conſiderando poſſit eſſe aliquis gradus ſublimior ſecundū infinitatem diuinæ potentiæ, dubium occurrit, quo nam pacto ſtat cum ſupradictis, ꝙ gratia animæ Chriſti eſt in ſummo ſimpliciter, ita ꝙ non eſt dabilis maior gratia habituali illa, quia eſt in ſummo. Simile ſiquidem iudicium eſt de lumine glorię, quod eſt ipſa gratia conſummata formaliter, uel cauſaliter. Si enim lumen gloriæ eſt in anima Chriſti in ſummo, impoſſibile eſt ſecundum quamcumque potentiam inueniri gradum ſublimiorem: ſicut non poteſt inueniri ſublimior gradus caloris, quàm ſit calor in ſummo: eſſet enim implicare contradictoria ſimul, ut patet.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ cum in litera non dicatur, quòd poſſet eſſe ſublimior gradus luminis gloriæ, nec uiſionis diuinæ, ſed ſublimior gradus ſine additione aliqua, nullam habet litera difficultatem, cum de facto multi ſint gradus perfectiores gradu diuinæ uiſionis, ſcilicet gradus ſubſtantiæ, cum quælibet ſubſtantia ſit ſublimior ſimpliciter quolibet accidente. Sed hæc reſponſio diſſonat a litera, quæ gradum ſublimiorem poſſibilem dicit ſecundum infinitatem diuinæ potentiæ: per hoc namque manifeſte ſignificatur, quòd de ſublimiori, de potentia non ordinaria, ſed de potentia abſolute loquitur. Et contextus ipſa plane intellectus ſonat, quòd loquitur de ſublimiori gradu diuinæ uiſionis de cuius altitudine tractatur. Vnde, & propter ſenſum plani contextus, & propter attributum ſublimiorem gradum infinitati diuinæ potentiæ, aliter reſpondetur, faten-
F do quòd litera loquitur de ſublimiori gradu diuinæ uiſionis: uerum quia diuina uiſio graduatur, uel ex parte luminis gloriæ, uel ex parte naturæ intellectiuæ, diuerſimode aſſignantur ſublimiores gradus diuinæ viſionis. Primo namque ſublimatur diuina uiſio ex lumine gloriæ ſublimioris ſpeciei, ita quòd lumen gloriæ ponatur genus ad ſpeciem unam luminis gloriæ inuentæ de facto in Chriſto, & in aliis beatis, & aliam, uel alias ſpecies luminis gloriæ poſſibiles fieri. Sed hæc poſitio diuinat, nec habet unde formalem, ſeu ſpecificam differentiam inter lumina gloriæ oſtendat, cum ſit unum obiectum formale abſque medio, nec uarietur ſpecie ex recipientibus, ut patet hoc, quòd eiuſdem ſpeciei eſt in angelis, & hominibus. Secundo itaque ſublimatur diuinę uiſionis gradus ex augmento in infinitum luminis glorię, ita ꝙ a formis terminabilibus ad ſummum excipitur lumen glorię, quod eſt tale, ꝙ quocumque ſummo glorię poſito, adhuc poteſt poni maius. Et in Chriſto eſt lumen glorię in ſummo, ſecundum Dei potentiam ordinatam non ſecundum Dei potentiam abſolute, ſecundum quā poteſt quocumque poſito, ſemper poni maius. Et eſt ratio exceptionis ſingularis, quia ſolum lumen glorię eſt qualitas propria cęleſtis patrię. Reliquę namq; qualitates ſupernaturales, aut ſunt uię, ut fides, aut ſunt cōmunes uię, & patrię, ut charitas. Sed huic poſitioni obſtat quia ſecundum hoc maiori lumini glorię non reſponderet maior charitas in patria, ac per hoc non quanto aliquis perfectius uideret Deum, tanto maiorem charitatem haberet, qa charitas ponitur in ſummo ſimpliciter in Chriſto, & ſic lumen glorię poſſet poni maius, & charitas non poſſet poni maior.

P. p. q. 12 ar. 4.

Q. 7. ar. [illegible]

K ¶ Relinquitur igitur, ꝙ alio modo, ſublimior gradus diuinę uiſionis intelligatur poſſibilis, ſcilicet ex parte naturę intellectiuę: quia ſcilicet ſi ad ęquale lumen glorię angelus aſſumeretur a uerbo Dei in unitatem perſonę angelus ille perfectius uideret Deum, quàm anima Chriſti, & eſſet ſublimior uiſionis diuinę gradus non ex ſublimiori lumine, aut gradu luminis, ſed ex ſublimiore intellectu illuminato ęqualiter. Et rurſus ſi Deus aſſumeret ſublimiorem angelum in unitatem perſonę cum ęquali lumine glorię, perfectius iſte uideret Deum quàm Chriſtus, & prior angelus, & rurſum ſi alium ſublimiorem, & ſic deinceps aſſumeret cum ęquali lumine ſemper ſublimior perfectius uideret. Et ſic ſecundum infinitatem diuinę potentię infiniti gradus uiſionis diuinę mediant inter perfectiſſimā uiſionem animę Chriſti, & uiſionem, qua Deus ſeipſum uidet. Et quia hęc reſponſio ab ante dictis non diſſonat, & clara eſt abſque ambiguitatibus, ideo amplectenda eſt.

QVÆSTIO XI

De ſcientia indita uel infuſa animæ Chriſti in ſex articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandũ eſt de ſcientia indita, uel infuſa animæ Chriſti.

Et circa hoc quæruntur ſex.

¶Primo, Vtrum ſm hanc ſcientiam Chriſtus ſciat omnia.

¶Secundo. Vtrum hac ſcientia uti potuerit non conuertendo ſe ad phantaſmata.

¶Tertio utrum hæc ſciẽtia fuerit collatina.

¶ Quarto, De comparatione huius ſcientiæ ad ſcientiam angelicam.

¶Quinto, Vtrum fuerit ſciẽtia habitualis.

¶Sexto, Vtrum fuerit diſtincta per diuerſos habitus.

ARTICVLVS I.

Vtrum ſecundum ſcientiã inditam, uel infuſam Chriſtus omnia ſciat.

AD PRIMVM ſic proceditũ: uĩ ꝙ ſecundũ hanc ſcientiam Chriſtus non cognouerit omnia. Hæc.n. ſcientia indita eſt Chriſto ad perſectionẽ poſſibilis intellectus eius: ſed intellectus poſſibilis animę humanę non uidetur eſſe[h] in potentia ad oĩa ſimpliciter, ſed ad illa ſola, in quæ poteſt reduci in actum per intellectũ agẽtem, qui eſt proprium actiuũ ipſius, quæ quidẽ ſunt cognoſcibilia ſm rationem naturalẽ. Ergo ſecundũ hanc ſcientiam non cognouit Chriſtus ea, quę naturalem rationem excedũt.

¶2 Præt. Phãtaſmata ſe[b] habẽt ad intellectum humanũ ſicut colores ad uiſum, ut dicitur 3. de anima: ' ſed non pertinet ad perſectionem uiſiuæ potentiæ cognoſcere ea, quæ ſũt omnino abſque colore. ergo neq; ad perſectionẽ intellectus humani pertinet cognoſcere ea, quorum nõ pñt eſſe phantaſmata ſicut ſunt ſubſtantiæ ſeparatę. Sic ergo cum huiuſmodi ſcientia fuerit in Chriſto ad perſectionẽ aiæ intellectiuę ipſius, uĩ ꝙ p hmõi ſciẽtiã nõ cognouerit ſubſtãtias ſeparatas.

B ¶3 Præt. Ad perfectionẽ[h] intellectus nõ ꝑtinet cognoſcere ſingularia. Vĩ ergo ꝙ ꝑ huiuſmodi ſcientiam anima Chriſti ſingularia non cognouerit.

SED CONTRA eſt, ꝙ dĩ Iſa. 11. ꝙ repleuit eum Spiritus ſapientiæ, & intellectus, & ſciẽtiæ, & cõſilii: ſub qbus cõprehenduntur omnia cognoſcibilia: nã ad ſapientiã pertinet cognitio oĩum diuinorum: ad in-

C tellectũ aũt pertinet: cognitio oĩum immaterialium: ad ſcientiã aũt ꝑtinet cognitio oĩum concluſionum: ad conſiliũ aũt cognitio oĩum agibiliũ. Ergo uĩ ꝙ Chriſtus ſm ſcientiam inditam ſibi per Spiritumſanctũ habuerit omniũ cognitionem.

RESP. Dcẽm, ꝙ ſicut prius dictum eſt*, conueniẽs fuit ut anima Chriſti omnino eſſet perfecta per hoc ꝙ omnis eius

D potentialitas ſit reducta ad actum. Eſt autem conſiderandũ ꝙ in aia humana, ſicut in qualibet creatura, conſideratur duplex potentia paſſiua: una quidem, per comparationem ad agens naturale: alia uero per comparationem ad agens primum, qđ põt quælibet creaturã reducere i actũ aliquẽ altiorem actu, in quẽ reducitur per agens naturale: & hæc conſue-

E uit uocari potentia obediẽtiæ in creatura. Vtraq; ãt potẽtia animæ Chriſti fuit reducta in actum, ſm hanc ſcientiam diuinitus inditã. Et ideo[m] ſm eã anima Chri, primo q.dẽ cognouit quæcunque ab homine co

SVP. QVÆST. XI. ART. I.

Med.na.a.3.

TItulus articuli clarus eſt: intelligitur quippe ut ſonat. ¶In corpore eſt unica concluſio: Anima Chriſti per ſcientiam inditam nouit omnia, excepta diuina eſſentia: Probatur. Conueniens fuit, ut aĩa Chriſti eſſet oĩno perfecta, ita ut eius omnis potentialitas fuerit reducta ad actũ: ſed in illa eſt potẽtia naturalis ad cognoſcendum per humanas ſciẽtias nota, & potentia obediẽtię ad ſciendũ oĩa, quæ reuelantur à Deo hominibus: ergo utraq; eius potentia eſt reducta ad actum: & cõſequenter omnia nouit per ſcientiam inditam, excepta eſſentia diuina. Hic eſt proceſſus literæ.

¶ In quo primo recolendum eſt ex ſupradictis 1. arti. 3. q. 9 ꝙ non intẽdit litera dicere, ꝙ omnis potentia obediẽtię in Chriſti aĩa ſit reducta ad actũ, cum potentia obedientiæ in qualibet creatura inexplebilis ſit: quia ſm ordinem ad id qđ põt in creatura facere Deus attenditur. Sed intendit ꝙ omnis potentia obedientiæ ad actum naturæ animæ ꝓportionatum, eſt reducta ad actũ: conſtat aũt ꝙ cognoſcere per reuelationes eſt act⁹ naturæ animæ in ſtatu tã uiæ, quàm patriæ locatæ proportionatus immo debitus, ut patet de reuelationibus neceſſariis, & factis Eccleſię tam triũphanti, quàm militãti. Et ſi quis diceret potentiam hanc eſſe quidem reſpectu aiæ humanę, abſolute potentiæ obedientiæ: reſpectu uero eiuſdem in utroque ſtatu eſſe naturalẽ (utpote naturali cõcomitantia conſequentẽ ſtatum) non aberraret. Vnde cũ Chriſtus fuerit uerus uiator, & comprehenſor ſimul, optime de ipſius anima infertur, ꝙ utraque illius potentia reducta eſt ad actum. Aduerte ſecundo, quòd id eſſentiæ diuinæ cognitio excepta eſt, quia non cognoſcitur naturaliter, nec per reuelationem. Et intellige, reuelationis nomine quemcumq; influxum ſpẽi cuiuſcũq; intelligibilis, & per cognitionẽ diuinæ eſſentię, nõ quamcũque cognitionem, ſed uiſionẽ illius. Nouit ſiquidem aĩa Chri p ſciẽtiã inditã, diuinã naturã multo magis, quàm quicumque philoſophus, immo q̃ anima ſeparata, immo quam angeli naturali cognitione, quia

Porr.o.

72

Inf. q. 12. a. 1. c. & ad 3. Et 3. diſ. 14. ar. 3. q. 1. & qõ. 4. cor. & q. 5. ad 2. Et uer. 11. q. 20. ar. 6. Et opuſ. 3. c. 225.

Ex li. 3. textu 3. 18. & 39. to. 2.

A clara reuelatione nouit Deũ eſſe trinũ in pſonis, & alia hmõi ſpectantia ad gřę ordinem, quæ angelorum naturalem cognitionẽ excedunt. Sed quia per eã nõ uidebat diuinam eſſentiã, quã per ſcientiam beatam uidebat, ideo excepta eſt cognitio diuinæ eſſentiæ à ſciẽtia indita. Sola autem eſſentia diuina excepta eſt, quia reliqua oĩa, aut ad naturalem, aut ad reuelatam cognitionẽ ſpectant, cum ẽt angeli ipſi per reuelationẽ, hoc eſt, per infuſas ſpecies, ab anima noſtra ſeparata cognoſcantur.

¶ In reſponſione ad ſecundum eiuſdem ar. nota primo, ꝙ cũ dĩ aĩam ſeparatam cognoſcere ſubſtantias ſeparatas p ſeipſas, non eſt ſenſus, ꝙ intelligantẽ per proprias ſubſtantias ut ſpecies intelligibiles ab aĩa ſeparata: ſed ẽ ſenſus, ꝙ ꝑ ſeipſas, hoc eſt ꝑ ꝓprias ſpẽs intelligibiles, & nõ ꝑ ſpecies rerum ſenſibilium (ut modo fit) intelligentur: ſicut color dĩ uideri p ſeipſũ qñ ꝑ propriã ſpeciẽ ur. Patet aũt hũc eſſe ſenſum intentum ex hoc, ꝙ ad primã partem ſe remittit, ubi I ar 2. q 89. determinatum eſt, animam ſeparatam cognoſcere ſubſtantias ſeparatas per ſpecies diuinitus ſibi influxas.

¶Nota ſecundo, ꝙ cũ de aĩa Chriſti dĩ, ꝙ cognouit ſubſtantias ſeparatas per modũ, quo cognoſcit illas aĩa ſeparata, cõicatio hęc in mõ cognoſcendi intelligitur ſolum quo ad ſubſtantialitatem modi cognoſcẽdi, & non quo ad perfectionem, hoc eſt, ꝙ aĩa Chriſti cõicat cũ anima ſeparata I hoc ꝙ utraq; cognoſcit ſubſtantias ſeparatas ꝑ ſpecies influxas à Deo: ſed aĩa Chriſti tali modo cognoſcẽs perfecte, & diſtincte cognoſcit ſubſtantias ſeparatas, ut in 4. art. infra patet: anima uero ſeparata imperfecte nouit ſubſtantias ſeparatas, ut in prima parte patet. Et ꝑpterea in lřa hac dĩ, ꝙ aĩa ſeparata aliqualiter nouit ſubſtãtias ſeparatas, & nõ dĩ abſolute, ꝙ nouit illas.

Q. 9. ar. 1.

Concl. ....

¶In reſponſione ad tertium, circa cognitionem ſingularium omnium, triplex dubium occurrit. Primum ex Scoto I 3. ſent. diſt. 14. q. 1. ubi infert ꝙ ſi in Chriſto ponitur cognitio abſtractiua omnium ſingularium, concedendum eſt, cuiuſlibet ſingularis eſſe propriam ſpeciẽ in intellectu Chriſti, & conſequenter duo alia, hoc eſt, & plures, ſpecies eiuſdẽ ſpeciei ſimul in eodem,

gnoſci poſſunt per uirtutū luminis intellectus agentis: ſicut ſunt quæcumque pertinent ad ſcientias humanas. Secundo uero per hanc ſciētiam cognouit Chriſtus omnia illa, quę ꝑ reuelationem diuinam hoībus innoteſcunt [n] ſiue pertineant ad donum ſapiētiæ, ſiue ad donū ꝓphetiæ, ſiue ad quodcūq; donū Spiritusſancti. [p] Omnia enim iſta abundantius, & plenius ceteris cognouit anima Chriſti: ipſam tamen Dei eſſentiam per hanc ſcientiam nō cognouit, ſed ſolum per primam, de qua ſupra dictum eſt [q].

AD PRIMVM ergo dcēm ꝙ ratio illa procedit de potentia naturali animæ intellectiuę, q̄ ſ. eſt per comparationē ad agēs naturale, quod eſt intellectus agens.

AD II dcēm, ꝙ humana aīa in ſtatu huius uitæ, quodāmodo ē ad corpus obligata ut ſine phātaſmate [d] intelligere non poſſit, non pōt intelligere ſubſtātias ſeparatas. Sed poſt ſtatū huius vitę, anima ſeparata poterit aliqualiter ſubſtantias ſeparatas per ſeipſas cognoſcere ut in 1. parte dictū eſt [*]. Et hoc præcipue manifeſtum eſt, circa animas beatorum. Chriſtus autem ante paſſionem non ſolū fuit uiator, ſed etiam compre

G henſor: unde anima eius poterat cognoſcere ſubſtantias ſeparatas ꝑ modum, quo cognoſcit anima ſeparata.

AD III dicendum, ꝙ cognitio ſingularium non pertinet ad perfectionem aīæ intellectiuæ ſm cognitionem ſpeculatiuam: pertinēt tn̄ ad perfectionem eius ſm cognitionem practicam, quæ non perficitur abſque cognitione ſingulariū in

H q̄bus eſt opatio, ut dr̄ i 6. Eth. [*] Vnde ad prudētiā requirit̄ memoria prǣteritorum, cognitio præſentium, & prouidentia futurorum, ut Tul. dicit in ſua Reth, [*] Quia igit̄ Chriſtus habuit plenitudinē prudētiæ ſm donum conſilii, conſequēs eſt ꝙ cognouerit oīa ſingularia [d] præſentia, præterita, & futura.

dem, & infinitas ſpecies infinitorum ſingularium poſſibilium ¶ Secundum dubium eſt etiam ex Scoto ibidem probante, ꝙ in Chriſto non fuit cognitio intuitiua per ſpecies infuſas omniū ſingularium, quæ ſunt, fuerunt, & erunt: tum, quia ſpecies infuſa repreſentat obiectum, ut abſtrahit ab actuali exiſtentia, quia eodem modo repræſentat obiectum, ſiue exiſtat ſiue non exiſtat, ac per hoc non eſt ratio cognoſcendi exiſtens, ut exiſtēs, tum, quia ueritates cognoſcibiles cognitione intuitiua, ſunt ueritates contingentes, quæ non pñt cognoſci per qualcumque ſpecies innatas,

Concl. 3

quia ex cognitione terminorum contingentium non poteſt cognoſci ueritas cōplexorum contingentiū de illis terminis, quia illarum complexionum ueritas non includitur in illis terminis quemadmodū ueritas neceſſaria cōplexionis ſcibilis clau

q. preç. ar. 1.

ditur in extremis.

¶ Tertium dubiū eſt, quia ex ratione literę male uidetur concludi in anima Chriſti per ſcientiam infuſā notitia omnium ſingularium, quia ex plenitudine prudentiæ in anima Chriſti nō habetur cognitio omniūm ſingulariū, ſed agibilium tātum, cū

D. 190.

prudentia ſit ratio agibilium, extra agibilia autem ſunt, & ſingularia factibilia (q̄ ſpectant ad artem), & ſingularia nec agibilia, nec factibilia, ut ſingularia ſpeculabiliū, ut ſunt ſingularia arenę, ſeminum, alalium, & huiuſmodi.

¶ Ad euidentiam horum ſciendum eſt, ꝙ ſpecies intelligibiles infuſę non per accidens, ſed ex ſuo genere, non ſolum ſunt alterius rationis à ſpeciebus acquiſitis quia habent aliud obiectū formale (ut contingit inter ſpecies innatas angelis, & acquiſitas à nobis) ſed ſunt longe alterius ac altioris ordinis, quia ſic ſunt ſimilitudines naturæ, puta leoninæ, qđ repræſentāt ea, in quacumque diſpoſitione accidentali ſubſit, ita ꝙ per unam ſpeciem pōt intellectus cognoſcere, quidditatiue leonē, & omnia eius indiuidua, ſm indiuiduales conditiones, & intueri leones omnes actu exiſtentes. Nec hoc eſt mirabile, ita quòd ſit incredibile: ſed ratione fultum, quia. ſ. huiuſmodi ſpecies ſunt exēplatæ à diuina eſſentia, quę una exiſtens eſt ſimilitudo, ita cuiuſque propria, ut nihil in quocumque prætermittatur irrepręſentatum diſtinctiſſime. Si. n. hoc de facto fatemur inueniri in diuina eſſentia reſpectu omnium, cur non poſſibile fatemur, in multis illius participationibus inueniri, ꝙ quælibet earum repræſentat aliquam unam naturam cum ſuis quomodolibet accidentibus, ut quod unite prę habetur in eſſentia diuina ſuper oēs ordines diuiſum, participetur in aliquibus ſpeciebus ſpectātibus ad ſupremū ordinem cognoſcitiuorum, quales, ſunt ſubſtantiæ ſeparatæ & animæ ſupernaturali lumine illuſtratæ.

¶ Vnde ad primum dubium reſpondetur, negando illationem primam, & dicendo ꝙ una ſpecies ſuperioris ordinis, ſeu infuſa ex ſuo genere, poteſt ſufficere ad notitiam abſtractiuam, hoc eſt quidditatiuam, tam ſpeciem, q̄ etiam ſingularis, ut ſingulare eſt, nec oportet multiplicare ſpecies illas iuxta numerum ſingularium. Reliquæ autem conſequentiæ, quia iſtam primam ſupponunt, manifeſte ruunt.

¶ Ad ſecundum uero dubium dicitur, ꝙ quia Chriſti animæ attribuenda eſt ſcientia infuſa abſque diminutione, ideo aſſerendum eſt, Chriſtum notitia intuitiua infuſa uidiſſe omnia indiuidua, ut in hac litera dicitur.

F ¶ Et ad primam obiectionem reſpondetur, quòd falſum eſt, ſpeciem infuſam ex ſuo genere, abſtrahere neceſſario ab actuali exiſtentia: nam talis ſpecies poteſt repræſentare naturam, puta leoninam, ſm omnia ꝑdicata quidditatiua. & ſcdm indiuiduales cōditiones, & exiſtentias, quas hēt, ac cōiuncta in ea accidentia, utpote exēplata à diuina eſſentia, ut exemplari talis naturæ ſic, & ſic indiuiduatæ, ac exiſtēs, & qualificatę, ac quātificatę. Ad probationē uero, quia ſiue exiſtat ſiue non eodem, mō repræſentat, ſtādetur ꝙ repræſentare eodē mō contingit dupliciter, uel ex parte repreſentati, & ſic falſum eſt ꝙ eodē mō repræſentet leonem, ſiue exiſtat, ſiue nō, quia exiſtēte leone repræſentatur exiſtens: nō exiſtente āt, non repræſentat exiſtens. Vel ex parte repræſentantis, & ſic uerum eſt ꝙ eodem mō

P. p. q. 89. ar. 1.

repręſentat: nō enim mutatio fit in ſpecie illa per hoc ꝙ repræſentat naturam leoninam in hoc nūc de nouo exiſtentem, ſed eodem mō ſe habet ex parte ſui: ſicut ipſa natura leonina in re mutationē patit. Et breuiter ita reſpōdetur de iſtis ſpeciebus in anima Chriſti ſicut de eſſentia diuina, ut repræſentat hæc eadem, de qua conſtat ꝙ repræſentat eodem modo, ex parte repreſentantis,

Lib. 6. c. 7. cir. fi. to. 5.

Li. 2. de inuentione in fol. 4. ante fin. libri.

D. 1217.

I diuerſimode autem ex parte repræſentati. Et per hæc patet reſponſio ad ſecundam obiectionem, quia ſupponit hoc falſum, ſcilicet ꝙ ſpecies iſtę ſint ſpecies adæquatæ terminus incomplexis. Nos aūt dicimus, ꝙ ſpecies iſtæ, quæ in anima Chriſti ſunt, ſunt adeo altioris ordinis, ut imitentur diuinam eſſentiā ut repræſentantem ueritatem contingentium, & non ſolum ut repræſentantē naturā quālibet ſm ſe. Et propterea anima Chriſti intuitiue, perfecte per illas uidet præterita, pręſentia, & futura.

¶ Ad tertium dubium notandum eſt, quantum ſeipſo doctior fuerit, Auctor hic, quoniam in 3. ſenten. diſtn. 14. q. 1. ar. 3. q. 1. & q. de ver. q. 20. ar. 6. modificans infuſam Chriſto ſcientiam, eximit ab ea non ſolum diuinam eſſentiam, ſed ſingularia, ut cogitationes cordium, quia non pertinent hęc ad perfectionē humani intellectus, tam ſecundum naturæ, quàm gratiæ ſtatum. Hic autem perſpicacius diſcernēs intellectus practici perfectionem à perfectione intellectus ſpeculatiui humani, pro-

K bat per hanc ſcientiā animam Chriſti noſſe omnia ſingularia præterita, præſentia, & futura: quia pertinent ad perfectionem intellectus practici. Et uere ſic eſt, non ſolum de cogitationibus hominum, ſed de omnibus ſingularibus, quia omnia ſubiecta ſ. ſunt prouidentiæ Chriſti inquantum homo, ut patet ex auctoritate Apoſtoli ad Hebræ. 2. & ipſius domini. Matthæ. ultim. Data eſt mihi omnis poteſtas in cęlo, & in terra. Ex plenitudine igitur prudentię, non ſolum moralis ę, ſed politicæ, immo regalis, immo monarchicæ totius uniuerſi (cuius prudentiæ conſtat partem eſſe prouidentiam) recte concluditur ad perfectionem intellectus practici humani in Chriſto, etſi non in aliis hominibus, ſpectare cognitionem omnium ſingularium, quæ ſunt ſubiecta prouidentiæ ſuæ. Conſtat autem ex 1. ad Corinth. 15. Quòd omnia ſunt Chriſto homini ſubiecta, p̄ter eū q̄ ſubiecit ſibi omnia. ergo ſola eſſentię diuinę diuiſione excepta, anima Chriſti per ſcientiam infuſam ſcit quęcumque ſcit Deus ſcientia uiſionis. Et per hęc clare patet reſponſio ad obiecta.

SVP.

SVPER QVAE. XI. ARTIC. II.

Medina ar. 2.

Titulus clarus eſt.

¶In corpore vnita eſt concluſio. Animă Chriſti ſm ſcientiam infuſam poterat intelligere abſque conuerſione ad phantaſmata. Probať. Cõditio animæ comprehenſoris eſt, ut nullo mõ ſubdať ſuo corpori: aut ab eo dependeat. ergo animę beatæ ante, & poſt reſurrectionnem intelligere pñt abſq; cõuerſione ad phantaſmata. ergo anima Chri potuit intelligere abſque cõuerſione ad phantaſmata. Añs manifeſtať, q2 poſt reſurrectionem, ea anima redũdabit glorię ad corpus. Et prima conſequentia probatur: q2 indigere conuerſiõe ad phantaſmata, eſt ea hoc, q aĩa ẽ ut corpori obligata, & quodă mõ ei ſubiecta, & ab eo dependens: ſecũda uero cõſequentia pbať: q2 Chriſtus ante paſſionẽ fuit ſimul uiator & cõprehenſor, comprehenſor præcipue ex parte animæ intellectiuæ, uiator ex parte corporis.

Ferrar. q. 6. 73 Infr. a. 4. 6. & q. 34. ar. 2. ad 3. & 3 d. 1. q. 2. a. 42. ad 2. & d. 14. ar. 3 q. 2. & 3. c. & ue. q 20 ar. 3. ad 2.

¶Circa efficaciă iſti⁹ proceſſus, dubium ſtatim occurrit: quia cõceſſo toto, nõ inferť propoſita qõnis intenta concluſio, Nam cõcluſio inferenda eſt', q aĩa Chriſti pt abſque conuerſione ad phantaſmata intelligere ſm ſcientiă infuſam: in lra ăt inferť nõ dicta concluſio, ſđ abſolute, q abſq; cõuerſione ad phantaſmata aĩa Chriſti potuit intelligere

¶Ad hoc dr, q auctor ſolicitus fuit nõ circa uerba, ſed circa illud, in quo conſiſtit difficultas. Concurrẽtib. ăt duob. ſimul ad propoſitam qõnem. ſ. potentia intellectiua, & habitu ſcientię infuſa, & cũ ea parte ſciẽtia ea ſuo gñe infuſæ nulla habeať rõ uinculi ad phantaſmata, quin potius exhac parte habetur eleuatio ſupra phantaſmata, reſtat ut tota difficultas ea parte intellectus, qui naturali neceſſitudine deuinct⁹ aperitur phantaſmatibus ſe teneat, an ſcilicet naturale uinculum inter intellectum humanum, & phantaſmata efficiat, ut non poſſit etiam infuſa vti ſcientia, niſi conuertendo ſe ad phantaſmata. Et ideo difficultatis huius ueritate aperta, monſtrando quòd intellectus comprehenſorum. ac per hoc animæ Chriſti, non obligatur ad phantaſmata, pro cõſtanti, & claro dimiſſum eſt qd

q. 15. ar. 1n

A dicendum ſit ad quæſitum, ſcilicet, quòd potuit ſecundum infuſam ſcientiam Chriſti anima intelligere abſque conuerſione ad phantaſmata.

¶In eodem proceſſu dubium occurrit ex Duran. in 3. ſen. d. 14 q. 2. tenente oppoſitam concluſionem, hoc eſt: q Chriſtus indigebat cõuerſione ad phantaſmata in uſu ſciẽtię infuſę. Et rõ eius eſt: q2 ſcientia infuſa erat pfectio aĩæ Chri ſm q erat uiator: naturalis ăt cõditio viatoris ẽ indigẽtia phantaſmatũ ad vſũ ſcientiæ. Sed hęc rõ facile appatet ſlultima, ac volũtaria q̃m ſcientia infuſa eſt pfectio animæ Chriſti aut abſolute, aut ſm q nata eſt cõ care cũ angelis in habendo ſcientiă infuſă, q cõſtat cõuenire animę humanę ſi in uia, ſed in termino in ſtatu ſ. ſeparatõnis. Vtro aũt mõ ſit, liqt q non eſt pfectio Chri, in quãtũ erat uiator. Et q2 erat ſimul uiator, & cõprehenſor, ex ſta hac habet rõem, quare magis uſus huius ſcientiæ ſequiť cõditiones cõprehẽſoris, q̃ uiatoris: q2 ſ. in Chrõ hæc inueniť differentia, q conditiones uiatoris habuit ex parte corporis. conditiones uero cõprehenſoris habuit maxime ex pte animæ intellectiuæ, ad quã conſtat ſpectare ſcientiă infuſă. Falſũ eſt ergo, ſcientiă infuſă eſſe pfectionẽ animæ Chri, inquantũ uiator erat, cũ rõ ducat ad oppoſitum. D. 190. Concl. 20 D. 185. D. 175.

¶In ſolũõe ad primũ circa illud uerbũ, Finis potentiæ intellectiuæ eſt cognoſcere ſpẽs intelligibiles, cautus eſto: qũ ſumunť hic ſpẽs intelligibiles ut ſpẽs intelligibiles, hoc eſt, ut repſentatiuę ſunt, hoc eſt ſm repſentata p illas & ſi ſm q ſunt ſm ſe res qdam: ſic. n. ad repſentatorũ ordinem ſpectant: finis. n, intellectiuę potentiæ ẽ intelligere res intelligibiles, quæ non niſi per ſpecies intelligibiles, aut earũ uices, ſeu locum tenentes repreſentantur. Quo circa differentia in litera poſita inter p. phantaſmata, & ſpecies intelligibiles in hoc, quòd non illa ſed iſtas cognoſcere eſt finis intellectus, intelligitur etiam ſumendo vtraque in repræſentando. Phantaſmata enim ſunt ſingularium: ſpecies autem quidditatum, Finis autem intellectus noſtri eſt, noſſe quod quid eſt, utpote proprium obiectum, & non eſt noſſe materialia ſingularia, quorum tantum

ARTICVLVS II.

Vtrum Chriſtus hac ſcientia uti potuerit, non conuertendo ſe ad phantaſmata.

AD SECVNDVM ſic pcedi- tur. Vr, q anima Chriſti nõ potuerit intelligere ſm hãc ſcientiă, niſi conuertendo ſe ad phantaſmata: q2, ut dr 3. de Anima, phantaſmata comparanť ad animam intellectiuã humanã, [b] ſicut colores ad uiſũ: ſed potentia uiſiua Chriſti nõ potuit exire in actũ, niſi conuertẽdo ſe ad calores. ergo ẽt neque anima intellectiua eius potuit aliquid intelligere, niſi conuertendo ſe ad phantaſmata.

¶2 Prẹt, Anima Chri eſt[h] eiuſdẽ naturæ cũ aĩab. noſtris, alioqn ipſe nõ eſſet eiuſdẽ ſpẽi nobiſcũ, cõtra id, q Apoſt. dicit Phi. 2. q eſt in ſimilitudinem hominũ factus: ſed aĩa nrã non poteſt intelligere, niſi conuertendo ſe ad phantaſmata. ergo ẽt neque anima Chriſti.

¶3 Prẹt. Senſus dati ſunt hoĩ, ut deſeruiant[h] intellectui. Si igitur aĩa Chri intelligere potuit abſq; cõuerſiõe ad phãtaſmata, q̃ p ſenſus accipiunť, ſequereť q ſenſus fruſtra fuiſſent in anima Chriſti, q eſt incõueniẽs. uidetur igitur, q anima Chri nõ potuerit intelligare, niſi cõuertendo ſe ad phantaſmata.

SED CONTRA eſt, qđ aĩa Chri cognouit q̃dam, quæ per phantaſmata cognoſci nõ pñt, ſ. ſubſtantias ſeparatas. Potuit igitur intelligere, non cõuertendo ſe ad phantaſmata.

B

C

D


Titulus clarus eſt. ¶ In corpore unica eſt cõcluſio reſſiua quæſito. Impoſſibile eſt aĩa Chriſti cõuenire oĩpotẽtiã. Probat̃: In myſterio incarnationis unio facta ẽ in pſona, remanente d.iſtinctione nãrũ, hoc eſt utraq; natura retinẽte qđ ſibi propriũ eſt. ergo diuina natura retinuit ſibi oĩpotẽtiã ergo impoſſibile ẽ aĩæ Chri cõuenire oĩpotentiã. Prima cõſequẽtia probat̃: qa oĩpotẽtia eſt, ut ꝓprietas cõſequẽter ſe hñs ad naturã diuinã. Qđ probat̃. Potentia actiua cuiuslibet rei ſeq̃t formã ipſius, ergo ſequit cuiuſque nãm. ergo potentia actiua reſpectu oĩum, q̃ pñt hr̃e rõnem entis coo ſequitur naturam diuinam. ergo omnipotentia conſequitur diuinam naturam. Antecedẽs huius proſyllogiſmi probat̃, quia forma eſt principium agendi. Prima uerò conſequentia: qa natura, aut eſt ipſa forma, aut conſtituitur p formam. Scđa aũt, & probatur a priori, quia natura diuina ẽ ipſum, incircumſcriptum: & a ſimilibus, quia quælibet alia res habet potentiam actiuam reſpectu eorum, ad quæ ſe extendit pfectio ſuæ naturæ: ſicut calidum ad calefaciendum. Tertia dein de conſequentia, per ſe nota ex terminis ẽ. Secunda autem conſequentia principa-
Inf. 3.a. huius. q. & q. 21. ar. 1. ad 1. & i. d. 43 q. 1. a. 2. ad 1. & 3. & d. 14. ar. 4. — *Gl. ord. id hẽt ex Ambr. Luc. 1. ſu p illud, hic erit magn⁹ — †q.10.ar.2. — q.2.ar.1. & 2.

lis

liis probat: quia aia Chri ẽ pars humanæ naturæ non diuinæ. ¶ Aduerte hic, ꝙ qua liter oipotẽtia ſequatur eſſe ipſum in ſe ſubſiſtens, ac p hoc illimitatũ & infinitũ ſupponitur ex doctrina Primi libri no. ʒ. Illa aũt propoſitio, Quælibet res hẽt potẽtiã actiuã reſpectu eorũ, ad q̃ ſe extẽdit ſuæ naturæ pfectio, cũ grano ſalis ſumẽda eſt, hoc eſt, ut intelligat in gñre rerũ actiuarũ. Qd dico pp formas, q̃ non ſunt ex ſuo gñe actiuæ, ut quantitas, & relatio. ¶ Intẽtionẽ ad tertiũ aduerte, q. Auctor hic corrigit loquẽdi modum de ſcia aiæ Chri reſpectu oim, q̃ a Deo fiunt. In tertio namq; ſen. di. 14. ar. vlt. ad 5m, uocauerat practicã ſciam, quã hic probat non eſſe practicã, qa non eſt factiua. Et iu doctrinam hanc ſequeris.

* c. 5. ante med.

concl. m

D. 944.

perſona, ꝙ tñ remanſit diſtinctio naturarũ, utraque. ſ. natura retinente id, qđ ſibi eſt propriũ. Potẽtia aũt actiua cuiuſlibet rei, ſequit formã ipſius, quę eſt principiũ agẽdi. Forma aũt, uel eſt ipſa natura rei, ſicut in ſimplicibus, uel eſt conſtituens ipſam rei naturã, in his ſ. quæ ſunt cõpoſita ex materia, & forma. Vñ manifeſtũ eſt, ꝙ potentia actiua cuiuſlibet rei, conſequit nãm ipſius. Et p hunc modũ, oipotẽtia pñter ſe habet ad diuinã naturã: qa. n. natura diuina eſt ipſum eſſe Dei incircũſcriptũ, vt patet per Dio.* 5. c. de Diui. no. inde eſt, ꝙ hẽt potentiã actiuã reſpectu oim, quę poſſunt habere rõnem eius, qđ eſt habere oipotentiã: ſicut, & quælibet alia res habet potentiã actiuã reſpectu eorũ, ad quę ſe extendit pfectio ſuę naturę, ſicut calidũ ad calefaciendũ.[m] Cũ igitur aia Chriſti ſit pars humanæ naturæ impoſſibile[d] eſt, quòd omnipotentiam habeat.[n]

AD PRIMVM ergo dcđm, ꝙ hõ accepit tpe oipotentiã, quã filius Dei habuit ab æterno, per ipſam vnionẽ pſonæ, ex qua factũ eſt, ut ſicut hõ dr̃ Deus, ita dicat̃ oipotens, non quaſi ſit alia oipotẽtia hominis, quàm filii Dei, ſicut nec alia deitas: ſed eo, quòd eſt una perſona Dei, & hominis.

AD II dcđm, ꝙ alia rõ eſt de ſcientia, & de potẽtia actiua, ſicut quidã dicunt. Nã potentia actiua conſequit̃ ipſam nãm rei, eo ꝙ actio conſiderat̃ vt egrediens ab agente. Scia aũt non ſp hr̃ per ipſam eſſent. ã ſcientis, ſed põt haberi per aſſimilationẽ ſcientis ad res ſcitas, ſm ſimilitudines ſuſceptas: ſed hæc rõ non vr̃ ſufficere: qa ſicut aliquis põt cognoſcere per ſimilitudinẽ ſuſceptã ab alio, ita ẽt põt agere per formã ab alio ſuſceptã: ſicut aqua, vel ferrũ calefacit per calorẽ ſuſceptũ ab igne. Nõ ergo per hoc prohibet̃, quin ſicut aia Chri p ſimilitudines oim rerũ ſibi a Deo inditas, põt oia cognoſcere, ita per eaſdẽ ſimilitudines poſſit ea facere. Et igit̃ ulterius conſiderandũ, ꝙ id, quod à ſuperiori natura in inferiori recipitur, hr̃ per inferiorẽ modũ: non. n. calor in eadẽ perfectione, & uirtute recipit̃ ab aqua, qua eſt in igne, quia igit̃ aia Chriſti inferioris naturæ eſt, q̃ natura diuina, ſimilitudines rerũ non recipiunt̃ in ipſa aia Chri ſm eandẽ perfectionẽ, & uirtutem, ſm quam ſunt in natura diuina. Et inde eſt, ꝙ ſcientia aiæ Chri eſt inferior ſcientia diuina, quantũ ad modũ cognoſcendi, quia Deus perfectius cognoſcit res, q̃ aia Chriſti, & quantũ ẽt ad numerũ ſcitorũ: quia aia Chriſti non cognoſcit oia, quæ Deus põt facere, q̃ tñ Deus cognoſcit ſcia ſimplicis intelligentiæ, licet cognoſcat oia præſentia, præterita, & futura, quæ Deus cognoſcit ſcientia uiſionis. Et ſilr ſimilitudines rerum aiæ Chriſti inditæ, non adæquant virtutẽ diuinam in agendo, vt ſ. poſſint oia agere, quæ Deus põt, vel ẽt eo modo agere, ſicut Deus agit, qui agit infinita virtute, cuius creatura non eſt capax. Nulla aũt res eſt, ad cuius cognitionẽ aliqualiter habendã requirat̃ virtus infinita, licet aliquis modus cognoſcendi ſit uirtutis infinitæ, quędã, tñ ſunt, quæ non poſſunt fieri, niſi a uirtute infinita, ſicut creatio, & alia hmôi, ut patet ex his, q̃ in prima parte dicta ſunt.* & iõ aia Chri, quæ cũ ſit creatura, eſt uirtutis finitę, põt quidem oia cognoſcere, ſed non per oẽm modum: non autem poteſt omnia facere, quod pertinet ad rationem omnipotentiæ: Et inter cætera manifeſtum eſt, ꝙ non poteſt creare ſeipſam. *P. p. q. 45

AD III dcđm, ꝙ aia Chriſti habuit, & ſcientiã practicam, & ſpeculatiuam: & non tñ oportet, ꝙ oim illorum habeat ſcientiam practicam, quorum habuit ſcientiam ſpeculatiuam. Ad ſcientiam. n. ſpeculatiuam habendam, ſufficit ſola cõformitas, vel aſſimilatio ſcientis ad rem ſciẽtiam aũt practicam requiritur, ꝙ formæ rerum, quæ ſunt in intellectu, ſint factiuæ. Plus aũt eſt habere formam, & imprimere formam habitam in alterum, quàm ſolum habere formam: ſicut plus eſt lucere, & illuminare, q̃ ſolum lucere. Et inde eſt, ꝙ anima Chriſti habet quidem ſpeculatiuam ſcientiam creãdi, ſcit enim qualiter Deus creat, ſed nõ habet huius rei ſcientiam practicam: quia nõ habet ſcientiam creationis factiuam.

ARTICVLVS III.

Vtrum anima Chriſti habuerit omnipotentiam reſpectu immutationis creaturarum.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr̃ ꝙ aia Chriſti habeat omnipotentiam reſpectu immutationis creaturarũ. Dicit. n. ipſe Matt. vlt. Data eſt[h] mihi oĩs poteſtas in cælo, & in terra: ſed noĩe Cæli, & terrę intelligit̃ oĩs creatura, ut patet cũ dr̃ Gen. 1. in principio creauit Deus celum, & terrã. ergo vr̃ ꝙ aia Chriſti habeat omnipotentiam reſpectu immutationis creaturarum.

¶ 2 Præ. Aĩa Chri eſt perfectior qualibet creatura: ſed[h] quælibet creatura põt moueri ab aliqua creatura: dicit n. Aug. *in 3. de Tri. ꝙ ſicut corpora craſſiora, & iferiora, p ſubtiliora, & potẽtiora quodã ordine reguntẽ, ita oia corpora p ſpũm vitæ rõalem, & ſpũs uitæ rõnalis deſertor, atq; peccator, per ſpiritum vitæ rationalem, pium, & iuſtum. Anima autem Chriſti ẽt ipſos ſupremos ſpi-

*li. 3. cap. 4. nõ procul à princip. tom. 3.

SVP. QVÆ. XIII. ART. II.

Medina ar. 2.

Ferrar. 83.

Titulus, ut ſonat, intelligendus eſt. ¶ In corpore tria fiunt. Primo ponuntur duæ diſtinctiones: ſecundo ponuntur tres concluſiones: tertio ex dictis concluſionibus reſpondetur quæſito negatiue. Quo ad primum, ponitur diſtinctio trimembris. Trãſmutationes ſũt triplices, quædam naturales, quædam miraculoſæ, quędam ſecundum uertibilitatem in nihil. Altera diſtinctio eſt bimembris. Anima Chriſti ſumitur dupliciter: uel ſecundum propriam uirtutem, ſiue naturalẽ, ſiue gratuitam, uel ſecundum ꝙ eſt inſtrumentum uerbi Dei. Quo ad ſecundum prima concluſio: Anima Chriſti ſm propriam uirtutem habuit potentiam ad illos effectus,

rit* mouet, illuminãdo eos, vt dicit Dion. 7.* c. Cæl. hier. ergo vſ, ꝙ anima Chriſti habeat omnipotentiam reſpectu immutationis creaturarum.

*c. 7. poſt med.

¶3 Præt. Aia Chriſti habuit pleniſſime grãm miraculorũ, ſeu virtutũ, ſicut, & cæteras grãs: ſed oĩs immutatio creaturę poteſt ad grãm miraculorũ ptinere, cum ẽt miraculoſe cæleſtia corpora a ſuo ordine immutata fuerint, ſicut Dionv. probat i Epi.* ad Polycarpũ.[b] ergo aĩa Chrĩ habuit oĩpotẽtiam reſpectu immutationis creaturarũ.

* Per totã opuſt.

Sed contra eſt, ꝙ eiuſdẽ eſt tranſmutare creaturas, cuius eſt eas conſeruare: ſed hoc eſt ſolius Dei, ſm illud Heb. 1. Portãs oĩa uerbo uirtutis ſuę. ergo ſolius Dei eſt habere oĩpotentiã reſpectu immutationis creaturarum. Non ergo hoc cõuenit animæ Chriſti.

Reſp. Dcẽdm, ꝙ hic duplici diſtinctione eſt opus, quarum prima eſt ex parte tranſmutationis creaturarũ, quæ[d] triplex eſt. Vna quidẽ eſt naturalis, q̃ ſ. fit a proprio agẽte ſm ordinẽ naturæ. Alia uero eſt miraculoſa, quæ fit ab agente ſupernaturali, ſupra conſuetẽ ordinem, & curſum naturę: ſicut reſuſcitatio mortuorum. Tertia autẽ eſt, ſm ꝙ oĩs creatura vertibilis eſt nihil. Secunda aũt diſtinctio eſt accipienda ex parte aię Chriſti, quæ dupliciter conſiderari G põt. Vno mõ ſm propriam naturam, & uirtutem, alio modo prout eſt inſtrumẽtum uerbi Dei, ſibi perſonaliter uniti. [e] ſi ergo loquamur de anima Chriſti, ſecundum propriam naturam, & uirtutem, ſiue naturalem, ſiue gratuitam, potentiam habuit ad illos effectus faciendos, qui ſunt animæ cõuenientes.[a] puta ad gubernandũ corpus, & ad diſponendos hu H manos actus, & etiam ad illuminandum per gratiæ, & ſcientiæ plenitudinem, omnes creaturas rationales ab eius perfectione deficientes, per modũ, quo hoc eſt conueniens creaturæ rationali: ſi [b] aũt loquamur de aĩa Chriſti ſecundum ꝙ eſt inſtrumentum verbi ſibi uniti, ſic habuit inſtrumentalẽ uirtutẽ ad [d] oẽs immutationes miraculoſas faciendas, [c] or-

I

ctus faciendum, qui ſunt aĩæ conuenientes. Hæc concluſio nõ probatur, ſed manifeſtatur quo ad effectus tres, hoc eſt gubernationẽ corporis, diſpoſitionem humanorum actuum, & illuminationem oĩm per gratiam, & ſcientiam. Secunda concluſio eſt: Aĩa Chriſti, ut eſt inſtrũm verbi ſibi pſonaliter uniti, habuit inſtrũalem uirtutem ad oẽs immutationes miraculoſas ordinabiles ad incarnationis finẽ. Et hæc quoque concluſio non aliter probatur: ſed manifeſtatur declarando incarnationis finem eſſe inſtaurare oĩa, ſiue, quæ in cælis ſiue, q̃ in terris ſunt, ꝙ conſumabitur, cũ noua fient omnia, & Deus erit oĩa in omnibus. Tertia concluſio eſt, ſolus Deus põt creaturas in nihilum redigere. Probatur: quia ſolus põt creare, & conſeruare immutatio aũt in nihil reſpõdet creationi ex nihilo. Principalis concluſio eſt: Aĩa Chri non habet omnipotentiã reſpectu immutationis creaturarum. Et relinquitur clara, tanquam conſequens ex antedictis, concluſionibus.

¶Et ſcito, ꝙ primæ duæ cõcluſiones intelliguntur cũ præciſione aliorum: puta ꝙ ſm propriã uirtutem habuit tm̃ potentiam ad gubernandũ, &c. & ſimiliter ut inſtrũm uerbi, habuit potentiã ad illa tm̃, & non ad annihilandũ, aut creandum. Nec hunc ſenſum oportet probare: quia diſtinctio ipſa in litera facta probat, & in litera huius quæſtionis clar. habetur, vt patet intuenti. Sed ſi quæritur, quare Auctor non probauit primas concluſiones, rñdeatur, ꝙ prima ex natura aĩæ, & ex dictis de gratia Chriſti, ꝙ eſt caput hoĩm, & Angelorum, &c. per ſe nota relicta eſt. Secunda aũt ſufficienter probata eſt ex fine monſtrato: quia inſtrũm ductiuum debet eſſe ad finem, commenſuratumq; illi, ut inſtrũm tñ. Vnde ex hoc ipſo, ꝙ anima Chriſti eſt inſtrumentum proprium uerbi incarnati, & finis incarnationis eſt inſtauratio omnium, habetur ſtatim, ꝙ anima Chriſti inſtrumentaliter poteſt ad omnia miracula oportuna ad inſtaurationem omnium.

D. a19.

¶Nota diligentiſſime, ut ea doctrina præſentis articuli diſcernas in ſpeciali, quid ſub quoque membro contineatur, ut inde ſcias quid cadit ſub inſtrãli Chriſti potentia. Dico autẽ hoc ſpecialiter, primo propter infuſionem gratiæ gratum facientis, quàm membra Eccleſiæ habere a Chriſto capite effectiue inſtrumentaliter Author ſuperius dixit. Et hinc apparet non cõprehendi ſub mutationibus, quæ conueniunt creaturæ, ſecundum uertibilitatem in nihil: quoniam cum peccator perdit gratiam, conſtat gratiam non annihilari, cum Deus numquã aliquid annihilet. Et conſequenter patet, ꝙ gratiam pœnitenti cõcedere, non creare, proprie loquendo. Et ſimiliter Deum conſeruare gratiam in anima, non eſt conſeruare continuans creationem, de quo dicitur, quòd omnia in nihilum redigerentur, niſi ea manus omnipotentis conſeruaret. Hæc enim tria, ſcilicet creatio, conſeruatio, & annihilatio ſibiinuicem ita reſpondent, ut creationi, ac conſeruationi non opponatur niſi annihilatio, & econtra. Clauditur ergo infuſio gratiæ ſub genere miraculoſarum mutationum, quàmuis non ſit proprie miraculoſa: quia eſt ſecundum ordinarium curſum ordinis ſupernaturalis ad patriam cæleſtem. Secundo dico hoc propter tranſubſtantiationem panis in corpus Chriſti, quoniam hoc quoque ſub F genere eodem continetur: ſcilicet immutationum miraculoſarum, & non ſub mutatione creationis. Quod ex eo patet, ꝙ creatio eſt ex nihilo, tranſubſtantiatio autem eſt ex pane, creatio facit totum nouum, tranſubſtantiatio transfert quod erat in aliud præexiſtens. Vnde, & ſancti Patres, & ſpecialiter Ambroſius arguit trãſubſtantiationem poſſibilem ex creatione, tanquam magis difficili, dicẽs, Sermo Chriſti, qui potuit ex nihilo facere quod nõ erat, multo magis facere poteſt ut ſit, quod erat, in aliud tranſmutatum, ut patet de conſe. diſt. 2. c. panis, & ca. ſequẽti. Et hęc notata ſint, ut aduertat lector hæc poſſe fieri a Deo mediantibus inſtrũis, non ſolũ immediate: ſicut & fieri poteſt reſurrectio mortuorum, & ponit duo corpora in eodem loco, & quicquid eiuſmodi eſt: quamuis requirat infinitam uirtutem in agente principali.

Concl.

¶Circa doctrinã præſentis articuli dubiũ occurrit, proquanto ponit in aĩa Chriſti uirtutẽm inſtrãlem ad omnia miracula. Eſt autem ratio dubii: quia uel Auctor intelligit de cauſa inſtrumentali proprie, uel large pro cauſa, ſine qua non. Si ꝓprie, obſtat tunc doctrina Auctoris, & Durandi. Nam Auctor ſuperius in prima parte, quæſtio. 45. artic. 5. docet inſtrumentum oportere, ſecundum id, quod eſt ſibi propriũ, aliquid operari diſpoſitiue ad effectum principalis agentis, conſtat aũt, ꝙ anima Chriſti nihil operatur faciens ad effectum miraculi: puta cum dixit, Lazare ueni foras intellectio, uolitio, imaginatio, una cũ clamore nullum effectum ex propriis habuerunt circa cadauer aut animam Lazari: ſed deitatis uirtute anima reunita eſt corpori concurrentibus illis actibus humanis Chriſti ut medio, ſeu cauſa ſine qua non, & ſic de aliis. Et confirmatur: quia in 3. ſent. diſt. 16. quæſt. 1. ar. 3. Auctor dicit, ꝙ nec Angelo, nec animæ Chriſti impreſſa eſt aliqua uirtus ſpiritualis ad facienda miracula, niſi per modum orationis, aut interceſſionis. Durandus quoque in 3. ſent. diſt. 14. quæſt. ulti. probare nititur, ꝙ humanitas Chriſti faciebat miracula, nulla uirtute ſupernaturali inhærente animæ, aut corpori Chriſti, ſed ſola diuina uirtute aſſiſtente ſibi: quia miracula faciebat Chriſtus ad teſtificandã K deitatem, ſicut defectus ſubiicit ad teſtificandam ſuã humanitatẽ, & ppterea ſicut defectus oẽs ſunt humanitatis, ita miracula omnia ſunt diuinitatis. Si uero large ſumitur inſtrumentum, tunc obuiat litera præſens, attribuendo animæ Chriſti ut inſtrumento uerbi, operationem omnium mutationum tam naturalium quàm miraculoſarum, & reſeruando ſoli Deo mutationes annihilationis, & creationis. Nam large de inſtrumento loquendo, poteſt oratione, aut interceſſione ſimili modo concurrere anima Chriſti ad creationem, aut annihilationẽ, ſicut concurrit ad miracula. Obuiat quoq; doctrina Auctoris in quæſt. de Pot. q. 6. art. 4. dicentis, Angelos, & hoĩes non ſolum oratione, ſed ex poteſtate quandoque miracula facere, iuxta doctrinam Gregorii. Et declarat poteſtatem illam eſſe per modum intentionis, ſeu motus in ipſis angelis, ſeu hominibus ſanctis.

concl. p

D. 314. & 680.

¶Ad euidentiam horum, ſciendum eſt ſecundum Auctoris doctrinam indubitatum eſſe, quòd anima Chriſti inſtrumentaliter

taliter non abuſiue, ſed proprie loquendo de inſtrumento, cõcurrit ad miracula faciendum. Hoc enim quid ſit, & qualiter fiat accipi poteſt ex ipſa ratione agendi inſtrumenti. Inſtrumẽtum ſiquidem habet duplicem actionem, ſ. propriam, & inſtrumentalem, ut ſcindere eſt propria operatio ſerræ: facere uero ſedem ſecãdo, eſt ipſius operatio inſtrumentalis. & calefacere eſt propria operatio caloris, augere uero animal eſt inſtrumentalis illius operatio. Et ſicut inſtrumẽti eſt operatio duplex ita & eſt duplex quo operatur. Alterum ſibi propriũ, ut dentatura ferrea, & acuta ſerræ, qua ſcindit, &

D.896.

ipſa natura caloris, qua calidum calefacit alterum à principali agente participatum, quo extenditur, & facere dicitur principalem effectũ. Et hoc eſt motus ipſe, quo inſtrumentum mouet à principali agente, ut teſtatur Auctor inferius q. 62. ar. 1. dicẽs Cauſa inſtrumentalis non agit per uirtutem ſuæ formæ: ſed ſolũ per motũ, quo mouetur à principali agente. Qui quidẽ motus uocatur uirtus inſtrumentalis quandoq; &

* ſuper illud Matt. 28. data eſt mihi omnis poteſtas. to. 9.

dinabiles ad incarnationis finẽ, qui eſt inſtaurare oĩa, ſiue, q̃ in cælis, ſiue, quę i terris ſũt. Immutationes uero creaturarũ, ſm q; ſunt uertibiles in nihil, correſpondẽt creationi rerum, prout. ſ. producuntur ex nihilo. Et iõ, Sicut ſolus[d] Deus põt creare, ita ſolus põt creaturas in nihilum redigere, qui ẽt ſolus eas in eſſe cõſeruat, ne in nihilũ decidant. ſic ergo dicendum eſt, q; anima Chriſti non habet omnipotentiam reſpectu immutationis creaturarũ.

B

AD PRIMVM ergo dcẽm, q; ſicut Hier.* dicit, illi ptãs data eſt, qui paulo ante crucifixus, qui ſepultus in tumulo, qui poſtea reſurrexit, i. Chriſto. ſm q; homo. Dicitur autem ſibi omnis poteſtas data, ratione unionis, per quam factum eſt, ut homo eſſet omnipotens, ut ſupra

C

quandoq; uirtus intẽtionalis, & uirtus ſpiritualis quandoq;, eo quòd eſt motus rei, quę aſſumitur in inſtrumẽtum: & ideo motus, & conſtituit ipſum in eſſe factiuo, & ideo uis ſeu uirtus. Vnde etiam cum lapidem baculo moueo, baculus ex hoc ipſo q; utor eo, fit, & eſt motor effectiue lapidis. Et quia diminuta quædam meditatio eſt inter principale agens, & effectum, deferens principale agens ad effectum, ideo intentionalis: & quia inſenſibilis eſt, & ad ſpiritualem quandoque effectum, ideo ſpiritualis. Et eſt ſermo de illo inſtrumenti motu, quo mouetur ab agente principali ut ſic: quod ut clarius intelligas, conſidera in inſtrumentis artiũ duplicem potentiam, alteram ad motum localem, alteram ad cooperandum arti, exequẽdo operationem ipſius artis. Verbi gratia, inſtrumenta artis muſicę ſunt in potentia, ut moueãtur contactu digitorum, & ſunt in potentia ut muſicam ſonẽt. Et conſtat q; de prima potentia reduci poſſunt ad actum à quocumque ſine arte potente illa commouere: ſed de ſecunda potentia, non niſi ab arte reduci poſſunt ad actum. Cum aũt mouere nihil aliud ſit, quàm educere de potentia actum, & moueri ſit educi de potentia ad actum, clare conſtat q; inſtrumentum tunc mouetur à principali agente, cum educitur de ſecunda potentia ad actum, cum ſit cooperans ipſi principali agenti, cum ſit exequens operationem principalis agentis, quod fit p hoc, q; principale agens ut ſic utitur illo ad opus ipſius principalis agentis: puta cum ars muſica utitur inſtrumento muſico ad ſonum muſicum. Ipſe enim uſus eſt quidam ingreſſus artis in inſtrumenta, eſt quædam actuatio inſtrumentorum. Et propterea oportet certæ artis certa eſſe inſtrumenta: numquam enim muſica ingredietur inſtrumenta artis ſutoris, aut ecbuſſo. Et propterea habet rationem uis, & uirtutis, & intentionis artis, & ad genus eius reducitur. Ex quibus ad propoſitum aſcẽdendo dicimus, quòd Deus omnipotens, qui poteſt ſine cauſis ſecundis cooperãtibus effectiue miracula facere dignatur quãdoque illa efficere per cauſas ſecundas non dando illis uirtutes aliquas naturales, aut gratuitas permanentes: ſed utendo illis inſtrumentaliter ad opera miraculoſa, ita quod ex hoc ipſo, q; Deus utitur aliqua re, ut inſtrumento ad opus miraculoſum, eleuatur res illa in ordinem cauſæ inſtrumentalis, & ipſe paſſiuus uſus, quo Deus illa utitur ad hoc opus, eſt motus quo à principali agente inſtrumentum mouetur. Et ex hoc ipſo eſt uis actuatiua, atque conſtitutiua ipſius ineſſe inſtrumenti, ac per hoc ineſſe cauſæ effectiue inſtrumentaliter operis miraculoſi: reducitur enim res illa de potentia obedientiali ad actum, cũ de non inſtrumento fit inſtrumentum, quod fieri conſtat ex

A

hoc ſolo, quòd Deus utitur illa inſtrumentaliter ad opus miraculoſum. Quod non eſſe impoſſibile conſtat: cum nulla ſit ratio impoſſibilitatis, & quandoque de facto ſic fuiſſe Gregorij auctoritate patet in 2. Dialog. ponentis, Sanctos ea poteſtate quãque miracula facere. Et uere decet diuinam liberalitatem eleuare etiam in hoc quoſdã amicos ſuos, ut etiam coeffectores miraculorũ efficiat, & nõ ſolum benemeritos, aut interceſſores. Et quia omnipotentia nõ eſt alligata certis inſtrumentis, locis, aut propinquitatibus, ideo non refert quauis re utatur Deus inſtraliter ad quodcumq; miraculum: nam ſicut poteſt ſine inſtrumẽto opus illud perficere, ita põt non ſolum efficere p inſtrumentum, ſed p quodcumq;, & ubicũque exiſtat, & quãtum cunque diſtet. Neque enim minuitur, aut arctatur omnipotentia diuina ad limites inſtrumenti, quod aſſumit, ſed inſtrumentum eleuatur ad omnipotentię exequutionem i tali miraculo, ad quod efficiendum ordinatur ab ipſa. Et propterea Auctor in Secunda Secundę q. 178. articu. primo ad

tert. pięc. ad 2.

D. 352.

dictum eſt. † Et quamuis hoc ante reſurrectionẽ innotuerit angelis; poſt reſurrectionẽ tñ innotuit omnibus hominib', vt Remigius dicit. Tunc aũt dicunt res fieri, qñ innoteſcunt: & ideo poſt reſurrectionem dicit dominus ſibi datam omnẽ poteſtatem in cęlo, & in terra.

AD II. dicendũ, q; licet omnis creatura ſit mutabilis ab alia creatura pter ſupremũ Angelũ, qui tñ põt illuminari ab anima Chriſti, non tamẽ immutatio omnis, quę põt fieri circa creaturam, poteſt fieri a creatura: ſed quædam immutationes pñt fieri a ſolo Deo. Quæcũq; tñ immutationes poſſunt fieri per creaturas, pñt etiam fieri per animam Chriſti, ſecundum q; eſt inſtrumentũ uerbi, nõ autem ſecundum propriã naturam, & uirtutẽ: quia quædã hu

primum de his loquens, dicit, q; Deus utitur inſtrumentaliter interiori actu hominis, uel eius loquutione, uel actu exteriori, uel cõtactu alicuius corporis etiam mortui. Quamuis ergo tũc minus perſpicaciter textum illum expoſuerim, non enim illuxerat mihi, quod modo trado. Et quoniam homo Chriſtus Ieſus plenitudinem omnium gratiarum habuit, conſequens eſt, ut anima ſua quatenus diuini uerbi inſtrumentum, non qualecumque ſed coniunctum, omnia poſſit miraculoſa opera efficere. Nec opus eſt quærere alium modum, aut quid, & qualiter, niſi quòd uerbum utitur inſtrumentaliter anima, ſeu humanitate coniuncta ſibi ad opera miraculoſa. Applicando enim dicta ad uerbum, & humanitatem Chriſti, perſpicies, quæ dicimus, quæ in hac litera ab Auctore traduntur.

D

¶ Dicendum eſt ergo ad quæſtionem, q; de inſtrumẽto proprie loquitur Auctor, & hic, & in Secunda Secundæ, loco allegato, & in prima parte. Et ad obiectionem ex doctrina Primæ partis reſpondetur, quòd ad inſtrumentum exigitur, quòd habeat propriam operationem ultra illam, quam participat à principali agẽte, & quod operatio propria ſit præſuppoſita operationi participatæ, ita quòd prius intelligatur propria operatio terminari ad illud, in quod tenditur quàm operatio participata, ſicut præſuppoſitum prius intelligitur, quàm iunctum illi. Et huiuſmodi præuiam operationem appellauit Auctor operari diſpoſitiue, nõ q; oporteat illam operationem proprie diſponere. Nec hanc ego fingo gloſam: ſed ex ipſo Auctore inferius in q. 62. accepi, Vbi baptiſmum inſtrumentalem cauſam ponens, expreſſe docet ſufficere, ut aqua ſecundum propriam operationẽ corpus tangat, diluẽdo ad hoc, ut participata operatione animam abluat. Et hoc ſufficit propoſito, & intento in prima parte: quia per hoc concluditur, efficaciter, q; nulla creatura poteſt inſtrumentaliter creare: quia nulla poteſt propriam operationẽ præuiam creationi circa creandum ponere, cum nihil ſit, ut ibi dicitur. In propoſito autem cum Deus utitur creatura aliqua inſtrumentaliter ad opus miraculoſum, opus proprium illius creaturæ ſe habet ut præuium operi miraculoſo: quia ſe habet ut præſentans, ſeu deferens diuinum imperium ad creaturam, in qua fit opus miraculoſum, ut Auctor docuit in loco allegato in quæſtio. de Potentia. Et hoc eſſe uerum, ex eo conijcere potes, quia hinc utriuſq; difficultatis ſolutio habetur, hoc eſt, quare operari miracula per modum meriti, ſeu interceſſionis, & ex poteſtate, ſeu inſtrumentaliter diſtinguuntur, etiam ſi ſolus actus interior inſtrumentum ponatur, & quare opus creationis inter miracula non computatur. Prima ſiquidem quæſtio ſol-

E

uitur

uitur ex hoc, q; tam meritum q̃ oratio, ut ſic præcedit actionem diuinam ad miraculum, actus uero quicumque etiam interior, etiam ipſa orõ non ut oratio, ſed ut inſtrumentum Dei, ſequitur diuinam actionem, ut illius execut:o, ita q; ex hoc ipſo q; Deus eleuat illũ in ſuum inſtrumẽtũ ad opus miraculoſũ, fit exequutorius diuini imperii, tamq̃ deferens (ut dictũ eſt) illud creaturæ, i qua miraculum ſit.

*P.2.q.111 ar.1.

¶ Qñ igitur ſanctorum actus, aut opera ſolum meritorie, aut interceſſorie ſe habẽt ad miracula, tũc dñr facere miracula impetrando, q̃ Deus per ſeipſum facit. Qñ uero actus aliquis ſe habet ut exequens diuinum imperium (cui omnia obediunt) tũc dñr operari miracula ex poteſtate inſtrumẽtali tamen, ut Auctor declarauit.

Ferrar.a.

84

*Lib. 3.orth.fi.c.20. & 23.

¶ Secundæ aũt quæſtionis ſolutio ex hoc habetur: quia delatio imperii non põt fieri ad nihil, oportet.n ens eſſe ad qđ executiue delatio imperii fit: ad nihil nãque nihil põt deportari.

¶ Ad id uero, qđ ex 3.ſent. affertur, dici põt, uel q; Auctor doctiꝰ ſeipſũ correxit illud: uel q; ſub mõ interceſſiõis, uel orõnis, cõprehẽdit etiã modũ inſtitutionis qui conueniunt in hoc generali modo, q; non ſunt de genere permanentium, ſed cõſiſtentium in motu. Et per hæc patet intellectus infinitorũ dictorũ de inſtrumẽtali efficiẽtia attributa humanitati Chriſti, uel paſſioni, uel ſacramentis Eccleſiæ, & aliis huiuſmodi.

¶ In reſpõſione ad ſecundum eiuſdem ſecundi ar. 15. quæſtio. aduerte q; hic Auctor aſſertiue dicit, animam Chriſti ut inſtrumentum uerbi poſſe in omnes mutationes, quas quæcũque creaturæ põt facere, q; in 3. Sen. non niſi credendo dixit.

¶ In reſponſione ad tertium memento, gratiam Chriſti, eſſe

ſuſmodi immutationum non pertinẽt ad animam, neq; quãtũ ad ordinem naturæ, neque quantum ad ordinem gratiæ.

F Ad III dicendũ, q; (ſicut dictum eſt *in Secũda parte) gratia uirtutum, ſeu miraculorũ datur aiæ alicuius ſancti, nõ ut propria uirtute ei cõueniat miracula facere, ſed ut per uirtutẽ diuinã hmõi miracula fiãt. Et hęc quidem gratia excellentiſſime data eſt animæ Chriſti, ut.ſ. non ſolũ ipſe miracula faceret, ſed etiam ut hanc grãm in alios transfunderet. Vñ dr̃ Matt. 10 q;. Cõuocatis duodecim diſcipulis, dedit eis ptãtẽ ſpirituũ immũdorũ, ut eiicerent eos, & curarent oẽm languorem, & oẽm infirmitatem.

ARTICVLVS III.

Vtrum anima Chriſti habuerit omnipotentiam reſpectu proprij corporis.

G AD TERTIVM ſic proceditur. Vr̃ q; anima Chriſti habuerit omnipotentiã reſpectu proprij corporis. Dicit Dam. *in 3. lib. q; omnia naturalia fuerunt Chriſto uoluntaria: uolens.n. eſuriuit, uolens ſitiuit, uolens timuit, uolens mortuus, &c. ſed ex hoc Deus dicitur omnipotens, quia omnia quęcumque uoluit fecit. ergo uĩ q; aĩa Chriſti habuerit omnipotentiam reſpectu naturalium operationũ proprii corporis.

¶ 2 Præt. In Chriſto fuit perfectiꝰ humana natura q̃ in Adã, in quo ſm originalem iuſtitiã, quam habuit in innocẽtiæ ſtatu corpus habebat oĩno ſubiectum animæ, ut nihil in corpore poſſet accidere contra animę uolũtatem. ergo multo magis anima Chriſti habuit oĩpotẽtiã reſpectu ſui corpis.

¶ 3 Præt. Ad imaginationẽ animæ, naturaliter corpus immutatur, & tanto magis, quanto magis fuerit fortis aĩa imaginatiõis, ut i Prima parte habitum eſt: ſed anima Chriſti habuit uirtutem perfectiſſimam, & quãtũ ad imaginationẽ, & quantum ad alias uires. ergo anima Chriſti fuit omps in reſpectu ad corpus proprium.

SED CONTRA eſt, q; dicitur Hebr. 2. q; Debuit ꝑ omnia fratribus aſſimilari, & præcipue i his, quæ pertinent ad conditionem naturæ humanę: ſed ad cõditionẽ humanæ naturę pertinet, q; ualetudo corporis, & eius nutritio, & augmentũ, imperio rõnis, ſeu uoluntatis nõ ſubdantur: quia naturalia ſoli Deo, q; eſt Actor nãę, ſubdunt. ergo nec in Chr̃o ſubdebãtur. Non igit aĩa Chriſti fuit omnipotẽs reſpectu ꝓprij corporis.

H RESP. Dcẽm, q; ſicut dictũ eſt, * aĩa Chriſti poteſt dupliciter cõſiderari. Vno mõ, ſm propriam naturã, & uirtutem. Et hoc modo ſicut nõ poterat immutare exteriora corpora à curſu, & ordine naturæ, ita etiam non poterat immutare ꝓpriũ corpus à naturali diſpoſitiõe: quia anima ſecundum propriã naturam, habet determinatam proportionem ad ſuũ corpus. Alio modo poteſt conſiderari aĩa Chriſti, ſecũdũ q; eſt inſtrumentum unitum uerbo Dei in perſona. Et ſic ſubdebatur eius ptãti totaliter oĩs diſpoſitio ꝓprij corporis: quia tamẽ uir tus actionis non proprie attribuitur inſtrumento, ſed principali agenti, talis omnipotẽtia magis attribuiĩ ipſi uerbo Dei, quàm animæ Chriſti.

I AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q; uerbum Damaſ. * eſt intelligendũ quantum ad uoluntatẽ Chriſti diuinam: quia ſicut ipſe in præcedenti cap. † dicit, beneplacito diuinæ uoluntatis permittebatur carni pati, & opera ri quæ propria.

K AD II dicendũ, q; nõ pertinebat hoc ad originalẽ iuſtitiam, quã Adam habuit in ſtatu innocentiæ, q; anima hoĩs haberet uirtutẽ transmutandi propriũ corpus in quamcũq; formam, ſed q; poſſet ipſum conſeruare abſq; omni nocumẽto. Et hanc etiã uirtutẽ Chriſtus aſſumere potuiſſet, ſi uoluiſſet: ſed cum ſint tres ſtatus hoium, ſ. innocẽtiæ, culpę, & glorię, ſicut de ſtatu gloriæ aſſumpſit cõprehẽſionẽ, & de ſtatu innocẽtiæ immunitatẽ à peccato, ita & de ſtatu culpę aſſumpſit neceſſitatẽ ſub

nõ ſolum ſingularẽ, ſed capitalem, ita q; humani illi ut uniuerſali capiti conuenit. Ac per hoc gratia miraculorum, ut uniuerſali inſtrumento confertur duplici uniuerſalitate, hoc eſt uniuerſalitata miraculorum, quia poterat omnia miracula inſtrumentaliter efficere, & uniuerſalitata generationis ſibi ſimilium, participanue tamen: quia poterat inſtrumentaliter efficere alios homines cooperatores miraculorum ex poteſtate inſtrumentali quoque participata, ut euangelico teſtimonio in litera allato probat. Nam ſicut uerbũ põt uti humanitate ſibi iuncta, ad faciendum miracula, ita, & eadẽ ratione poteſt illa uti ad communicãdum aliis poteſtatem faciẽdi miracula. Eſt ſiquidem huiuſmodi cõmunicatio miraculũ quoddam, comprehẽſum ſub uniuerſalitate miraculorum.

*arti. ꝑce.

concl.m

SVP. QVAE. XIII. ART. III.

Medina.ar.3.

concl.p

TItulus clarus eſt. ¶ In corpore uni ca diſtinctio bimembris repetitur: & duabus concluſionibus iuxta duo diſtinctionis membra reſpondetur. Diſtinctio eſt de anima Chriſti ſecundum propriam uirtutem, uel ſecundum q; eſt inſtrumentum uerbi. Prima concluſio eſt, Anima Chriſti ſecundum propriam uirtutem non habuit omnipotẽtiam reſpectu proprii corporis. Probatur ex limitatione proportionali: quia ſicut non poterat exteriora corpora immutare propria uirtute, ita nec proprium. Et probatur ratione: quia anima Chriſti habebat determinatam proportionem ad ſuum corpus, ac per hoc non omnia, ſed aliquid determinatum poterat reſpectu ſui corporis.

concl.s

* citatũ in argu.

†li. 3. c. 15. a med. & c. 14.

¶ Secunda concluſio eſt, Anima Chriſti, ut inſtrumentum uerbi habuit omnipoten-

potentiam reſpectu proprii corporis. Hæc concluſio non aliter probatur ſed ex præced. articulo ut clara relinquitur. Et hoc intellige ſobrie, hoc eſt de omnipotentia reſpectu, & naturaliũ & miraculoſarum tranſmutationum, nõ reſpectu conſeruationum ex nihilo, aut annihilationis, ut in præced. ar. declaratum eſt. Subdit tñ Auctor, unde poſſis doctorum dicta intelligere abſque dictæ cõcluſionis præiudicio: q.ſ. hæc oĩpotentia attributa inuenitur magis uerbo Dei, q̃ aïæ Chriſti, intm̃, ut inuenias forte negatam ab anima Chriſti, & attributam uerbo: quia uirtus actionis factiua, principali agenti attribuit ſimpliciter, inſtr̃o autẽ, ignoto præſertim, aut non attribuitur, aut etiam aufertur.

* Q.14.ar.2.

* lib. 3. de anima tex. 48. & ſequentibus to. 2.

SVP. QVAE. XIII. ART. IIII.

Medina a. 4.

Titulus clarus eſt intelligentibus terminos. Ille.n.dr̃ omnipotẽs reſpectu executionis ꝓpriæ uoluntatis, qui poteſt exequi quicquid uult exequi, ita ꝙ potẽtia executiua æquiparatur in illo uoluntati executionis.

¶ In corpore eſt una diſtĩõ bimembris cum duabus concluſionib. rñſiuis quæſito, iuxta membra diſtĩõnis. Diſtinctio eſt, Voluntas Chriſti dupliciter aliquid uoluit, uel per ſeipſum exequẽdum, uel per uirtutem diuinam.

Pro.a 85

¶ Vbi nota, ꝙ ly per ſeipſum, ſignificat per propriam uirtutem naturalem, uel gratuitam, immanentem.ſ. in ipſo, ita ꝙ diſtinguitur hoc membrum cõtra illa, quæ poterat Chriſtus per uirtutem inſtrumentalem, ut patet in litera. Sumitur ſiquidem hic per ſeipſum, ſicut in ſecundo art. ſumptum eſt per propriam uirtutem: utrobique.n. cõtra uirtutem inſtr̃alem diſtinctio fit, ut patet in litera. Prima ergo cõcluſio eſt, Aïa Chriſt. quicquid uoluit per ſeipſum exequẽdum, potuit. Probatur: qa dedeceret ſapientiã ſuam, ut aliquid uellet per ſeipſum efficere, quod non ſubiaceret uirtuti ſuæ. Secunda concluſio eſt, Anima Chriſti quicquid uoluit efficiendum diuina uirtute, potuit inſtr̃aliter, & nõ ꝓpria uirtute, ut patet de operib. miraculoſis.

* P.p.q.19. art.2.

¶ In rñſione ad primum reſpice ex ſecunda rñſione, ꝙ diſtinctio in corpore articuli poſita, non fuit comprehenſiua oïm, quæ Chri humana uoluntas uoluit fieri: qm̃ ſub neutro membro comprehenduntur, quæ Chriſtus uoluit per alios hoĩes fieri, q non ſubiacebant poteſtati eius naturali, aut gratuitæ, cuius executio ad humanam ſpectabat uolũtatẽ: ſed comprehendit oẽs modos quibus aïa Chriſti põt dici omnipotens, reſpectu executionis propriæ uoluntatis, ſ. reſpectu exequendorum per ipſum, & exequendorũ inſtr̃aliter tñ per ipſum, Deo principaliter operante reſpectu ſiquidem reliquorum non ponitur omnipotens: iuxta hanc ſecundam reſponſionem auctoritate Agathonis firmatam.

Concl.

¶ Sed dubio non caret hæc ſecunda reſponſio, quomodo uerificetur, quòd Chriſtus uoluerit humana uoluntate aliquid fieri per alios homines: & non potuerit facere quòd ſic fieret, cum minus pie ſonare hoc uideatur. Poſſe dici, quod uerificatur de uoluntate antecedente non conſequente, ſed hæc reſponſio non conſonat Agathoni, quia hoc cõe eſt uoluntati tã diuinæ q̃ humanæ, ut contra uoluntatem antecedentem agatur. Sententia autem Agathonis, ſecundum differentiam inter diuinam, & humanam voluntatem in hoc ꝙ diuina quęcumq; uoluit fecit, humana autem aliquid uult, & non poteſt, procedit, ut patet in litera.

* in lib. q. ex nouo teſt. qui incipit: Deus quidem perfectus eſt quæ.77. in princ. to.4

* Ar.1. huius q.

* li. & c. citatis ſ. arg. ſed cont.

* Quæ habetur in 6. ſyn. gener. Conſtan. a. med. illius ſ actione 4

* recepta ẽ in 8. actione 6. ſynod. general. & lecta fuit: ſ actione 4.

* lib. 19. c. 18. poſt m.ẽ dium.

¶ Dicendum eſt ergo quòd non inconuenit, Chriſtum humana uoluntate uere uoluiſſe aliquid per aliquos operãdum, uel non operandum, cuius oppoſitum factũ eſt, puta, potuit velle, quòd aliquis non peccaret, deſiderando quòd ille non offenderet Deum, & tñ ille peccabat, Chr̃o nõ ꝑmittente ſm̃ humanã uoluntatem; quia non erat in poteſtate virtutis eius, cohibere peccatum contra peccantis uoluntatem.

iacendi pęnalitatibus huius uitæ: ut infra dicetur.

Ad III dicendum, ꝙ imaginationi, ſi fuerit fortis, naturaliter obedit corpus quantũ ad aliqua, puta quantum ad caſum de trabe in alto poſita: qa imaginatio nata eſt eſſe principiũ motus localis, vt dr̃ 3. de Aïa.* Sic̃ ẽt quantum ad alterõem, q̃ eſt ſm̃ calorem & frigus, & alia conſequentia: eo ꝙ ex imaginatione conſequenter natæ ſunt conſequi animæ paſſiones, ſm̃ quas mouetur cor, & ſic per cõmotionem ſpirituum, totũ corpus alteratur. Alię uero diſpõnes corporales, quæ non habẽt naturalem ordinem ad imaginationem, non tranſmutantur ab imaginatione, quantumcunque ſit fortis: puta figura manus, uel pedis, uel aliquid ſic̃.

B

C

ARTICVLVS IIII.

Vtrum anima Chriſti habuerit omnipotentiam reſpectu executionis ſuæ voluntatis.

AD QVARTVM ſic proceditr̃. Vr̃ ꝙ aïa Chriſti non habuerit omnipotentiam reſpectu executionis propriæ uoluntatis. Dr̃.n. Mar.7. ꝙ ingreſſus domum, neminem voluit scire, & non potuit latere. Non ergo potuit in omnibus exequi propoſitum ſuæ uoluntatis.

D

¶ 2 Præt. Præceptum eſt ſignum voluntatis, ut in Prima parte dictum eſt.* ſed dñs quædam facienda præcepit, quorum contraria acciderunt: dr̃.n. Matt.9. ꝙ cœcis illuminatis. comminatus eſt Ieſus dicens, Videte ne quis ſciat: illi autem exeuntes, diffamauerunt illum per totam terram illam. Non ergo in omnibus potuit exequi propoſitũ ſuæ uoluntatis.

E

¶ 3 Præt. Id, quod poteſt aliquis facere, non petit ab alio: ſed dñs petiuit a Patre, orando illud quod fieri uolebat: dr̃.n. Lucæ 6. quòd exiit in montem orare, & erat pernoctans in orõne Dei, ergo non potuit exequi in oïb. propoſitum ſuę uolũtatis.

SED CONTRA eſt, ꝙ dicit Aug. in lib. de Quæſtionib veteris, & noui Teſtamẽti: Impoſſibile eſt, ut Saluatoris uoluntas non impleatur, nec põt velle, qđ ſcit fieri non debere.

RESP. Dcd̃m, ꝙ aïa Chr̃i dupliciter aliqd uoluit. Vno mõ, quaſi per ſe implendũ, & ſic dicẽdũ eſt: ꝙ quicquid uoluit, potuit. non.n. conueniret ſapiẽtię eius, ut aliquid uellet per ſe facere, quod ſuæ uirtuti non ſubiaceret. Alio mõ uoluit aliquid, ut implendum uirtute diuina: ſicut reſuſcitationis proprii corporis, & alia hmõi miraculoſa opera, quæ quidẽ nõ poterat propria uirtute ſed ſecundum ꝙ erat inſtrumentum diuinitatis, ut dictum eſt.*

AD PRIMVM ergo dcd̃m, ꝙ ſicut Aug. dicit in li. de Qõnib*, ueteris & noui Teſti, Qđ factũ eſt, hoc uoluiſſe dicendus eſt Chriſtus. Aduertẽdũ eſt.n. quòd illud in finibus geſtũ eſt gentiliũ, quibus adhuc tp̃s prędicandi nõ erat: ultro tñ uenientes ad fidẽ, non ſuſcipere, inuidiæ erat. A ſuis ergo noluit prædicari, requiri ãt ſe uoluit: & ita factũ eſt. Vel põt dici, ꝙ hæc uoluntas Chr̃i non fuit de eo, quod per eũ fiendum erat: ſed de eo, quod erat fiendum per alios, qđ nõ ſubiacebat humanæ uoluntati ipſius. Vñ in epiſtola* Agathonis Papę, quę eſt recepta in ſexta Synodo, legitur.† ergo ne ille oïm Conditor, ac Redemptor, in terris latere uolens nõ potuit, niſi hoc ad humanam eius uoluntatẽ, quam temporaliter eſt dignatus aſſumere, redigatur?

AD II dcd̃m, ꝙ ſicut Gre.* dicit 19. Moral. per hoc, quòd dominus præcepit taceri uirtutes ſuas, ſeruis ſuis ſe ſequentibus exemplum dedit, ut ipſi quidem uirtutes ſuas occultari deſiderent: & tamen ut alii eorum exemplo proficiãt, prodantur inuiti. ſic ergo præceptũ illud deſignabat uolunta

luntatẽ. Et eſt ſermo de Chriſto hoīe ſm̄ ꝓpriā uirtutē. Et hoc modo Agathon dicit, q̄ uoluit latere & non potuit, ſ. ſm̄ propriā uirtutē: potuit ēt tñ ſm̄ inſtalē uirtutem. Nec hæc minus pie ſonant apud diſcernentes inter ſubiacentia, & nō ſubiacentia Chr̄o hn̄mini ſm̄ propriā virtutē, q̄ q̄ decuerint humanā Chriſti uoluntatē tecta deſideria etiā ſine opere.

¶In rñſione ad ſm̄, optime vteris diſtinctione inter uoluntatem antecedentem, uel abſolute, attribuēdo præceptum taciturnitatis uoluntati ēt humanæ Chriſti antecedenti. Volebat ſiquidem, quantum ex ſe erat, gloriam fugere. & hanc uoluntatem præceptum taciturnitatis ſignificabat: nolebat tñ abſolute, hoc eſt oībus conſideratis, taceri, & ideo nō peccabant publicantes illa miracula.

¶In rñſione ad tertiū conſidera quanta ſit neceſſitas orandi, cū ēt ad ipſa opera, quæ Chriſtus ſciebat ſe facturum, orationis medium adhiberet, ea rōne, quia orationes cauſæ mediæ ſunt ad operanda, & conſequenda: ſine cauſis autem medijs, uelle effectus ſtulti eſt, ſicut uelle colligere frumēta ſine ſeminatione.

tem ipſius, q̄a humanā gloriā refugiebat ſm̄ illud Io. 8. Ego gloriam meam non quæro. Volebat tñ abſolute ꝑſertim ſm̄ diuinam uoluntatem, vt publicaretur miraculum factum, propter aliorum utilitatem.

Ad III dicendum, q̄ Chriſtus orabat, & pro his, quæ uirtute diuina fiēda erant, & pro his ēt, quæ humana uoluntate erat facturus, quia uirtus, & operatio animæ Chriſti dependebant a Deo, qui operatur in nobis uelle, & perficere, vt dicitur Philip. 2.

QVÆSTIO XIIII.

De defectibus corporis aſſumptis à filio Dei, in quatuor articulos diuiſa.

DEINDE cōſiderandū eſt de defectibus, quos Chriſtus in humana natura aſſumpſit. Et primo d' defectib' corporis, ſecūdo, de defectib. aiæ.

Circa primum quæruntur quatuor.

¶Primo, utrum filius Dei aſſumere debuerit in humana natura corporis defectus.

¶Secundo, utrum aſſumpſerit neceſſitatem his defectibus ſubiacendi.

¶Tertio, utrum hos defectus contraxerit.

¶Quarto, utrum omnes huiuſmodi defectus aſſumpſerit.

SVP. QV. XIIII. ART. I.

Ferr. 4. con. c. 55. 11.
Alb. mag. 3. d. 15. a. 1

TItulus articuli clarus eſt.

¶In corpore unica ē concluſio, Cōueniēs fuit corpus aſſumptū a filio Dei, defectib. ſubiacere: Probat triplicit er. Primo ex fine incarnationis: ſecundo, ex fidei ſuſceptione: tertio ex exēplaritate patientiæ. Et omnia clara ſunt in litera.

ARTICVLVS I.

Vtrum filius Dei in humana natura aſſumere debuerit corporis defectus.

Petr. 3. d. 15. q. 1. art. 1. & d. 22. q. 1. ar. 1. q. 1. c. & 4. contra c. 55. 11. & opuſc. 3. c. 41. & 47.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd filius non debuerit aſſumere humanam naturam cum corporis defectibus. Sicut n. aia unita eſt perſonaliter uerbo Dei, [a]ita, & corpus: ſed aīa Chr̄i habuit omnimodam perfectionem, & quantum ad grām, & quantum ad ſcientiam, ut ſupra dictum eſt. ergo etia corpus eius debuit eſſe omnibus modis perfectum, nullum in ſe habens defectum.

• Q. 7. ar. 9 & q. 9. ar. 1.

¶2 Præt. Aia Chriſti uidēbat uerbū Dei ea uiſione, qua beati uidēt, ut ſupra dictum eſt, [a] & ſic aia Chriſti erat beata: ſed ex beatitudine aīæ [b] glorificatur corpus: dicit. n. Auguſt. [c] in epiſtola ad Dioſcorum, Tam potenti natura Deus fecit animam, ut ex eius pleniſſima beatitudine redundet ēt in inferiorem naturā, quæ eſt corpus, nō beatitudo,

• q. 9. ar. 2.

• Epiſt. 56. non multum ante med. to. 2.

F ꝗ fruentis, & intelligētis eſt propria, ſed plenitudo ſanitatis, i. incorruptionis uigor. Corpus igit̃ Chriſti fuit incorruptibile, & abſq; omni defectu.

¶3 Præt. Pœna conſequit̃ [b] culpā: ſed in Chriſto non fuit aliqua culpa ſm̄ illud primę Pet. 2. Qui peccatum non fecit. ergo nec defectus corporales, qui ſunt pęnales, in eo eſſet debuerunt.

¶4 Præt. Nullus ſapiens aſſumit id, qđ impedit ip ſum à proprio fine: ſed per hmōi defectus corporales, multipliciter [b] vr̄ impediri finis incarnationis. prime quidē, q̄a pp hmōi infirmitates, hoīes ab eius cognitione impediebantur, ſm̄ illud Iſa. 53. Deſiderauimus eum deſpectum, & nouiſſimū

G uirorū, uirum dolorum, & ſcientē infirmitatem, & quaſi abſconditus uultus eius, & deſpectus: unde reputauimus eum. Secundo, quia ſanctorū patrū deſideriū nō ur̄ impleri, ex quorum pſona dr̄ Iſa. 51. Conſurge, conſurge, induere fortitudine, brachium dn̄i. Tertio, quia congruentius per fortitudinem, q̄ per infirmitatē, uidebatur, & ptās diaboli poſſe ſuperari, & humana infirmitas poſſe ſanari. Non ergo ur̄ conueniens fuiſſe, q̄ filius Dei humanam naturam aſſumpſerit cum corporalibus infirmitatibus, ſiue defectibus.

SED CONTRA eſt, q̄ dr̄ Heb. 2. In eo. n. quo paſ

H ſus eſt, & tentatus, potens eſt, & eis, q̄ tentant̃, auxiliari: ſ. ad hoc uenit, ut nos adiuuaret: unde, & Dauid dicebat, Leuaui oculos meos in mōtes, unde ueniet auxiliū mihi. ergo cōueniēs fuit, ut filius Dei carnē aſſumpſerit, infirmitatibus humanis ſubiacentem, vt in ea poſſit pati, & tentari, & ſic auxilium nobis ferre.

RESP. Dcd̄m, [m] conueniēs fuiſſe, corpus aſſumptū a filio Dei humanis infirmitatibus, & defectibus ſubiacere, & ꝑcipue, pp tria. [a] Primo quidem, quia ad hoc filius Dei carne aſſumpta, uenit i mūdū, ut ꝓ peccato humani gn̄is ſatiſfaceret. Vnus ꝓ pc̄tō alterius ſatiſfacit, dū pęnam ꝓ pc̄tō alte- Concl.

I rius debitā, in ſe ſuſcipit. Hmōi āt defectus corporales, ſ. mors, fames, ſitis, & hmōi, ſunt pęna pc̄ti, qđ eſt in mūdū per Adā introductū, ſm̄ illud Rō. 5. Per unū hominē peccatum intrauit in mūdum, & ꝑ peccatum mors. Vñ conueniēs fuit quantū ad finē incarnationis, q̄ hmōi penalitates in nr̄a natura ſuſciperet uice nr̄a, ſm̄ illud Iſa. 53. Vere languores nr̄os ipſe tulit. Scd̄o, pp fidē incarnationis aſtruendā. Cū. n. natura humana non aliter eſſet hominibus, niſi prout hmōi corporalibus defectibus ſubiacet, ſi ſine, his defectibus fili' Dei humanam naturā aſſumpſiſſet, uideretur, nō fuiſſe uerus homo, nec ueram carnē habuiſſe, ſed phātaſticā, ut Manichęi poſuerunt. Et iō, ut dr̄ Phil.

K 2. Exinaniuit ſemetipſum, formā ſerui accipiens, in ſimilitudinem hoium factus, & habitu inuētus ut homo. Vnde, & beatus Thomas per aſpectū uulnerum eſt ad fidem reuocatus, ut dicitur Ioā. 20. Tertio propter exemplum patientiæ, quod nobis exhibet, paſſiones, & defectus humanos fortiter tolerando. Vnde dicitur Heb. 12. Suſtinuit à peccatoribus ad ſemetipſum contradictionem, ut non fatigemini, animis veſtris deficientes.

AD

AD PRIMVM ergo dcēdm, ꝙ ſatiſfactio ꝓ pctīs alterius, hēt q̄dē quaſi materiā, pęnas, quas aliqs pro peccato alterius ſuſtinet: ſed ꝓ principio hēt habitū aīæ, ex quo inclinatur ad uolēdum ſatiſfacere pro alio, & ex quo ſatiſfactio efficaciam hēt: non. n. eſſet efficax ſatiſfactio, niſi ex charitate ꝓcederet. ut infra dicet.* Et iō oportuit aīam Chriſti, & perfectam eſſe, quantum ad habitus ſcientiarum, & uirtutum, ut haberet facultatem ſatiſfaciendi, & quòd corpus eius eſſet obiectum infirmitatibus, ut ei ſatiſfactionis materia nō deeſſet.

In materia de ſatiſf. id erat factu nō cōple uit.

AD II dcēdm. ꝙ ſm naturalē habitudinē q̄ eſt inter animam, & corpus, ex gloria animæ redundat gloria ad corpus: ſed hęc naturalis habitudo in Chr̄o ſubiacebat uolūtati diuinitatis ipſius, ex qua factū eſt, ꝙ beatitudo remaneret in aīa & nō deriuaref ad corpus, ſ3 caro patereſ, q̄ conueniūt nãæ paſſibili, ſm illud qđ Dam.* dicit, ꝙ bn̄placito diuinæ uoluntatis, permittebatur carni pati, operari, quæ propria.

*li. 3. c. 15. a med. & c. 14.

AD III dcēdm, ꝙ pęna ſemper ſequiſ culpā actualē uel originalē: qnq; quidem eius, qui punitur: qnq; āt alterius, ꝓ quo ille, q̄ pęnas patiſ, ſatiſfacit. Et ita accidit in Chr̄o, ſm illud Iſa. 53. Ipſe uulnerat*ē ꝑ iniq̄tates nr̄as, attrit*ē ꝑ ſcelera nr̄a.

AD IIII dcēdm, ꝙ infirmitas aſſumpta à Chr̄o nō impediuit finem incarnationis, ſed maxime ꝓmouit, ut dictū ē, Et quāuis ꝑ hmōi infirmitates abſcōderet ei* diuinitas, manifeſtabaſ tñ humanitas, q̄ eſt uia ad diuinitatē ꝑueniēdi, ſm illud Rom. 5. Acceſſum habemus ꝑ Ieſum Chr̄m ad Deū. Deſiderabāt aūt antiqui patres in Chr̄o nō quidē fortitudinē corporalem, ſed ſpiritualem ꝑ quam, & diabolum uicit, & humanā infirmitatem ſanauit.

*In corp. art.

ARTICVLVS II.

Vtrum Chriſtus neceſſitatē his defectibus ſubiacendi aſſumpſerit.

AD SECVNDVM ſic ꝓceditſ. Vr̄ ꝙ Chr̄us non ex neceſſitate his defectib⁹ ſubiacuerit. Dr̄. n. Iſa 53. Oblatus ē, quia ipſe uoluit, & loquiſ de oblatione ad paſſionē: ſed uoluntas opponitur neceſſitati.[h] ergo Chr̄us nō ex neceſſitate ſubiacuit corꝑalib⁹ defectib.

¶ 2 Præt. Dam.* dicit in 3. li. Nihil coactum in Chriſto cōſideratur, ſed oīa uoluntaria: ſed quod eſt uoluntarium, non eſt neceſſarium. ergo huiuſmodi defectus non fuerunt ex neceſſitate in Chriſto.

*li 3 c. 20 in fine.

¶ 3 Præt. Neceſſitas inferſ ab aliquo[k] potentiori: ſed nulla creatura eſt potētior, q̄ aīa Chriſti, ad quā pertinebat propriū corpus conſeruare. ergo hmōi defectus, ſeu infirmitates nō fuerunt in Chriſto ex neceſſitate.

SED CONTRA eſt, ꝙ Apoſt.

A dicit Rom. 8. Miſit De⁹ filiū ſuū in ſimilitudinē carnis peccati: ſed cōditio carnis peccati eſt, ꝙ habeat neceſſitatē moriendi, & ſuſtinēdi alias hmōi paſſiones. ergo talis neceſſitas ſuſtinendi hos defect⁹ fuit in carne Chr̄i.

RESP. dcēdm, ꝙ duplex eſt neceſſitas. Vna quidē coactionis, q̄ fit ab agēte extrinſeco. Et hęc quidē neceſſitas contrariaſ, & naturæ, & uolūtati, quorū utrū B que eſt principiū intrinſecum. Alia aūt eſt neceſſitas naturalis, q̄ conſequiſ principia naturalia, puta formā, ſicut neceſſariū eſt ignē calefacere: uel materiā, ſicut neceſſariū eſt corp⁹ ex contrarijs cōpoſitū diſſolui. Secundū[m] igitur hanc neceſſitatē, quæ conſequiſ materiā, corpus Chriſti ſubiectū fuit[n] neceſſitati mortis, & aliorum hmōi defe-C ctuū: *q̄a ſicut dictū eſt, *beneplacito diuinæ uolūtatis, carni Chriſti ꝑmittebaſ agere, & pati, q̄ propria. Hæc aūt neceſſitas cauſaſ ex principijs carnis humanæ, ut dictū eſt.* Si autē loquamur de neceſſitate coactionis, ſcdm quidē ꝙ repugnat naturæ corporali: ſic iterū corpus Chriſti ſm conditionē proprię naturæ neceſſitati ſubiacuit, & claui ꝑforantis, & flagelli ꝑcutientis. Scdm uero ꝙ neceſſitas D talis repugnat uoluntati, manifeſtū eſt ꝙ in Chr̄o nō fuit neceſſitas horū defectuū, neq; per reſpectū ad diuinā uoluntatē, neq; per reſpectū ad uoluntatē humanā Chriſti abſolute, ꝓut ſequiſ rōnē deliberantē, ſed ſolū ſm nãlē motū uolūtatis, ꝓut ſcilicet naturaliter refugit mortē, & ēt corporis nocumenta.[q]

AD PRIMVM ergo dcēdm, E ꝙ Chriſtus dicitur oblatus, qa uoluit[r] & uoluntate diuina, & uoluntate humana deliberata: licet mors eſſet contra naturalem motum uoluntatis humanæ, ut Damaſc.* dicit.

AD II. patet reſponſio ex dictis. †

AD III. dicēdū, ꝙ nihil fuit potentius, q̄ anima Chriſti abſolute: nihil ramē prohibet aliquid fuiſſe potentius, quātum ad hunc effectum: ſicut clauus ad perforandum. Et hoc di-

SVP. QV. XIIII. ART. II.

Ferrar. 4. 87 Inf. q. 15. ar. 5. ad. 1. Et di. 3. q. 1. art. 2. q. 1. c. fin.

1. Bon. 3 ſ. d. 16. q. 3. a. 2
Scot. 3. ſ. d. 16. q. 2.
Ricca. 3. ſ. d. 16. q. 2.
Duran. 3. ſ. d. 16. q. 1.
Mairo. 3. ſ. 17. q. 2.
Ca. 3. d. 16. q. 2. con. 3.
Medina ar. 2.

TItulus intelligēdus eſt ut iacet. ¶ In corpe duo ſūt. Primo ponitur una diſtinctio bimēbris cum conditionibus membrorum, & multiplicitate utriuſque. Secundo, reſpondeſ queſito tribus concluſionibus. Diſtinctio eſt. Neceſſitas eſt duplex, coactionis, uel naturalis. Cōditio neceſſitatis coactionis eſt, ꝙ eſt ab extrinſeco, multiplicitas eius eſt, ꝙ contrariaſ qnq; naturæ, quandoque uoluntati: quia tam natura, q̄ uoluntas eſt principium intrinſecum: illa autē eſt ab extrinſeco. Cōditio neceſſitatis naturalis eſt, ꝙ cōſequitur principium naturale: multiplicitas eius eſt, quia, uel conſequitur formam, uel materiam. Prima concluſio eſt: Corpus Chriſti ſecundum neceſſitatem naturalem conſequētem materiam ſubiectum fuit neceſſitati mortis, & aliorū huiuſmodi defectuū. Probatur. Carni Chriſti permittebatur agere, & pati, quæ erant propria: ſed neceſſitas horum defectuū cauſatur ex proprijs carnis, ergo. Secunda concluſio eſt, Corpus Chriſti ſecundum cōditionem propriæ naturæ ſubiacuit neceſſitati coactionis repugnantis naturæ corporali, ut patet de clauo perforante, & flagello percutiente. Tertia cōcluſio eſt. In Chriſto non fuit neceſſitas coactionis repugnantis uoluntati diuinæ, aut humanę abſolute: ſed ſolum ſecundum naturalem motum uoluntatis. Hæc concluſio non aliter probatur: ſed ex declaratione terminorum relinquitur euidens apud theologos. Declarat ſiquidem uoluntas abſolute, hoc eſt conſequens rationem deliberantem, & naturalis prout naturaliter refugit mortem, corporiſque nocumēta.

Concl. m

D. 904.

*arti. ꝑce. ad 2.

*In iſto ar. Concl. p

¶ Vbi nota primo, ꝙ apud Autorem hic, deliberatio eſt actus rationis. Et uoluntas dicitur deliberata denominatiue a ratione deliberante, & cauſaliter: quia conſequitur rationem deliberantem (quæ. ſ. ratio omnibus conſideratis concludit aliqd eſſe malum, uel bonum, fugiendum, uel proſequendum) & ſequitur motus uoluntatis conformis tali rationi appetens, uel fugiens, qui uocatur uoluntas deliberata. Naturalis autem uoluntas uocatur motus ille uoluntatis, qui cōſequitur rationem apprehendentem bonū uel malum, non conſideratis omnibus circunſtantiis, ſed ipſum nudum obiectum bonum (puta uitam, ſanitatem) uel malum, puta mortem, infirmitatem, flagellari, & huiuſmodi, ad huiuſmodi enim appreheſionem,

D. 915.

*li. 3. c. 23. & 24.

† In corp. art.

ſionem ſequitur naturaliter motus nolũtaris nolens bonum, uel nolẽs malum. Et ſic, ut dictũ eſt, ſup addita rõni conſideratione circunſtantiarũ (puta mors, pp bonum uirtutis) ſequit in uoluntate motus nolitiõis reſpectu mali puta: mortis pp iuſtitiam, & nolitionis, reſpectu boni, puta uitę cũ detrimento uirtutis. Renuit ſiquidẽ uiuere cum defectu ẽt negatiuo talis act° uirtutis, puta redemptionis humanæ.

Porr.o 88

3.d. 15. q. 2.ar. 3. & di.21. q.1. ar.2.ca. & opu.3. ca. 223.

¶ In rñſione ad tertiũ unde q auctor neceſſitatem coactionis cõtratiæ corpori, quã I corpore articuli reſpectu corporis Chñi poſuit) hic extendit ẽt ad animã Chriſti ſm propriã naturã, & uirtutem: quia ſuperius dictũ eſt, q aĩa Chñi ſm propriã naturam, & uirtutem nõ poterat mutare naturalẽ curſum rerũ, ſm quẽ cõſtat, clauum eſſe potentiorem ad perforandum carnem humanã, q̃ aĩa ſit potẽs ſeruare corpus illęſum à perforatione: q̃m hoc non ſine miraculo fieret. Et hoc e quod litera docet.

SVP. QVÆ. XIIII. ART. III.

Alb. mag. 3.d. 15. ar. 7

Titulus totus conſiſtit in uerbo cõtractionis. Nihil. n. aliud uertitur in dubiũ hic, niſi an defectus corporales, qui I Chriſto fuerunt, fuerint contracti, an nõ fuerint contracti, ſed aliter habiti.

¶ In corpore articuli unica eſt concluſio reſpõſiua quæſito: Chriſtus non contraxit defectus corporales, ſed uoluntarie ſuſcepit. Probatur quo ad primam, principaleũq; partẽ: Cõtractio importat ordinem affectus ad cauſam. ergo illi proprie dñr contrahere defectus mortis, &c. qui ex debito peccati hos defectus icurrunt: ergo Chriſtus hos defectus nõ cõtraxit. Antecedens probatur: quia cõtrahere eſt ſimul trahere effectum. ſ. cum cã ſua. Prima conſequẽtia ꝓbatur: quia cauſa mortis, & horum defectuum in huma-

* refertur. 3. ſent. diſ. 16. & habetur in glo. ord. ſuper hũc locũ.

co, ſecundum q anima Chriſti conſideratur ſecundum ꝓpriã naturam, & uirtutem.

ARTICVLVS III.

Vtrum Chriſtus defectus corporales contraxerit.

AD TERTIVM ſic ꝓcedi tur. Vr q Chriſtus defectus corporales contraxerit. Illud. n. cõtrahere dicimur, q ſimul cũ[b] nã ex origine trahim[a]: ſed Chriſtus ſimul cùm natura humana defectus, & infirmitates corporales per ſuam originem traxit à matre, cuius caro hmõi defectibus ſubiacebat. ergo uidetur, quòd hos defectus contraxerit.

¶ 2 Præt. Id, quod ex[b] principijs naturę cauſatur, ſimul cum natura trahitur, & ita contrahit: ſed huiuſmodi pęnalitates cauſantur ex principiis nãæ humanæ. ergo eas Chriſtus cõtraxit.

¶ 3 Præ.[h] Secundum huiuſmodi defectus Chriſtus aliis hominibus ſimilatur, ut dicitur Hebr. 2. ſed alii homines huiuſmodi defectus contrahuut. ergo uidetur q etiam Chriſtus huiuſmodi defect° cõtraxerit.

SED CONTRA eſt, q huiuſmodi defectus contrahunt ex peccato, ſm illud Rom. 5. Per unum hominẽ peccatum intrauit in hũc mundũ, & per pctm̃ mors: ſed in Chriſto nõ habuit locũ peccatũ. ergo hmõi defectus Chriſtus non contraxit.

RESP. dicendum, quòd in uerbo contrahendi, intelligit ordo effectus ad cauſam, ut ſcilicet illud dicatur contrahi, qđ ſimul cum ſua cauſa ex neceſſitate trahitur. Cauſa autẽ mortis, & horum defectuum in humana natura eſt peccatum: q̃a per peccatũ mors intrauit in hunc mundũ, ut dr̃ Rom. 5. Et iõ illi ꝓprie dñr hos defectus contrahere, qui ex debito peccati hos defectus incurrunt. Chriſtus aũt defectus non habuit ex debito peccati: quia ut Aug. dicit exponens illud Io. 3. Qui de ſurſum uenit, ſuper oẽs eſt, de ſurſum uenit Chrs id eſt, de altitudine naturæ humanæ, quam habuit ante peccatũ primi hois. Accepit. n. naturã humanã abſque peccato, F in illa puritate, in qua erat in ſtatu innocentiæ, & ſimili mõ potuiſſet aſſumere humanã naturã abſq; defectibus. Sic igit patet, q[m] Chriſtus non contraxit hos defectus, quaſi ex debito peccati eos ſuſcipiens, ſed ex propria uoluntate[n].

AD PRIMVM ergo dicendũ, q caro Virginis concepta fuit in originali[d] peccato: & iõ hos defectus cõtraxit.† ſed Chriſtus naturã ex Virgine aſſũpſit abſ- G que culpa. Et ſimilr potuiſſet naturã aſſumere abſque pęna: ſed uoluit ſuſcipere pęnam ꝓpter opus noſtræ redeptionis implendum, ut dictũ eſt.* Et iõ habuit hmõi defectus, nõ contrahẽdo, ſđ volũtarie aſſumẽdo

na natura eſt peccatum. Probatur ex auctoritate ad Roma. 5. Per peccatum mors, &c. Secunda uero cõcluſio probatur: quia Chriſtus non habuit hos defectus ex debito peccati. Probatur auctoritate Auguſtini. Vltima pars concluſionis probatur: quia potuiſſet, ſi uoluiſſet Chriſtus aſſumere naturam abſq; pęna, ſicut aſſumpſit abſque culpa.

Concl. m

D. 370.

† Aliàs, ſed caro Chriſti ex Virgine ſumpſit naturã abſque culpa.

¶ In reſponſione ad ſecundum, nota Auctorem I theologia theologice loqui, cũ dicit cauſam proximam mortis eſſe peccatũ, remotam autem compoſitionem ex cõtrariis. Formaliter ſiquidem loquitur, ubi omnino theologica eſt materia, qualis ẽ iſta.

* art. 1. huius quæſt.

AD II dicendũ, q cã mortis, & aliorum corporalium defectuum in humana natura, eſt duplex. Vna quidem remota, quæ accipitur ex parte principiorum materialiũ humani corporis, inquantum eſt ex contra- H riis cõpoſitum: ſed hæc cauſa impediebatur per originalem iuſtitiam. Et ideo proxima cauſa mortis, & aliorum defectuum, eſt peccatum: per quod ſubtracta eſt originalis iuſtitia. Et propter hoc, quia Chriſtus fuit ſine peccato, dicitur non contraxiſſe huiuſmodi defectus: ſed voluntarie aſſumpſiſſe.

AD III dicẽdum, q Chriſtus in huiuſmodi defectibus, aſſimilatus eſt aliis hominibus, quantum ad qualitatem defectuum, non autem quantum ad cauſam. Et ideo Chriſtus nõ contraxit huiuſmodi defectus, ſicut alij.

I

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Chriſtus omnes defectus corporales hominum aſſumere debuerit.

AD QVARTVM ſic procedi tur. Videtur quòd Chriſt° omnes defectus corporales hominum aſſumere debuerit. Dicit enim Dama.* Quod eſt[h] in aſſumptibile, eſt incurabile: ſed Chriſtus uenerat omnes defe- K ctus noſtros curare. ergo omnes defectus noſtros aſſumere debuit.

¶ 2 Præte. Dictum eſt,† quòd ad hoc quòd Chriſtus ꝓ nobis ſatisfaceret, debuit habere habitus pfectiuos in aĩa, & defectus in corpore: ſed Chriſtus ex parte animæ aſſumpſit plenitudinem omnis gratiæ. ergo[h] ex parte corporis debuit aſſumere omnes defectus.

¶ 3 Præt. Inter omnes defectus

SVP. QVÆ. XIIII. ART. IIII.

Palud. 3 d. 15. q. 2. Medina. a. 4.

Porr.o 89

Titulus cõſiſtit in uniuerſalitate defectuum humanorum corporalium, an ſcilicet omnes aſſumi a Chriſto fuerit conueniens.

¶ In corpore una eſt concluſio rñſiua quæſito: Non fuit conueniens ut Chriſtus aſſumeret omnes defectus, ſeu infirmitates humanas. Probatur, Chriſtus aſſumpſit defectus humanos ad ſatisfaciendum pro peccato humanæ naturæ. ergo illos tantum defectus aſſumere debuit, qui conſequunt ex peccato cõi totius humanæ naturæ, nec tamen repugnãt perfectioni ſciẽtiæ, & gratiæ. ergo nõ fuit cõueniens, ut omnes

Sup. q. 3. ad 2. art. 4. ad 3. & inf. q. 15. art. 1. c. & q. 46. ar. 4. ad 3. & 3. diſt. 1. q. 2. ad 1. & diſ. 15. q. 1. art. 1. & di. 22. q. 1. ar. 3. q. 1. & 4. cont. c. 55 ad 11. & op. 3. cap. 223. & 2, 8

* lib. 3. c. 6. & 15.

† Art. 1.

omnes defectus, ſeu infirmitates humanas aſſumeret. Aſis patet. Et prima conſequentia, quo ad primam partem, relinquitur clara. Quo ad ſecundã vero ꝓbat, quia ad ſatisfaciendũ ꝓ peccato humanæ naturæ, requirit ſatisfactor perfectus in aīa ſciẽtia & grã. Secunda ãt, quia defectus ſunt trifariã: quidã repugnantes pfectioni ſciẽtiæ, ut ignorãtia, uel grãæ, ut pronitas ad malũ, & difficultas ad bonũ: quidã particulares, ut uarii morbi: quidam cõmunes totius humanæ naturæ, ut fames, ſitis, fatigatio, mors &c.

¶ Vbi nota tria. Primo, ꝙ quia rõis ordo poſcit, ut ſatisfactio, q̃ pœnalis eſt, reſpondeat culpę, & culpæ cõi reſpondeat pœna cõis, iõ lra ex eo ꝙ Chriſtus defectus pœnales aſſũpſit ad ſatiſfaciendũ ꝓ pctõ naturę humanę, optime ut clarum ſatis, cõſequenter, ꝙ ſolos communes humanæ naturæ defectus pœnales aſſumere debuit. Secundo ꝙ quia negatio particularium defectuum in Chriſto illata, non erat probata (q̃uis fuerit probata aſſirmatio uniuerſalium defectuũ in eo) ex ꝓpoſitiõe pertinente ad culpã, iõ lra ſubiunxit rõem ex mente corpus Chri a ſpecialib. defectib. ex negatiõe cauſarũ eorũdẽ ad negatiõem eorũ procedens, ex eo, ꝙ defectus ſpeciales, aut ſunt ex defectu principii, uel principiorũ, aut ex defectu progreſſus uirtutis, quorum neutrum in Chriſto locum habere potuit.

¶ Et ſi quis obiecerit, ꝙ poſſit eſſe aliquis horũ defectuũ, ex tertia cauſa, puta, ex cœlo, uel concurſu clementi alicuius, ſciat, omnes hmõi concurſos cauſatiuos morbi ſpecialis, nihil aliud eſſe q̃ defectũ principii concurrens cum cauſa impedit principio a naturali perfectione actionis, uel paſſionis ſuæ, & ideo reducitur huiuſmodi cauſa ad defectum uirtutis formatiuæ, cauſam poſitam in litera.

¶ Tertio, quòd Auctor doctrinam ſuam confirmem Damaſcenũ oſtendens, confirmat ſiue I. & exponit illum.

¶ Sed reſtat hic dubium, quo paſto iuxta, ubi de defectib. corporis agitur, ignorantiam inter defectus communes comparare, cum cunſtet ignorantiam eſſe defectum animæ.

¶ Ad hoc dicitur, quòd Auctor licet tractet de defectibus corporis, inſerit tamen uniuerſalem doctrinam de defectibus humanis, qui non debuerunt aſſumi a Chriſto, ut ex uniuerſali regula habeatur differentia inter defectus etiam corporis, qui debuerunt, uel non debuerunt aſſumi. Et hoc propter pronitatẽ ad malum, & difficultatem boni, quoniam alia eſt lex in membris humanis repugnans legi mentis, ſecundum quam proni ſunt ſenſus hoīs ad malum, & non quod uolumus bonum hoc agimus, id ſi q. de ignorãtia admiſcetur, a aepli gra poſita uel.

corporales, præcipuũ locum tenet mors: ſed Chrs mortẽ aſſũpſit.[h] ergo multo magis oẽs alios defectus aſſumere debuit.

SED CONTRA eſt, ꝙ contraria non poſſunt ſimul fieri ĩ eodẽ: ſed qdã infirmitates ſunt ſibiipſis cõtrariæ, utpote, ex contrariis principiis cãtæ. ergo nõ potuit eſſe, ꝙ Chriſtus omnes ĩfirmitates humanas aſſumeret.

RESP. Dcdm. ꝓ ſicut dictũ ẽ, Chrs defectus humanus aſſumpſit, ad ſatiſfaciendũ pro pctõ humanę naturæ: ad ꝙ requirebatur, ꝙ haberet perfectionem ſcientiæ, & grę in anima. Illos ergo defectus Chrs aſſumere debuit, qui conſequunt̃ ex peccato cõi totius naturæ, nec tamen repugnant pfectioni ſciẽtiæ grãæ. Sic igitur[m] non fuit cõueniens, ut oẽs defectus, ſeu ĩfirmitates humanas aſſumeret.[a] ſunt. n. quidã defectus, qui repugnant pfectioni ſciæ et grę: ſicut ignorantia, pronitas ad malũ, & difficultas ad bonũ. Quidã ãt defectus ſunt, q non conſequunt̃ cõiter totã hominem natuam, pp peccatũ primi Parentis, ſed cauſantur in aliquibus hoĩbus ex quibuſdã particularibus cauſis: ſicut lepra, & morbus caducus, & alia hmõi. Qui quidem defectus qñque cauſantur ex culpa hoĩs, puta, ex inordinato uictu, quãdoque ãt ex defectu uirtutis formatiuæ: quorum neutrũ cõuenit Chriſto, quia, & caro ei[a] de Spirituſancto concepta eſt, qui eſt infinitæ ſapientiæ et uirtutis, errare, et deficere ñ potẽs & ipſe nihil inordinatũ ĩ regimine ſuæ uitæ exercuit.[p] Sũt ãt tertii defectus, q in oĩb. hoĩb. cõiter inueniunt, ex pctõ primi parẽtis: ſicut mors, fames, ſitis, & alia hmõi. & hos defectus omnes Chriſtus ſuſcepit,[q] quos vocat Dam.[*] naturales, & indetractibiles paſſiões: nãles quidẽ, quia cõſequunt̃ cõiter totam naturã humanã: indetractibiles ãt, quia defectum ſciæ, & gratiæ nõ important.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ omnes particulares defectus hominũ, cãntur ex corruptibilitate, & paſſibilitate corporis ſuperadditis quibuſdã particularibus cauſis. Et iõ cum Chrs curauerit paſſibilitatẽ, & corruptibilitatẽ corporis nñi, per hoc ꝙ eã aſſumpſit, ex cõſequẽti oẽs alios defectus curauit.

AD II dcdm, ꝙ plenitudo omnis gratiæ, & ſcientiæ animæ Chri ẽm ſe debebatur ex hoc ipſo, ꝙ erat a uerbi Dei aſſumpta, & iõ abſolute oẽm plenitudinẽ ſapientiæ, & grãæ Chrs aſſumpſit: ſed defectus nr̃os diſpenſatiue aſſumpſit, vt ꝓ pctõ nr̃o ſatisfaceret, nõ qa ei ẽm ſe competerent, & ideo oportuit, ꝙ omnes aſſumeret, ſed ſolum illos, qui ſufficiebãt ad ſatiſfaciendum pro peccato totius humanæ naturæ.

AD III dcdm, ꝙ mors in oẽs hoĩes deuenit ex pctõ primi parentis, nõ ãt quidam alii defectus, licet ſint morte minores. Vnde non eſt ſimilis ratio.

¶ Sed quia hęc reſponſio dicta ſm eundem contextum ſeparat, dum ignorantiam ut exemplum, pronitatem uero ad malũ, & difficultatem ad bonum oĩe interpretatur, aliter dicitur, ꝙ per ignorantiam hic intelligitur copulatiu corporales cauſatiua ignorantię, naſcuntur ſi quidem aliqui inepti ad ſcientiam ſicut alii inclinati ad iram; & huiuſmodi.

¶ Sed hoc minus cõſonat lrę, diuidẽti contra defectus repugnantes perfectioni ſcientiæ, uel gratię, defectus corporis ſpeciales: cũſtat ãt has complexiões exhorbitantes a temperantia humanæ neceſſitatis, inter ſpeciales cõmputari defectus. Vnde dcdm eſt, ꝙ ignorantia duplicitèr ſumi poteſt, uel ſm ſe, & ſic eſt defectus non corporis, ſed animæ, ſicut ſciẽtia ſibi contraria, n. circa idẽ nata ſunt fieri, uel ſecundũ ſuã cauſam occaſionalẽ communem toti naturæ humanæ, & ſic eſt defectus tenens ſe ex parte corporis, quoniam ex hoc ipſo, quòd anima ſic ĩ corpore, non recipit influxum ſcientiæ a ſuperioribus, & manet ignorans, ſi non intuetur ſignum ſtatim, q a corpore ſeparatur anima, perficit̃ ſcientia infuſa a ſuperioribus. Chriſtus autem licet ſuſcepit animam in corpore, non ſuſcepit tamen defectum ſcientiæ concomitantem animam ex hoc quòd ſit in corpore, quoniam ab initio eius anima repleta eſt, & beata & infuſa ſcientia, ut patet ex antedictis. Et ideo inter defectus corporis, hoc eſt ſe tenentes ex parte corporis comp̃utata eſt hoc in loco ignorantia.

Lib. I. orth. fid. c. 14. & fin. & li. 3. c. 20.

¶ In reſponſione ad ſecundum perſpicaciter nota, ꝙ animæ Chriſti ſecundum ſe debebatur plenitudo omnis gratiæ, & ſcientiæ, ex hoc ipſo ꝙ erat aſſumpta a Verbo: eſt enim hoc ſumptum ex Ioann. I. Vidimus eum plenum gratiæ, & veritatis, quaſi unigeniti a Patre. Et docemur ex hoc non ſolum differentiam inentam in litera inter ſcientiam, ac gratiam, & defectus, quòd illæ debebantur animæ Chriſti ſecundum ſe, hoc eſt ob propriam perfectionem, iſti uero ſolum propter aliud, hoc eſt ſatisfactionem, & exemplaritatem & c. ſed etiam quòd non ſunt duo miracula, gratia unionis, & gratia uirtutum in anima Chriſti: ſed ſicut in naturalibus generans dat una generatione formam, & conſequentia ad formam, ita in myſterio incarnationis, aſſumens dat gratiæ, & ſcientiæ plenitudinem, ut conſequentia aſſumpt onem. Et propterea ſicut debentur genito concomitantia formam, debito naturali, ita debentur aſſumptæ animæ plenitudo gratiæ, & ſcientiæ, debito quaſi naturali, ſeu connaturalis ordinis ſupernaturalis: quippe eſt aſſumptæ ad ſũmx plenitudo gratiæ, & ſcientiæ.

SVPER QV. XV ART. I.
S. Bona. 3. ſ. d. 12. q. 1. ar. 2.
Scot. 3 ſ d 12. q. 1.
Ricca. 3. ſ. d. 12. q. 1.
Duran. 3 ſ. d. 12. q. 2.
Ca. 3. d. 12. q. 1. con. 1. & 2.
Meanna. ar 3.

Titulus clarus eſt. In corpore eſt unica concluſio rñſiua quæſito: Chrs nullo mō aſſumpſit defectū pcti. Probat: Defect⁹ aſſumpti a Chriſto ſunt aſſumpti ad. tria, hoc eſt, ad ſatiſfaciendū p natura humana: ad cōpbandā ſuā humanitatē, & exēplū virtutis: ſed defect⁹ pcti ad nihil horū ualet. ergo Maior patet ex primo arti. pcedētis qōnis. Minor ſingillatī quo ad ſigulas partes clare pbat in lra, ita ut nō ſit opus exponere.

QVAESTIO XXV.

De defectibus animæ, à Chriſto aſſūptis in decem articulos diviſa.

DEINDE conſiderandum eſt, de defectibus pertinētibus ad animam.

Et circa hoc quæruntur decē.

¶Primo vtrum in Chro fuerit peccatum.

¶Secundo, vtrum in eo fuerit fomes peccati.

¶Tertio, vtrum in eo fuerit ignorantia.

¶Quarto, vtrū anima eius fuerit paſſibilis.

¶Quinto, vtrum in eo fuerit dolor ſenſibilis.

¶Sexto vtrū ī eo fuerit triſtitia

¶Septimo, vtrum in eo fuerit timor.

¶Octauo, vtrum in eo fuerit admiratio.

¶Nono, vtrum in eo fuerit ira.

¶Decimo, vtrum ſimul fuerit viator, & comprehenſor.

ARTICVLVS I.

Vtrum in Chriſto fuerit peccatum.

Perr. e. 96.
Inf. q. 31. a. 7. & 3 d. 3. q. 1. cor. fi & d. 12. q. 1. cor. fi. & quo. 4. q. 11. ar. 1.

AD PRIMVM ſic pced. ī. Vr̄ q in Chro fuerit pctm̄. Dr̄. n. Pſ. 21. Deus Deus meus reſpice in me, quare me dereliquiſti, longe a ſalute mea verba delictorū meorū: ſed hæc uerba dñr ex pſona ipſius Chriſti, ut patet ex hoc, q ipſe ea in cruce ptulit. ergo uidetur quòd in Chriſto fuerit delicta.

¶2 Præt. Ro. 5. dicit Apoſt. q in Adā oēs peccauerunt, quia. ſ. in eo originaliter fuerunt: ſed Chrs ēt originaliter fuit in Adā. ergo in eo peccauit.

¶3 Præt. Apoſt. dicit Heb. 2. q i eo, ī quo Chrs eſt, & tentatus, potens eſt, & his, qui tentatur, auxiliari: ſed maxime indigebamus auxilio eius contra pctm̄. ergo videtur q in eo fuerit peccatum.

¶4 Præt. Secundæ ad Cor. 5. dr̄ q Deus eum, q nō nouerat peccatum ſ. Chriſtum, pro nobis peccatum fecit: ſed illud uere eſt, quod a Deo factū eſt ergo in Chriſto uere fuit peccatum.

Ca. 11. ſ 6 10. 3. ¶5 Præt. Sicut Aug. dicit ī li. de Agone Chriano, in hoie Chro ſe nobis ad exēplū uitæ pbuit filius Dei: ſed hō idiget exēplo nō ſolū ad recte uiuēndū, ſed ēt ad hoc, q peniteat de pctis. ergo vr̄, q in Chriſto debuerit eſſe peccatum, ut de peccatis peniitendo, penitentiæ nobis daret exemplum.

SED CONTRA eſt, quòd ipſe dicit Ioan. 8. Quis ex vobis arguet me de peccato?

Ar. 1. & 2. huius q. RESP. dcēdm, q ſicut ſupra dictum eſt, Chrs ſuſcepit defectus noſtros, ut pro nobis ſatisfaceret, & ut ueritatē humanæ naturæ cōprobaret, & ut nobis fieret exemplū uirtutis: ſm quę tria manifeſtum eſt, q defectum peccati aſſumere nō debuit. Primo quidem, quia pctm̄ nihil operatur ad ſatiſfactionem, quin immo uirtutem ſatisfactionis impedit: quia ut dr̄ Eccl. 34. dona iniquorū non probat Altiſſimus. Silr ēt ex pctō nō demonſtrat ueritas humanę naturę, quia pctm̄ non pertinet ad humanam naturā, cuius Deus eſt cā. ſed magis eſt contra naturā, p ſeminationē diaboli introductū ut Dam. dicit. Tertio, peccando exēplū uirtutis præbere non potuit, cum pctm̄ contrarietur uirtuti. Et iō Chriſtus nullo modo aſſumpſit defectū pcti, nec originalis, nec actualis, ſm illud q dicitur 1. Petri. 2. Qui peccatum non fecit. *Li. 2. c. 30. & li. 3. ca. 20. concl.*

AD PRIMVM ergo dcēdm, q ſicut Dam. dicit in 3. li. dupliciter dr̄ aliqd de Chro, uno mō ſm proprietatē nālem, & hypoſtaticam, ſicut dr̄ q Deus factus eſt homo, & q paſſus ē pro nobis, alio mō, *Li. 3. orth. fi. c. 25.*
G ſm proprietatē perſonalē, & habitualē, prout ſ. aliqua dñr de ipſo in perſona noſtra, quæ ſibi ſm ſe nullo modo conueniunt. Vnde & inter ſeptem regulas Ticonii, quas Aug. ponit in 3. de doctr. Chriſtia. prima ponitur de Dño, & eius corpore, cum ſ. Chriſti, & eccleſiæ una perſona æſtimatur. Et ſm hoc Chriſtus ex perſona membrorum ſuorum loquens dicit, Verba delictorum meorū, non quòd in ipſo capite delicta fuerint. *Li. 3. c. 31. to. 3.*

AD II dcēdm, q ſicut dicit Aug. 10. ſup Ge. ad liam, non oī mō Chrs fuit in Adā, & in aliis patrib. quo nos, ibi fuimus. Nos. n. fuimus in Adam *Lib. 10. c. 19. & 20. to. 3.*
H ſm ſeminalē rōem, & ſm corpulentā ſubſtantiā: quia. ſ. ut ipſe ibidē dicit, cū ſit in ſemine & viſibilis corpulentia, & inuiſibilis rō, vtrumque currit ex Adā: ſed Chrs viſibilē carnis ſubſtātiā de carne virginis ſumpſit. rō vero conceptionis eius nō a ſemine virili, ſed longe aliter, ac deſup uenit. Vñ nō fuit in Adam ſm ſeminalem rōnem, ſed ſolum ſm corpulentam ſubſtantiā. Et ideo Chriſtus non accepit actiue ab Adam humanā naturā, ſed ſolū materialiter: actiue uero a Spirituſancto: ſicut & ipſe Adā materialiter ſūpſit corp⁹ ex limo terrę, actiue āt a Deo. Et pp hoc Chriſtus nō peccauit in Adam, in quo fuit ſolum ſm materiam.
I

AD III. dcēdm, q Chriſtus ex ſua tentatione, & paſſione nobis auxiliatus eſt pro nobis ſatiſfaciēdo: ſed pctm̄ nō cooperatur ad ſatisfactionē, ſed magis ipſam impedit, ut dictum eſt. Et ideo non oportuit, q pctm̄ in ſe haberet, ſed omnino eſſet purus a peccato: alioquin pęna, quam ſuſtinuit, fuiſſet ſibi debita pro proprio peccato. *In cor. ar. & q. 4. a. 6 ad 2.*

AD IIII dcēdm, q Deus fecit Chriſtū pctm̄, nō quidem ue ſe pctm̄ haberet: ſed q fecit eū hoſtiam pro pctō: ſicut & Oſeę. 4. dr̄. Peccata populi mei comedent. ſ. Sacerdotes, qui ſm legē comedebant hoſtias pro pctō oblatas. Et ſm hunc modum dr̄ Iſa. 53. q Dominus poſuit in eo iniquitatem omnium: quia ſ. eum tradidit, ut eēt hoſtia pro peccatis omnium hominum. uel fecit eū peccatum, id eſt, habentem ſimilitudinem carnis peccati, ut dr̄ Rom. 8. & hoc propter corpus paſſibile, & mortale, quod aſſumpſit.
K

AD V dcēdm, q pœnitens laudabile exemplum dare poteſt, non ex eo q peccauit, ſed in hoc q voluntarie pęnam ſuſtinet pro peccato. Vñ Chrs dedit maximum exemplum pęnitentibus, dū non pro peccato proprio, ſed pro peccatis aliorum voluit pœnam ſubire.

ARTI-

ARTICVLVS II.

Vtrum in Chriſto fuerit fomes peccati.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quod in Chriſto fuerit fomes peccati, Ab eodem enim principio deriuatur fomes peccati, & paſſibilitas corporis, ſiue mortalitas, ſcilicet ex ſubtractione originalis iuſtitiæ, per quam ſimul inferiores vires animæ ſubdebantur rationi & corpus animæ: ſed in Chriſto fuit paſſibilitas corporis, & mortalitas. ergo etiam in eo fuit fomes peccati.

¶ 2 Præt. Sicut Dam. dicit in 3. li. Beneplacito diuinæ uoluntatis permittebatur caro Chriſti pati, & operari, quæ propria: ſed proprium eſt carni, ut concupiſcat delectabilia ſibi. Cum igitur nihil aliud ſit fomes, quam concupiſcentia, ut dicitur in gl. Rom. 7. uidetur quòd in Chriſto fuerit fomes peccati.

¶ 3 Præt. Ratione fomitis peccati, caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, ut dicitur Gal. 5 Sed tanto ſpiritus oſtenditur fortior & magis dignus corona, quanto magis ſuperat hoſtem, ſcilicet concupiſcentiam carnis, ſecundum illud 2. ad Tim. 2. Non coronabitur niſi, qui legitime certauerit. Chriſtus autem habuit fortiſſimum, & uictorioſiſſimum ſpiritum, & maximæ dignum corona, ſecundum illud Apoc. 6 Data eſt ei corona, & exiuit uincens, ut uinceret. uidetur ergo quod in Chriſto maxime debuerit eſſe fomes peccati.

SED CONTRA eſt, quod dicitur Mat. 1. Quod in ea natum eſt, de Spiritu ſancto eſt: ſed Spiritus ſanctus excludit peccatum, & inclinationem peccati, quæ importatur nomine fomitis. ergo in Chriſto non fuit fomes peccati.

RESP. dicendum, quod ſicut ſupra dictum eſt, Chriſtus perfectiſſime habuit gratiam, & omnes uirtutes. Virtus autem moralis, quæ eſt in rationali parte, animæ, eam facit eſſe rationi ſubiectam, & tanto magis, quanto perfectior fuerit uirtus: ſicut temperantia concupiſcibilem, & fortitudo, & manſuetudo iraſcibilem, ut in 2. par. dictum eſt, ad rationem autem fomitis pertinet inclinatio ſenſualis appetitus in id, quod eſt contra rationem. Sic igitur patet, quod quanto uirtus in aliquo fuerit magis perfecta, tanto magis in eo debilitatur uis fomitis. Cum igitur in Chriſto fuerit uirtus ſecundum perfectiſſimum gra-

A dum conſequens eſt, quod in eo fomes peccati non fuerit, cum etiam iſte defectus non ſit ordinabilis ad ſatisfaciendum: ſed potius inclinet ad contrarium ſatisfactioni.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod inferiores uires pertinentes ad ſenſibilem appetitum, naturaliter ſunt obedibiles rationi: non autem uires corporales, uel humorum corporalium, uel etiam ipſius animæ uegetabilis, ut patet in 1. Eth. Et

B ideo perfectio uirtutis, quæ eſt ſecundum rationem rectam, non excludit paſſibilitatem corporis, excludit autem fomitem peccati: cuius ratio conſiſtit in reſiſtentia ſenſualis appetitus ad rationem.

AD II dicendum, quod caro naturaliter concupiſcit id, quod eſt ſibi delectabile concupiſcentia appetitus ſenſitiui: ſed caro hominis, qui eſt animal rationale, hoc concupiſcit ſecundum modum, et ordinem rationis, et hoc modo caro Chriſti concupi-

C ſcentia appetitus ſenſitiui naturaliter appetebat eſcam, et potum, et ſomnum, & alia, quæ ſecundum rectam rationem appetuntur, ut patet per Dam. in 3. li. Ex hoc autem non ſequitur, quod in Chriſto fuerit fomes peccati, qui importat concupiſcentiam delectabilium, præter ordinem rationis. Li. 3. orth. fi. c. 14.

AD III dicendum, quod fortitudo ſpiritus aliqualis oſtenditur, ex hoc, quod reſiſtit concupiſcentiæ carnis ſibi contrarianti: ſed maior fortitudo ſpiritus oſtenditur, ſi per eius uirtutem totaliter caro comprimatur, ne contra ſpiritum concupiſcere poſſit. & ideo hoc competebat Chriſto, cuius ſpiritus ſummum fortitudinis gradum attigerat. Et licet non ſuſtinuerit

D impugnationem interiorem ex parte fomitis, ſuſtinuit tamen exteriorem impugnationem ex parte mundi, & diaboli, quos ſuperando uictoriæ coronam promeruit.

SVPER QVAE. XV. ART. II.

Cap. 3. d. 12. q. 1. con. 1. & 2.

Medina. ar. 2.

Porret. o: 98

Inf. q. 27. a. 3. c & ad 1. & 3. d. 17 a. 1. q. 2. ad 4. & opu. 3. c. 232.

IN titulo fomes peccati importat inclinationem appetitus ſenſitiui in id, quod contrariatur rectæ rationi, puta, in ſuperfluam delectationem, in exceſſiuam cupiditatem, & ſimilia.

¶ In corpore una eſt concluſio reſponſiua quæſito: in Chriſto non fuit fomes peccati. Probatur dupliciter, primo ſic, Virtus moralis facit rationalem partem animæ, in qua eſt, rationi eſſe ſubiectam, & tanto magis, quanto perfectior fuerit. ergo quanto uirtus in aliquo fuerit magis perfecta, tanto magis in eo debilitatur uis fomitis. ergo in Chriſto non fuit fomes peccati. Antecedens declaratur, in temperantia, & manſuetudine. Prima conſequentia probatur, quia ad rationem fomitis pertinet inclinatio appetitus ſenſualis in id, quod eſt contra rationem. Secunda uero, quia in Chriſto fuit uirtus ſecundum perfectiſſimum gradum: quod probatur, quia Chriſtus perfectiſſime habuit gratiam, & omnes uirtutes morales. Secundo, probatur concluſio principalis, quia iſte defectus non eſt inordinabilis, ad ſatisfaciendum: ſed potius inclinat ad contrarium ſatisfactionis. ergo non debuit aſſumi a Chriſto. Et patet ſequela ex præcedentibus.

Li. 3. orth. fid. c. 15. a med. & ca. 14.

¶ Occurrit hic dubium, quia ſecundum primam rationem in litera allatam, ſequitur, quod non ſolum in Chriſto, ſed etiam in puris hominibus puta, Ioan. Baptiſta, non fuerit fomes peccati, quia in ipſo a principio fuerunt uirtutes perfectæ: non ſolum in habitu, ut ſunt in pueris baptizatis, ſed in exercitio, cum fuerit tantæ perfectionis, ut iuſtitia appellatus ſit, ut dicit Glo. in uerbo, Iuſtitia, ubi ſcriptum eſt iuſtitia ante eum ambulabit.

Q. 7. a. 2. & 9.

Alias irrationali.

1. 2. q. 56. art. 4.

¶ Ad hoc dicitur, quod differentia interalam Chriſti, & aliorum eſt, quod anima Chriſti eſt ſecundum quod etiam animæ in ſtatu innocentiæ, quantum ad elongationem a peccato. animæ uero reliquorum quamtumcunque ſanctificatorum in utero, in hac uita ſunt ſicut anima hominis, qui incidit in latrones. & non ſolum ſpoliatus eſt gratuitis, ſed uulneratus eſt in naturalibus, Et ideo in anima Chriſti ſecundum ſe ſola naturalis inclinatio partis ſenſitiuæ in bonum ſibi conſentaneum erat perpetuo ſubijcienda perfectæ rationi, ut nulla fomitis ratio maneret in eo: in alijs autem non ſolum eſt naturalis inclinatio partis ſenſitiuæ in bonum ſibi conſonum, ſed talis inclinatio eſt uulnerata. Et propterea non ſufficit in alijs ad tollendum fomitem, perfectio uirtutum: ſed ſpeciale eſt opus gratiæ, ſic ſanante, ut extinctus ſit fomes peccati, quod ſoli B. Virgini in hac uita conceſſum credimus. Non ſequitur igitur ex proceſſu literæ, quod perfectio uirtutum regulariter tollat fomitem, ſed quod perfectio uirtutum in Chriſto infert in ipſo, non fuiſſe fomitem.

Conſtat.

Li. 1. Eth. c. ultimo 3.

ARTICVLVS III.

Vtrum in Chriſto fuerit ignorantia.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur quod in Chriſto fuerit ignorantia. Illud enim uere fuit in Chriſto, quod ſibi competit ſecundum humanam naturam, licet ei non competat ſecundum diuinam, ſicut paſſio, &

E mors: ſed ignorantia conuenit Chriſto, ſecundum humanam naturam: dicit enim Dam. in 3. li. quod ignorantem, & ſeruilem aſſumpſit naturam, ergo ignorantia uere fuit in Chriſto.

¶ 2 Præt. Aliquis dicitur ignorans per notitiæ defectum; ſed aliqua notitia defuit Chriſto: dicit enim Apoſt. 2 ad Cor. 5. Eum, qui non nouit peccatum, pro nobis peccatum fecit. ergo in Chriſto fuit ignorantia.

SVP. QVAEST. XV. ART. III.

Medina. ar. 3.

Porr. o 97

3. d. 27. a. 1 q. 2. ad 3.

TItulus clarus eſt.

¶ In corpore una eſt concluſio: In Chriſto non fuit ignorantia. Probatur, Sicut in Chriſto fuit plenitudo gratiæ, & uirtutum, ita fuit plenitudo omnis ſcientiæ. ergo ſicut prima plenitudo excludit fomitem peccati, ita ſecunda excludit ignorantiam. ergo in Chriſto non fuit ignorantia prima conſequentia probatur, quia ignorantia opponitur plenitudini ſcientiæ: ſecunda, quia non fuit fomes peccati in Chriſto.

Li. 3. orth. fid. c. 2. in princ.

¶ In reſponſione ad tertium [illegible]

ſtum, aduerte nouitie, ꝙ trium expoſitio nū uerborū Iſaiæ, quæ in lſa ponunt, duæ primæ cōueniūt in hoc, q̄d ly Antequam puer ſciat, exponunt, antequam Deus fiat puer ſciēs, hoc eſt, antequā incarnet͂ hīs matrē, & patrē putatiuū. In hoc.n. ſenſu uerificat͂ tā Iſaīs expoſitio, ꝙ rex Aſſyriorū auferret ſpolia ante incarnationē filij Dei, quā ſpūalis, ꝙ filius Dei ante incarnationē inuocatis ſaluaret populū ſuū. Tertia aūt poſt incarnationē exponit ꝙ ly Ante, dicat ordinem tp̄is, ſm̄ ætatē infantilē Ieſu Chriſti.

Q.7.a.9.& q.9.ar.1.

¶3 Prę. Iſa. 8. dr̄,[h] Antequā ſciat puer vocare patrē ſuum, & matrem ſuam, auferetur fortitudo Damaſci. Puer aūt ille eſt Chriſtus. ergò in Chriſto fuit aliquarum rerum ignorantia.

Sed contra, Ignorantia ꝑ ignorantiā nō tollitur. Chr̄s āt ad hoc uenit, ut ignorātias noſtras auferret: uenit.n. ut illuminaret his, qui in tenebris, & in vmbra mortis ſedēt. ergo in Chriſto ignorantia non fuit.

Resp. Dcd̄m, ꝙ ſicut in Chriſto fuit plenitudo gratiæ, & virtutis, ita in ipſo fuit plenitudo oīs ſciæ, ut ex præmiſſis* patet. Sicut aūt in Chriſto plenitudo gratiæ, & uirtutis excludit fomitem peccati, ita plenitudo ſciētiæ, excludit ignorantiam, quæ ſcientiæ opponitur. Vnde, ſicut in Chriſto non fuit fomes peccati, ita non fuit in eo ignorantia.

Concl. n.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ natura a Chr̄o aſſumpta pōt dupliciter cōſiderari. Vno modo, ſm̄ rōnē ſuę ſpēi, & ſm̄ hoc dicit Dam. eā eſſe ignorantē, & ſeruilē. Vnde ſubdit, Nā ſerua quidem eſt hoīs natura eius, qui fecit ipſam, Dei.ſ. & non hēt futurorū cognitionē. Alio mō, poteſt conſiderari ſm̄ id, quod habet ex unione ad hypoſtaſim diuinā, ex qua habet plenitudinē ſciētiæ, & gratiæ, ſm̄ illud Io. 1. Vidimus eum quaſi unigenitum à Patre, plenum gratiæ, & veritatis, & hoc modo natura humana in Chriſto ignorantiam nō habuit.

Loco cita. in arg. 1.

Ad II dcd̄m quòd Chriſtus dicitur non nouiſſe peccatum, quia neſciuit per experientiam, ſciuit autem per ſimplicem notitiam.

Ad III dcd̄m, ꝙ loquitur ibi Propheta de ſciētia humana Chriſti Dicit.n. Antequā ſciat puer, ſ. ſm̄ humanitatem, uocare patrem ſuū, ſ. Ioſeph (qui pater eius fuit putatiuus,) & matrem ſuam, ſ. Mariam auferetur fortitudo Damaſci: quod non eſt ſic intelligēdū, quaſi aliq̄n fuerit hō, & hoc neſciuerit: ſed antequā ſciat, i. antequam fiat hō ſciam hūs humanā, auferetur. uel ad literā, fortitudo Damaſci, & ſpolia Samarię, ꝑ regē Aſſyriorū, uel ſpūaliter, q̄a nōdū natus, populū ſuū ſola inuocatione ſaluabit, ut gl.* Hier. ibi exponit. Aug. tñ ī ſermo,† de Epi. dicit hoc eſſe cōpletū in adoratione Magorū. Ait.n. Antequā ꝑ humanā carnē humana uerba proferret, accepit uirtutē Damaſci, ſ. diuitias, in quib. Damaſcus præſumebat: in diuitiis aūt principatus, auro deferē. Spolia uero Samariæ idē ipſi erāt: Samaria nāque pro idolatria ponit: illic.n. populus ad idola colēda cōuerſus eſt. Hæc igit͂ prima ſpolia puer idolatrię detraxit. Et hoc intelligit͂, antequam ſciat, ideſt, antequam oſtendat ſe ſcire.

Hier. ibi tomo 5.
Aug. I ſer. 4. q eſt 32. in ord. aute medio. 10.

Articvlvs IIII.

Vtrum animæ Chriſti fuerit paßibilis.

Ferret. o. 92.

Ad quartum ſic procedit͂. Vr̄ ꝙ anima Chriſti non fuerit paſſibilis. Nihil enim patitur
F niſi à[a] fortiori, quia agens præſtantius eſt patiente, ut patet ꝑ Aug. 12. ſuper Gen. ad literā, & per Philo. 3. de anima: † ſed nulla creaturæ fuit prēſtātior, q̄ anima Chriſti, ergo anima Chr̄i non potuit ab aliqua creatura pati, & ita nō fuit paſſibilis fruſtra.n. in ea fuiſſet potentia patiendi, ſi a nullo pati potuiſſet.

¶2 Præt. Tul. in li. * de Tuſculanis qōnib. dicit, ꝙ paſſiones aię
G ſunt q̄dā ęgritudines: ſed in aīā Chriſti non fuit aliqua ęgritudo: nā ægritudo aię ſeq̄tur peccatum, ut patet per illud Pſ. 40. Sana aīam meam, quia peccaui tibi. ergo in Chriſto nō fuerunt animæ paſſiones.

¶3 Prę. Paſſiones aiæ vīr idē eſſe cū fomite peccati, unde & Apoſt. Ro. 7. uocat eas paſſiones peccatorū: ſed in Chr̄o nō fuit fomes peccati, ut ſupra dictum
H eſt. † Ergo uī ꝙ nō fuerint in eo animæ paſſiones, & ita anima Chriſti non fuit paſſibilis.

Sed contra eſt, ꝙ i Pſ. 78. dr̄ ex perſona Chriſti, Repleta eſt malis aīa mea: nō quidē peccatis, ſed humanis malis. i. doloribus, ut gl.* ibi exponit. Sic ergo anima Chriſti fuit paſſibilis.

Resp. dcd̄m, ꝙ aīam in corpe cōſtitutam[d] dupliciter cōtingit pati. Vno modo, paſſione cor
I porali: alio modo, paſſione aīali. Paſſione quidem corporali patitur per corporis læſionem. Cū.n. aīa ſit forma corporis, cōſequens eſt ꝙ unum ſit eſſe aię, & corporis: & iō corpore perturbato per aliquam corporeā paſſionē, neceſſe eſt ꝙ anima ꝑ accidens perturbetur, ſ. quantū ad eſſe, quod habet in corpore. Quia[h] igit͂ corpus Chriſti fuit
K paſſibile, & mortale (vt ſupra habitum eſt*) neceſſe fuit ut et eius anima hoc modo, paſſibilis eſſet.[i] Paſſione aūt animali pati dicitur anima ſm̄ operationem, quę uel eſt propria animę, uel principalius eſt, animæ, q̄ corporis, & quàmuis etiam ſecundum intelligere, & ſentire dicatur hoc modo, anima aliquid pati, tamen ſicut in ſecunda parte dictum eſt, †[p] propriiſſime dicunt͂ paſſiones animę, affectiones appetitus ſenſitiui, q̄

SVPER QVAE. XV.

ART. IIII.

Alb. Mag. 3. diſtin. 15. art. 2.
... edina. ar. 4.

3. d. 15. q. 1 a. 2. q. 1. ad 2. & d. 15. q. 2. a. 1 q. 2 & 2. & d. 33 lit. Et opu. 3. ca. 48 Et op. 60. c. 5. Au. g. li. 12. c. 16. in medio, t. 3. Ariſt. 3. de ani. tex. 19. tom. 2.
Li. 4. in f. 3 a prin. li. & ſeq.

In titulo paſſibilitas, ut ſonat, ſumenda eſt.

¶ In corpore articuli duo fiunt Primo rn̄detur quæſito: ſecundo declaratur reſpōſio.

¶ Quoad primum, primo diſtinguit͂ de paſſione aię cōiunctæ corpori, uel corporali, uel animali,

¶ Secūdo, declarat͂ terminus primus quid.ſ. eſt animā pati paſſione corporali.

¶ Tertio, rn̄detur ſm̄ talē paſſionē quęſito vna concluſione: Aīa Chri fuit paſſibilis paſſione corpali. Probat͂ Corpus Chri fuit paſſibile, & mortale. ergo neceſſe fuit aiam eſſe paſſibilem. Patet cōſequentia ex terminis declaratis.

Art. 2. huius quæſt.

¶ Quarto, declarat͂ alter terminus, qd.ſ. eſt animā pati paſſione animali, & hic diſtinguitur, uel ꝑprie, uel propriiſſime.

¶ Quinto, rn̄det͂ iuxta talē paſſionem quęſito unica concluſione: Aīa Chriſti fuit paſſibilis paſſione animali. Probatur: Affectiones appetitus ſenſitiui fuerunt in Chriſto. ergo. Antecedens probatur dupliciter. primo, quia pertinent ad naturā hoīs: ſecundo, auctoritate Auguſt.

Aug. gl. in hoc luc. pſ. 87. to. 8.

D. 134.

¶ Quo ad ſm̄ declarat͂ ſecunda concluſio rn̄ſiua qualiter, & quales fuerint paſſiones animales in Chriſto. Et ponitur triplex dr̄ia ſm̄ triplicem modū, quo deordinantur paſſiones, uel ex parte obiecti, uel principij, uel effectus: ita quòd ſumma differentiæ conſiſtit inter paſſiones eſſe ordinatas, uel inordinatas. Et illæ quidem in hoc propoſito nocantur paſſiones, iſtæ autem propaſſiones. Et ideo, cum de Domino Ieſu Chriſto ſermo eſt (ne cuiuſquam aures offendamus,) animales paſſiones negamus, propaſſiones aūt affirmus in Chriſto fuiſſe. Hieronymum imitantes.

Q. 14. ar. ...

Concl. p.
P. 2. q. 22. ar. 2. & ꝑ ...

A in Chr̃o fuerũt, ſicut, & cętera, quæ ad nãm hois ꝑtinent. ¶Vñ Aug. dicit in 14 de ciu. Dei, ' Ipſe Dñs in forma ſerui uitã agere dignatus, humanitus adhibuit eas, ubi adhibẽdas eẽ iudicauit: neq;.n. in quo uerũ erat hois corp⁹, & ver⁹ hois anim⁹, falſus erat humanus effectus. Sciẽdũ tñ ẽ, ꝙ hmôi paſſiones aliter fuerũt i Chr̃o, q̃ in nobis quãtũ ad tria: primo qdẽ, quãtũ ad obiectũ, qa i nobis plerũ
B que hmôi paſſiões ferunẽ ad illicita, ꝙ i Chr̃o ñ fuit. Scd̃o, quãtũ ad principiũ, qa hmôi paſſiones frequẽter in nobis ꝓueniũt iudiciũ rõis: ſed in Chr̃o oẽs motus ſẽſitiui appetit⁹ oriebanẽ ſm̃ diſpoſitionẽ rõnis. Vñ Aug. dicit 14. de ci. Dei ', ꝙ hos motus certiſſimæ diſpenſationis grã, ita cũ voluit Chr̃us ſuſcepit aio humano ſicut cum voluit, fact⁹ eſt hõ. Tertio, quã
C tũ ad effectũ, qa in nobis qñq; hmôi motus nõ ſiſtũt in appetitu ſẽſitiuo, ſed trahũt rõnẽ, ꝙ i Chr̃o non fuit: qa motus nãliter humanæ carni cõuenietes, ſic ex eius diſpoſitiõe in appetitu ſẽſitiuo manebãt, q rõ ex his nullo mõ, ĩpediebaẽ facere, quę cõueniebãt. Vñ Hie. † dicit ſuꝑ Mat. ꝙ Dñs noſter, ut ueritatẽ aſſumpti probaret hois, uere qdẽ contriſtatus eſt: ſed ne paſ
D ſio in aio illius dominareẽ per propaſſionẽ dr̃ ꝙ cępit cõtriſtari, ut paſſio ꝑfecta itelligaẽ, qñ aio .i. rõi dñaẽ: propaſſio ãt, qñ eſt inchoata in appetitu ſenſitiuo, ſed vlterius non ſe extẽdit.

Ad primvm ergo dcd̃m, ꝙ aĩa Chriſti poterat qdẽ reſiſtere paſſionibus, ut ei non ſuperuenirent, præſertim uirtute diuina: ſed propria uoluntate ſe paſſionib. ſubiiciebat tam corporalibus quàm animalibus.

Ad ii dcd̃m, ꝙ Tullius ibi loquitur ſm̃ opinionem ſtoicorũ, qui non uocabant paſſiões quoſcumque motus appetitus ſenſitiui, ſed ſolũ inordinatos: tales autem paſſiones manifeſtum eſt in Chriſto non fuiſſe.

Ad iii dcd̃m, ꝙ paſſiões peccatorũ, ſũt mot⁹ appetitus ſẽſitiui i illicita tẽdẽtes, ꝙ nõ fuit in Chr̃o, ſicut nec fomes pc̃ti.

A **Articvlvs v.**

Vtrũ in Chriſto fuerit dolor ſẽſibilis.

Ad qvintvm ſic ꝓcedir. Vr̃ ꝙ in Chr̃o non fuerit verus dolor ſenſibilis. Dicit.n. Hila. in 10. de Tri. ' Cũ ꝓ Chr̃o mori ſit uita, quid ipſe i mortis ſacr̃o doluiſſe æſtimandus ẽ qui pro ſe morientib. uitam rependit? Et infra dicit †, Vnigenitus Deus holem verum, non deficiens a ſe Deo sũpſit: i quo
B q̃uis aut ictus incideret, aut vulnus deſcenderet, aut nodi cõcurrerẽt, aut ſuſpẽſio eleuaret, afferrẽt quidẽ hæc impetũ paſſionis, ᵇ nõ tñ dolorẽ paſſionis inferrent, nõ igiẽ in Chr̃o fuit uerus dolor.

¶2 Præt. Hoc proprium vr̃ eſſe carni in pc̃tõ conceptæ, ꝙ ᵇ neceſſitati doloris ſubiaceat: ſed caro Chriſti non eſt cum pc̃tõ cõcepta, ſed ex Spiritu ſancto i vtero virginali. nõ ergo ſubia-
C cuit neceſſitati patiẽdi dolorẽ.

¶3 Præt. Delectatio cõtẽplationis diuinorũ ᵇ diminuit ſẽſum doloris, vñ & Martyres in paſſionib. ſuis tolerabilius ſuſtinuerũt ex cõſiderõne diuini amoris: ſed aĩa Chr̃i sũme delectabaẽ in cõtẽplatione Dei, quẽ ꝑ eſſentiã videbat, ut ſupra dictum eſt. ' Non ergo poterat ſẽtire aliquem dolorem.

Sed contra eſt, ꝙ Iſ. 53.
D dr̃, vere dolores nr̃os ipſe tulit.

Resp. dcd̃m, ꝙ (ſicut patet ex his ', q̃ in 2. parte dicta ſũt) ad veritatẽ doloris ſenſibilis, req̃riẽ læſio corporis, & ſenſus læſionis Corpus ãt Chr̃i lædi poterat, qa erat paſſibile, & mortale, ut s̃. habitũ ẽ *. Nec defuit ei ſenſus lęſionis, cũ aĩa Chr̃i ꝑfecte haberet oẽs potẽtias nãles. Vñ ᵐ nulli dubiũ dẽt eẽ, qn
E in Chriſto fuerit verus dolor. ⁿ

Ad primvm ergo dcd̃m, ꝙ ĩ oibus illis uerbis, & ſimilibus, Hilarius a carne Chr̃i nõ ueritatẽ doloris, ſed neceſſitatẽ excludere intẽdit. Vñ poſt ꝓmiſſa verba ſubdit ', Neq;.n. cũ ſitiuit aut eſuriuit, aut fleuit, bibiſſe Dñs, aut mãducaſſe, aut doluiſ ſe monſtratus eſt: ſed ad demõſtrãdam corporis ueritatẽ, corporis conſuetudo ſuſcepta eſt, ita ita naturæ nr̃ę cõſuetudine,

Li. 14. c. 9. parũ ante medium co. 5.

tentes, dicentem de Chr̃i triſtitia, Nõ paſſio, ſed propaſſio eſt.

SVPER QV. XV. ART. V.

S. Bona. 3. ſ. d. 16. q. 2. ar. 2.
Scot. 3. ſ. d. 18. q. 2.
Riccar. 4. ſ. d. 15. q. 2.
Duran. 3. ſ. d. 18. q. 3.
Ca. 3. d. 15. q. 1. con. 2.
Palud. 3. d. 15. q. 2.
Medina. ar. 5.

Concl. ſ

Titulus clarus eſt. ſ lo corpore vnica concluſio: in Chr̃o fuit uerus dolor. Probatur. In quo eſt lęſio corporis, & ſenſus læſionis, eſt dolor ſenſibilis: ſed in Chriſto fuit utrumque. ergo. Probatur minor quo ad primum, quia corpus Chriſti erat paſſibile, & mortale, Quo ad ſm̃ uero, quia anima Chriſti perfecte habuit omnes potentias naturales.

Li. 14. c. 9. parũ ante medium co. 5.

¶ Nota nouitie, ꝙ illa duo in litera polita requiſita ad dolorẽ, nõ ſunt doloris partes, ſed cauſæ ſufficiẽtes. Dolor itaque nec eſt læſio, nec perceptio læſionis: ſed eſt paſſio appetitus ſenſitiui conſurgens ex corporis læſione percepta ſenſu: nam quantumcumq; corpus lęderetur flagello, clauo, uel gladio, ſi non perciperetur, non conſurgeret dolor, ut patet cum lędũtur hi, qui patiuntur ecſtaſim. Et ruſſus quantumcunque corpus lædatur, & læſio percipiaẽ intellectu, uel imaginatione, ſi non ſentitur, non ſequtur dolor, ut patet in ijs, qui calidis adhuc plagis ſuperlædũtur. Illi enim magnã læſionẽ patiẽtes uix dolent, quia fere illaſo non ſentiunt, perturbato organo tactus, quam tamen cognoſcunt eſſe magnã corporis læſionẽ. Ex hoc enim ꝙ quantitas doloris iuxta quantitatem ſenſationis conſequitur, habetur, quòd dolor abſolute ſenſationem abſolute læſionis corporis conſequitur, ita quòd ſi nullus eſſet lęſionis ſenſus, nullus eſſet dolor.

Cap. 26. in Matt. ſuꝑ illud Cępit triſt. co. 9.

Loco citato 1 arg. 2.

¶ In reſponſione ad primum, dubium oc-

curit ad holem, quia Auctor ſuperius in q. 14. a. 3. ad ſecundum dixit compoſitionem ex cõtrariis eſſe cãm remotam: pc̃tm̃ vero cauſam proximam mortis, & aliorũ defectuum natura humana: nunc uero dicit peccatum eẽ cauſam primam, & compoſitionem ex cõtrariis eſſe cauſam propinquam horum defectuum. Quomodo ſtant hæc ſimul?

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ prius dicta uerificantur, referendo cauſas defectuum ad naturã humanam: hic autẽ dicta verificantur, referendo eaſdem ad ſingulos filios Adæ. Nã ſi ad naturam ĩſpectes humanam, inuenies compoſitionem ex contrariis cauſam eẽ mortis, & defectuum remotam, quia impediebatur a ſuperueniente originali iuſtitia, ut in ſuum nõ poſſet effectum, ac per hoc peccatum tollens originalem iuſtitiam prohibentem defectus, ſit mortis, & defectuum proxima cauſa non poſitiue (ut compoſitio ex contrariis) ſed remouendo prohibens & hoc ſuperius Auctor docuit. Si uero ad ſingulos filios Adę ſpectes, inuenies, peccatum eſſe cauſã primam (utpote uniuerſalem cauſam in ſuo ut dictum eſt, ordine, ſed ut remouens rem. prohibens), compoſitionem, autem ex contrariis in hoc hole eẽ ꝓpiquã cãm mortis, & defectuum, qa hæc ſola ſufficit ad cãndam mortẽ. & defect⁹ corporales. Sed qm̃ tam cõpoſitio ex contrariis, q̃ pc̃tm̃ eſt cã vniuerſalis abſolute, & particularis i hoc id aliter dr̃, ꝙ prius dictũ, verũ eſt quo ad ipſas cãs: nunc uero dictũ uerum eſt quo ad executiones ipſarũ cãrũ. Nã ſi ad cõpoſitionem ex contrariis & pc̃tm̃ ſpectem, inuenitur compoſitio potior, & peccatũ tollens ſuperuenientẽ iuſtitiam, inuenitur poſterior cauſa, & hoc ſuperius docuit Auctor dicẽs compoſitionem remotam,

Porret. c. 74

I nf. q. 64. a. 6 c. Et 3. di. 15. q. 2. a. 3. q. 1. Et ve. q. 26. a. 8. cor. ſi, & ad 5. Et o. 3. c. 239.

* Hil. li. 10 in 2. fol. a. prio. li.

Lib. 10. de trini. aote med. li.

Q. 9. art. 2.

P. 2. q. 35.

Q. 14. ar. 2.

Concl. m

Loco citato in arg.

moꝛtē, pct̄m uero proximā cām. Si āt ſpectemus ad executiões cālitatū vtriuſq; inuenim⁹ pct̄m eſſe priorem cām, qa prius pct̄m ſuſtulit iuſtitiā ꝓhibentē mortem, & defectus, & deide cõpoſitio ex contrariis intulit defect⁹ & mortē. & iõ Auctor hic dicit pct̄m eſſe primā cām mortis, & defectuū qa ab ipſo incepit mors, & defect⁹ nis, cõpoſitio āt dr̄ eē propinqua, quia compoſitio ex contrariis poſt pct̄m executa eſt opõnē ſuā, qua mortē, defectuſq; intulit. Et hæc ē uera expoſitio horum dictorum.

Q. 14. ar. 1 & at. 5. ad 2.

Li. 10. de Trin. ante me. illius.

cõſuetudini ſit corporis ſatisfactū, uel cū potū, & cibū accepit ñ ſe neceſſitati corporis, ſed cõſuetudini tribuit, & accepit neceſſitatē ꝑ cõparõnē ad cauſā primā horū defectuū, q̄ ē pct̄m, ut ſ̄. dictū eſt, † ut ſ̄ea rõe dicat caro Chr̄i nõ ſubiacuiſſe neceſſitati horū defectuū, qa nõ fuit in ea pct̄m. Vñ ſubdit * Habuit .n. ſ. Chr̄s, corpus, ſed originis ſuæ ꝓpriū, neq; ex vitiis humanæ conceptionis exiſtēs, ſed in forma corporis nr̄i, virtutis ſuę ptāte ſubſiſtens. Quantū tñ ad cām ꝓpinquā horū defectuū, q̄ eſt cõpoſitio contrariorū, caro Chr̄i ſubiacuit neceſſitati horū defectuū, ut ſupra dictū eſt.

Q. 14. a. 1.

Ad II dcd̄m, ꝙ caro in pctõ concepta ſubiacet dolori, non ſolū ex neceſſitate nāliū pricipiorū, ſed ēt ex neceſſitate reatus pcti. Quæ quidē neceſſitas in Chriſto non fuit: ſed ſolum neceſſitas naturalium principiorum.

Q. 14. ar. 1 ad 2.

Ad III dcd̄m, ꝙ ſicut ſ̄. dictū eſt, * uirtute diuinitatis Chr̄i diſpēſatiue, ſic beatitudo in aīa continebat̃, ꝙ nõ deriuabat ad corpus, ut eius paſſibilitas, & mortalitas tolleret̃. Et eadē rõe delectatio cõtēplatiõis, ſic retinebat̃ i mēte, ꝙ ñ d̃riuabat̃ ad uires ſēſibiles, ut ꝑ hoc dolor ſēſibilis excluderet̃.

SVPER QVAE. XV. ART. VI.

Perret. o

95

Alb. Mag. 3. d. 15. a. 6

Inf. q. 46. ar. 2. Et 3. d 15. q. 2. art. 3. q. 3. corp. & ad 5. Et op. 3 c. 239.

Titulus clarus eſt. ¶ In corpore vnica eſt concluſio reſpõſiua q̄ſito. Sicut I Chr̄o potuit eē uer⁹ dolor, ita potuit in eo eſſe verā triſtitia. Probat̃. Anima Chr̄i potuit aliquid apphendere interi⁹ ut nociuū. ergo potuit in eo eſſe vera triſtitia, ſicut, & uerus dolor. Añs manifeſtatur, qa & quantū ad ſe, & quantū ad alios potuit apphendere aliquid ut nociuū, vt patet in exēplis. Conſequentia uero probatur ex ꝙ quid eſt triſtitiæ, & doloris, & ex una cõi utriuſq; in Chr̄o: aſſignat̃ ſiq̄dē vtriuſq; q̄ddítas ex eſſentiali conuenientia, & dr̄ia vtriuſque. Ex hoc namq; ꝙ cõueniūt in hoc, ꝙ ſūt una paſſio appetit⁹ ſēſitiui, conſiſtens in repſitatione mali pſentis, & differunt penes obiectū (qa doloris obiectū eſt malū corporis pſens, ſenſu tact⁹ pceptū, triſtitiæ āt malū pſens interi⁹ ꝑceptū) iuncto hīs, ꝙ eā doloris paſſibilis i

Li. 7. et. c. 13. & 14 to. 5.

Li. 14. c. 6. in me. to. 5.

ARTICVLVS VI.

Vtrum in Chriſto fuerit triſtitia.

AD SEXTVM ſic ꝓceditur. Vr̄ ꝙ in Chiſto non fuerit triſtitia. Dr̄. n. de Chr̄o Iſ. 42 Nõ erit[h] triſtis, nec turbulentus.

¶ 2 Præ. Prou. 12. dr̄. Nõ[h] contriſtabit iuſtū q̄cq̄d ei acciderit. Et huius rõnem Stoici aſſignabant, qa nullus triſtat̃ niſi de amiſſione ſuorū bonorū: iuſt⁹ āt ñ reputat bona ſua niſi iuſtitiā & virtutē, quas ñ p̄t amittere, alioq̄n ſubiiceret̃ iuſtus fortunę ſi pro amiſſione bonorū fortunę triſtaret̃: ſed Chr̄s fuit maxime iuſt⁹, ſ̄m illud Hie. 23. Hoc ē nomē ꝙ vocabūt eū Dñs iuſtus noſter ergo i eo ñ fuit triſtitia.

¶ 3 Præ. Phi. dicit in * 7. ethic. ꝙ [h] oīs triſtitia ē malū, & fugiēdū ſed nullū malū fuit in Chriſto. ergo in Chr̄o non fuit triſtitia.

¶ 4 Præ. Sicut Aug † dicit 14. de ciui. Dei: triſtitia eſt de his, [h] q̄ nobis nolētib. accidūt: ſꝫ nihil paſſus ē Chr̄s cõtra ſuā volūtatē: dr̄. n. Iſ. 53. Oblatus ē, qa uoluit. ñ ergo i Chr̄o fuit triſtitia.

SED CONTRA eſt, ꝙ dicit Dñs Mat. 26. Triſtis eſt aīa mea uſq; ad mortē. & Amb. dicit in 3. de Trin. Vt homo triſtitiam habuit, ſuſcepit enim triſtitiam meam confidenter: triſtitiā nomino qui crucem prædico.

Li. 2. de fi. de ad Gra. ca. 2. poſt me. to. 2.

RESP. Dcd̄m, ꝙ ſicut dictum eſt, † delectatio diuinæ contemplationis, ita ꝑ diſpenſationem diuinæ virtutis retinebat̃ i mēte Chr̄i, ꝙ non deriuabat̃ ad uires ſenſitiuas, ut ꝑ hoc dolor ſēbilis excluderet̃. Sicut āt dolor ſenſibilis eſt in appetitu ſēſitiuo, ita, & triſtitia: ſed ē dr̄ia ſ̄m motiuū, ſiue obiectū: nā obiectū, & motiuū doloris, ē læſio, ſenſu tactus ꝑcepta: ſicut cū aliq̄s vulnerat̃. Obiectum āt & motiuū triſtitiæ, eſt nociuū, ſeu malū interius apprehenſū ſiue ꝑ rõem, ſiue per imaginationē (vt in 2. parte habitū ē *) ſicut cū aliquis triſtat̃ de amiſſione glīæ uel pecuniæ. Potuit āt aīa Chr̄i interius apprehendere aliquid ut nociuū, & quātū ad ſe, ſicut paſſio, & mors eius fuit, et quantū ad alios, ſicut pct̄m diſcipulorū, uel ēt iudæorū occidentiū ipſū. Et iõ * ſicut in Chriſto potuit eſſe uerus dolor, ita potuit in eo eſſe uera triſtitia, alio tamen modo, quàm in nobis, ſecundū illa tria, quę ſupra aſſignata ſunt, * cum communiter de paſſionibus animæ Chriſti loqueremur.

Ar. 5. & ad 3.

P. 2. q. 35 ar. 2.

Ar. 4. hu⁹ quæſt.

Chr̄o fuit diſpēſatio diuinæ uirtutis, retinens in parte ſuperiori, q̄ erat gloriæ, ut pars ſenſitiua ꝓpria dolendo exeq̄ poſſet clare ſeq̄t̃ ꝙ ſicut in Chr̄o potuit eſſe uer⁹ dolor, ita, & uera triſtitia. Et ly Sicut, mõſtrat ñ ſolū ſimilitudinē. ſeu conuenientiā in eā ꝓpria Chr̄o ſed & in ꝓportionali rõe definitiua utriuſq;, & in mõ eēi oībus in Chr̄o paſſionibus. ſ. ꝑ modū ꝓpaſſiõis: de quo mõ ſubdit, I lſa remittēte ſe ad dicta i ar. 4. huiuſmet quæſtionis.

¶ In rñſione ad ſc̄m memēto nouitie numeri principaliū paſſionū. ſ. ſpei, ſeu cupiditatis, delectatiõis, timoris. & triſtitię, & intelliges quare ad has quatuor ſpectant Stoici.

AD PRIMVM ergo dcd̄m, ꝙ triſtitia remonetur à Chr̄o ſ̄m paſſionē pfectam, fuit tñ in eo initiata ſ̄m propaſſionem. Vnde dr̄ Matth. 26. Cœpit contriſtari, & mœſtus eſſe. Aliud. n. eſt contriſtari, aliud incipere contriſtari, ut Hier. † ibidē dicit.

Hiero. in Matt. 26. to. 9.

AD II dcd̄m, ꝙ ſicut Aug. dicit in 14. de Ciui. Dei *, pro tribus perturbationibus, ſ. cupiditate, lętitia, & timore, & Stoici tres eupathias, ideſt, bonas paſſiones, in animo ſapientis poſuerunt, ſ. pro cupiditate uoluntatem, pro lætitia, gaudium, pro metu, cautionem: ſed pro triſtitia negauerunt aliquid poſſe eſſe in animo ſapientis, quia triſtitia de malo eſt, quod iam accidit: nullū āt malum exiſtimant poſſe accidere ſapienti. & hoc ideo eſt, quia non credebant aliquid eē bonū niſi honeſtū, ꝙ homines bonos facit: nec aliquid eſſe malū niſi inhoneſtum, per ꝙ homines mali fiunt. Quamuis āt honeſtum ſit principale hominis bonum, & inhoneſtum principale hominis malum (quia hæc pertinent ad ipſam rationem, quæ eſt principalis in homine) ſunt tamen quędam ſecundaria hominis bona, quę pertinent ad ipſum corpus, uel ad exteriores res corpori deſeruientes, Et ſecūdum hoc, poteſt in animo ſapientis eſſe triſtitia, quantum ad appetitum ſenſitiuum, ſecundum apprehenſionem huiuſmodi malorum: nõ tamen ita, quòd iſta triſtitia perturbet rationem. Et ſecundum hoc intelligitur, quòd non contriſtabit iuſtum quicquid ei acciderit, quia, ſcilicet, ex nullo acciden-

Aug. li. 14 c. 7. in pri ci. to. 5.

te cum

te eius ratio perturbatur. Et ſm hoc triſtitia fuit in Chriſto ſm propaſſionem, non autem ſecundum paſſionem.

Ad III dicendũ, q oĩs triſtitia eſt malum pœnæ, non autẽ eſt ſp malũ culpæ: ſed ſolũ qñ ex inordinato affectu ꝓcedit. Vnde Auguſt. dicit 14. de Ciu. Dei:* Cum rectam rõem ſequũtur iſtæ affectiones, & qñ, & vbi oportet, adhibentur, qs eas tũc morbidas, ſeu uitioſas paſſiones audeat dicere?

Li.14.ca.9. ante med. tom.5.

Ad IIII dcẽm, q nihil ꝓhibet, aliquid eſſe contrarium uoluntati ſm ſe, qđ tñ eſt uolitũ rõne finis, ad quẽ ordinatur: ſicut medicina amara non eſt ſm ſe uolita, ſed ſolum ſecundũ q ordinatur ad ſanitatem. Et hoc modo, mors Chriſti, & eius paſſio fuit ſecundum ſe conſiderata inuoluntaria, & triſtitiã cauſans: licet fuerit uoluntaria in ordine ad finem, qui eſt redemptio humani generis.

ARTICVLVS VII.

Vtrum in Chriſto fuerit timor.

AD SEPTIMVM ſic proceditur. Vr q in Chriſto nõ fuerit timor. dicitur. n. Prouer. 18.[b] Iuſtus quaſi leo cõfidens, abſqꝫ terrore erit: ſed Chriſtus fuit maxime iuſtus. ergo in Chriſto nõ fuit aliquis timor.

Perret.v. 96

¶2 Præt. Hila dicit 10. de Trin.* Interrogo eos, qui hoc ita exiſtimant, an ratione ſubſiſtat, ut mori timuerit, qui omnẽ ab apoſtolis mortis timorem expellens, ad gloriam eos ſit martyrij exhortatus. non ergo in Chriſto rationabile eſt fuiſſe[b] timorem.

Li.10. I a.f. a prin. ſit.

¶3 Præt. Timor non vr̃ eſſe niſi de malo, qđ non põt hõ[b] uitare: B ſed Chriſtus poterat uitare, & malũ pœnæ, qđ paſſus eſt, & malũ culpę, qđ alijs accidit. ergo i Chr̃o nõ fuit aliqs timor.

SED CONTRA eſt, q dr̃ Mar. 14. cępit Ieſus pauere, & tędere.

RESP. Dcẽm, q ſicut triſtitia cauſatur ex apprehenſione mali pñtis, ita cãtur ex apprehẽſione mali futuri. Apprehẽſio aũt mali futuri ſi omnimodam certitudinem habeat, nõ inducit timorem. C unde Philoſ. dicit in 2. Rhet.* q timor non eſt niſi ubi eſt aliqua ſpes euadendi. Nam quãdo nulla ſpes eſt euadendi, apprehenditur malum, ut præſens, & ſic magis cauſat triſtitiam, quàm timorem.

Li.2.Rhet. ca.5. circa med. to. 5.

Sic ergo timor poteſt conſiderari, quantum ad duo. vno modo, quantum ad hoc, quod appetitus ſenſitiuus, naturaliter refugit corporis læſionem, & per triſtitiam, ſi ſit præſens, D & per timorem, ſi ſit futura. Et hoc[m] modo, timor fuit in Chriſto, ſicut, & triſtitia.[a] Alio modo, poteſt conſiderari ſecundum incertitudinem futuri euentus: ſicut quando nocte timemus ex aliquo ſonitu, quaſi ignorantes quid hoc ſit. Et

SVPER QVAEST. XV. ARTIC. VII.

Alb. Mag. vbi ſupra.

Titulus clarus eſt.

¶In corpore dnã ſiunt. prima declarantur conditiones requiſitæ ad cauſandum timorẽ, ſecundo rñdetur quæſito, cũ diſtinctione bimẽbri, & concluſionibus duabus. Quãn ad primum conditiones ſũt quatuor: apprehenſio mali futuri, incerti, ſeu poſſibilis euitari. Et I duabus primis conueniunt cum triſtitia, qa utraque eſt ex apprehenſione mali: in tercia differunt, quia illa eſt præſentis, iſte futuri. Sed hæc dicta nõ ſufficiunt, quia non eſt uſquequaque dr̃ia, qñ futurũ poteſt habere rõnem pñtis, & tũc non timor, ſed triſtitia cauſatur. Apprehenditur autem malum futurũ ſub rõne pñtis, qñ ut certum apprehenditur. & ió incertum, ſeu poſſibile uitari eſſe dẽt malum futurum, quod timorem ingerit. Et hæc omnia in litera ex conuenientia, & dr̃ia inter triſtitiã, & timorẽ clare dicunť.

¶Sed bene nota uerba literæ, ſi omnimodam certitudinẽ habeat: qñ, etſi eſt certum quo ad ſubſtantiam, & incertũ, quo ad tps (ut contingit communiter de morte) aut, quo ad genus mortis (ut contingit damnatis ad mortẽ, & huiuſmodi) quãtũ admiſcetur de incertitudine, tantum põt immiſceri ſpei euadendi, & conſequenter timoris.

Sup.q.7.a.6. Et 3.diſ.15.q.2.a.2 q.1.

Nec putes ppea enumeratas eẽ oẽs timoris cauſas, qñ ſat fuit propoſito eas conditiones afferre, ſm quas diſcernendum eſt qualiter fuit, & qualiter non fuit in Chriſto timor: de timore enim diffuſe in prima ſecundæ tractatum eſt.

¶Quãn ad ſecundũ, diſtinctio eſt, Timor poteſt conſiderari quantum ad duo: primo, quantũ ad motum appetitus ſenſitiui ex apprehenſo malo futuro: ſcđo, quantũ ad motum eiuſdem ex apprehenſo malo futuro incerto. Prima concluſio eſt, In Chriſto fuit timor quo ad primum. Secunda concluſio eſt. In Chriſto non fuit timor quo ad ſecundum. Probatur auctoritate Dam. Et patet utraque concluſio ex dictis.

¶Sed dubium occurrit circa primam concluſionem, quia mot⁹ appetitus ex malo futuro apprehenſo, non eſt timor niſi ſit cũ ſpe euaſionis (ut in litera dicitur ex Ariſtotele) ergo talis motus non eſt timor niſi æquiuoce. non ſaluatur igitur per hoc ſufficienter in Chriſto timor.

¶Dubium quoque alterum occurrit circa ſecundam concluſionem, quoniam ex hoc, q Chriſtus omnia futura certo cognouit, non ſufficiẽter excluditur timor, quo ad incertitudine euentus, qñ ſcia animę Chriſti (ut patet ex ſupra dictis) erat habitualis, nec oportebat eſſe actualem. quoniam habitus eſt, quo quis operatur cum uult, & ppea poterat Chriſtus non utendo ſcientia euentus, quam habebat, apprehendere malũ futurũ, quaſi

A incerto. & ſic hic in ſuo appetitu timoris motũ, quo ad omnia, (ſicut, & triſtitiam) non quo ad aliquid tantum.

¶Et augeť dubiũ: quia ex eo, q in Chriſto non erat redundãtia ſuperiorũ ad infeř oẽs partes, aut ecõuerſo, ſed unaquæque pars ſibi propria exercebat, conſentaneum eſt, ut æſtimatiua, ſeu cogitatiua Chriſti cum rõne non utente ſcĩa infuſa de certitudine euentus mortis, quãuis utente ſcia futuræ mortis, apprehẽderit malum futurũ, ut incertum ipſi cogitatiuæ quãn ad euẽtũ, & ex tali apprehẽſione fuerit timor, quo ad oĩa, cũ imaginatiua, ſeu cogitatiua ſit mouens immediatũ appetitus ſenſitiui.

¶Ad horũ euidẽtiam ſciendũ eſt, q ſermo literę eſt de Chriſto hoĩe ſimpliciter, & abſolute, & nõ eſt de Chriſto, ſm quid: ita q utraque concluſio uerificatur de Chr̃o ſm id, qđ conuenit Chriſto ſimpliciter. Conſtat aũt, de Chr̃o non dici ſimpliciter, q incertus erat de euẽtu mali futuri: ſed oppoſitũ. ſ. q certus erat de euentu mortis, & reliquorum malorũ futurorũ, nõ ſolum inquantũ Deus, ſed ẽt inquantũ hõ nec ſolũ ut comprehenſor, ſed ẽt, ut uiator, quis ſm qđ, hoc eſt, ſm aliquã eı⁹ partem, poſſit euẽtus incertitudo non priuatiue, ſed negatiue intellectæ, illi attribui. Sed nõ ppea põt rõe partis attribui ipſi Chr̃o abſolute, quia oppoſitũ, vt dictũ eſt, conuenit illi ſimpliciter: ſicut æthiops poteſt qdem dici albus dentes: non tñ ppea poteſt dici albus, qa, ſimpliciter loquẽdo, eſt niger. Timor igiť quo ad incertitudinẽ euentus, uere negať in Chriſto ſimpliciter, & abſolute, quia Chriſtus erat certiſſimus de euentu malorum.

concl. 2

concl. p

¶Et hoc eſt quod docemur ex ſecunda concluſione literę, cum quoth ſtat, q in Chriſto ſm aliquam portionẽ potuit eſſe ti- E mor, ẽt quo ad incertitudinẽ euentus quod eſt in Chriſto ſm quid fuiſſe timorem, quo ad incertitudinẽ euentus, pro quãto potuit rõ inferior apprehendere malum futurum, nihil proponendo de certitudine, uel incertitudine euentus, ac per hoc apprehendebatur malum futurũ ut incertum negatiue: remanebat ſiquidẽ malũ futurũ non certum ex hoc ipſo, q non proponebatur certe euenturũ. Et ſic potuit eſſe in Chriſto timor etiam quo ad incertitudinem euentus.

¶Ad primum igiť dubiũ dr̃, q motus appetitus ſenſitiui cauſatur ex apprehenſione mali futuri, abſtrahẽdo a certo, uel incerto, eſt uere timor, non triſtitia, requirens q malum futurum apprehendatur, quaſi præſens, quia certum. Et qñ in litera nihil aliud, dr̃, ponendo primam concluſionem, niſi q timor fuit in Chriſto, quatenus cauſatur ex apprehenſione mali futuri, ideo ſibi non obſtat prius dicta ex Ariſt. Nec obſtat ſecunda concluſio, quæ non negat hmõi timorem a Chriſto, ſed negat timorẽ quo

quantum ad hoc timor nõ fuit in Chr̃o. ut Dam.* dicit 13.li.

Li. 3. orth. fid. c. 23.

Ad primvm ergo dcd̃m, ꝙ iuſtus dr̃ eſſe abſq; terrore, ſm̃ ꝙ terror importat perfectã paſſionem auertentem hominem ab eo, quod eſt rationis. & ſic timor non fuit in Chriſto, ſed ſolum ſecundum propaſſionẽ. & ideo dicitur ꝙ Ieſus, Cœpit pauere, quaſi ſecũdum propaſſionem, ut Hiero.* exponit.

Hier. in c. 26. Math. to. 9.

Ad ii dcd̃m, ꝙ Hila. eo mõ a Chriſto excludit timorem, quo excludit triſtitiam. ſ. quo ad neceſſitatem timendi: ſed tñ ad comprobãdam ueritatẽ humanæ naturæ, uoluntarie timorẽ aſſumpſit, ſicut ẽt, & triſtitiã.

G

Ad iii dicendum, ꝙ licet Chriſtus potuerit uitare mala futura ſecundum uirtutem diuinitatis; erant tamen ineuitabilia, uel non de facili uitabilia, ſecundum infirmitatem carnis.

que ad incertitudinẽ contrariæ à Chriſto ſimpliciter. ¶ Et hinc patet ſolutio ſcdi dubij, qꝛ (vt dictũ eſt) concluſio ſecunda aſſerit in Chriſto abſolute nõ fuiſſe incertitudinem euentus mali (quæ eſt ambiguitas qđã de malo futuro) hęc eſt. n. incertitudo contrariæ, ac per hoc nõ eſſe timorem quo ad hmõi incertitudinem. Obiectiones aũt loquunt̃, & de incertitudine negatiue, & de Chriſto ſm̃ qd: quia ut dictũ eſt, uerificat̃ de Chriſto ſimpliciter, ꝙ erat certiſſimus de euentu cuiuſq; mali futuri.

Articvlvs VIII.

Vtrum in Chriſto fuerit admiratio.

H

AD octavvm ſic proceditur. Vr̃ ꝙ in Chriſto nõ fuerit admiratio. Dicit. n. Phil. in 1. Meta.* ꝙ admiratia cauſat̃ ex hoc, ꝙ aliquis uidet effectũ. & ignorat cauſam. Et ſic admirari nõ eſt niſi ignorantis: ſed in Chriſto non fuit ignorãtia, ut dictũ eſt.† ergo i Chriſto nõ fuit admiratio.

*Li. 1. Met. c. 2. in me. to. 3.

†Ar. 3. huius quæſt.

¶ 2 Pręt. Dam. dicit in 2. lib.* ꝙ admiratio eſt timor ex magna imaginatione, & iõ Phil. dicit in 4. Ethi.† ꝙ magnanimus nõ eſt admiratiuus: ſed Chr̃s fuit maxime magnanimus. ergo in Chriſto non fuit admiratio.

*Li. 2. c. 15

*Li. 4. eth. c. 3. decli. ad fi. to. 5.

I

¶ 3 Præt. Nullus admirat̃ de eo, qđ ipſe facere poteſt: ſed Chriſtus facere poterat quicquid magnum erat in reb. ergo uidetur quòd de nullo admirabatur.

Sed contra eſt, quod dr̃ Mat. 7. Audiens Ieſus, (ſcilicet uerba Centurionis) miratus eſt.

K

Respon. dicendum, ꝙ admiratio proprie eſt de aliquo nouo, & inſolito. In Chriſto autem nõ poterat eſſe aliquid nouum, & inſolitum, quantũ ad ſcientiam diuinam, neque etiam quantũ ad ſciam humanam, qua cognoſcit res in uerbo, uel qua cognoſcit res per ſpecies inditas potuit tamẽ aliqd eſſe ſibi nouum, & inſolitum ſm̃ ſciam experimẽtalẽ, ſm̃ quam, ſibi poterant quotidie aliqua noua occurrere. Et ideo ſi loquamur de ſeipſo, quãtum ad ſcientiam diuinam, & ſcientiam beatã, vel ẽt infuſam, non fuit in Chriſto, admiratio. Si aũt loquamur de eo, quantum ad ſcientiã experimentalem, ſic admiratio in eo eſſe potuit. Et aſſumpſit:

D. 1118.

Concl. ...

SVP. QVAE. XV. ART. VIII.

Ferr. 4. conc. c. 53.

Ferr. c. 97. 4. cõ. c. 53. fi. & Mat. 7

Titulus clarus eſt. ¶ In corpore unica eſt concluſio: in Chriſto ſolum, quantũ ad ſcientiam experimentalẽ, potuit eſſe admiratio. Hæc concluſio primo probat̃, deinde redditur rõ, quare iſta potẽtia poſita eſt in actu. Probatio eſt. Admiratio eſt de nouo, & inſolito, ſed Chriſto, nec ſm̃ ſciẽtiã diuinam, nec humanam in uerbo, nec inditã, ſed ſm̃ experimentalẽ, potuit occurrere aliquid nouum, & inſolitũ. ergo. Rõ, act' eſt inſtructio noſtra. Confirmatur auctoritate Augu.

hunc* defectum ad noſtram inſtructionem, ut. ſ. doceat eſſe mirandum, quod ẽt ipſe mirabat̃. Vñ dicit Aug. in 1. ſuper Gen.† contra Manichæos, qđ mirabat̃ Dñs, nobis mirãdũ eſſe ſignificat, qb. adhuc opus eſt ſic moueri. Oẽs ergo tales motus ei nõ pturbati aĩ ſigna sũt, ſed docentis magiſteriũ.

*Alias affectum.

†Li. 1. ca. 8. nõ procul a fi. tom. 1

Ad primvm ergo dicendum, quòd licet Chriſtus nihil ignoraret, poterat tñ aliqd de nouo occurrere experimentali eius ſciẽ, ex quo admiratio cauſaretur.

Ad ii dcd̃m, ꝙ Chriſtus non admirabat̃ de fide Centurionis, ea rõne, quòd eſſet magna quantum ad ipſum: ſed quia erat magna quantum ad alios.

Ad iii dcd̃m, quòd ipſe poterat facere oia ſm̃ uirtutem diuinam, ſecundum quam in eo admiratio non erat: ſed ſolum ſecundum humanam ſciẽtiam experimentalem, ut dictum eſt.*

*In cor. art.

Articvlvs IX.

Vtrum in Chriſto fuerit ira.

AD nonvm ſic procedit̃. Vr̃ quòd in Chriſto non fuerit ira. Di. n. Iacobi 1. Ira viri, iuſtitiã Dei nõ operat̃: ſed quicquid fuit in Chriſto, ad iuſtitiã Dei ptinuit: ipſe. n. fact' eſt nobis iuſtitia a Deo, ut dr̃. 1. Cor. 1. ergo uidetur quòd in Chriſto non fuerit ira.

¶ 2 Pręt. Ira manſuetudini opponit̃, ut patet in 4. Eth.* Sed Chriſtus fuit manſuetus. ergo in eo non fuit ira.

*Li. 4. eth. c. 5. to. 5.

¶ 3 Pręt. Greg. dicit in 5. Mora.† ꝙ ira per uitium, excæcat oculũ mẽtis: ira uero p zelũ, ipsũ turbat: ſed in Chr̃o mẽtis oculus nõ fuit excęcatus, nec turbatus. ergo i Chr̃o nõ fuit nec ira per uitiũ, nec ira per zelũ.

†li. 5. Mor. c. 33. nõ pcul a prin.

Sed contra eſt, quod Io. 2. de eo dr̃ eſſe impletũ, quod in Pſ. 68. legitur, Zelus domus tuę comedit me.

Resp. Dcd̃m, ꝙ ſicut in 2. par. dictum eſt,* ira eſt effectus triſtitiæ. Ex triſtitia. n. alicui illata, conſequitur in eo circa ſenſitiuã partem, appetitus repellendi illatã iniuriã, uel ſibi, vel aliis. Et ſic ira eſt paſſio cõpoſita ex triſtitia, & appetitu uindictę. Dictũ eſt aũt,† ꝙ i Chr̃o triſtitia eſſe potuit. Appetitus ẽt uindictæ qñque eſt cũ peccato, qñ. ſ. aliquis uindictam quærit abſque ordine rationis, & ſic ira in Chriſto eſſe non potuit. hmõi. n. dr̃ ira per uitiũ. Quandoque uero talis appetitus eſt ſine peccato, immo eſt laudabilis, puta cũ aliquis ap-

1. 2. q. 46. a. 3. ad 3. Et 1. 2. q. 48. a. 1. 2. & 4. Et Mal. q. q. 12. ar. 1. & 2.

1. 2. q. 46. a. 2. & a. 1. & 2. 3. ad 3.

†Ar. 6. huius quæſt.

SVP. QVÆ. XV. ART. IX.

Ferr. c. 98

3. d. 15. q. 2 art. 2. q. 2.

Titulus clar' eſt. ¶ In corpore articuli ſunt duæ concluſiones reſpõſiuæ quęſtio, Prima eſt: Ira p uitiũ non potuit eſſe in Chr̃o, Secũda eſt. Ira p zelũ fuit i Chriſto. Probatur concluſio vtraque ſimul, mõſtrando primo, ea quibus cõſtat ira, ſ. ex triſtitia, & appetitu uindictæ, 2 & diſtinguendo duplicẽ appetitũ uindictæ, uel non ſm̃ ordinẽ rõnis, uel ſm̃ ordinẽ rõnis, ille irã per uitiũ, iſte irã per zelũ conſtituit, ut Augu. dicit. Et ſic relinquuntur ambæ concluſiones, ut per ſe notæ, prima, qꝛ in Chriſto conſtat non fuiſſe peccatum. Secũda vero, quia Euangelium expſſe dicit de Chr̃o, Zelus domus tuę, &c. ¶ Nec putes nouitie, proprie cõpoſitã eſſe irã, ex triſtitia, & appetitu uindictæ: cum illa ſit in concupiſcibili, hæc in iraſcibili: & rurſus otercę eſt qualitas ſimplex. Sed compoſita dr̃ tanquã ex neceſſario concurrentibus ad conſtitutionem ipſius, quæ formaliter eſt appetitus uindictæ: cauſaliter autem ex triſtitia, quia ex triſtitia iniuriæ cauſat̃. Et potes, ſi vis cõcluſiones deducere & ſyllogizare facile, In Chriſto fuit triſtitia, & appetitus vindictæ, non pter, ſed ſm̃ rõnis ordinẽ. ergo in ipſo ira non per uitium, ſed per zelum fuit.

concl. ...

petit vindictã ſm ordinem iuſtitiæ, & hoc uocat̃ ira per zelum. Dicit.n. Aug. ſuper Ioan.† ꝙ zelo domus Dei comeditur, q oĩa peruerſa, quæ uidet, cupit emendare, & ſi emendare non poteſt, tolerat; & gemit. Et talis ira fuit in Chriſto.

Tract. 10. in Ioan. ſuper illud, zelus domus tuæ comedit me to. 6.

Concl. p li. 5. Moral. ca. 33.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ ſicut Greg. dicit 5. moral. ira dupliciter ſe habet in hoie. Qñq; enim præuenit rationem, & trahit eam ſecum ad operandum, & tunc proprie ira dicitur operari, nam operatio attribuitur principali agenti. Et ſecundum hoc intelligitur, quòd ira uiri, iuſtitiam Dei non operatur. Quandoque uero ira ſequitur rationem, & eſt quaſi inſtrumẽtum ipſius, & tunc operatio, quæ eſt iuſtitiæ, non attribuitur iræ, ſed rationi.

Ad II dcd̃m, ꝙ ira, quæ tranſgreditur ordinẽ rõis, opponitur manſuetudini, non aũt ira, quę eſt moderata, & ad medium reducta per rationem, nam manſuetudo medium tenet in ira.

Ad III dcd̃m, ꝙ in nobis ſecundum naturalẽ ordinem, potentiæ animæ mutuo ſe impediunt, ita ſcilicet ꝙ cum unius potentiæ operatio fuerit intenſa alterius debilitetur. Et ex hoc procedit, ꝙ motus iræ, etiam ſi ſit ſecundum rationem moderatus, vtcumque impedit oculum animæ contemplantis. Sed in Chriſto per moderationem diuinę virtutis, vnicuique potentiæ pemittebatur agere, quod erat ei proprium, ita quòd una potentia ex alia non impediebatur. Et ideo, ſicut delectatio mentis contemplantis non impediebat triſtitiam, vel dolorem inferioris partis, ita etiam econuerſo, paſſiones inferioris partis, in nullo impediebant actum rationis.

ARTICVLVS X.

Vtrum Chriſtus ſimul fuerit viator, & comprehenſor.

Ad decimvm ſic proceditur. Vr̃ ꝙ Chriſtus non fuerit ſimul viator, & cõprehẽſor. Viatori.n. cõpetit moueri ad ſinẽ beatitudinis, cõprehẽſori aũt cõpetit in fine quieſcere. Sed nõ põt eidem ſimul cõuenire, ꝙ moueatur ad finẽ, & ꝙ quieſcat in fine. ergo nõ potuit ſimul eſſe, ꝙ Chriſtus eſſet viator, & comprehenſor.

E ¶ 2 Præt. Moueri ad beatitudinẽ, aut eã obtinere, non cõpetit hoi ſm corp⁹, ſed ſm aĩam, Vñ Auguſtinus dicit in Epiſtola ad Dioſcorum, ꝙ ad inferiorẽ naturã, quæ eſt corpus, redũdat ab aĩa, non beatitudo, quæ propria eſt fruentis, & intelligentis, ſed plenitudo ſanitatis, idest, incorruptionis vigor. Sed Chriſtus licet haberet corpus paſſibile, tamen ſecundum mentem plene Deo fruebatur. nõ igitur Chriſtus fuit viator, A ſed purus comprehenſor.

epiſ. 56. ante medium.

¶ 3 Præ. Sancti, quorũ aĩæ ſunt in cælo, & corpora in ſepulchris, fruunt̃ quidẽ beatitudine ſm aĩam, quis eorũ corpora morti ſubiaceant, tñ non dñr uiatores, ſed ſolum cõprehenſores. ergo pari rõe licet corpus Chriſti fuerit mortale, quia tamen mens eius Deo fruebatur, videtur ꝙ fuerit purus comprehenſor, & nullo modo viator.

Sed contra eſt, ꝙ dr̃ Hier. 14. Quare quaſi colonus futurus es in terra, & quaſi uiator declinans ad manendum.

Resp. Dcd̃m, ꝙ aliquis dr̃ viator, ex eo ꝙ ten- B dit in beatitudinẽ, comprehenſor aũt dr̃ ex hoc, ꝙ iam beatitudinẽ obtinet, ſm illud 1. Cor. 9. Sic currite ut comprehendatis. & Philip. 3. Sequor autem, ſi quo comprehendam. Hois aũt beatitudo perfecta conſiſtit in anima, & corpore, vt in ſecunda parte habitum eſt. In anima quidem quantum ad id, quod eſt ei proprium, ſm ꝙ mens uidet, & fruitur Deo. In corpore vero, ſm ꝙ corpus reſurgit ſpirituale, & in uirtute, & in gloria, & in incorruptione, vt dr̃ 1. Corin. 15. Chriſtus aũt ante paſſionem ſm mentem plene videbat Deum, & ſic habebat beatitudinem, quantum ad id, quod C eſt proprium animæ, ſed quantum ad alia deerat ei beatitudo, quia, & anima eius erat paſſibilis, & corpus paſſibile, & mortale, vt ex ſupradictis patet. Et ideo ſimul erat comprehenſor, inquantum habebat beatitudinẽ propriam aĩę, & ſimul viator, inquantũ tẽdebat in beatitudinem, ſecundum id, quod ei de beatitudine deerat.

1. 2. q. 4. artic. 4.

Concl. in arti. 4. huius q. & q. 14. art. 2.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ impoſſibile eſt moueri ad finem, & quieſcere in fine, ſecundum idem. Sed ſecundum diuerſa nihil hoc prohibet, ſicut aliquis homo ſimul eſt ſciens, quantum ad ea, quæ iam nouit, & addiſcens, quantum D ad ea, quæ nondum nouit.

Ad II dicendum, ꝙ beatitudo principaliter & proprie conſiſtit in anima & ſecundum mentem, ſecundario tñ, & quaſi inſtrũaliter requiruntur ad beatitudinem corporis bona. Sicut et Philoſophus dicit in primo Ethic.† ꝙ exteriora bona organice deſeruiunt beatitudini.

li. 1. Eth. ca. 8. circa ſi. to. 3.

Ad III dcd̃m, ꝙ non eſt eadem ratio de animabus ſanctorum, & de Chriſto propter duo: primo quidem, quia aĩæ ſanctorum non ſunt paſſibiles, ſicut fuit anima Chriſti: ſecundo, quia corpora non agunt aliquid, per quod in beatitudinem tendant, ſicut Chriſtus ſecundum corporis paſſiones, in beatitudinem tendebat, quantum ad gloriam corporis.

SVPER QVAE. XV. ART. X.

Pter. 0. 99 3. di. 14. a. 2. & d. 18. artic. 2. Et uer. q. 26. ar. 10. & q. 29. artic. 6. Et quolib. 7. q. 2. ar. 1. Et op. 3. ca. 38. Et opuſc. 18. cap. 7.

Titulus in principio corporis clarificat, dũ terminũ declarant, ſ. cõprehẽſor, & uiator, hoc ẽ habẽs beatitudinẽ, & tẽdẽs i beatitudinẽ. ¶ In corpore una eſt cõcluſio. Chrs fuit ſimul cõprehẽſor, & uiator. Probat, Chrs añ paſſionẽ ſm mentem plene uidebat Deũ, & cum hoc, aĩa eius erat paſſibilis, & corpus paſſibile, & mortale. ergo habebat beatitudinẽ, quãtũ ad id, qđ eſt ꝓpriũ aię, & deerat ei beatitudo quantũ ad alia, ergo erat ſimul comprehenſor, & uiator. Añs patet ex antedictis. Prima cõſequentia ꝓbat, quia beatitudo hoĩs ꝑfecta cõſiſtit in aĩa, & corpore, &c. Secunda aũt, quia uiator eſt, q tendit in beatitudinẽ: comprehenſor, qui obtinet. Probatur auctoritate duplici Apoſtoli.

QVÆSTIO XVI.

De conſequentibus Vnionem quantum ad ea, quæ conueniunt Chriſto ſecundum eſſe, & fieri in duodecim articulos diuiſa

Deinde conſiderandũ eſt de his, quæ cõſequuntur unionem. Et primo quantum ad ea, quæ conueniunt Chriſto ſecundum ſe. Secũdo,

SVP. QVAE. XVI.

Hic incipit ſecunda pars primi tractatus de Chriſto, in qua expeditis his, quę de unionis myſterio erant dicenda, tractantur illa, quę ad unionem conſequuntur ut patet in litera, in qua

In qua tota iſta pars durans uſque ad quæſtionem 26. diſtinguitur ſatis clare.

SVPER QVAEST. XVI. ART. I.

S. Bona. 3. ſ.d.7.q.1.art.1. Scot. 3. ſ.d. 7.q.1.
Riccar. 3. ſ d.7.q.1. Medina.a.1.

de his, q̄ conueniunt Chr̄o p̄ cōparationē ad Deū patrē. Tertio, de his, q̄ conueniunt Chriſto per comparationē ad nos.

¶Circa primū duplex cōſideratio occurrit. Prima q̄dē de his, quæ conueniunt Chriſto, ſm̄ eſſe, & fieri. Secunda de his, q̄ conueniunt Chriſto ſecundum G rationem vnitatis.

Circa primum quæruntur duodecim.

¶Primo, Vtrum hæc ſit vera, Deus eſt homo.

¶Secundo, Vtrum hęc ſit vera, Homo eſt Deus.

¶Tertio, Vtrum Chriſtus poſſit dici homo dominicus.

¶Quarto, Vtrum ea, quæ conueniunt Filio hominis poſſint prædicari de filio Dei, H & econtrario.

¶Quinto, Vtrum ea, quæ conueniunt Filio hois, poſſint prædicari de diuina natura, & de humana ea quæ conueniunt filio Dei.

¶Sexto, Vtrum hæc ſit uera, Filius Dei factus eſt homo.

¶Septimo, Vtrum hæc ſit vera, Homo factus eſt Deus.

¶Octauo, Vtrum hæc ſit vera, Chriſtus eſt creatura. I

¶Nono, Vtrum hæc ſit uera, Iſte homo demōſtrato Chriſto, incępit eſſe, vel fuerit ſp.

¶Decimo, Vtrum hæc ſit uera, Chriſtus, ſecundum q̄ homo, eſt creatura.

¶Vndecimo, Vtrum hæc ſit uera, Chriſtus, ſecundum q̄ homo, eſt Deus.

¶Duodecimo, Vtrum hæc ſit uera, Chriſtus, ſecundum q̄ homo, eſt hypoſtaſis, uel perſona. K

ARTICVLVS I.

Vtrum hæc ſit uera, Deus eſt homo.

AD PRIMVM ſic procedi. Vr̄ q̄ hæc ſit falſa, Deus ē hō. Ois. n. propoſitio affirmatiua in materia remota eſt falſa: ſed hæc propoſitio, Deus eſt hō,[b] eſt in materia remota: q̄a formę ſignificatę per ſubiectū, & prædicatū, ſunt maxime diſtantes. Cum ergo propoſitio prædicta ſit affirmatiua, uidetur q̄ ſit falſa.

¶2 Præt.[b] Magis conueniunt G tres perſonę diuinę adinuicē, q̄ humana natura, & diuina: ſed in myſterio Trinitatis una pſona non p̄dicat̄ de alia: non .n. dicimus, q̄ pr̄ eſt filius, uel ecōuerſo. ergo ur̄ q̄ nec humana natura, poſſit prædicari de Deo, ut dicat̄ q̄ Deus eſt hō.

¶3 Pręt. Athanaſius dicit[a], q̄ ſicut aīa, & corpus unus eſt hō, ita Deus, & homo, unus eſt Chriſtus: ſed[b] hęc eſt falſa, Anima eſt corpus. ergo etiam hęc H eſt falſa, Deus eſt homo.

¶3 Pręt. Sicut in prima parte habitum eſt, quod pręd icatur de Deo non relatiue, ſed abſolute, conuenit toti Trinitati, & ſingulis perſonis, ſed hoc nomen hō,[h] non eſt relatiuum, ſed abſolutū. Si ergo uere prędicatur de Deo, ſequeretur q̄ tota Trinitas, & quelibet perſona ſit homo, quod patet eſſe I falſum.

SED CONTRA eſt, q̄ dicit̄ Philip. 2. Qui cū in forma Dei eſſet, exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus & habitu inuentus ut homo. Et ſic ille, qui eſt in forma Dei, eſt homo: ſed ille, qui eſt in forma Dei, eſt Deus. ergo Deus eſt homo.

RESP. Dicendum, quòd iſta K propoſitio, Deus eſt homo, ab omnibus Chriſtianis conceditur, non tamen ab omnibus ſecundum eandem rationem. Quidam enim hanc propoſitionem concedunt, non ſecundum propriam acceptionem horum terminorum.

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore articuli tria ſūt. Primo in cōi recitat̄, in quo cōueniūt, & differūt Chriſtiani circa ppoſitū, & dr̄ q̄ cōueniūt oēs i affirmā do iſtā ppoſitionē: differūt aūt i rōe affirmandi.

¶ Secundo referunt̄ tria genera errorū circa rōem affirmandi illā. Primū eſt, circa ueritatē p̄dicati, ſ. ly hō, & diuiditur in duos errores. Secundū eſt, circa ueritatē ſubiecti, ſ. ly Deus, & continet unū errorē. Tertiū eſt, circa ueritatē ppoſitionis, hoc eſt, circa eſſe ſignificatū p ly eſt, copulam verbalē dictę propoſitionis, & diuidit̄ in duos errores, cōputā do illos quatuor modos, ſ. dignitatis, auctoritatis, affectionis, inhabitationis p uni co, & reliquū quatū hypoſtaſum p altero ita q̄ vniuerſi errores hi, ſunt quinq;, q ſatis clare patēt in litera ex prius dictis.

¶ Tertio, ſidēt q̄nto unica concluſione, Hæc ppoſitio, ſ. Deus eſt hō, eſt uera, & ppria ſuppoſito incarnationis myſterio cū fide catholica. Probatur, Hoc nomē Deus ex mō ſuæ ſignificationis pōt ſupponere p pſona filii Dei. ergo pōt ſupponere p ſuppoſito humanę naturæ ergo de Deo pōt p̄dicari hō. Aña probat̄, q̄a nomen ſignificans nām cōem in concreto, pōt ſupponere pro quolibet contento ſub natura cōi, ut patet, inducēdo in hōie, &c. Cōſequentia aūt prima probat̄, q̄a perſona filii Dei eſt uere, & proprie ſuppoſitū humanæ naturę. Secūda aūt probat̄, quia de quolibet ſuppoſito alicuius naturæ, pōt uere & ppriē p̄dicari nomē ſignificās illā naturam in concreto.

Ferr. o 100 3.1.7.q. 1. artic. 1. Et vol. art. 4. c. a.

Vbi nota diligentiſſime, q̄ in iſta ppoſitione, Deus eſt hō, Deus ſupponit pro perſona humana, quia ſupponit pro perſona filii Dei, quatenus eſt perſona humana. hinc. n. litera infert, q̄ hō uere, & proprie prædicatur de Deo, q̄a nomen naturæ humanæ in cōcreto uere, & proprie p̄dicat̄ de quolibet ſuo ſuppoſito oportet. n. ſubſumere, ſed Deus p p- F ſona uerbi, eſt uere, & ppriē ſuppoſitū naturæ humanæ. ergo.

¶ Et ſcito q̄ iſta propoſitio, Deus eſt homo, eſt quaſi una indefinita, & ideo ad ueritatem eius ſufficit, q̄ una perſona diuina ſit hō, & proprietatē ipſius ſufficit prædicatum eſſe æquale, aut maius ſubiecto (ut Porphyrius dixit) & ſe habere ad ſubiectum quaſi p modū informantis ut euitentur implicita ſubiecta, quæ oportet ſubintelligi in propoſitionibus indirectis, puta riſibile eſt hō, hoc eſt, ille, qui eſt riſibilis, eſt homo.

¶ Vnde ſicut iſta eſt uera & propria, Hō eſt criſpus, quia Sortes eſt criſpus, ita iſta eſt uera, & propria, Deus eſt hō, q̄a una perſona diuina eſt hō: habet. n. ſ: homo ad uerbū, ut eſt perſona humana tamquā formale ut Auctor docuit in 4. contra Gen. c. 46. in ſolutione ſextæ obiectionis. In ſuo fidei ſymbolo.

¶ In reſponſione ad primum, collige copias doctrinæ ibi contentæ. Duo ſiquidem ad metaphyſicam, & tria ad logicā ſpectantia, ibi docemur. Primum metaphyſicū miſtum logicę eſt quòd nō formarum diuerſitas, ſed inconpoſſibilitas coeundi, eſt, quæ fundat materiam remotam. P. p. q. 39. art. 3.

¶ Alterum miſtum fidei eſt, quòd ſuppoſito diuino neutra natura, diuina, ſcilicet, & humana, ineſt per accidens, ſed per ſe. Primum Logicū ſuppoſito incarnationis myſterio eſt: hęc propoſitio, Deus eſt homo, non eſt in materia remota neque in contingenti, ſed naturali. Secundum eſt, Homo prædicatur de Deo, non per accidens, ſed per ſe. Tertium eſt, quod homo prædicatur de Deo, ſicut ſpecies de ſua hypoſtaſi Et declaratur, qua ratione ſubiungendo, Non ratione ſuturæ ſignificatæ per hoc nomē Deus, quod eſt ſubiectum propoſitionis, ſed rōne ſuppoſiti qd̄ eſt hypoſtaſis humanæ naturæ. Et prima quidē duo ab oībus acceptari uīt, qm̄ ſine his incarnationis myſterium ſaluari nequit, & de his ſuperius multa dicta ſunt. ſed tria ultima non carent quæſtione, & ſingula diſcutienda ſunt.

¶ Circa primum igitur horum, ſcilicet hæc propoſitio, Deus eſt homo, eſt in materia naturali, dubiū occurrit: quia omnis propoſitio in materia naturali eſt neceſſaria, alioquin nō diſtingueretur

ſeruetur contra propoſitionem in materia contingenti: ſed iſta non eſt neceſſaria (nõ enim Deus neceſſario eſt homo) ergo nõ eſt in materia naturali.

¶ Circa ſecundum, ſcilicet, quòd dicta propoſitio eſt per ſe, ex Scoto, & Durando in 7. di. 3. ſent. dubium occurrit. Scotus quidẽ probat tripliciter hanc propoſitionem eſſe ueram nõ per ſe, ſed per accidens logice loquendo. tum quia prædicatum nõ eſt de intellectu ſubiecti: tum quia ſi ſic, prædicaretur de quolibet cõtento ſub ſubiecto, & ſic Spiritusſanctus, & Pater eſſet hõ: tum quia in prædicationibus per ſe, ſubiectum ſupponit determinate: quia ſi indeterminate tãtum ſupponeret, hæc eſſet per ſe, animal eſt homo, quia poteſt uerificari pro Petro, uel Paulo, ſed hoc ſubiectum Deus, nõ includit determinate plus Filiũ, quã Patrẽ. (Q.3.art.1.& 2.)

¶ Durandus uero inquit, Puto ꝙ magis proprie poteſt dici uera per accidens, q̃ per ſe, quia omnis ꝓpoſitio uera per ſe, eſt uera cum reduplicatione termini ſupra ſe: homo.n. ſecundũ ꝙ homo, eſt animal, & eſt riſibilis. In propoſito autem Deus, ſecundum ꝙ Deus, eſt homo, eſt falſa: quia non forma ſignificata per ſubiectum eſt ratio inhærentiæ prædicati ad ſubiectum, ſed ſola unitas ſuppoſiti, quæ etiam in ꝓpoſitionibus per accidens, eſt tota cauſa uerificationis earũ. Et ideo hæc propoſitio magis eſt dicẽda per accidens, quàm ꝑ ſe.

¶ Circa tertium, ſ. homo prædicatur de Deo, ſicut ſpecies de ſua hypoſtaſi, Scotus ubi ſupra, occurrit dicens, ꝙ quia iſta unio non habet ſimilem, nullum eſt prædicatum ſicut in propoſito, ſed hęc prædicatio ex parte prædicati eſt ſpecies, ex parte uero modi ſe habendi prædicati reſpectu ſubiecti eſt ſicut accidens quintum prædicabile: quia non eſt de ratione ſubiecti, & aduenit temporaliter ſubiecto exiſtenti in actu completo æternaliter, & per hoc aduenit ita ut poſſit abeſſe.

¶ Ad horum euidentiam oportet tria prænotare, Primum eſt, ꝙ ly Deus, poteſt, quantum ad propoſitum ſpectat, dupliciter conſiderari, primo abſolute, ſecundo ut contractum, uel determinatum per prædicatum, ſcilicet eſſe hominem poteſt.n. ſupponere ly Deus, ſecundum ſuam naturalem ſuppoſitionẽ pro habente deitatem, abſque determinatione huius, uel illius habentis deitatem, ſicut homo pro habente humanitatem, & ſic conſideratur abſolute, ſicut cum dr̃, Deus charitas eſt. Põt quoque ſupponere pro certo ſuppoſito diuinæ naturæ, quia talia ſunt quo ſuppoſitionẽ ſubiecta, qualia permittunt prædicata, ſicut cum in Symbolo dr̃, Deum de Deo, ly Deum ſupponit ꝓ Filio, & ly Deo pro Patre. Et ſi in hac propoſitione, Deus eſt homo, accipiatur ly Deus abſolute, conſtat propoſitionem iſtã eſſe ueram per accidens, ſicut conſtat, hanc eſſe per accidens animal eſt homo. Accidit enim logice loquendo (ut nunc loquimur) animali eſſe hoĩem, rõne alicuius animalis, qđ eſt hõ, & ſimiliter accidit Deo eſſe hominem, rõne alicuius hypoſtaſis diuinę, q̃ eſt hõ. Si aũt accipiatur ly Deus, ut ſubſtat determinationi prædicati: ſic ſupponit pro perſona Filii, quę ſola eſt, homo, ſicut cum dicitur, ꝙ homo peccando ſpoliauit genus humanum ſtola innocentiæ, ſupponit pro uno ſingulari, ſcilicet Adam, & ſic ſumi in hac ꝓpoſitione, clare Auctor affirmat in litera in calce corporis articuli.

Sed quia hoc non ſufficit, ſciendũ eſt ſecũdo, ꝙ ly Deus, ſupponendo pro perſona Filii, dupliciter poteſt cõſiderari, uel quo ad formã ſignificatã, q̃ eſt deitas, uel quo ad ipſam perſonã ſuppoſitã. Et quia extrema inſinuãt mediũ, hic ſubintelligas, uel quo ad utrũque. Et ſi quidẽ in hac propoſitione ſumeretur Deus ſupponẽs ꝓ Filio quo ad formã ſignificatã, ſimiliter clare cõ- A ſtat, quòd propoſitio eſſet per accidens, accidit enim deitati ratione hypoſtaſis Verbi eſſe hoĩem. Et idem eſt iudicium, ſi ſumeretur quo ad utrunque. Et propterea in propoſito ſumitur ly Deus, ut ſupponit ꝓ perſona Filii quo ad hypoſtaſim, & hoc habes etiam clare in litera in calce reſponſionis ad primum.

¶ Verum, quia perſona Filii Dei habet hoc ſingulariſſimũ, quòd eſt perſona ſubſiſtens in duabus naturis, diuina, ſcilicet, & humana, ideo tertio recolẽdum eſt, ꝙ hypoſtaſis, (Q.2.art.6.) pro qua ſupponit in hac propoſitione ly Deus, habet conditiones æternas, & habet conditiones ex tẽpore, eſt.n. perſona diuina ab æterno, & eſt ꝑſona humana ex tempore. Et ſi ſupponeret pro perſona Filii, ut eſt hypoſtaſis diuina præciſe, tunc etiã propoſitio eſſet per accidens, quoniam filius Dei, non inquantum hypoſtaſis diuinæ naturæ, ſed inquantum hypoſtaſis humanæ naturæ, hominis prædicationem recipit: ſed ponẽdo, ꝙ ſupponat pro perſona Filii, quoad hypoſtaſim, ſecundũ ꝙ de facto eſt, poſtq̃ Verbũ caro factum eſt, uere habebimus ꝙ homo prædicatur de ſua hypoſtaſi, cũ dicitur, Deus eſt homo. Et hoc eſſe intẽtum ab Auctore, euidenter patet, ex eo, ꝙ tractatus iſte intitulatur, de his, quæ conſequuntur unionem. Suppoſito ergo incarnationis myſterio, de perſona Filii eſt ſermo præſentis literæ, cũ dicitur, ꝙ Deus, hic ſupponit pro perſona Filii, imo, & clare in litera dicitur, quòd in dicta propoſitione, Homo prædicatur de Deo, ut ſpecies de ſua hypoſtaſi. Supponit ergo Deus, pro hypoſtaſi humana, ſi homo prædicatur de Deo, ut ſpecies de ſua hy- D poſtaſi: ſpeciei ſiquidem humanæ nulla hypoſtaſis eſt ſua, niſi humana, quæ in Chriſto, eſt ab æterno diuina. Clariſſime autẽ hoc ſupponi explicatur in principio corporis ſequentis articuli, cum dicitur, ſuppoſita ueritate utriuſque naturæ diuinæ, & humanæ, & unione in perſona, & hypoſtaſi, hæc eſt uera, & propria, Homo eſt Deus, ſicut, & iſta, Deus eſt homo. Hic enim explicatur, quòd utraque propoſitio ſupponit conditionem de facto inuentam in perſona Verbi. His prælibatis ad ſingula dicendum eſt.

¶ Ad primum igitur dubium dicitur, quòd hæc propoſitio eſt neceſſaria, & quamuis Deus abſolute non ſit neceſſario homo, Deus tamen pro perſona Verbi incarnati eſt neceſſario homo, conſtat enim euidenter, quòd perſona humana quælibet eſt neceſſario homo. Deus autem in hac propoſitione determinatur ad ſupponendum pro perſona humana. Et propterea iſta propoſitio, & ſi non quo ad ſignificatum, tamen quo ad ſuppoſi- E tum per nomen ſubiecti, eſt neceſſaria.

¶ Ad ſecundum vero dubium, reſpondendo ad primum Scoti, dicitur, ꝙ iſta propoſitio eſt per ſe reſpectu ſuppoſiti, & quòd prædicatum eſt de intellectu ſubiecti quo ad ſuppoſitum per illud quamuis non ſit de intellectu eius quo ad formam ſignificatam per idem, eſt enim homo de intellectu hypoſtaſis humanæ, ita quòd oppoſitum nequit intelligi.

¶ Ad ſecundum negatur ſequela, loquendo de Deo, quo ad ſuppoſitum: illud.n. quod per ſe prædicatur de Deo ratione formæ ſignificatæ per ly Deus, ꝓdicatur de quolibet cõtento ſub Deo: ſed illud quod per ſe prædicatur de Deo ratione ſuppoſiti talis, pro quo ſupponitur exigente prædicato huiuſmodi ſuppoſitionem, nõ prædicatur de quolibet contento ſub hoc noĩe. Deus.

¶ Ad tertium dicitur per eandem diſtinctionem, ꝙ in prædicationibus per ſe rõne formæ ſignificatæ per ſubiectũ, ſubiectũ ipſum ſupponit indeterminate quo ad ſuppoſitũ, & determinate quo ad naturã. Sed in prædicatione ꝑ ſe ratione certi ſuppoſiti, pro quo prædicatũ facit ſupponere ſubiectum ſecus oportet eſſe.

Nã Manichæi uerbũ Dei, dicũt eſſe hoĩem, non quidem uerũ ſed ſimilitudinarium, inquãtũ dicunt filium Dei corpus phãtaſticum aſſumpſiſſe, ut ſic dicatur Deus homo, ſicut cuprum figuratum dr̃ homo quia hẽt ſimilitudinem hominis. Similiter etiam illi, qui poſuerunt, ꝙ in Chriſto anima, & corpus nõ fuerunt unita non poſſunt dicere, ꝙ Deus ſit uerus homo, ſed quod dicatur homo figuratiue ratione partium. Sed utraque harum opinionum ſupra improbata eſt*. Alii uero ecõuerſo ponũt ueritatem ex parte hominis, ſed negant ueritatẽ ex parte Dei. Dicunt.n. Chriſtum, qui eſt Deus, & homo, eſſe Deũ nõ naturaliter, ſed participatiue, ſ. per gratiam, ſicut & omnes ſancti uiri dñr dii, excellentius tamen Chriſtus præ aliis, propter gratiam abũdantiorem. Et ſcd̃m hoc, cũ dr̃, Deus eſt homo, ly Deus, nõ ſupponit uerũ, & naturalẽ Deum. Et hæc eſt hæreſis Photini, quę ſupra improbata eſt. † Alii uero concedunt hãc propoſitionem cũ ueritate utriuſq; termini po- B nentes Chriſtũ, & uerũ Deum eſſe, & uerũ hominẽ, ſed tamẽ ueritatẽ prædicationis non ſaluant. Dicunt.n. ꝙ homo prædicatur de Deo per quãdã coniũctionẽ, uel dignitatis, uel auctoritatis, uel ẽt affectionis, aut inhabitatiõis. Et ſic poſuit Neſtorius Deũ hoĩem eſſe, ut ꝑ hoc nihil aliud ſignificetur, q̃ ꝙ Deus eſt homini coniunctus tali coniunctione, ꝙ homo inhabitetur à C Deo, & uniatur ei ſm̃ affectũ, & ſm̃ participationem auctoritatis, & honoris diuini. Et in ſimilẽ errorẽ incidũt quicunq; ponunt duas hypoſtaſes, uel duo ſuppoſita in Chr̃o, qa non

eſt poſſibile intelligi, ꝙ duorū quæ ſunt ſẽm ſuppoſitū, uel hypoſtaſim diſtincta, unum proprie prædicet̃ de alio, ſed ſolū ſẽm quandā figuratiuā locutionẽ, inquantum in alio coniunguntur puta ſi dicamus Petrum eſſe Ioannẽ: quia habent aliquā coniunctionẽ adinuicẽ. Et hę ẽt opiniones ſupra improbatę ſunt*. Vñ ſupponendo ſẽm ueritatẽ catholicæ fidei, ꝙ uera natura diuina, unita eſt cum uera natura humana non ſolū in ꝑſona, ſed ẽt i ſuppoſito, uel hypoſtaſi, [m] dicimus hāc propoſitionẽ eſſe uerā, & propriā, Deꝰ eſt hō, non ſolum ꝓꝑ ueritatẽ terminorū (quia, ſcilicet Chriſtus eſt uerus Deus, & uerus hō) ſed ẽt ꝓꝑ ueritatem prædicationis. [n] Nomen.n. ſignificās naturam cōem in cōcreto, pōt ſupponere pro quolibet contentorum ſub natura cōi, ſicut hoc nomen homo pōt ſupponere pro quolibet hoīe ſingulari. Et ita hoc nomẽ Deus, ex ipſo modo ſuæ ſignificationis pōt ſupponere pro [o] perſona filii Dei, ut etiam in prima parte habitum eſt*. De quolibet āt ſuppoſito alicuius naturæ, pōt uere, & proprie ꝑdicari nomẽ ſignificans illam naturā in cōcreto, ſicut de Sorte. & Platone proprie, & uere ꝑdicat̃ hō, Quia ergo ꝑſona filii Dei (pro qua ſupponit hoc nomẽ Deus) G eſt ſuppoſitū naturæ humanæ, uere, & proprie hoc nomẽ hō, pōt prædicari de hoīe Deꝰ, ſẽm ꝙ ſupponit ꝓ ꝑſona filii Dei.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ qñ formæ diuerſæ non pñt cōuenire in unum ſuppoſitū, tūc oportet ꝙ propoſitio ſit in materia remota, cuiꝰ obiectū ſignificat unā illarū formarū, & prędicatū aliā. Sed qñ duæ formæ pñt conuenire in unū ſuppoſitum, nō eſt materia remota, H ſed naturalis, uel cōtingẽs, ſicut cū dico, albū ẽ muſicū. Natura āt diuina, & humana, quāuis ſint maxime diſtante, tñ cōueniunt ꝑ incarnationis myſteriū in uno ſuppoſito, cui neutra illarū ineſt ꝑ accidẽs, ſed ꝑ ſe. Et iō hęc propoſitio, Deꝰ eſt hō, nō eſt neq; i materia remota, neq; in materia contingẽti, ſed in materia naturali. Et prędicatur homo de Deo, nō per I

eſſe, quia neceſſe eſt ſubiectum ſupponere pro determinato ſuppoſito, & ſic eſt in propoſito, ut patet ex dictis.

¶ Ad Durandū aūt ex eadẽ diſtinctione reſpondetur, dicendo quod illa maior, Omnis propoſitio per ſe uera, eſt uera cum reduplicatione termini ſubiecti ſupra ſe; licet admittatur in propoſitionibus per ſe ueris de ſubiecto ratione formæ ſignificatę, negatur tamen in ꝓpoſitione per ſe uera de ſubiecto ratione certi ſuppoſiti tantū. Et ratio diuerſitatis eſt, quia reduplicatio transfert terminum ſubiectum in naturā prædicati: quod conſtat teneri formaliter. cum enim dico, homo inquantū homo, eſt animal, uel riſibilis, perinde eſt, ac ſi dicerem homo, in quantum eſt homo, eſt animal, uel, &c. Vbi patet, quòd ly homo repetitur, ut prędicatum, & ꝓpterea denotat humanitatẽ eſſe rationem coniunctionis prędicati cū ſubiecto. Et ideo iſta eſt falſa, Deus, inquātum Deus eſt homo: ſignificat enim deitatem eſſe rationem neceſſariam coniunctionis prędicati cum ſubiecto. Nec ſolum ipſa eſt falſa, ſed etiam iſta, Verbum inquantum Verbum, eſt homo, quia ly inquantum, reduplicatiue ſomptū denotat formam ſignificatā. hoc eſt proprietatẽ hypoſtaticam Verbi conſtitutiuam, eſſe rationẽ neceſſariam connexionis prædicati cū ſubiecto. Secus aūt dicendum eſſet, ſi ly inquantū, teneret̃ ſpecificatiue, quia ſic iſta eſt uera, Verbum, inquantum Verbū, eſt homo: quia eſſe hoiem conuenit Verbo ſm propriam perſonalitatem. Sed quia hoc non ſpectat ad perſeitatem logicam, de qua eſt ſermo, ideo reuertentes ad ſubiuncta per Durandū dicentem, ꝙ qñ ſola unitas ſuppoſiti eſt ratio coniunctionis extremorum propoſitio eſt uera per accidens, reſpōdemus quòd ſola unitas ſuppoſiti extrinſeci ab altero ſaltem extremorum uerificans propoſitionẽ, conſtituit illā uerā per accidẽs, ſed unitas ſuppoſiti intrinſeci utriq; extremo cōſtituit propoſitionẽ directā, & formalẽ, uerā per ſe de altero extremo, nō reſpectu formę ſignificatæ, ſed reſpectu ſuppoſiti. Sic aūt eſt in propoſito, nā in utroq; termino, ſcilicet, Deus, & homo, clauditur intrinſece, quāuis indeterminate, hypoſtaſis Verbi incarnati, utpote uerisſime, & propriisſime perſona diuina, & humana. Nō ſic aūt eſt in propoſitionibus ꝑ accidẽs puta, Hō eſt albus, quia in iſtis ſuppoſitum per hominem copulatur tantum, & extrinſece importatur per album, quod purā qualitatem ſignificat. Et hæc iam docuerat Auctor in 3. ſent. diſt. 7. q. 1. ar. 1.

Q.3.ar.6.

Sent.m

D.8.18. P.p.q.39. ar.4.ad 3.

¶ Ad tertium dubium dicitur, quòd Scotus uidetur accepiſſe pro ſubiecto Deum, ſeu hypoſtaſim Verbi abſolute, & ideo nō inuenit quale ſit hoc prædicatum cum ſua prædicatione. Sed Auctor intuens talia eſſe ſubiecta, quo ad ſuppoſitionem, qualia exigunt prædicata, ſupponendo incarnationis myſterium, ſupponit cum fide catholica, Deum eſſe quandam hypoſtaſim humanam, & pro illa in hac propoſitione ſupponere ly Deus. Et propterea ſtatim inuenit, non ſolum ꝙ prædicatū eſt ſpecies, ſed etiam, quòd prædicatur ut ſpecies de propria hypoſtaſi. Nec hoc aliquam habet difficultatem, niſi illam, quam ex fide ſupponimus, ſ. perſonam Filii eſſe uere, & proprie perſonā humanam hac namq; ſuppoſitione facta, clare liquet, ꝙ ſicut F ſpecies prædicatur de ſua hypoſtaſi, quū dr̃, A, eſt hō, ſi ly A, ſupponit pro certa perſona humana, ita in propoſito ex quo ly Deus ſupponit pro quadam certa perſona humana. Et hinc patet ꝙ iſta propoſitio, Deus eſt homo, dum ly Deus, ſupponit ꝓ illa perſona humana, quæ eſt Verbū incarnatum, eſt per ſe in primo mō dicendi ꝑ ſe reſpectu ſuppoſiti, ut toties dictū eſt, & non reſpectu formæ ſignificatę ꝑ ly Deus. Et eſt prædicatio eſſentialis, & uniuoca, ut patet ex definitione uniuocorū, & Auctor in allegatis locis explanat. Et id potes ex notioribus monſtrare explicarẽ doctrinā eſſe uerā, mutādo nomẽ ſubiectū, ita ꝙ loco ly Deus ponatur nomẽ propriū illius ꝑſonæ, quatenꝰ eſt perſona humana, & dicendo, Ieſus eſt hō. Cōſtat.n. ꝙ ly Ieſus ſupponit pro ꝑſona filii Dei, ut eſt hypoſtaſis humana, pro qua dictū eſt ẽt ſupponere ly Deus, i hac propoſitione, Deus ẽ hō. Nec eſt differẽtia inter has propoſitiones, Deus eſt hō, & Ieſus eſt hō, quo ad ſuppoſitū, ſed quo ad ſignificatū per nomina ſubiecta. Quo circa ſicut iſta, Ieſus eſt hō, eſt per ſe i primo modo, & eſſentialis, & prędicat ſpeciem de propria perſona, ita iſta, Deus eſt homo reſtringendo ly Deus, ad Ieſum, ut unico uerbo dicatur. Et ſicut non uertitur in opiniones, an iſta ſit per ſe, & eſſentialis uniuoca, &c. Ieſus eſt homo, ita non debet in diuerſas trahi opiniones iſta, Deus eſt homo, intellecta quo ad ſuppoſitum, ex quo ſupponit pro Ieſu. Et hinc patere poteſt, ꝙ ẽt iſta propoſitio, Chriſtus eſt hō, reſpectu ſuppoſiti, eſt per ſe i primo mō.

¶ Nec obſtat ꝙ Scotus ubi ſupra obiicit dicens, ꝙ quia Chrũs, Damaſceno teſte, ſignificat hypoſtaſim duarum naturarum, nihil, per ſe unum prædicatur de illo per ſe, utpote de non per ſe uno in ſe: ſicut enim apud Ariſt. primo Met. ratio in ſe falſa de nullo eſt uera, ita ratio per ſe non una, nihil per ſe unum de ſe uerificat. Et ſimile eſt de iſta, Chriſtus ẽ homo, & iſta, Hō albus eſt coloratus. Hæc inquam non obſtant, quia quo ad rem Chriſtus ſignificat unā per ſe, & in ſe hypoſtaſim, homo albus autem ſignificat hypoſtaſim unam per accidens, accidit enim ſubiecto albedinis eſſe hoiem, & econtra. Quo ad propoſitionẽ K quoque iam dictum eſt, ꝙ iſtæ propoſitiones dicuntur per ſe reſpectu ſuppoſiti, & non reſpectu formæ deitatis ſignificatæ. Suppoſitum autem eſt in ſe per ſe unum: quia non eſt niſi hypoſtaſis æterna filii Dei, quæ ex tempore eſt ipſamet immutata omnino hypoſtaſis humana, & ideo optime per ſe de illo prædicatur tā Deus, q̃ homo, nihil minus, quàm ſi eſſet unius illarum naturarum tantum hypoſtaſis: extenſio ſiquidem, ſeu cōmunitas ipſius ad duas naturas, nihil tollit de proprietate eiuſdem reſpectu ſingularium.

¶ In reſponſione ad quartum, dubium occurrit, quoniam reſponſio iſta uidetur contradicere doctrinæ iam habitæ, & eneruare illam. nam ſi homo prædicatur de Deo ratione relationis, ut in hac reſponſione dicitur, ſequitur quòd non prædicatur eſſentialiter, ſicut ſpecies de ſua hypoſtaſi, ut in reſponſione ad primum dictum eſt. Prædicatio namque ſpeciei humanæ de ſua hypoſtaſi, eſt, & eſſentialis, & ſubſtantialis, non relatiua, ut patet.

¶Ad

¶Ad hoc dicitur, ꝙ Auctor non dixit ꝙ vnio, ratione cuius eſt iſta prædicatio, eſt relatio, aut relatiua, ſed dixit, ꝙ relationē importat, hoc eſt connotat, importat n. non ſolum res ſignificata, ſed cōnotata. Et ꝓpterea licet unio naturę humanæ ad Deū ſit ſubſtantialis, quia tñ connotat relationē, iō nomen prædicatum ſibi illam, non ſequitur regulam abſolutorū ab æterno. ¶Aliter poſſet exponi hæc rñſio, dicēdo ꝙ hō ꝓdicat̄ de Deo rōne unionis in perſona, quā unionē cōſtat ex ſupradictis fundamentaliter eſſe ſubſtantialem, formaliter relatiuā: ſed prædicatio eſt rōne unionis fundamentalis, q̄ ſignificat̄ per unionem formaliter ut dīta per propriera tem cōſuetā ſignificari. Et quia illa fundamentalis unio, q̄ fundat ꝓdicationē iſtā, habet modum relatiuū, quo ad hoc, ꝙ de nouo poſita in pſona diuina, nullā in illa mutationem ponit, niſi relatiuā relatione non reali, ſed rōnis, iō dictū eſt, ꝙ relationem importat. Et iō ſequit̄ regulam abſolutorū ab æterno, quę ſi de nouo apponerent̄, aut tollerent̄ a Deo mutationē in ipſo ponerent.

SVP. QV. XVI. ART. II.

Titulus clarus eſt. ¶in corpore articuli unica eſt concluſio rñſiua quęſito. Hæc eſt uera, & propria, Hō eſt Deus, ſuppoſito incarnationis myſterio. Probatur. Deus prædicat̄ uere, & proprie de pſona filii Dei, ergo prædicat̄ uere, & proprie de hoīe. Probatur cōſequentia, quia hō pōt ſupponere pro pſona filii Dei probat̄ hoc. Hō pōt ſupponere pro qualibet hypoſtaſi humanæ naturæ, ſed quędam hypoſtaſis humanæ naturæ eſt perſona filii Dei, ergo hō pōt ſupponere pro perſona filii Dei.

Ferr. e 201 Locis ſup. ar. 1. inductis.

¶In hac materia recolenda ſunt dicta in priore articulo, quia iſta ꝓpoſitio de qua eſt ſermo, eſt etiā ꝑ ſe in primo modo reſpectu ſuppoſiti per ſubiectum, non reſpectu naturæ ſignificatæ, & ſubiectū trahit̄ ad ſupponendū pro tali ſuppoſito ex prædicato, ſicut de ſua conuertente, & con-

¶ Ad Durandum dicitur, quod licet eſſe, & agere conueniant ipſi homini, quod utrumque eſt ſuppoſiti, quia tamẽ diuerſimode ſunt ſuppoſiti, ideò non eſt ſimilis de illis ratio quoad unitatem uel pluralitatẽ. Eſſe enim eſt ſuppoſiti immediate, ut ſupra dictum, agere aũt non ſuſcipitur à ſuppoſito, niſi mediante natura & potentia eius, & ideo agere multiplicatur cum pluralitate P. p. 4. q. 4. a. 5. & 4.

ſecundum diuinam naturam, ſed etiam ſecundum humanã.

Ad primum ergo dicendũ, quod eſſe cõſequitur naturam, nõ ſicut habentẽ eſſe, ſed ſicut qua aliquid eſt: perſonam autem, ſiue hypoſtaſim conſequitur, G ſicut habentẽ eſſe. Et iõ magis retinet unitatem ſecũdum unitatem hypoſtaſis, quàm habeat dualitatẽ ſecundum dualitatem naturæ.

Ad ii dicendũ, quod illud eſſe æternum filii Dei, quod eſt diuina natura, fit eẽ hominis, inquantũ humana natura aſſumitur à filio Dei in unitatem perſonæ.

Ad iii dicendũ, quod ſicut in prima parte dictum eſt, quia perſona diuina eſt idem cum natura, in perſonis diuinis nõ eſt aliud eſſe perſonæ præter eſſe naturæ, & iõ tres perſonæ nõ hñt, niſi unũ eſſe. Haberent aũt triplex eſſe, ſi in eis eſſet aliud eſſe naturæ, eſſe uero eſt cum perſona una.

¶ Ad Aureolum dicitur, quod eſſe exiſtentiæ non actuat eſſentiam niſi terminatam, hoc eſt perſonatam, ſeu per ſe ſubſiſtentem & quia humanitas Chriſti non eſt terminata propria perſonalitate, ſed perſonalitate Verbi, ideo non conuenit ſibi actuari per exiſtentiam. Et hæc intellige, loquendo de Actuare, & Actuari per modum inhæſionis. Nã ſi de Actuare, & Actuari, infra totã latitudinem ſuorum modorum ſermo ſit, non eſt remotum à Philoſophia diuina, Deum poſſe actuare rem creatam. In cuius ſignum diuinam eſſentiam eſſe actum cumque intellectus uidentis ipſam, & Theologi, & Philoſophi fatentur. Cum ergo naturam humanam in Chriſto ex diuina perſonalitate, & eſſe diuino perfici fateamur, non eſt abſonum fateri etiam, quòd actuatur aliquo etiam modo per perſonalitatem, & eſſe diuinum. Quocirca cum dicitur, aut eſt actuata proprio eſſe, aut perſeuerat potentialis ad proprium eſſe dicitur quòd proprie loquendo, utraque pars diſiunctiue eſt falſa, quoniam ex aſſumptione ad diuinum eſſe perfecta eſt potentialitas ad exiſtentiã longe excellentius, quàm fuiſſet perfecta per propriam exiſtentiam: ſicut poſſe perſonari in propria perſona, longe excellentius perfectum eſt per perſonam Verbi, quàm fuiſſet perfectum per propriam perſonalitatẽ. Et quia potentiæ perfectio actuatio uocatur, adeo dicere potes, quòd potentia ad propriã exiſtentiam eſt actuata non per proprium, ſed per diuinum eſſe, longe excellentius, & perfectius, quàm fuiſſet actuata I per proprium eſſe. Et ideo non remanet humanitas Chriſti potentialis, hoc eſt in ſtatu potentiali ad propriam exiſtentiam, ad quem ſtatum rediret, ſi dimitteretur à Verbo, ceſſante tã excellẽti actuatione, prohibente naturã ab imperfectioribus ſibi propriis, & connaturalibus, perſonalitate ſ. & exiſtẽtia propria.

¶ Ad Ioannem de Neapoli dicitur, quòd utraque auctoritas cũ ſibi ſimilibus loquitur de naturalibus, ut diſtinguuntur contra perſonalia, ita quòd Chriſtus habuit omnia hominis naturalia, non perſonalia, & quòd de naturalibus eſt inaſſumptibile, eſt incurabile, ſecus eſt de perſonalibus. Probatur hæc gloſa ex fidei catholicæ ſententia, dicentis in Chriſto non eſſe perſonã, niſi diuinam: non eſt ergo in Chriſto perſonalitas humana: quam tamen conſtat in reliquis hominibus inueniri. Idem eſt autem iudicium de perſonalitate, & propriis perſonæ, ut diſtinguitur contra naturam. Aut igitur dicant iſti perſonas noſtras eſſe incurabiles, quia perſona eſt inaſſumptibilis, & ſimiliter Chriſtum non perfectum hominem, quia caret K perſonalitate humana, quorum utrumque alienum à ueritate conſtat, aut uniuerſaliter ſic fateantur, quòd non de perſonalibus hominis, ſed de naturalibus eſt ſermo, quum Chriſtus perfectus homo dicitur, & aſſumpſiſſe omnia humana, & ſimilia, atteſtante hoc Symbolo Athanaſii, explicãte, naturalia ſufficere ad hoc, quod Chriſtus ſit perfectus homo, dum dicit de Chriſto, Perfectus homo ex anima rationali, & humana carne ſubſiſtens.

¶ Ad obiecta demum Scoti pro contraria poſitione, reſpondendo dicitur ad primum, quòd conſequentia nihil ualet, quia eſſe actualis exiſtentiæ, realiter diſtinguitur ab eſſe eſſentiæ, ſeu quidditatiuo. Et diuina præuentione factum eſt, ut humanitas Chriſti extra cauſam ſuam acta ſit per exiſtentiam Verbi & non per propriam. Vbi aduerte pro clariori intellectu, quod non eſt imaginandum (ut iſti putant) quòd additio partis ad perſonam, ſit uelut additio quanti ad quantũ, ſiue per modum

personę, & aliud eſſe naturæ.

AD IIII dicendum, ꝙ anima in Chriſto dat eſſe corpori, inquantum facit ipſum actu animatũ, quod eſt dare ei complementum naturę, & ſpeciei: ſed ſi intelligatur corpus perfectum per animam abſque hypoſtaſi habente vtrumque, hoc totum compoſitum ex anima, & corpore (prout ſignificatur nomine humanitatis) non ſignificatur ut quod eſt: ſed ut quo aliquid eſt. Et ideo ipſum eſſe eſt perſonę ſubſiſtentis, ſecundum quòd habet habitudinem ad talem naturam, cuius habitudinis cauſa eſt anima, inquantum perficit humanam naturã informando corpus.

QVAESTIO XVIII.

De pertinentibus ad unitatẽ in Chriſto quantum ad uoluntatem, in ſex articulos diuiſa

DEINDE conſiderandũ eſt de unitate quantum ad uoluntatem.

modum continuationis, puta cum aqua aquæ continuatur, ubi A ex duabus quantitatibus partialibus fit una totalis quantitas, partialibus integrantibus totam: aut ſiue per modum aggenerationis, puta, cum alimentum auget hominem, qui alitur ex illo, ubi non remanet quantitas cibi, potuſque alentis, ſed ſic adipiſcitur ratio, ut ſubinduat quantitatem ipſius, qui alitur exiſtentem illam aiam, ut in ſecundo de aia dicitur. Nã ſi oculus adueniret de nouo Sorti, neq; exiſtentiã ꝓpriam partialem adiungeret exiſtentiæ Sortis, cum exiſtẽtia Sortis ſit indiuiſibilis, non extenſa ꝑ ſe, aut per accidẽs: quæ de ſe eſt immaterialis, ut pote ꝓpria animæ intellectiuę, quæ inextenſa eſt omnino in corpore. Nec adueniens oculus ſubintraret exiſtentiam Sortis, tanquam formam ad ſe extenſam per inhæſionem ſibi, ita quod exiſtentia Sortis inciperet inhęrere oculo nouo quoniam huiuſmodi inhęſio non debetur parti: ſed ſufficienter prouiſum eſt parti de exiſtentia in hoc ipſo, quòd eſt pars perſonæ exiſtentis. Nec videtur etiam intelligibile, quòd ſecus poſſit eſſe: quomodo namque exiſtentia indiuiſibilis propria alicui intelligeretur actuare quantũ ad aliquod, ſeu ẽt non quantum adiunctum niſi mediante illo, cui eſt propria? Et quia idẽ D eſt iudicium de oculo adueniente de nouo, & oculo congenito & de hac, & reliquis partibus, ideo humanitas Chriſti, q quaſi pars quædam eſt perſonæ Verbi (quia ad perſonalitatem propriam Verbi aſſumpta eſt) inuenitur ſufficienter poſita extra cãm ſuam exiſtens abſque propria exiſtentia, & abſque hoc, ꝙ actuetur per informationem aliam ab exiſtentia Verbi: ſibi.n. non debetur exiſtentia niſi per perſonam, cuius eſt.

¶ Ad ſecundum dr̃, ꝙ ex hoc quòd Verbum ſubſiſtit in natura humana ſicut ſuppoſitum in natura, non ſequitur, ꝙ exiſtat per exiſtentiam illius naturæ: ſed bene ſequitur econtra, quod natura illa ſubſiſtat per exiſtentiam Verbi. Ad probationem ſe ex oppoſito de pedis exiſtentia dicitur. quòd peccat ſecundũ non cauſam ut cauſam. Neque enim, quia Chriſtus eſt homo, cauſa eſt, quòd exiſtat humana exiſtentia: neque quia non eſt D pes, cauſa eſt quòd non exiſtat exiſtentia pedis: ſed ratio propria eſt quia perſonę ſoli debetur eſſe, ut ſubiecto, quod eſt. Ad id uero, quod ſubditur de qualitate exiſtẽtiæ humanæ in Chriſto, ſcilicet quod eſt exiſtentia ſimpliciter, & in ſe, & Chro, nõ oportet aliter reſpondere quoniam negata in Chriſto exiſtẽtia humana, uana eſt diſputatio de qualitate exiſtentię humanæ in ipſo.

¶ Ad tertium dicitur, negando ſequelam, eſſe eſt intimius, ſeu immediatius. ergo magis multiplicatur.: Melius tamen dr̃ ꝙ intimius, ſeu immediatius alicui dupliciter, uel ut principio, uel ut ſubiecto. Et ſubditur, quod eſſe eſt intimius naturæ ut principio, quam uelle uoluntati: ſed uelle immediatius voluntati ut ſubiecto, quàm eſſe naturę ut ſubiecto: quia eſſe non naturæ, ſed perſonæ eſt ut ſubiecti proprii: uelle autem eſt uoluntatis ut proprii ſubiecti. Et propterea non ſequitur, quòd ſi velle pluriſicatur ad pluralitatem uoluntatum, quod eſſe pluriſicetur ad pluralitatem naturarum. E

¶ Ad ultimam formationem argumenti, concedi poteſt totum & dici quòd non ex defectu naturæ immediate principiantis eſſe: ſed ex defectu ſuſceptiui, ſ. perſonæ propriæ fit, ut natura non principiet actualiter actũ eſſendi, & principiat actualiter actum operandi: quia non deeſt proximum ſuſceptiuũ operationis. Concede ergo, quòd natura ut diſtinguitur contra ſuppoſitũ, eſt principiũ, & operandi, & exiſtendi: ſed negetur ſequela implicita, ergo actualiter principiat exiſtere in Chro, ſicut actualiter principiat operari: quia natura: ut diſtinguitur contra ſuppoſitum, eſt non ſolum principium: ſed ẽt ſuſceptiuum proximum operandi: ſed exiſtentiæ eſt ſolum principium, & non eſt ſuſceptiuum proprium. Natura enim humana ẽ principium exiſtendi perſonæ propriæ, vt proprio ſubiecto, quæ in Chriſto non eſt: & ideo non principiat exiſtentiam in Chriſto ſed operandi eſt principium ſibiipſi ut proprio ſubiecto diſtinguendo naturam contra ſuppoſitum, ut dictum eſt. Et ideo in Chriſto principiat proprium operari: & propterea operari multiplicatur ſecundum naturas, eſſe autem non.

¶ Attende diligenter, & caute non imie, quòd illa deciſio pendet ex duabus quæſtionibus communibus. Altera eſt, An exiſtentia & eſſentia diſtinguantur realiter. Altera, An exiſtentia ſubſtantialis ſit perſonæ ut proprii ſuſceptiui, an cõueniat ſit perſonæ, uel naturæ. Præſupponit enim exiſtentiã aliã, & eſſe ab æterno eſſe ab eſſentia. & eſſe debere perſonæ, ut proprio ſubiecto. Et quoniam uariæ ſunt opiniones circa hæc, cũ de Chriſti exiſtentia humana quæſtio eſt, noli hæc intelligere quaſi ſint fidei, noli pertinax eſſe in concluſione niſi euidentiam prius habeas de communibus quæſtionibus: ſed ut rationabilia, ac conſona hæc amplectere.

¶ In eodem ar. 2. q. 17 in reſponſione ad ſecundum, intellige perſpicacius, quòd quia unio diuinorum humanorumque in Chriſto eſt in perſona, & non in natura (conueniunt namque diuina, & humana in unã perſonam, non in unam naturam) ideo cum audis, quòd eſſe diuinum, factum eſt eſſe hominis, quia natura humana aſſumpta eſt in unitatem perſonæ, diſtinctionem de ipſo eſſe in communi D penetra, quatenus ipſum eſſe eſt, uel perſonæ, uel naturæ. Quamuis enim unum, idemque ſit eſſe naturæ, ac perſonæ alia tamen ratione eſt naturæ, & alia perſonæ: nã naturę eſt ut principii, perſonæ ut ſuſceptiui, ut dictum eſt. Quocirca conuenire in eſſe, quatenus eſt naturæ, eſt conuenire ad integritatem principii ipſius eſſe: hoc eſt, fieri partes naturæ, quæ eſt principium eſſendi: & ſic materia, & forma conueniunt in uno eſſe, ut eſſe eſt naturę. Conuenire autem in uno eſſe, quatenus eſt perſonæ, eſt conuenire, ſeu ſpectare ad integritatem perſonalitatis: & ſic caput, & pedes, & reliquę partes, & natura ipſa cũ ſuis partibus conueniunt in eſſe ut eſt perſonæ. Vnde patet quòd eſſe diuinũ non quatenus eſt naturæ, cõmunicatum, eſt humanitati Chriſti: quoniam conſtat humanitatem Chriſti non concurrere cũ deitate ad integrandum quaſi principium ipſius eſſe: ſed communicatum ut eſt perſonæ: quoniam humanitas Chriſti aſſumpta D eſt ad perſonalitatem Verbi: ita quòd eſt de numero ſpectãtium ad perſonalitatem filii Dei, modo noſtram intelligentiã excedente. Et propterea non ſequitur, quòd unio ſit facta in natura, nec quòd unio ſit facta cum Patre, & Filio communicatũ ſiquidem eſt humanæ naturę eſſe diuinum, non ut eſt naturæ, nec ut eſt cuiuſcumque perſonæ diuinę: ſed ut eſt perſonę Filii quia aſſumpta eſt ad perſonalitatem Filii tantum.

¶ In reſponſione ad quartum eiuſdem articuli, habes clare reſponſionem de effectu formali intrinſeco, quem formam oportet ponere in ſua materia, quod eſt eſſe eſſentiæ, ita quòd forma ſubſtantialis dat materiæ ſubſtantiale eſſe eſſentiæ, conſtituendo ſubſtantię naturam, ſeu eſſentiam completam: & ſimiliter aia dat eſſe aiatum (quod alio nomine dr̃ eſſe uiuum) cõſtituẽdi eſſentiã uiuã ſeu animatam, & ſic de aliis. In hoc.n. conſiſtit effectus formalis, a quo non põt ſeparari ẽt ꝑ intellectũ forma in materia. Et ſi non intelligis formæ ulteriorẽ progreſſum, non habes adhuc (ut in litera dr̃) illud, qđ eſt, ſed ſo- E lummodo naturã: qua aliquid eſt, quæ, ſ. eſt eſſendi principiũ non ſubiectũ. Et ideo ex hoc, ꝙ forma, ſeu aia neceſſario dat eſſe corpori, non habetur ꝙ eſſe ſit naturæ, & ſubiecti qđ, ſed quia conſtituit naturã, quæ eſt quo relinquit ſubſecuturũ illud, qđ eſt qđ: & ideo eſſe eſt perſonæ in ordine ad naturã. &c. ut præ declaratũ fuit Superius quoque, cum tractatum fuit, an corpus mediante aia aſſumptum fuerit, declaratum eſt ꝙ in calce huius reſponſionis ſubditur. ſ. ꝙ anima in formando corpus, ſicque in eſſe perfecto conſtituendo naturam humanam. eſt cauſa habitudinis unionis humanæ naturæ ad Verbum.

SVP. QVÆ. XVIII. ART. I.

Scot. 3. ſ. d. 17. q. 1. *Riccar. ſ. d. 17. q. 1.*
Duran. 3. ſ. d. 17. q. 1. *S. bona. 3. ſ. d. 17. q. 1. a.*
Medina. ar. 1.

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore duo ſunt, primo recitatur erronea poſitio tenentium partem negatiuam: ſecundo reſpondetur ſecundũ veritatem. Quoad primum refertur, quòd in hanc communem

¶Et circa hoc quæruntur ſex.

¶Primo, Vtrũ in Chr̃o ſit alia voluntas diuina, & alia humana.

¶Secundo, Vtrum in humana natura Chr̃i ſit alia volũtas ſenſualitatis, & alia ratiõis

¶Tertio, Vtrũ ex parte rõis fuerit i Chr̃o plures volũtates

¶Quarto, Vtrũ in Chriſto fuerit liberum arbitrium.

¶Quinto, Vtrũ volũtas humana Chr̃i, fuerit oĩno cõformis diuinę uoluntati in uolito.

¶Sexto, Vtrũ in Chr̃o fuerit aliqua contrarietas voluntatum.

ARTICVLVS. I.

Vtrũ in Chriſto ſint duæ voluntates.

AD PRIMVM ſic pceditur. Vr̃ q in Chriſto non ſint duę voluntates, vna diuina, & alia humana. Volũtas.n.ẽ primũ mouẽs, & imperãs i vnoquoq; volente: ſed in Chr̃o primũ mouẽs, & imperans fuit voluntas diuina, quia oĩa humana in Chr̃o mouebãtur ſm uoluntatẽ diuinã. ergo videtur q in Chriſto non fuerit niſi una uoluntas. ſcilicet diuina.

¶2 Præ. Inſtr̃m non mouet ꝓpria voluntate, ſed voluntate mouentis: ſed natura humana fuit in Chr̃o, ſicut inſtr̃m diuinitatis eius. ergo natura humana in Chriſto nõ mouebat̃ propria voluntate, ſed diuina.

¶3 Præ. Illud ſolũ multiplicat̃ i Chr̃o, q pertinet ad naturã. Voluntas autem non vr̃ ad naturam pertinere, quia ea, q̃ ſunt nãlia, ſunt ex neceſſitate: quod autem eſt voluntarium, nõ eſt neceſſarium. ergo voluntas eſt una tantum in Chriſto.

¶4 Præ. Dama.* dicit in 3. libro, q aliqualiter velle nõ eſt naturæ, ſed nr̃æ intelligentiæ, ſ. perſonalis: ſed omnis uolũtas eſt aliqualis voluntas, quia nihil eſt in genere, quod non ſit in aliqua eius ſpecie. ergo omnis volũtas ad perſonam pertinet: ſed in Chriſto fuit, & eſt una tñ perſona. ergo in Chriſto eſt vna tantum voluntas.

SED CONTRA eſt q dñs dicit Luc. 22. Pater, ſi uis, trãsfer calicem iſtum a me, veruntamẽ non mea uoluntas, ſed tua fiat: quod inducens Amb. ad Gratianũ Imperatorẽ dicit,* Sicut ſuſceperat voluntatẽ meam, ſuſcepit triſtitiam meam. Et ſup Lu. dicit,† voluntatem ſuam ad hominem retulit, Patris, ad diuinitatẽ: uolũtas.n. hominis eſt tpalis, uolũtas diuinitatis æterna.

RESP. Dicendum, quòd quidã poſuerunt in Chriſto eſſe unã ſolã uoluntatem: ſed ad hoc ponendũ diuerſimode moti eſſe uidentur. Appollinarius enim nõ poſuit animam intellectualem in Chriſto, ſed q Verbum eſſet loco animæ, uel etiam loco intellectus. Vnde cum uolũtas ſit in ratione (ut Philoſophus dicit in 3. de Anima*) ſequebatur quòd in Chriſto non eſſet uoluntas humana. & ita in eo non eſſet niſi una uoluntas. Et ſimiliter Euthices, & oẽs, qui poſuerũt unam nãm compoſitam in Chr̃o, cogebantur ponere unam uoluntatem in eo. Neſtorius etiã, quia poſuit unionem dei, & hominis eſſe factam ſolũ ſm affectũ, & voluntatem, poſuit unã uolũtatem in Chriſto. Poſtmodũ uero Macharius Antiochenus patriarca, & *Ciprus Alexãdrinus, & Sergius Conſtantinopolitanus, & quidam eorum ſequaces, poſuerunt in Chriſto unam uoluntatem, quãuis ponerent duas naturas in Chriſto ſm hypoſtaſim unitas: quia opinabantur q humana natura in Chriſto numquam mouebatur proprio motu, ſed ſolũ ſm q erat mota a diuinitate, ut patet ex epiſtola ſynodica Agathõis Papæ.† Et iõ in ſexta Synodo apud Conſtãtinopoli celebrata, determinatũ eſt oportere dici, q in Chr̃o ſint duæ uolũtates: ubi ſic legit̃, *Iuxta q oli prophetæ de Chriſto, & ipſe nos erudiuit, & ſanctorũ patrũ nobis tradidit ſymbolũ, duas nãles uolũtates in eo, & duas nãles operões prædicamus. Et hoc neceſſariũ fuit dici. Manifeſtũ eſt.n. q filius dei aſſumpſit humanã nãm perfectã, ſicut ſ. oſtenſũ eſt,† Ad perfectionem ãt humanę naturę pertinet uoluntas, q̃ eſt nãlis eius potentia, ſicut, & intellectus, ut patet ex his, q̃ in prima parte dicta ſunt.* Vñ neceſſe eſt dicere, q filius Dei humanam uoluntatẽ aſſumpſerit in humana natura. Per aſſumptionẽ ãt humanæ naturæ, nullam diminutionem paſſus eſt filius dei in his, quæ pertinent ad diuinam naturam, cui competit uoluntatem habere, ut in prima parte habitum eſt.* Vnde neceſſe eſt dicere, quod in Chriſto ſunt duę uoluntates, una ſcilicet diuina, & alia humana.*

AD PRIMVM ergo dicẽdum, q quicquid fuit in humana natura Chr̃i, mouebatur nutu uoluntatis diuinæ. non tñ ſequitur q in Chriſto nõ fuerit motus uolũtatis proprius naturę humanæ, quia & aliorũ ſanctorũ pię uolũtates mouentur ſm uoluntatẽ dei, qui operatur in eis uelle, & perficere, ut dicit̃ Phil. 2. Licet enim uoluntas non poſſit interius moueri ab aliqua creatura, interius tñ mouetur a deo, ut in prima parte dictum eſt.* Et ſic etiam

Chriſtus

Concluſionem multi errantes cõuenerũt, ſ. in Chr̃o, non ſunt duæ voluntates. Quia diſſatiã ãt hi diuiſi ſunt. Apollinaris. o. ex negatione aĩæ intellectiua in Chr̃o, negat uolũtatẽ humanã. Euthices ex vnitate naturæ cõpoſitæ vnã quoq; voluntatẽ ponit. Neſtorius ſolã creatã nãm in Chr̃o ponens, vnitam Deo ſm conformitatẽ affectus, negat diuinã voluntatẽ in Chriſto. Macharius autem ex negatione ꝓprii motus in humanitate Chr̃i voluntatem humanã in Chr̃o negauit, vbi uides q oẽs conueniunt in negatione duarũ in Chr̃o uoluntatũ, dum aliq diuinã, aliqui humanã a Chr̃o tollũt, aut utrãq; tollere coguntur, & ponere unam ratione naturæ cõpoſitæ. Sed de Macharii poſitione nõ ſatis liquet, de uoluntate, q eſt naturalis potẽtia, ſed de uolũtate, hoc eſt actu uolendi, quia non negat potentiã, ſed motũ proprium humanæ naturæ in Chr̃o. Verũ, quia fruſtra ſuiſſet uoluntas ſine allo velle ſp, iõ dr̃, q negauit humanã i Chr̃o uolũtatẽ.

¶Quoad ſm̃ uidetur attinere, in Chriſto ſũt duæ uoluntates, diuina, & humana. Probat̃ dupliciter Primo auctoritate Synodi, q̃ pp huiõi errores extirpãdos hoc determinauit. Secundo rõe tali: Filius dei aſſumpſit nãm humanã pfectã, & nihil illi ꝓprium defuit de perfectione naturæ diuinę. ergo hẽt duas uoluntates, diuinã, ſ. & humanã. Probat̃ conſequentia, ꝓ prima quidẽ parte, quia ad ꝑfectionẽ humanę naturæ ptinet uolũtas, quia eſt nãlis illius potentia, ſicut, & intellectus. Pro ſecũda uero parte, quia ad diuinã nãm ſpectat uolũtatẽ habere, ut ex dictis in prima parte hæc ambo patent.

¶Rñſiones argumentorũ nõ expoſitione, ſed annotatiõe egẽt. Et ſecunda ſpẽaliter rñſio applicanda eſt ad diuerſas, & ualde multas q̃ões, in quibus eſt ſermo de inſtrumẽtis, & ſpẽaliter quũ uoluntas hoĩs, Dei inſtrumentum dr̃ ad aliqd operandũ, ſiue miraculũ, ſiue ſ. Ex tertia õt rñſione habes, colleſtã quadruplicem uolũtatẽ in Chr̃o poni, duplicem quaſi potentiã diuinã, ſ. & humanã & duo gñe actuũ, in humana, ſ. uoluntatẽ nãlem, & uolũtatem rõnalem. De quibus ſuperius diſcuſſæ ſũt difficultates, & inferius in hac q̃one, clarior erit ſermo ſ. iſta.

Porr. a 114

3. d. 14 a. 1. q. 1. co. & d. 17. a. 1. q. 1. & 4 cont. c. 36. Et po. q. 10. a. 4. ad 13. Et op. 3. c. 218. Et Io. 6. l. 4.

li. 3. orth. fid. ca. 14.

li. 2. de fid. ad Gra. c. 3. a medio, to. 2.

† Super illud Lu. Nõ ſicut ego uol. li. 10. ſ Luc. c. 5.

li. 3. de ãia tex. 42. t. a

* Alias Cirus, ſeu Tipus.

Hęc epiſt. miſſa fuit ad Synodũ lecta in actione 4. & recepta in 18.

* In ea Ag. q̃ fuit lecta in actio. 4. Synodi 6. ge. † q. 2. ar. 5.

P. p. q. 79. & 80.

concl.

P. p. q. 80.

P. p. q. 105 ar. 4.

Chriſtus ſecundum uoluntatẽ humanã, ſequebatur uoluntatem diuinã, ſecundum illud Pſ. 39. Vt facerẽ uolũtatẽ tuã, Deus meus, uolui. Vnde Aug. dicit contra Maximinũ, *ubi dixit Filius Patri, Non quod ego uolo, ſed quod tu vis, quid te adiuuat quod tua uerba ſubiũgis, & dicis, Oſtendit uere ſuam uoluntatem, ſubiectã ſuo genitori, quaſi nos negemus hominis uoluntatem, uoluntati Dei debere eſſe ſubiectam.

li. 3. c. 19. aſi med. tom. 6.

AD II dicendum, quod propriũ eſt inſtrumenti, quod moueatur à principali agente, diuerſimode tamen ſecundum proprietatẽ naturæ ipſius. Nã inſtrum inanimatũ, ſicut ſecuris, aut ſerra, mouetur ab artifice per ſolũ motũ corporalem. Inſtrum vero animatũ anima ſenſibili, mouetur per appetitũ ſenſitiuũ, ſicut equus à ſeſſore. Inſtrum vero aiatum anima rõnali, mouetur per voluntatẽ eius, ſicut per imperiũ dñi mouetur ſeruus ad aliqd agendũ, qui quidẽ ſeruus eſt, ſicut inſtrum animatũ, ut Philoſ. dicit in 1. Politico.* Sic ergo humana natura in Chriſto fuit inſtrumentum diuinitatis, vt moueretur per propriam voluntatem.

li. 1. Pol. c. 3. & 4. & l. 8. eth. c. 11 tom. 5.

AD III dicendum, quod ipſa potẽtia voluntatis eſt naturalis, & cõſequitur naturã ex neceſſitate. Sed motus, uel actus huius potentiæ (qui et voluntas dicitur) quandoque quidẽ eſt nãlis, & neceſſarius, puta reſpectu fœlicitatis, quandoque aũt ex libero arbitrio rõnis proueniens, & non neceſſarius neque nãlis (ſicut patet ex his, quæ in prima parte dicta ſunt)* & tamen et ipſa rõ, quæ eſt principium huius motus, eſt naturalis. Et ideo præter uoluntatem diuinam, oportet in Chriſto ponere uoluntatem humanam, non ſolũ, prout eſt potentia nãlis, aut prout eſt motus naturalis, ſed etiam prout eſt motus rationalis.

p. 1. q. 5. a. 8. & q. 6. ar. 1.

AD IIII dicendum, quod per hoc quod dicitur aliqualiter velle, deſignatur determinatus modus uolendi, determinatus aũt modus ponitur circa ipſam rem, cuius eſt modus. Vnde cũ uoluntas pertineat ad nãm, ipſũ et quod eſt aliqualiter velle, pertinet ad naturam, non ſecundũ quod eſt abſolute conſiderata, ſed ſecundum quod eſt in tali hypoſtaſi. Vnde et uoluntas humana Chriſti habuit quendã determinatum modum, ex eo quòd fuit in hypoſtaſi diuina, ut. ſ. moueretur ſemper ſecundum nutum diuinæ uoluntatis.

ARTICVLVS II.

Vtrum in Chriſto fuerit aliqua uoluntas ſenſualitatis, præter rationis voluntatem.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr quod in Chriſto non fuerit aliqua uoluntas ſenſualitatis præter rõnis uoluntatẽ. Dicit. n. Philoſ. in 3. de aia, *quod voluntas in rõne eſt, in ſenſitiuo autem appetitu eſt iraſcibilis, & concupiſcibilis: ſed ſenſualitas ſignificat appetitũ ſenſitiuũ. ergo non fuit in Chriſto uoluntas ſenſualitatis.

¶ 2 Præt. Secundum Aug 12. de Trin.* ſenſualitas ſignificatur per ſerpẽtem: ſed nihil ſerpentinum fuit in Chriſto, habuit. n. ſimilitudinem animalis uenenoſi ſine ueneno, ut Aug. dicit ſuper illud Io. 3. Sicut exaltauit Moyſes ſerpenẽ in deſerto, ergo in Chro non fuit uoluntas ſenſualitatis.

li. 12. c. 13 paulo poſt prin. to. 3.

¶ 3 Præt. Voluntas ſequitur naturam, ut dictũ eſt.* Sed in Chriſto nõ fuit, niſi una natura præter diuinam: ergo in Chro non fuit, niſi una uolũtas humana.

* ex tract. 12. a med. poſt coll. tom. 9.

Ar. præc.

SED CONTRA eſt, quod Ambr. dicit in 2. ad Gratianũ,* Mea ẽ uolũtas, quã ſuã dixit, quia ut hõ ſuſcepit triſtitiã meã. Ex quo datur intelligi, quod triſtitia pertinet ad humanã uoluntatẽ in Chriſto: ſed triſtitia pertinet ad ſenſualitatem, ut in ſecunda parte habitũ eſt.* ergo uidetur quod in Chriſto fit uoluntas ſenſualitatis, præter voluntatem rationis.

li. 2. de fi. ad Grat. c. 3. a medio to. 2.

1. 2. q. 25. art. 1. & 4.

RESP. dicendũ, quod ſicut prædictum eſt,* filius Dei humanam naturam aſſumpſit cũ oĩbus, quæ pertinent ad perfectionem ipſius naturæ humanæ. In humana aũt natura includitur et natura animalis, ſicut in ſpecie includitur genus. Vndẽ oportet quod filius Dei aſſumpſerit cum humana natura, etiam ea, quæ pertinẽt ad perfectionem naturæ animalis, inter quæ eſt appetitus ſenſitiuus, qui ſenſualitas dicitur, & ideo oportet dicere, quod in Chriſto fuit ſenſualitas.* Sciendũ eſt et, quod ſenſualitas, ſiue ſenſualis appetitus, in quantum eſt natus obedire rõni, dicitur rõnale per participationẽ, ut patet per Phlo. 1. Eth.* Et quia uoluntas eſt in rõne (vt dictũ eſt) pari rõne põt dici, quod ſenſualitas ſit uoluntas per participationem.

Art. præc.

Concl.

D. 1219.

li. 1. eth. c. ult. tom. 5

* Ar. præc.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod rõ illa procedit de uolũtate eſſentialiter dicta, quæ nõ eſt niſi in parte intellectiua: ſed uoluntas participatiue dicta, põt eẽ in parte ſenſitiua, inquãtũ obedit rõi.

AD II dicendum, quod ſenſualitas ſignatur per ſerpentem, non quantum ad naturam ſenſualitatis, quam Chriſtus aſſumpſit, ſed quantum ad corruptionem fomitis, quæ in Chriſto non fuit.

AD III dicendum, quod ubi eſt unum propter alterum, ibi unum tantum eſſe uidetur, ſicut ſuperficies, quæ eſt uiſibilis per colorem, eſt unum uiſibile cum colore. Et ſimiliter, quia ſenſualitas nõ dicitur uoluntas niſi quia participat uoluntatẽ rationis, ſicut eſt una natura humana in Chriſto, ita etiam ponitur una uoluntas humana in Chriſto.

SVP. QV. XVIII. ART. II.

Medina, ar. 2.

Port 1 115 Inf. ar. 5. cor. Et 3. d. 17. a. 1. q. 2. Et op. 3 c. 2. li. 3. de anima, tex. 42. to. 2.

TItulus ſingularis eſt: omnis quæſtio de appetitu ſenſitiuo, ut ſic, ſed de appetitu ſenſitiuo, ut habet rõnem voluntatis, non ſimpliciter, & abſolute, ſed talis, hoc eſt ſenſualis, Puto autem rõnẽ tituli huius fuiſſe euãgelica uerba, quib. motus appetitus ſenſitiui, velle vocatur, cum dicitur: Venimus non ſicut ego volo.

¶ In corpore articuli unica eſt concluſio. In Chro fuit voluntas ſenſualitatis, ſeu ſenſualitas, dicta uoluntas participatiue. probatur primo, quod in Chro fuit ſenſualitas appetitus: ſecundo, quod iſte ſit uoluntas per participationem. Primum probatur, Filius Dei aſſumpſit naturam humanam cũ oĩb. pertinentibus ad ipſius naturæ perfectionẽ, ergo aſſumpſit cũ ea oĩa, quæ pertinent ad perfectionẽ naturæ aĩalis. ergo aſſumpſit ſenſualitatẽ. prima cõſequentia probatur, quia in natura humana includitur natura aĩalis, ſicut in ſpẽ includitur genus. Secunda aũt probatur, quia appetitus ſenſitiuus, qui ſenſualitas dicitur, eſt unum de pertinentibus ad perfectionẽ naturæ aĩalis. Secundum probatur. appetitus ſenſitiuus, ſeu ſenſualitas, ut natus obedire rõni, uocatur, & eſt rõnalis participatiue ſecundo Ethi. ergo pari rõne uocari põt, & eſt voluntas participatiue. probatur, quia uoluntas in rõne eſt. nã ſicut à ratione participante rationalis appetitus, ita à uoluntate quoque participãte voluntarius appetitus, qui uoluntas uocatur, dici põt. Imo ex hoc ipſo quòd rationalis appetitus dicitur, uolũtas dicitur, quia rõnalis appetitus* nomẽ eſt proprium uolũtatis, & participatiue ſolum communicatũ ſenſualitati.

¶ Aduerte hic, quod quia oĩs motus appetitus ſenſitiui in Chro fuit uoluntarius (quãuis et motus proprii ſenſualitatis in propria obiecta, uolũtarii etiam, nã uolũtarie eſuriuit, & una quæque uirtus propria exercere diſpoſitio) ideo in Chro appetitus ſenſitiuus ſemper rõnalis, & ſemper participatiue volũtas in quolibet ſuo actu fuit.

SVP. QV. XVIII. ART. III.

Medina, ar 3.

Porr. 216

Titulus clarus eſt, ortumq. habuit ex diſtinctione uoluntatis tam à Damaſceno, q̃ ab alijs facta.

¶ In corpore articuli tãdeſ cũ diſtinctione ad q̃ſitũ. Diſtinctio ẽ, Voluntas accipi põt, uel pro potẽtia, uel p̃ actu. Prima concluſio iuxta primũ mẽbrũ. In Chr̃o eſt vna tñ voluntas humana eſſentialiter, & nõ participatiue dicta. Scd̃a cõcluſio, iuxta ſcm̃ mẽbrum eſt. in Chr̃o ſũt duæ uoluntates, ſ. uoluntas ut natura, & uolũtas ut rõ. Probatur primo ſcd̃a cõcluſio. Voluntas eſt finis, & eorũ, q̃ ſũt ad finẽ alio, & alio mõ. ergo alterius rationis eſt act⁹ uolũtatis in finẽ, & alterius rõnis, actus uoluntatis in id, qd̃ ẽ ad finẽ. ergo in Chr̃o ſũt duæ uoluntates, i. duæ ſpẽs actuũ volũtatis. Antecedens p̃ prima parte ex ſuperioribus ſupponit. Pro ſcd̃a p̃bat, quia in finẽ fert ſimpliciter, & abſolute, q. ĩ id fert ut in id, quod eſt ſm̃ ſe bonũ, ut in ſanitatẽ. in id vero, qd̃ eſt ad finẽ, fert cũ quadã cõparatione, quia fert in id, ſm̃ q̃ hẽt bonitatẽ ex ordine ad aliud, ſ. finẽ, ut patet de ſumptione medicinæ pp̃ ſanitatem. Conſequentia relinquit pro euidẽti gr̃a materiæ, nã talis modorum diuerſitas, qualis. ſ. conſurgit ex p̃prijs rõnibus finis, & eius qđ eſt ad finẽ, diuerſã hẽt rõnem in appetibus proprijs. Probat ſcd̃a pars primæ cõcluſio, qa talis diuerſificat potentiam. Probat: ſtat cũ una cõmuni rõne boni, q̃ eſt obiectũ voluntatis: ſtãte. n unitate obiecti proprij uoluntatis. qđ eſt bonum in cõi, non diuerſificat potentia uoluntatis, q̃ſuus diuerſificent gr̃a actuũ eius ex diuerſa rõe generali actuum eius, cuiuſmodi ſunt motus ad bonum in ſe, & motus ad bonum p̃pter aliud.

ar. 1. hui⁹ q̃ſt. ad 3

1. 2. q. 8. a. 2. & 3.

ARTICVLVS III.

Vtrum in Chriſto fuerint duæ uoluntates, quantum ad rationem.

Sup. ead. q. art. c. 2. ad 2. & 1ſ. artic. 4. & 5 cor. & 3 d. 17. at. 1. q. 3. & opu. 3 c. 13.

AD TERTIVM ſic p̃cedit. Vr q̃ in Chriſto fuerint duæ uoluntates, quantum ad rationẽ. Dicit. n. Damaſc.[a] in 2. lib. q̃ duplex eſt hominis[b] voluntas, ſ. naturalis, quæ uocatur thelíſis, & voluntas rationalis, quæ uocatur bulíſis: ſed Chriſtus in humana natura habuit quicqd ad perfectionem humanæ naturæ pertinet. ergo utraq; prædictarum volũtatũ fuit in Chr̃o.

*li. 2 c. 22 & li. 3 ca. 14. & 18.

G

¶2 Præt. Vis appetitiua diuerſificatur in homine, ſm̃ diuerſitatẽ virtutis apprehenſiuæ, & iõ ſm̃ dr̃iam ſenſus, & intellectus diuerſificatur in homine appetitus ſenſitiuus, & intellectiuus: ſed ſimiliter quãtum ad apprehenſionẽ hominis ponitur dr̃ia rationis, & intellectus, quorum utrumque fuit in Chriſto ergo fuit in eo duplex uoluntas, vna intellectualis, & alia rationalis.

H

¶3 Præt. A quibuſdã ponitur ĩ Chriſto uoluntas pietatis, quæ non poteſt poni niſi ex parte rationis.[b] ergo in Chr̃o ex parte rationis ſunt plures uolũtates.

SED CONTRA eſt, q̃ in quolibet ordine eſt unum primum mouens: ſed volũtas eſt primũ mouens in genere humanorũ actuũ ergo in vno hoĩe non eſt niſi vna voluntas proprie dicta, quæ eſt uoluntas rationis, Chriſtus autem eſt unus homo. ergo in Chriſto eſt una tantũ voluntas humana.

I

RESP. Dicendum, q̃ ſicut dictum eſt,* voluntas q̃ñq; accipitur pro potentia, & q̃ñq; pro actu. Si ergo voluntas accipiaſ pro actu, ſic oportet in Chriſto ex parte rationis ponere duas uoluntates, i. duas ſpecies actuũ uoluntatis. Voluntas. n. ut in ſecunda parte dictũ eſt,† & eſt finis, & eſt eorum, quæ ſunt ad finem, & alio modo fertur in utrumque. Nam in finem fertur ſimpliciter, & abſolute, ſicut in id, quod eſt ſm̃ ſe bonum. In id autem*, quod eſt ad finem, ferſ cum quadam comparatione, ſecundum quod habet bonitatem ex ordine ad aliud. Et ideo alterius rationis eſt actus uoluntatis ſecundũ q̃ fertur in

K

F aliquid, quod eſt ſecundum ſe uolitum, ut ſanitas (quod a Damaſc.[a] vocatur thelíſis, ideſt, ſimplex uoluntas, & à Magiſtris vocatur voluntas vt natura) & alterius rationis eſt actus uoluntatis, ſecundum, q̃ fertur in aliquid, quod eſt uolitum ſolum ex ordine ad alterum, ſicut eſt ſumptio medicinæ, quem quidem uoluntatis actum Damaſc.[a] vocat bulíſim, id eſt, conſiliatiuam uoluntatem, à Magiſtris autem uocatur uoluntas ut ratio. Hæc aũt diuerſitas actus non diuerſificat potentiam, quia uterque actus attendit ad unam communem rationem obiecti, quod eſt bonum. Et ideo dicendũ eſt, q̃ ſi[m] loquamur de potentia uoluntatis, in Chriſto eſt una & ſola uoluntas humana, eſſentialiter, & nõ participatiue dicta: ſi uero loquamur de uoluntate, quæ eſt actus, ſic diſtinguitur in Chriſto uoluntas, quæ eſt ut natura, quæ dicitur thelíſis, & uolũtas, quæ eſt ut ratio, quæ dicitur bulíſis.[a]

Loco cit. in arg. 1.

Loco cit. l arg. 1.

Concl. in D. 1259.

AD PRIMVM ergo dcd̃m, q̃ illæ duæ uoluntates non diuerſificantur ſecundum potentiam, ſed ſolum ſecundum differentiam actus, ut dictũ eſt.*

In cor. ar.

AD II dicendum quòd, etiam intellectus, & ratio non ſunt diuerſæ[d] potentiæ, ut in prima parte dictum eſt.†

D. 1219. P. p. q. 79. artic. 8.

AD III dicendum, q̃ uoluntas pietatis non uidetur eſſe aliud quàm uoluntas, quæ conſideratur ut natura; inquantum. ſ. refugit alienum malum abſolute conſideratum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum in Chriſto fuerit liberum arbitrium.

AD QVARTVM ſic procedit. Vr quòd in Chr̃o non fuerit liberum arbitrium. Dicit. n. Damaſc.* in 3. li. Gnomen aũt. i. ſñiam, vel mentem, uel excogitationẽ, & prohæreſim, i. electionem, in Domino dicere impoſſibile eſt, ſi proprie loqui uolumus. Maxime autem in his, quæ ſunt fidei, eſt proprie loquẽdũ. ergo in Chriſto non fuit[h] electio, & p̃ cõſequens, nec liberũ arbitriũ, cuius actus eſt elect.

¶2 Præt. Philoſ. dicit in 3. Eth.† q̃ electio eſt appetitus præconſiliati: ſed conſilium non uideſ fuiſſe in Chriſto, quia non conſiliamur, de quibus certi ſum⁹. Chriſtus autem de omnib. certitudinem habuit. ergo in Chriſto non fuit electio, & ſic nec liberum arbitrium.

li. 3. eth. c. 3. circa fi. to. 5.

¶3 Præt. Liberum arbitrium ſe habet[h] ad vtrumque: ſed uoluntas Chr̃i fuit determinata ad bonũ, quia non potuit peccare, ſicut ſupra dictũ ẽ.* ergo ĩ Chriſto non fuit liberum arbitriũ.

q. 15. ar. 1. & 2.

SED CONTRA eſt, q̃ dicitur

SVP. QV. XVIII. ART. IIII.

Porr. 240

Titulus ut ſonat, clarus eſt.

¶ In corpore articuli unica eſt concluſio reſponſiua, In Chriſto fuit liberũ arbitriũ. Probatur: in Chriſto voluntas ponitur ut ratio, ergo electio, ergo liberum arbitriũ. Antecedẽs probatur, quia in Chriſto ponitur duplex voluntatis actus, ſ. reſpectu finis, & reſpectu eius, quod eſt ad finem, &c. ut ſupra dictum eſt. Prima conſequentia p̃batur, quia electio eſt idem, quod uoluntas, ut ratio, quod probatur ex differentia inter uoluntatem, & electionem ex tertio Ethicorum, quia illa finis, hæc eius, quod ad finem, & propterea illa uoluntas ut natura, hæc uoluntas, ut ratio. Secunda uero conſequentia probatur, quia electio eſt proprius actus liberi arbitrij, hoc eſt uoluntatis, ut eſt liberum arbitrium, ut in prima parte dictum eſt.

3. d. 14. ar. 1. q. 1. cor. & d. 17. a. 1. q. 5. ad 5 Eod. 18. a. 2. ad 5. li. 3. c. 14 non p̃cul a fi.

Iſa.7.Butyrum, & mel comedet, ut ſciat reꝓbare A
malū, & eligere bonū, ꝙ eſt actus liberi arbitrii.
ergo in Chriſto fuit liberum arbitrium.

Resp. dcēdm, ꝙ ſicut dictū eſt†, in Chr̄o fuit duplex[d] actus uoluntatis, unus q̄dē, quo eius uoluntas ferebat̄ in aliq̄d, ſicut ſm ſe uolitū, ꝙ ꝑtinet ad rōem finis: alius āt, ſm quē eius volūtas ferebat̄ i aliquid per ordinē ad aliud, ꝙ pertinet ad rōnem eius, quod eſt ad finem. Differt āt, ut Philoſophus dicit in 3. Eth.* electio a uoluntate in hoc, ꝙ voluntas, ꝑ ſe loquēdo, eſt ipſius finis, electio aūt eorū, q̄ ſunt ad finē. Et ſic ſimpliciter uoluntas ē idē, ꝙ uoluntas ut natura. Electio āt eſt idē, ꝙ uoluntas ut rō, & eſt proprius actus liberi arbitrii, ut in prima parte dictū eſt†. Et iō[m] cū in Chr̄o ponatur uoluntas ut rō, neceſſe eſt ēt ponere electionē, & per conſequens liberum arbitrium, cuius actus eſt electio[n], ut in prima parte habitum eſt.* B

Art. 1. hui9 q. ad 3. — li. 3. eth. c. 2. l. 5. 10. 5. — P. p. q. 83. Ar. 4. Concl. — P. p. q. 83. a. 3. & t. 2. q. 13. ar. 1.

Ad primum ergo dcēdm, ꝙ Dama. excludit a Chr̄o electionē, ſm ꝙ intelligit in noīe electionis īportari dubitationē. Hæc tñ dubitatio non eſt de neceſſitate electionis, qa ēt deo cōuenit eligere ſm illud Eph. 1. Elegit in ipſo &c. cū tñ in Deo nulla ſit dubitatio. Accidit tñ dubitatio electiōi, inquātū eſt in natura ignorante. Et idē dcēdm eſt de aliis, de qb. fit mētio in auctoritate prædicta.† C

citato l. 2. l

Ad II dcēdm, ꝙ electio ꝓſupponit cōſiliū, nō tñ ſequit̄ ex cōſilio, niſi iā determinato ꝑ iudiciū. Illud. n. ꝙ iudicamus agēdū, poſt īquiſitionē cōſilii eligimus, ut in 3. Eth. dr̄.* Et iō ſi aliq̄d iudicet̄ ut agendū abſq; dubitatione, & inquiſitione ꝓcedente, hoc ſufficit ad electionē. Et ſic patet, ꝙ dubitatio, ſiue inquiſitio nō ꝑ ſe ꝑtinet ad electionē, ſed ſolum ſecundum quòd eſt in natura ignorante.

li. 3. ethi. ca. 2. & 3. to. 5.

Ad III dcēdm, ꝙ uoluntas Chr̄i licet ſit determinata ad bonū, nō tñ eſt determinata ad hoc, uel ad illud bonū. Et iō ꝑtinet ad Chr̄m eligere ꝑ liberū arbitriū cōfirmatū in bono, ſicut ad beatos.

ARTICVLVS V. D

Vtrum uoluntas humana Chriſti fuerit omnino conformis diuinæ uoluntati in uolito

Infr. q. 21. art. 3. et 4. Et 3. d. 17. art. 2. q. 1. & 4. cōtra G. 39. fi.

Ad qvintvm ſic ꝓcedit̄. Vr̄ ꝙ volūtas humana in Chr̄o nō uoluerit aliud, q̄ deus vult. Dr̄. n. in Pſal. 39. ex perſona Chriſti, ut facerem uoluntatem tuā, deus meus, [h]uolui: ſed ille, qui vult volūtatē alicuius, facere, uult, quod ille uult. ergo uidetur ꝙ uoluntas humana Chriſti nihil aliud voluerit, quàm uoluntas diuina ipſius. E

¶2 Præt. Aīa Chr̄i habuit perfectiſſimam charitatē, q̄ ēt cōprehenſionē nr̄æ ſcientiæ excedit, ſm illud Eph. 3. ſupereminentē ſciæ charitatē Chr̄i: ſed charitas eſt facere, ꝙ hō idem uelit[h] ꝙ Deus vū, & Philoſo. 9. Eth. dicit, ꝙ unū de amicabilibus eſt eadē uelle, & eligere. ergo volūtas humana in Chriſto nihil aliud uoluit, quā diuina. A

lib. 9. ca. 4. to. 5.

¶3 Præt. Chriſtus fuit uerus[h] cōprehenſor: ſed ſancti, qui ſunt cōprehenſores i patria, nihil aliud uolūt, q̄, ꝙ Deus uult, alioquin nō eſſent beati, qa nō haberent quicqu d uellēt: beatus. n. eſt, qui hēt quęcumque vult, et nihil mali vult, ut Aug. dicit i li. de Tri.* ergo Chr̄s nihil aliud voluit ſm volūtatē humanā, q̄ uoluit uolūtas diuinā. B

li. 1. de tri. c. 5. et l. 13. c. 5. 1 fi. et c. 6. to. 3.

Sed contra eſt, ꝙ Aug. dicit cōtra Maximinū†: In hoc, ꝙ Chr̄s ait, Nō ꝙ uolo, ſed ꝙ tu, aliud ſe oſtendit uoluiſſe, q̄ pater, ꝙ n. ſi humano corde nō poſſet, cū infirmitatē noſtram in ſuum, non diuinum, ſed humanū transfiguraret affectum.

† li. 3. con. Max. c. 19 in medio. to. 6.

Resp. dcēdm, ꝙ ſicut dictū ē*, in Chr̄o ſm humanā naturam ponit̄ multiplex volūtas. ſ. uolūtas ſēſualitatis, q̄ participatiue volūtas dr̄, & uolūtas rōalis ſiue cōſideret̄ ꝑ modū naturę, ſiue ꝑ modū rōis. Dictū eſt aūt ſupra*, ꝙ ex quadā diſpēſatiōe filius Dei ante ſuā paſſionē ꝑmittebat carni agere, & pati, q̄ ſūt ei ꝓpria. Et ſilr̄ ēt ꝑmittebat oīb. uirib. aīæ agere, & pati q̄ ꝓpria. Manifeſtū eſt āt, ꝙ uolūtas ſēſualitatis, refugit naturaliter dolores ſēſibiles, et corpis lęſionē. Silr̄ ēt uoluntas ut natura repudiat ea, q̄ ſunt naturæ contraria, & q̄ ſunt ſm ſe mala, puta mortem, & alia hmōi: ſed hæc tñ uoluntas, q̄ñ que per modū rōis eligere pōt ex ordine ad finem. Sicut ēt in aliquo puro homine ſenſualitas eius, & ēt uoluntas abſolute conſiderata refugit vſtionē quam tñ voluntas ſm rōnem eligit propter finem ſanitatis. Voluntas autem dei erat, ut Chriſtus dolores, & paſſiones, & mortē pateret̄, non ꝙ iſta eſſent a Deo uolita. ſecundum ſe ſed ex ordine ad finē humanæ ſalutis. vñ patet, ꝙ [m] Chr̄us ſm uoluntatem ſenſualitatis, & ſecundum uoluntatem rōnis quæ conſideratur per modum naturæ, aliud poterat uelle, q̄ Deus: ſed ſecundum uoluntatem, quæ eſt per modum rōnis,

a. t. 2. et 3. huius q. — q. 14. ar. 2. ad 2. — D. 1019. — Concl.

SV. QVAE. XVIII. ART. V.

Ca. 3. d. 16. q. 1. conr. 2. Palud. 3 d. 17. q. 1. Medina ar. 5.

Titulus clarus eſt de conformitate uoluntatis Chriſti humanæ ad diuinā in uolito. Nam de cōformitate in modo uolendi nulla eſt quęſtio, cum impoſſibile ſit uoluntatē creatam uelle eo modo, quo uult Deus: ſed an circa rem. uolitā fuerit conformitas, ita quòd nihil uoluerit ſecundum appetitum humanū, quod alienum ſit a uolito ſecundum diuinam uoluntatem, in dubium uertitur, propterea quòd legim⁹ Chriſtum ſecundum hominem uoluiſſe mortem propriam, quam tamen cōſtat eundem uoluiſſe uo luntate diuina.

¶ In corpore articuli reſpondetur quæſtio cum diſtinctione duabus concluſionibus. Diſtinctio eſt de triplici in Chriſto humana uolūtate, hoc eſt, uoluntate ſenſualitatis, uoluntate rationali, ut eſt natura, & uoluntate rationali, ut eſt ratio. Prima concluſio eſt, Chriſtus ſecundum uoluntatem ſenſualitatis, & ſecundum uoluntatē rationalem ꝑ modū naturę, poterat aliud uelle quàm Deus. Secunda concluſio eſt, Chriſtus ſm uoluntatē per modū rōis, idem uoluit, quod Deus. Probantur ſimul duplici, et primo rat one, ſecundo auctoritate. Rō eſt iſta: uoluntas ſenſualitatis naturaliter refugit, & læſionem corporis & dolores ſenſibiles, & uoluntas ut natura repudiat, & contraria naturę, & ſecundum ſe mala, & uoluntas per modum rationis eligit, quandoque hæc eadem ex ordine ad finem, & uoluntas Dei erat ut Chr̄s mortē, & male pateret̄, non ꝙ iſta uellet ſecundum ſe ſed in ordine ad finem, ergo Chriſtus ſecundum uoluntatem ſenſualitatis: & ſm uoluntatē per modum naturæ, poterat aliud uelle, quàm Deus, & ſecundum uoluntatem ꝑ modum rationis, ſemper uoluit idem, qđ Deus. Antecedēs habens quatuor partes, quo ad primas tres partes probatur ex hoc, ꝙ uidemus ſenſualitatē, & uoluntatē ut nām refugere aduſtionē, q̄ tñ volūtas ꝑ modū rōis, q̄ñque eligit propter ſanitatem acquirēdā. Conſequentia autē probatur, Filius dei ex quadam diſpenſatione ante paſſionem ſuam permittebat omnibus uiribus aīæ agere, quæ propria ſunt eis. ergo permittebat in Chriſto uoluntatem ſēſualitatis refutare

leſionem abſolute, &c. & uolūtatem ut naturā repudiare mortem abſolute, & uoluntatem ut rōnem acceptare eã tñ in ordine ad finem humanę ſalutis. Vbi patet, primas duas uoluntates aliud uelle q̃ deus, & tertiam uelle idem. q̃ Deus. Aſſūptū ad probandum conſequentiam probatur, quia ſupra dictū eſt, q̃ filius Dei ex quadā diſpenſatione permittebat carni agere, & pati, quæ ſunt ei propria: ex hoc.n.ſequit̃ per uiam, ac rōnem ſimilẽ, q̃ ſimiliter permiſit uiribus aliis agere, quæ eis ſunt propria. Deinde probantur ambę concluſiones auctoritate unica Christi orantis ad Patrē, Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. in his .o.uerbis, triplex uoluntas patet. ſ.diuina in ly tu, humana conformis diuinę in ly ſicut tu (quæ eſt uoluntas p modū rōnis), & humana aliud uolēs, q̃ diuina in ly, non ſicut ego uolo. Et hæc eſt uoluntas rōnalis p modū naturæ, repudians mortē abſolute, & uoluntas ſenſualitatis refutans dolores ſenſibiles &c. Patet ergo ex hac auctoritate utraq; cōcluſio. ¶ Nota nouitie, q̃ ut in rñſione ad primū clarius explanat, tam actus uoluntatis per modum naturæ, q̃ actus ſenſualitatis ex propria natura habet obiectum abſtrahens ab ordine ad diuinā

ſpˀ idem volebat q̃ Deus, q̃ patet ex hocipſo qđ dicit, Non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu. Volebat n.ſm rōnem, uoluntatē diuinā impleri: q̃uis aliud dicit ſe uelle ſecundum quandam aliam e us uoluntatem.

G AD PRIMVM ergo dcđm, q̃ Chrs p uoluntatē rōnalē voluit ut diuina voluntas ipleret̃, nō āt p uoluntatē ſenſualitatis, cuius motus non ſe extēdit uſq; ad uoluntatē Dei, neq; p uolūtatē, q̃ conſiderat̃ pˀ modū naturę q̃ fert̃ in aliqua obiecta abſolute conſiderata, & nō in ordine ad diuinam uoluntatē.

AD II dcđm, q̃ conformitas uoluntatis humanæ ad voluntatē diuinā, attendit̃ ſm voluntatē rōis, ſm quā ēt uolūtates amicorū concordant, inquantū.ſ.rō cōſiderat aliquod uolitū i ordine ad volūtatē amici.

AD III dcđm, q̃ Chrs fuit ſimul cōprehenſor, & uiator, inquantū.ſ. p mentē fruebatur Deo, & habebat carnē paſſibilem. Et ideo ex parte carnis paſſibilis poterat in eo aliqd accidere, quod repugnaret naturali uoluntati ipſius, & etiā appetitui ſenſitiuo.

ARTICVLVS VI.

Vtrum in Christo fuerit contrarietas uoluntatum.

G AD SEXTVM ſic pcedit̃. Vr̃ q̃ in Chr̃o fuerit cōtrarietas uoluntatum. Contrarietas namque voluntatum attenditur ſm contrarietatem [b] obiectorum ſicut ēt contrarietas motuum attenditur ſm cōtrarietatē terminorum, ut patet per Philo. in 5. phyſi.* ſed Chrs ſm diuerſas uolūtates cōtraria uolebat, nã ſm uoluntatē diuinā uolebat mortē, quā H refugiebat ſm voluntatem humanam. vñ Ath. dicit in lib. aduerſus Appollinariū, Qñ Chriſtus dicit, Pater, ſi poſſibile eſt, trãſeat a me calix iſte, & tñ nō mea, ſed tua uolūtas fiat, & iterum, Spiritus promptus eſt, caro āt infirma, duas uoluntates hic oſtendit: unam humanam, q̃ propter infirmitatem carnis

uoluntatem, & pptea quantum eſt ex parte obiecti, nō ſpectat ad hos motus, conformitas ad diuinã uoluntatē. Dico ſi quantū ē ex parte obiecti. qa ex parte ſubiecti ēt actus iſti cōformes ſunt diuinæ uoluntati in beatitudine q̃ inter Chriſtum ac mortem, & beatos, differentia. horum motuum in uolūtate ex parte ſubiecti oritur: quia.ſ. Chrs animam, & carnem paſſibilem habebat, beati autem non. Hinc enim fit, ut Chriſti uoluntati naturali, & ſenſuali occurrerent aliqua ut contraria, & læſiua, q̃ beatis exemptis ab omnis poſſibilitate mali occurrere neque unt, & propterea beati etiam ſm naturalem uoluntatis motū, & ſm appetitum ſenſitiuum conformantur diuinæ uoluntati in uolito, Chriſtus autem non. Et ſcito quòd iſti uoluntatis motus, qui in aliud tendebant in Chriſto, nihil aliud ſunt q̃ ue lleitates: uniuerſaliter ſiquidem loquendo, actus uoluntatis p modum naturę diſtinctos contra actum uoluntatis per modū rationis contrarium eligētis, nihil aliud eſt q̃ uelleitas, de qua dr in Eth. q̃ eſt etiam impoſſibilium: itaq; in beatis, nec electio, nec uelleitas eſt ad aliud uolitum, quam quod Deus uult. In Chriſto aūt electio omnis conformis Deo fuit in uolito. ſed non omnis uelleitas eius fuit conformis Deo in uolito: ha K buit.n. Chriſtus uelleitatem non patiendi crucē, quã tñ elegit, quia Deus ſic uolebat. Et ſimile eſt in nobis, cum dolemus de morte iuſte patientiū, & plagis iuſte à Deo nobis inflictis, & aliis huiuſmodi. Vellemus.n. hæc non eſſe: ueruntamen, fiat uoluntas Dei, dicamus, & uolumus ſi non exorbitamus.

SVPER QVÆ. XVIII. ART. VI.

Alb. Mag. 3.d. 17. per totam. Medina. ar. 6.

TItulus clarus quo ad quid nominis: in corpore autem manifeſtatur quid ſit contrarietas uoluntatum, & ſm quæ attendatur, nempe ſecundum contrarietatem obiectorum, ut uolentis, uolenti a, & ſimilium.

¶ In corpore articuli duo ſiunt. primo mõſtratur in cõi in quo conſiſtit contrarietas uoluntatum: ſecundo, reſpõdetur quæſito. ¶ Quo ad primum cõcluſio eſt. Ad contrarietatē uoluntatū in aliquo requiritur, quod oppoſitio uoluntatū ſit, & circa idē, & in eadē uoluntate. Probat̃ primo cōcluſio hæc ex cõi ratione

Li. 10. c. 5. tom. 5.

Concl. m

Ferrer. a 13 a

cõmemoratio peccatorũ, cum A dr̃, Dimitte nobis debita nr̃a. Mat. 6. offert ẽt cõtinue ſacrificiũ in eccleſia: vñ, & ibidẽ dr̃, Panẽ nr̃um quotidianũ da nobis hodie. ergo per ſacerdotiũ Chriſti nõ expiantur peccata.

¶ 2 Præt. In veteri lege maxime immolabaſ hircus ꝓ pctõ principis, vel capra ꝓ peccato alicuius de populo, Vel vitulus pro peccato ſacerdotis, vt patet Leuit. 4. ſed Chriſtus nulli horũ B cõparatur, ſed agno, ſm illud Hie. 11. Ego quaſi agnus manſuetus, q portaſ ad victimã. ergo vr̃ ꝙ eius ſacerdotium non ſit expiatiuum peccatorum.

Sed contra eſt, ꝙ Apoſt. dicit Hebr. 9. Sanguis Chriſti qui per Spiritumſanctum ſeipſum obtulit immaculatũ Deo, emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis, ad C ſeruiendum Deo uiuenti. Opera autẽ mortua dñr peccata. ergo ſacerdotium Chriſti habet uirtutẽ emũdãdi peccata.

Resp. Dcẽm, ꝙ ad peccatorum perfectã emundationem duo requiruntur, ſm ꝙ duo ſunt in peccato, ſ. macula culpæ, & reatus pœnæ. Macula quidem culpæ deletur per grãm, qua cor peccatoris conuertitur in Deum: reatus aũt pœnæ D totaliter tollitur per hoc, ꝙ hõ Deo ſatisfacit. Vtrumq; aũt horum efficit ſacerdotium Chriſti. Nã virtute ipſius grã nobis datur, qua corda noſtra cõuertuntur Deum, ſm illud Rõ. 3. iuſtificati gratis per gratiã ipſius per redemptionẽ, quæ eſt in Chriſto Ieſu, quẽ propoſuit Deus propitiatorẽ per fidẽ in ſanguine ipſius. Ipſe etiam pro E nobis plenarie ſatisfecit, inquãtum ipſe languores noſtros tulit, & dolores nr̃os ipſe portauit. Vñ patet ꝙ Chri ſacerdotiũ hẽt plenã vĩ expiãdi pctã.

Ad primvm ergo dcẽm, ꝙ licet Chriſtus non fuerit ſacerdos ſm, ꝙ Deus, ſed ſecundum ꝙ homo, unus tamen, & idem fuit ſacerdos, & Deus. Vnde in ſyno. Epheſ. legitur: Si quis Pontificem dicit & Apoſtolũ noſtrum fieri, nõ ipſum ex Deo Verbum, quando factũ eſt caro A & ſecundum nos homo, ſed tã quàm alterum præter eũ ſeorſum hominem ex muliere, anathema ſit: & ideo in quantum eius humanitas operabatur in uirtute diuinitatis, illud ſacrificium erat efficaciſſimum ad delenda peccata. Propter ꝙ Aug. dicit in 4. de Trin. Vt quoniã quatuor conſiderantur in omni ſacrificio, cui offeraſ, a quo offeratur, quid offeraſ, pro qui B bus offeratur: idem ipſe vnus veruſq; mediator, per ſacrificiũ pacis reconcilians nos Deo, unum cum illo maneret, cui offerebatur: vnum in ſe faceret, pro quibus offerebatur: unus ipſe eſſet, qui offerebat, & quod offerebat. L. 4. c. 14. circa fi. to. 3.

Ad ii dcẽm, ꝙ pctã nõ cõmemorantur, in noua lege, propter inefficaciam ſacerdotii Chri, quaſi per ipſum non ſufficienter expiẽtur peccata: ſed cõmemorantur quantũ ad illos, qui uel eius ſacrificii nolunt eſſe participes (ſicut ſunt infideles), ꝓ C quorũ pctis oramus, ut conuertantur: uel ẽt quãtũ ad illos, qui poſt participationẽ huius ſacrificii ab eo deuiant, qualitercũq; peccando. Sacrificiũ aũt quòd quotidie in eccleſia offertur, nõ eſt aliud a ſacrificio, quod ipſe Chrs obtulit: ſed eius cõmemoratio: unde Aug. dicit in 10 de ciui. Dei Sacerdos ipſe Chrs offerens, ipſe, & oblatio: cuius rei ſacrm, quotidianũ eẽ uoluit ecclæ ſacrificiũ. L. 10. de ciui. de. c. 20 im me. t. 5

Ad iii dcẽm, ꝙ ſicut Orige.* dicit ſuper Io. Licet diuerſa animalia in ueteri lege offerrẽtur, quotidianum tamen ſacrificiũ, quod offerebatur mane. & veſpere, erat agnus, ut habetur Numer. D 28. Vnde ſignificabatur, ꝙ oblatio agni ueri, id ẽ Chriſti, eẽt ſacrificium conſumatiuum omnium aliorum. Et ideo Ioan. 1. dicitur, Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.

*Su. illud Ioa. 1. Ecce agnus Dei qui libet t. ac lu cẽ prodiit anno Dñi 1555.

Articvlvs IIII.

Vtrum effectus ſacerdotij Chriſti nõ ſolum ad alios pertinuerit, ſed etiam ad ipſum.

Perr. a 138 4. d. 4. q. 1. c. 3. q. 5.

E **A**D qvartvm ſic ꝓcedit. Vr̃ ꝙ effectus ſacerdotii Chri non ſolum pertinuerit ad alios, ſed ẽt ad ipſum. Ad officiũ enim ſacerdotis pertinet, ꝓ populo orare, ſm illud 2. Mach. 1. Orõnẽ faciebãt ſacerdotes, dũ conſumaretur ſacrificium: ſed Chriſtus nõ ſolum pro aliis orauit ſed etiam pro ſeipſo, ſecundum ꝙ ſupra dictum eſt,* ſicut expreſſe dicitur Hebr. 5. quod in diebus carnis ſuæ, pces, ſupplicationeſq; ad Deum, q poſſit illum ſaluum facere a mor-

¶ Tertio, quòd expiatio ſecundũ nominis proprietatẽ, emundationem, ſeu purgationẽ culparũ ſignificare videtur, & ſic ſumiſ ĩ propoſito.

¶ In corpore vnica ẽ concluſio: Chriſti ſacerdotium habet plenam uim expiandi peccata. Probatur. Ad perfectam emundationẽ peccati duo requirunſ, dare grãm & ſatisfacere: ſed Chriſti ſacerdotium hẽt utrumque, ergo. Maior probatur ex duobus inuentis in pctõ, macula, & reatu quorũ primũ grã, ſm, ſatisfactione ſolliſ. Minor uero auctoritate Pauli, & Iſaiæ.

¶ In reſponſione ad primum. cum dr̃, ꝙ inquãtũ Chri humanitas operabatur uirtute diuinitatis, ſacrificiũ Chri erat efficaciſſimum ad delẽda peccata ꝑ grãm, non intelligas humanitatẽ Chri cõcurrere inſtrumẽtaliter ad creãdam gratiam in aia, ſed intelligito, quantũ ad creationẽ ſpectat cõcurrere inſtrumẽtaliter diſpoſitiue, & meritorie: nata ẽ. n. grã ſm illã uiã creari in patiente diſpoſito, ſicut aia rõnalis. Et ꝓpterea, licet creatio abſolute refutet inſtrum, creatio tñ rei in patiente diſpoſito non refutat inſtrũum & ſacrificiũ Chri inuenit efficaciſſimũ ad cauſãdã grã iuſtificãtẽ: ſicut ſemen humanũ bñ diſpoſitũ inuenit efficax ad cauſandã aiam rõnalem producendi hois. Verius tñ dr̃ ſm Auctoris doctrinã, humanitatẽ Chri operari uirtute diuinitatis inſtrũaliter deletionem peccatorũ per grãm non creatione, ſed infuſione ꝓductã, ut ſupeti* monſtratũ ẽ auctoritate eius, & rõe.

Concil.

¶ In reſponſione ad tertiũ, unde nouitie ꝙ Chrs ex hoc ipſo ꝙ aſſimilatus eſt agno continuæ hoſtiæ, figuratis dñr per cæteri ſacrificia, ut ſacrificium oĩum cõſumatiuum: ita ꝙ non negatur Chrm compatari aliis ſed diſtinguiſ, ꝙ ꝑ aſſimilationẽ comparatur agno ꝑ cõſumationẽ com paratũ agno, per conſumat onẽ comparaſ aliis, & ex hoc ipſo, ꝙ agno aſſimilaſ, refertũ ad omnia, ut conſumatiu. Rationi ſiquidem conſonat, vt momentanea ad continuum reducantur, & ꝙ continuũ eſt conſumatio, omniũ ſit conſumatiuũ. Reliqua. n. ſacrificia ꝓ peccatis, hircus, capra, uitulus, nunc, uel tunc offerebantur, agnus aũt continue, & propterea uerus agnus ad omnia comparatur ſacrificia, ut omnium conſumatiuum.

In ſynod. 1 Epheſ. cui Præfuit Cyril. cano. 10

SVPER QV. XXII. ART. IIII.

Medina. a. 4.

Titulus clarus eſt, occaſionam ſumens ex diuerſis auctoritatibus, Apoſtoli. ſ. & ſynodi, ut paret in ert.

¶ In corpore articuli unica eſt concluſio. Non conuenit Chſo effectũ ſacerdotii ſui recipere. Probaſ dupliciter Primo, ex cõditione recipiẽtis ſacerdotii effectũ, Secũdo, ex excellẽtia ſacerdotii Chri. Prima ergo ratio eſt, Suſcipiẽs ſacerdotii effectũ, nõ poteſt per ſeipſum accedere ad deum: ſed q. 21. a. 3.

te, cũ clamore ualido, & lachrymis obtulit. ergo ſacerdotium Chr̄i effectũ habuit nõ ſolum in aliis, ſed. etiam[b] in ſeipſo.

¶ 2 Præ. his ſacrificiũ obtulit ſeipſũ in ſua paſſiõe: ſed[b] p̄ paſſionẽ ſuã nõ ſolũ aliis meruit, ſꝫ ẽt ſibi, ut ſ̄. habitũ eſt.* ergo ſacerdotiũ Chr̄i ñ ſolũ habuit effectũ in aliis, ſed ẽt in ſeipſo.

¶ 3 Prę. Sacerdotiũ veteris legis fuit figura ſacerdotii Chr̄i: ſed ſacerdos ueteris legis ñ ſolũ ꝓ aliis, ſed ẽt ꝓ ſeipſo ſacrificiũ offerebat: dr̄. n. Le. 16. ꝙ Pontifex igredit̃ ſãctuariũ, ut roget ꝓ ſe, & ꝓ domo ſua, & ꝓ uniuerſo cętu filiorũ Iſrael.[h] ergo ẽt ſacerdotiũ Chr̄i nõ ſolũ i aliis, ſꝫ i ſeipſo effectũ habuit.

SED CONTRA eſt, ꝙ i Epheſina* ſynodo legit̃, Si qs dicit Chr̄m ꝓ ſe obtuliſſe oblationẽ, & nõ magis ꝓ nobis ſolũ (ñ. n. idiguit ſacrificio, ꝙ pc̄tm̃ neſcit) anathema ſit: ſꝫ i ſacrificio offerẽdo potiſſime ſacerdotis cõſiſtit officiũ, ergo ſacerdotium Chriſti non habuit effectum in ipſo Chriſto.

RESP. Dcẽdũ, ꝙ ſicut dictum eſt, ſacerdos cõſtituit̃ medius iter Deũ, & populũ. Ille ãt idiget medio ad deũ, q p̄ ſeipsum accedere ad Deũ nõ p̄t, & talis ſacerdotio ſubiicit̃, effectũ ſacerdotii participãs. Hoc auté Chr̄o ñ cõpetit: dicit. n. Apoſt. ad He. 7. Accedẽs p̄ ſemetipsũ ad Deũ, ſp̄ viuẽs, ad iterpellandũ ꝓ nobis: et iõ[m] Chr̄o nõ cõuenit effectũ ſacerdotii i ſe ſuſcipere, ſꝫ potius ipsũ aliis cõicare.[n] Ptimũ. n. agens i quolibet gñe, ita ẽ influẽs, ꝙ nõ ẽ recipiens i gñe illo: ſicut Sol illuminat, ſꝫ ñ illuminat̃, & ignis calefacit, ſed nõ calefit, Chr̄us ãt ẽ fons tot[9] ſacerdotii: nam ſacerdos legalis erat figura ipſius: ſacerdos ãt nouæ legis i pſona ipſius operat̃, ẽm illud 2. ad Co. 2. Nã & ego, ꝙ donaui, ſiqd donaui, p̄ p̄ uos i perſona Chr̄i: & iõ non cõpetit Chr̄o effectum ſacerdotii recipere.

AD PRIMVM ergo dcẽdm, ꝙ orõ & ſi cõuenit ſacerdotib[9]: nõ tñ ẽ eorũ officio ꝓpria. Cuilibet. n cõuenit, & ꝓ ſe. & pro aliis orare, ẽm illud Iac. ultim. Orate pro inuicẽ ut ſaluemini. Et ſic poſſet dici, ꝙ oratio qua Chr̄s ꝓ ſe orauit, nõ erat actus ſacerdotii eius: ſed hęc rñſio vr̄ excludi p̄ hoc, ꝙ Apo. Heb. 5. cũ dixiſſet, Tu es ſacerdos in æternũ ẽm ordinẽ Melchiſedech, ſubdit, Qui in dieb. carnis ſuæ p̄ces &c. ut ſ̄.* Et ita ur̄ ꝙ orõ, qua Chr̄s orauit, ad ei[9] ſacerdotiũ ptineat: & iõ oportet dicere, ꝙ alii ſacerdotes effectũ ſacerdotii ſui participant, nõ iquãtũ ſacerdotes ſꝫ iquantũ pc̄tõres, ut i ſra dicet̃, Chr̄us ãt ſimpl̄r loquẽdo pc̄tm̃ nõ habuit. Habuit tñ ſimilitudinem pc̄ti in carne, ut dr̄ Ro. 8. Et iõ nõ ſimpl̄r dcẽdm ẽ, ꝙ ipſe effectũ ſacerdotii participauerit, ſꝫ ẽm q̃d, ſ. ẽm paſſibilitatem carnis. Vñ ſignãter dicit, Qui poſſit illũ ſaluũ facere a morte.

H AD II dcẽdm, ꝙ in oblatione ſacrificii cuiuſcũq; ſacerdotis, duo p̄nt conſiderari. ſ. ipsũ ſacrificiũ oblatũ, & deuotio offerentis. Proprius ãt effectus ſacerdotii eſt id, ꝙ ſequit̃ ex ipſo ſacrificio, Chr̄s ãt conſecutus ẽ per ſuã paſſionẽ gloriã reſurrectionis, non quaſi ex ui ſacrificii, ꝙ offertur per modũ ſatisfactionis: ſed ex ipſa deuotione, qua ẽm charitatem humiliter paſſionem ſuſtinuit.

AD III dcẽdm, ꝙ figura ñ p̄t adæquare ueritatẽ. Vñ ſacerdos figuralis ueteris legis non poterat ad hãc pfectionẽ ptingere, ut ſacrificio ſatisfactorio ñ idigeret, ſed Chr̄s ñ idiguit: vñ nõ eſt ſimilis rõ de vtroque. Et hoc eſt ꝙ Apoſtolus dicit, Lex hoies cõſtituit ſacerdotes, infirmitatẽ habentes: ſermo ãt iuriſiurandi qui poſt legem eſt. K Filium in æternum perfectum.

ARTICVLVS V.

Vtrum ſacerdotium Chriſti permaneat in æternum.

AD QVINTVM ſic ꝓced̃. Vr̄ ꝙ ſacerdotium Chr̄i non permaneat in æternũ: qa, ut dictũ eſt:* illi ſoli effectu ſacerdotii[b] indigent, qui hñt ifirmitatem peccati, quæ p̄ ſacerdotis ſacrificiũ expiari p̄t: ſed hoc nõ erit i æternũ: quia in ſãctis nulla erit infirmitas ſecũdum illud Iſa. 60. Populus

ſed Chr̄s per ſeipsũ accedit ad deum. ergo Maior probat̃: qa ſacerdos eſt medius, ac p̄ hoc ſuſcipere effectũ ſacerdotii ẽ ſuſcipere effectũ medii hoc ãt eſt ſolius ĩpotentis per ſeipſum accedere ad deũ: q. n. poteſt per ſeipsũ, nõ eget medio. Minor probatur Auctoritate Apoſtoli. Secunda rõ eſt. Primũ agens in quolibet gñe, eſt ita influens, ꝙ non eſt recipiens in illo genere Probat̃ inductiue in primo illuminãte, in primo calefaciente, & poſſet afferri i primo alterante, ſ. cęlo, & in primo mouente localiter. ſ. deo, ſeu intelligentia. Sed Chr̄s eſt fons totius ſacerdotii. Probat̃ inductiue, & reſpũ ſacerdotij legis ueteris, & nouę.

¶ Occurrit ãt ſtatim dubiũ, quare omiſſũ fuerit in hac iductione ſacerdotiũ añ vtrãq; legẽ, ſ. Melchiſedech, & patrum.

¶ Ad hoc dr̄, ꝙ quia erat eadẽ rõ de ſacerdote legali, & añ legẽ quo ad ꝓpoſitũ: qa vterque erat figura. Chriſti, iõ exprimendo legalem cum eius rõe, ſ. qa figura erat ſacerdotii Chriſti, & ẽt prędeceſſores cõprehendit.

¶ In rñſion. ad argumentorum, uide ꝙ Auctor nõ totaliter excludit Chriſtũ ab effectu ſui ſacerdotii ſed docet loqui caute, ꝙ ſ. ẽm quid. inquãtum, ſ. erat paſſibilis participauit ſacerdotii ſui confectũ, ſimpliciter ãt non: & qa non habuit pc̄tm: rũ quia non indiguit, vt prima rõ in corpore articuli allata probat: tũ quia non cõgruebat ſibi, ut ſecunda ratio ibi allata p̄bat. ¶ In rñſione ad 2m p̄ ſpice, ꝙ dr̄ ſacrificiũ offerri per modũ ſatisfactionis, & effectũ ipſius proprium eſſe, quod ex ui ipſi[9] quatenus ſatisfactorium eſt ſit. Rõ ſiquidẽ huius eſt, quia ſacrificium ex parte eſſentiali, & primaria inſtitutiõe, nihil aliud eſt q̃ iudicans recognitio reuerentialis ipſius dei, quę quia debita eſt deo, quia deus eſt, quia creator, conſeruator, largitorque eſt omnium ſatisfactionis cuiuſdam rationem habet. Offertur ergo ſacrificium per modum ſatisfactionis, non tantum pœnę debitę peccato, aut offenſæ contra deũ: ſed etiam beneficiorum, & (quod primum eſt) debiti deo cultus, quia deus eſt.

¶ Vnde habes, ꝙ effectus conſequens ex ui ſacrificii, ut ſatisfactorii, eſt abſolutio a pœna, aut reconciliatio ad deum. Nam libertas a gratiarum actione, aut debito cultu, non eſt effectus aliquis conſequens ſacrificium, proprie loquendo: ſed communis eſt negatio omnem actum debitum, quãdo ſolutus eſt, comitans: ipſum enim ſacrificium eſt gratiarum actio, & cultus dei. & non eſt exſolutio pœnæ, ſed ſolutionis cauſa, niſi ſit pœnale, pœnæ propria: nec eſt reconciliatio ſed gratiæ reconciliantis prouocatio.

SVPER QV. XXII. ART. V.

TItulus clarus & in corpore vnica eſt concluſio: Sacerdotium Chriſti ẽ æternum quo ad conſummationem. Declaratur primo termini diſtinguendo in ſacerdotis officio duo ſcilicet oblationem, & conſummationem. Probatur deinde, quia conſummatio ſacerdotii Chr̄i conſiſtit in bonis æternis. Probatur auctoritate Apoſtoli, Chriſtus Pontifex futurorum bonorum. Manifeſtatur que deinde ipſa concluſio ex figura legalis ſacerdotis, ſ. q. introitus pontificis legalis ſemel in anno in Sancta ſanctorum cum ſanguine immolato tamen extra, eſt figura conſummationis ſacerdotii Chr̄i: quia Pontifex in Sancta ſanctorũ ſignificat Chr̄ſtum totum, hoc eſt in ſe, & membris intrantem in cœlum ſecretum æternorum bonorum, qui a cum ſanguine

Marginal notes: q. 19. ar. 3. & 4. — Canon. 10 concil. 1. Epheſ. cui præfuit Cyril. tom. 1 Concil. — Ar. 1. huius & 3. — Vbi ſ. — In argu. — Porro 334 Ar. ſeq. co. & q. 6. ad 3. a. 5. cor. & 1 ad 2. q. 106. a. 4. & 3. d. 22. q. 1. a. 3. ad 2. ac. præc. — Letters: G, H, I, K

ſanguine immolatorum extra, ſignificat modum, quo Chriſt° totus, cælos intrauit, ſ. per ſanguinē ſuum, quem effudit extra cæſos, immolando ſeipſum in terra, quia ſemel in anno, hoc eſt integro curſu ſolis, ſignificat unitatē ſacrificii Chriſti, in perfecto curſu ſolis iuſtitiæ, hoc eſt in æternū, ut in reſponſione ad tertium dicitur.

tuus oēs iuſti. Peccatorū aūt infirmitas inexpiabilis erit: quia in inferno nulla eſt redēptio. ergo ſacerdotium Chriſti, fruſtra remaneret in æternum.

¶ 2 Præt. Sacerdotiū Chri præcipue manifeſtatū eſt in eius paſſione, & morte, qñ per propriū ſanguinē introiuit in ſancta, ut dr Heb. 9. ſed paſſio, & mors Chri non erit in æternū, ſm illud Ro. 6. Chrs reſurgēs à mortuis, iam non moritur. ergo ſacerdotium Chriſti non eſt in æternum.

¶ 3 Præt. Chrs eſt ſacerdos nō ſm q Deus, ſed ſm q hō: ſed Chrs qñque nō fuit hō, ſ. in triduo mortis. ergo ſacrificium Chriſti non eſt in æternum.

SED CONTRA eſt, quod dicitur in Pſalm. 109. Tu es ſacerdos in æternum.

RESP. Dcdm, q in officio ſacerdotis duo pñt conſiderari, primo quidē, ipſa oblatio ſacrificii: ſcdo ipſa ſacrificii cōſumatio, q quidē cōſiſtit in hoc, q illi, pro quibus ſacrificiū offert, finē ſacrificii cōſequunt. Finis aūt ſacrificii, qd Chriſtus obtulit, nō fuerunt bona tpalia, ſed æterna, q per eius mortē adipiſcimur (vñ dr Heb. 9. q Chrs eſt aſſiſtens pontifex futurorū bonorū) rōne cuius Chri ſacerdotiū dr eſſe æternū. Et hæc quidē cōſumatio ſacrificii Chri, pfigurabat in hoc ipſo, q Pontifex legalis ſemel in anno cū ſanguine hirci, & uituli intrabat in ſancta ſanctorū, ut dr Leuit. 16. cū tñ hircū, & uitulū nō immolaret in ſancta ſanctorū: ſed extra: & ſir Chrs in ſancta ſanctorū, i. in ipſum cælū intrauit, & nobis uiā parauit intrandi, per uirtutē ſanguinis ſui, quē pro nobis in terra effudit.

AD PRIMVM ergo dcdm, q ſancti, q erunt in patria, nō indigebūt ulterius expiari per ſacerdotiū Chriſti ſed expiati iā indigebūt cōſumari p ipſum Chrm a quo gloria eorum dependet. Vñ dicit Apocal. 21. q claritas Dei illuminat illam, ſ. ciuitatem ſanctorum, & lucerna eius eſt agnus.

AD II dcdm, q licet paſſio, & mors Chriſti de cætero non ſit iteranda, tamen virtus illius hoſtiæ ſemel oblatæ, permanet in æternum.

Et p hoc patet rñſio ad tertiū: qa, ut dr ad Heb. 10. Vna oblatione cōſumauit in æternū ſanctificatos. Vnitas aūt huius oblationis figurabat in lege p hoc, q ſemel in anno legalis Pōtifex cū ſolemni oblatione ſanguinis intrabat i ſancta, ut dr Leuit. 16. ſed deficiebat figura a ueritate in hoc, q illa hoſtia non habebat ſempiternam uirtutem: & ideo annuatim illæ hoſtiæ reiterabantur.

SVP. QVAE. XXII. ART. VI.

Porr. o. 135 Infr. q. 61. ar. 3. ad 3. Et 4. diſ. 8. q. 1. art. 2. q. 5.

Medina. a. 6.

Titulus clarus eſt. ¶ In corpore articuli, unica eſt concluſio Sacerdotiū Chriſti eſt ſecundum ordinē Melchiſedech.

ARTICVLVS VI.

Vtrum ſacerdotium Chriſti fuerit ſecundum ordinem Melchiſedech.

AD SEXTVM ſic procedit. Vr q ſacerdotiū Chri non fuerit ſm ordinē Melchiſedech. Chriſtus. n. eſt fons totius ſacerdotii, tāq principalis ſacerdos: ſed illud qd eſt principale, non ſequit ordinē alterius, ſed alia ſequunt ordinē ipſius. ergo Chriſtus non dēt dici ſacerdos ſm ordinem Melchiſedech.

¶ 2 Præ. Sacerdotium ueteris legis, ppinquius fuit ſacerdotio Chri, q ſacerdotiū qd fuit ante legē: ſed ſacra tāto expreſſius ſignificabāt Chrm, quāto ppinquiora fuerūt Chro, ut patet ex his, q in ſcda parte dicta ſunt. ergo ſacerdotiū Chri magis debet denoīari, ſm ſacerdotiū legale, q ſm ſacerdotium Melchiſedech, qd fuit ante legem.

¶ 3 Præ. Heb. 7. dr, q eſt Rex pacis, ſine pre, ſine matre, ſine genealogia, neq; numerū dierū, neq; finē uitæ habēs: q quidem cōueniūt ſoli filio Dei. ergo nō dēt dici Chrs ſm ordinē Melchiſedech, tāq cuiuſdā alteri°, ſed ſecundū ordinē ſuiipſius.

SED CONTRA eſt, q dr i Pſ. 109. Tu es ſacerdos in æternū, ſm ordinem Melchiſedech.

RESP. Dcdm, q ſicut ſupra dictū eſt, legale ſacerdotiū fuit figura ſacerdotii Chri, nō quidē quaſi adequans ueritatem, ſed multū ab ea deficiēs: tum qa ſacerdotiū legale nō mūdabat peccata: tū ēt, qa non erat æternū, ſicut ſacerdotiū Chri. Ipſa aūt excellentia ſacerdotii ad ſacerdotiū Leuiticū fuit figurata in ſacerdotio Melchiſedech, q ab Abrahā decimas ſūpſit, i cuius lūbis decimatus eſt quodāmodo ipſe ſacerdos legalis. & idō ſacerdotiū Chri dr eſſe ſm ordinē Melchiſedech, pp excellentiam ueri ſacerdotis ad figurale ſacerdotiū legis.

AD PRIMVM ergo dcdm, q Chrs nō dr eſſe ſm ordinē Melchiſedech, quaſi principalioris ſacerdotis, ſed quaſi pfigurantis excellentiā ſacerdotii Chriſti ad ſacerdotium Leuiticum.

AD II dcdm, q i ſacerdotio Chriſti duo pñt conſiderari. ſ. ipſa oblatio Chriſti, & participatio ei°. Quātū ad ipſam oblationē, expreſſi° figurabat ſacerdotiū Chri ſacerdotiū legale p ſanguinis effuſionē, q ſacerdotiū Melchiſedech, i quo ſaguis non effundebatur, ſed quātum ad participationē huius ſacrificij, & eius effectum, in quo pci

dinē Melchiſedech. Probatur: Sacerdotium Chriſti fuit prefiguratum per legale ſacerdotium, & per ſacerdotium Melchiſedech, ſed per illud defectiue, per hoc quantum ad excellentiam ipſius ſupra legale. ergo eſt ſecundum ordinem Melchiſedech.

¶ Antecedens habet tres partes. Prima, ſupponitur, quòd ſacerdotium Chriſti pfiguratum fuerit in utroque. Secunda, q defectiue in legali, probatur: tum quia non mundabat peccatum: tum quia non æternum. Tertia, q excellentia figurata eſſet per Melchiſedech, probatur: quia excellentia iſtius per excellentiā illius repreſētata fuit. Quòd autem illud fuerit excellentius legali, probatur: quia ſacerdos legalis decimat° fuit in lumbis Abrahæ, decimās ſoluētis Melchiſedech: conſtat enim excellere illum, cui decimæ dantur. Hanc materiam diffuſe tractat Apoſt. ad Heb. 7. unde ſumpta eſt hæc ratio.

¶ Aduerte hic, quòd ſacrificiū Chriſti ſumitur dupliciter. Primo ſecundum ſeipſum, ut ab ipſo Chriſto oblatum eſt in ara crucis. Et ſic conſideratur dupliciter: uel formaliter ſecūdum id, quod in ſe eſt, & hoc modo Chriſtus, cum dicitur ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, intelligitur ſecundum ordinem dignitatis, & excellentiæ reſpectu ſacerdotii legalis, uel cauſaliter ſecundum ſuum effectum, unitatem, ſcilicet mebrorum Chriſti in charitate, & pace. & hoc modo cum Chriſtus dr ſacerdos ſecūdum ordinem Melchiſedech, intelligitur ſecundum ordinē, proportionalis ſimilitudinis inter res oblatas à Melchiſedech (panem, ſ. & uinum) & unitatem eccleſiæ: quæ ſicut tata panis, & uinum fit ex multis concurrentibus in unum, ut Aug dicit, & in litera habetur, ita ex multis unum

2. 2. q. 2. ar. 6. ad 1.

Ar. 4. hui° q. arg. 3.

Concl.

Concl.

pue attenditur excellētia ſacerdotii Chriſti ad ſacerdotiū legale, expreſſius pfigurabaꝰ per ſacerdotiū Melchiſedech, qui offerebat panē, & uinū, ſignificātia, ut Aug. dicit,* eccleſiaſticā unitatē, quam conſtituit participatio ſacrificii Chriſti. Vnde etiam in noua lege uerū Chriſti ſacrificium communicaꝰ fidelibus, ſub ſpē panis, & uini.

AD III dicendū, ꝙ Melchiſedech, dictus eſt ſine patre, & ſine matre, & ſine genealogia, & ꝙ non hēt initium dierum, neq; finem: non quia iſta non habuerit, ſed quia in ſcriptura ſacra iſta de eo non legūtur. Et per hoc ipſum, ut Apoſtolꝰ ibidem dicit, aſſimilatus eſt filio Dei, q in terris eſt ſine patre, & in cœlis ſine matre, & ſine genealogia, ſm illud Iſa. 53. Generationē eius qs enarrabit? & ſecundū diuinitatē, neq; principiū, neq; finem dierum habet.

QVAESTIO XXIII.

De adoptione Chriſti, in quatuor articulos diuiſa.

DEINDE cōſiderandū eſt, an adoptio Chriſto conueniat.

Et circa hoc quærunꝰ quatuor.

¶ Primo, Vtrum Deo cōueniat adoptare filios.

¶ Secundo, Vtrum hoc conueniat ſoli Deo patri.

¶ Tertio, Vtrū ſit proprium hominū adoptari in filios dei.

¶ Quarto, Vtrum Chriſtus poſſit dici filius adoptiuus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrū Deo conueniat filios adoptare.

AD PRIMVM ſic proceditꝰ. Videtur ꝙ Deo non cōueniat filios adoptare. Nullus.n. adoptat niſi[h] extraneam perſonam in filiū, ſecundū ꝙ Iuriſtæ dicunt: ſed nulla perſona eſt extranea à Deo, qui eſt omnium creator. ergo uidetur ꝙ Deo non conueniat adoptare.

¶ 2 Præt.[h] Adoptatio uř eſſe introducta in defectū filiationis naturalis: ſed in Deo inueniꝰ naturalis filiatio, ut in prima parte habitum eſt.* ergo nō cōuenit Deo filios adoptare.

¶ 3 Præt. Ad hoc aliquis adoptatur, ut in[h] hæreditate adoptantis ſuccedat: ſed in hæreditate F Dei[k] non uidetur aliquis poſſe ſuccedere: quia ipſe nunquàm decedit. ergo Deo non conuenit adoptare.

SED CONTRA eſt, ꝙ dř Eph. 1. Prędeſtinauit nos in adoptionem filiorū Dei: ſed prædeſtinatio Dei non eſt irrita. ergo Deꝰ aliquos ſibi adoptat in filios.

RESP. Dicendū, ꝙ aliqs homo adoptat alium ſibi in filiū, inquantum ex ſua bonitate admittit eum ad participationē G ſuæ hæreditatis. Deus autē eſt infinitæ bonitatis, ex qua contingit, ꝙ ad participationē bonorū ſuas creaturas admittit. Et præcipue rationales creaturas, quæ inquantū ſunt ad imaginem Dei factæ, ſunt capaces beatitudinis diuinæ: quæ quidem conſiſtit in fruitione Dei, per quam etiā ipſe Deus beatꝰ eſt, & per ſeipſum diues, inquā- H tum, ſcilicet ſeipſo fruitur. Hoc aūt dicitur hæreditas alicuius, ex quo ipſe eſt diues: & ideo[m] inquantum Deus ex ſua bonitate admittit hoīes ad beatitudinis hęreditatem, dicitur eos adoptare.* Hoc aūt plus habet adoptatio diuina, q̄ humana: quia Deus hominē, quem adoptat, idoneum facit per gratiæ munus ad hæreditatem cæleſtem percipiendam. Homo aūt non facit idoneum eum, quem I adoptat: ſed potius eū iā idoneū eligit adoptādo.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ homo in ſua natura conſideratus, non eſt extraneus a Deo, quā tum ad bona naturalia, quæ recipit: eſt tamen extraneus, quantum ad bona gratię, & gloriæ, & ſecundum hoc adoptatur.

AD II dicendū, ꝙ hominis eſt operari ad ſupplendā ſuā indigentiā: non aūt Dei, cui conuenit operari ad communicandam ſuę perfectionis abūdantiam. Et ideo ſicut per actum creationis cōmu- nicatur bonitas diuina omnibus creaturis, ſecundum quandam ſimilitudinem, ita per actum adoptionis communicatur ſimilitudo naturalis filia- K tionis hominibus, ſm illud Ro. 8. Quos præſciuit conformes fieri imaginis Filii ſui.

AD III dicendū, ꝙ bona ſpiritualia poſſunt ſimul a pluribus poſſideri, non autem bona corporalia: & iō hēditatē corporalē nullus pōt percipere, niſi ſuccedens decedenti: hæreditatem aūt ſpiritualē ſimul oēs ex integro accipiūt ſine detrimento patris ſemp uiuentis. Quāmuis poſſet dici, ꝙ Deus decedit, ſecundū ꝙ eſt in nobis per fidem, & incipiet in nobis eſſe per ſpeciem: ſicut gloſa dicit Rom. 8. ſuper illud, Si filij, & hæredes. Glo. ord. ibid.

Chriſti corpus myſticum conficitur, quod eſt eccleſia, &c.

¶ Secundo modo ſumitur ſacrificiū Chriſti ſecundum ſuū memoriale ſacrificium, quod, ſcilicet Chriſtꝰ inſtituit in ſua eccleſia, in ſuę paſſionis, mortiſque memoriā offerendum, ut quotidie fit in Euchariſtiæ ſacrificio. Et ſic cum Chriſtus dicitur ſacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech, intelligitur de ordine aſſimilationis in materia ſacrificii: nā panem, & uinum aſſumi inſtituit i ſuo memoriali ſacrificio p materia Euchariſtiæ, ſicut Melchiſedech panem, & uinum obtulerat in ſacrificiū. Refert de conſec. di. 2. ca. Quia paſſus.

SVP. QV. XXIII. ART. I.

Ferr. 4. cont. c. 17.
Alb. Mag. 3. diſt. 10. artic. 10.
Medina. ar. 1.

Titulus clarus eſt. Adoptare enim ſignificat facere ſibi filium adoptiuum.

¶ In corpore unica eſt concluſio, Deo conuenit adoptare. Probaꝰ, & declaratur: probatꝰ quidem ſic, Deus ex ſua bonitate admittit homines ad diuinæ beatitudinis hęreditatem. ergo Deo cōuenit adoptare. Antecedens continet tria. Primo cauſam, ſcilicet ꝙ ex bonitate. Secundo terminum, ſcilicet diuinam beatitudinem. Tertio, modum, ſeu formā, ſcilicet hæreditatem. Et quo ad ſingula in litera probatur. Quo ad cauſam: quia Deus ex ſua bonitate admittit omnes creaturas ad ſuæ bonitatis participationem, & præcipue rationales. Quo ad terminum: quia creaturæ rationales ſunt capaces diuinæ beatitudinis, qa ſunt ad imaginē Dei factæ. Quo ad formā hæreditatis: quia diuina beatitudo eſt qua Deus eſt beatus, ac per hoc per ſeipſum diues, ac per hoc hęreditas. Prima ſequela in litera nō pbatur. Secūda autem probatur: quia illud eſt alicuius hęreditas, quo eſt diues. Conſequentia uero prin- Ferr. c. 136 3. di. 10. q. 2. a. 1. q. 1. Et 4. cont. c. 17. ſin.

cipalis probatur. Humana adoptio, ad cuius ſimilitudinem diuina dicitur, eſt qua aliquis ex ſua bonitate conſtituit alium in ſucceſſione ſuæ hæreditatis. Declaratur autem ex differentia inter humanam, & diuinam adoptionē: quia diuina dignificat, idoneum faciendo hæreditate, humana autē idoneū præſupponit, quem hæredē facit.

¶ Et nota hic reſponſiones ad ſingula argumenta: quia neceſſariæ ualde ſunt ad intellectum materiæ huius.

¶ Vnum tñ reſtat hic dubium circa illud, Beatitudo eſt, qua deꝰ eſt diues: quoniā beatitudo ſpectat ad actum, diuitiæ uero ad potentiam: cōſtituūt enim diuitiæ potentē ut affluēter rebus ad poſſeſſionem perutatur.

¶ Sed hoc facile ſoluitur, dicendo, uel ꝙ beatitudo facit cauſaliter diuitem. Vnde beato promiſſum eſt, Sup oīa bona ſua conſtituet eū. Vel ꝙ beatitudo ſumitur collectiue, ſeu integraliter, ut ex ſuis omnib. partibus conſtat: ad felicitatem enim requiritur potentia plena, alioquin non eſſet qs ſimpliciter felix. Boeth. 3.

2. 2. q. 33. artic. 3.

SV.

SVP. QV. XXIII.
ART. II.
Medina.ar.2.

Ferr.o. 137 3.d.10.q.2 ar.1.q.2.& 3.

Titulus clarus eſt. In corpore unica eſt concluſio adoptare hoĩes in filios Dei, cõuenit toti Trinitati. Probatur, Facere quemcunq; effectũ in creaturis cõe eſt toti Trinitati. ſed filius adoptiuus eſt factus non genitus naturali gñatione a Deo. ergo adoptare eſt cõe toti Trinitati. Maior tripliciter probat. Primo ex oppoſito, quia gñare naturaliter in diuinis proprium eſt Patri. ſecundo, quia una eſt ſubſtantia Trinitatis: ubi aũt eſt una ſubſtantia, eſt unica uirtus, & operatio. Tertio auctoritate, Quæcumq; facit Pater. Minor declarat ex dria inter filium Dei nãliter, & adoptiuum: quia ille genitus, nõ factus, iſte factus, non genitus nãliter. Et notanter apponit ly nãliter: quia gñatio eſt duplex: nãlis, & gratuita. illa propria eſt filio, & hæc cõuenit adoptiuis, & ad facere ſpectat: eſt. n. faciẽdi q̃dã ſpẽs. ¶ In ſolutionibus argumentorũ memento diſcrimẽ proprium, & appropriati: & uidebis adoptionẽ noſtrã, non propriã alicui perſonæ diuinæ, ſed cõem tribus: appropriatã aũt Patri, ut auctori (& iõ peculiariter dr ipſe pr noſter) Filio, ut exemplari, & iõ frater noſter, quaſi ſimilis cõicans in Patre) Spirituiſancto, ut quaſi executori in ſuo appropriato, quod eſt charitas, qua ſumus filii Dei, & iõ Spiritus ſanctus dr Spiritus adoptionis filiorum.

P.p. q.33. ar.5.

ARTICVLVS II.
Vtrum adoptare conueniat toti Trinitati.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr q adoptare nõ cõueniat toti Trinitati. Adoptatio.n.dr in diuinis[b] ad ſimilitudinem rerũ humanarũ: ſed in rebus humanis ſoli illi conuenit adoptare, qui pôt filios generare, quod in diuinis conuenit ſoli Patri. ergo in diuinis ſolus pater põt adoptare.

¶2Præt. Hoĩes per adoptionẽ efficiuntur fratres Chri, ſm illud Ro.8. Vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Fratres ât dñr, qui ſunt filii[b] unius patris. vñ, & Dñs dicit Ioã. 20. Aſcendo ad Patrẽ meũ, & Patrem veſtrum. ergo ſolus Pater Chriſti habet filios adoptiuos.

¶3Præt. Galat.4 dr, Miſit Deus filiũ ſuũ, vt adoptionẽ filiorũ Dei reciperemus, qm aũt eſtis filii Dei, miſit Deus ſpiritũ filii ſui in corda veſtra, clamantẽ, Abba, pater. ergo eius eſt adoptare cuius eſt Filiũ, & Spiritũſãctũ habere: ſed hoc eſt ſolius perſonæ Patris. ergo adoptare conuenit ſoli perſonæ Patris.

SED CONTRA, Eius eſt adoptare nos in filios, quẽ nos patrẽ poſſumus nominare. vñ dr Ro. 8. Accepiſtis Spiritũ adoptionis filiorũ, in quo clamamus, Abba, pr: ſed cũ Deo dicimus, Pater noſter, hoc ptinet ad totã Trinitatẽ: ſicut, & cetera noĩa, quæ dñr de Deo relatiue ad creaturam, ut in prima parte habitũ eſt*. ergo adoptare conuenit toti trinitati.

RESP. Dcdm, q hęc eſt dña inter filium Dei adoptiuũ, & naturalẽ, q filius Dei nãlis eſt genitus, nõ factus: filius aũt adoptiuus eſt factus, ſm illud Ioan. primo, Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. Dr aũt qñq; filius adoptiuus eſſe genitus pp regenerationem, quæ eſt gratuita, non naturalis: vñ dr Iaco. 1. Voluntarie genuit nos uerbo ueritatis. Quamuis aũt generare in diuinis, ſit proprium perſonæ Patris, tñ facere quęcumq; effectũ in creaturis, eſt cõe toti trinitati pp unitatem naturæ: quia ubi eſt una natura, oportet, q ſit una uirtus, & una operatio, vñ Dñs dicit Ioan. 5. Quæcumq; Pater facit, hæc, & filius ſimiliter facit. Et ideo adoptare homines in filios Dei, conuenit toti Trinitati*.

AD PRIMVM ergo dcdm, q oẽs perſonæ humanæ non ſunt vnius naturæ ſm numerum, ut oporteat unã eſſe oim operationem, & unum effectum, ſicut accidit in diuinis. Et ideo, quantum ad hoc, non potuit attendi ſimilitudo vtrobique.

AD II dcdm, q nos per adoptionem efficimur fratres Chriſti, quaſi eundem patrem habentes cũ ipſo: qui tñ alio mõ eſt pater Chriſti, & alio mõ eſt pater noſter. Vnde ſignanter Dñs Ioan 20. ſeorſum dixit, Patrem meum, & ſeorſum dixit, Patrẽ veſtrum: eſt.n. Pater Chriſti, naturaliter generando, quod eſt proprium ſibi: eſt autem pater noſter, uoluntarie aliquid faciendo quod eſt commune ſibi, & Filio, & Spirituiſancto. & ideo Chriſtus non eſt filius totius Trinitatis, ſicut nos.

AD III dcdm, q ſicut dictum eſt,* filiatio adoptiua eſt quædam ſimilitudo filiationis æternæ, ſicut oĩa, quę in tempore facta ſunt, ſimilitudines quędam ſunt eorum, quæ ab æterno fuerunt. Aſſimilatur aũt hõ ſplendori æterni filii, per gratię claritatem, quæ attribuitur Spirituiſancto. Et iõ adoptatio licet ſit cõis toti Trinitati, appropriatur tamen Patri ut auctori, Filio ut exemplari, Spiritui ſancto, ut imprimenti in nobis huius ſimilitudinem exemplaris. Art. præc.

ARTICVLVS III.
Vtrum adoptari ſit proprium rationalis creaturæ.

AD TERTIVM ſic proceditur. Vr q adoptari nõ ſit proprium rationalis creaturæ. Nõ.n.dr Deus pater creaturæ, [b]niſi per adoptionem: dr aũt pater creaturæ et irrationalis, ſecundum illud Iob. 38. Quis eſt pluuiæ pater, & ſtillas roris quis genuit? ergo adoptari nõ eſt proprium rationalis creaturæ.

¶2Præt. Per adoptionem dñr aliqui filii Dei: ſed eſſe filios Dei, in Scriptura[b] proprie uř attribui angelis ſecundum illud. Iob. 1. Quadam autem die cum aſſiſterent filii Dei corã Domino. ergo non eſt propriũ creaturæ rationalis adoptari.

¶3Præt.[b] Quod eſt proprium alicui naturæ conuenit oĩbus habentibus naturam illam, ſicut riſibile conuenit omnibus hominibus: ſed adoptari non cõuenit omni rationali naturæ. ergo adoptari non eſt proprium rationalis creaturæ.

SED CONTRA eſt, q filii adoptati ſunt heredes Dei, ut patet Romanorũ octauo. Sed talis hęreditas conuenit ſoli rõnali creaturę. ergo propriũ eſt creaturę rationalis adoptari.

RESPON. Dicendum, quòd

SVP. QVAE. XXIII.
ART. VI.
Ferr.4.cont.c.17.
Medina.a.3.

Ferr.o. 138 3.d.10.q.2 ar.2.q.1.& 2.& 4.con. ca.17.&. De 21.&.

Titulus clarus, ut ſonat.
¶In corpore unica eſt cõcluſio. Adoptari cõuenit creaturæ rõnali ſoli, omni. Probat, Filius Dei naturaliter procedit à Patre, ut uerbũ intellectuale unum cum ipſo patre exiſtens, & filiatio adoptionis, eſt ſimilitudo filiationis naturalis, non tantum ſecũdum formam aut gradum intelligibilitatis, ſed ſecundum unitatem. ergo adoptari conuenit creaturę rationali ſoli, non omni. Antecedens quo ad primam propoſitionem includit tres conditiones ad propoſitum filii Dei prima eſt, quòd uerbum: ſecunda, q intellectuale: tertia, quod unum cum Patre.
¶ Et ideo ex ipſa propoſitione deducitur triplex modus, ac gradus aſſimilationis ad filium Dei, ſeu ad Verbum. Primus per imitationem formæ, quæ habet in Verbo, quòd eſt oim eminentiſſima ſimilitudo, & hic cõis omnibus eſt, q per Verbum facta ſunt. Secundus p imitationem etiam gradus immaterialita-

Ar. præce. ad 3. Et ar. 6. a. 15.

tis, & hic proprius ra tionalib. eſt, quę ſola ſunt immaterialia. Tertius, Per imitatio nē & unitatis ad Deū & hic eſt ꝓpri° grām charitatis habentib. Secunda ãt propoſitio antecedētis, ex p̄miſſis clarificata quo ad terminos eſt. Et quo ad ultimā partē dupliciter ꝓbaē. Primo, quia aſſimilatio ſcdm hmōi unitatē, fit per grām charitatis, ut patet ex auctoritate dñi, Ioan. 17. Secūdo, qa talis aſſimilatio pſicit rōem adoptionis, ſicut rōnale pſicit rōem hōis. Probatur: quia ſic, ſimilibus filio Dei debetur hæreditas æterna.

¶Conſequentia uero quo ad ly ſoli, euidēs ex ſe eſt: qa talis ſimilitudo in ſola rōnali natura inueniri pōt. Quo ad ly uero, ſed non oī, probaē: quia non oīum rōnalium eſt charitas per Spiritum ſanctum.

ſicut dictū eſt,* filiatio adoptionis, eſt q̄dā ſimilitudo filiationis nālis. Filius āt Dei nāliter procedit a Patre, ut uerbū intellectuale, unū cū ipſo Patre exiſtēs. Huic ergo verbo tripliciter pōt aliqd aſſimilari. Vno quidē mō, ſcdm rōem formæ, nō āt ſcdm intellectualitatē ipſius: ſicut forma domus exterius conſtitutæ, aſſimilaē uerbo mētali artificis ſcdm ſpēm formæ nō āt ſcdm intelligibilitatē: qa forma domus in materia nō eſt intelligibilis, ſicut erat in mente artificis. Et hoc mō uerbo ęterno aſſimilaē q̄libet creatura, cū ſit facta per uerbū. Secundo mō, aſſimilaē creatura uerbo, nō ſolū quantū ad rōem formæ, ſed ēt quantū ad intellectualitatē ipſius, ſicut ēt ſcia, q̄ fit in mente diſcipuli, aſſimilaē uerbo, qđ eſt in mēte magiſtri. Et hoc mō creatura rōalis, ēt ſcdm ſuā nām aſſimilaē uerbo Dei. Tertio mō aſſimilatur creatura uerbo Dei æterno, ſcdm unitatē, quam habet ad Patrem, quod quidem fit per grām, & charitatem: vñ dñs orat Ioan. 17. Sint vnū in nobis, ſicut, & nos unum ſumus. Et talis aſſimilatio perficit rōem adoptionis. quia ſic aſſimilatis, debetur hæreditas æterna. Vñ manifeſtū eſt, q̄ adoptari conuenit ſoli creaturæ rationali, non tñ oī, ſed ſolum habenti charitatē, * quæ eſt diffuſa in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum, ut dr̄ Rom. 5. Et ideo Roma. 8. Spiritusſanctus dicitur, ſpiritus adoptionis filiorum.

Concl.

Ad primum ergo dcdm, q̄ Deus dr̄ pr̄ creaturę irrationalis, non proprie ꝑ adoptionē, ſed ꝑ creationē, ſcdm primam participationem ſimilitudinis.

Ad II dcdm, q̄ angeli dicuntur filii Dei filiatione adoptionis: non quia ipſis primo cōueniat, qa ipſi primo adoptionem filiorum receperunt.

Ad III dcdm, q̄ adoptio non eſt propriū conſequens nām, ſed p̄ns gratiam, cuius natura rationalis eſt capax. Et ideo non oportet, q̄ omni rationali creaturæ conueniat, ſed q̄ omnis rationalis creatura ſit capax adoptionis.

Ferrar. 4. cont. c. 4.
S. Bo. 3. ſ. d. 10. q. 2. a. 2.
Scot. 3. ſ. d. 10. q. 1.
Riccar. 3. ſ. d. 10. q. 1.
Duran. 3. ſ. d. 10. q. 2.
Alb. Mag. 3. d. & art. 9. & 10.
Medina ar. 4.

Porret. 139 Infr. q. 32. ar. 3. q. 45. art. 1. cor. Et 3. dſ. 10 q. 2. art. 2. q. 3. Et 4. contra ca. 4. Et veri. q. 29. ar. 1. ad. 1. *lib. 2. de Trin. me. † c. 15. ante me. c. 7.

SVP. QV. XXXIII. ART. III.

Titulus clarus eſt. ¶In corpore articuli unica eſt concluſio: Chriſtus nullo modo poteſt dici filius Dei adoptiuus. Probatur hæc concluſio, dupliciter. Primo: Chriſtus eſt naturalis filius Dei: ergo non poteſt dici filius Dei adoptiuus. Antecedens probatur: quia filiatio conuenit non naturæ, ſed perſonæ: ut patet ex antedictis: perſona autem Chriſti unica, & increata eſt. Conſequentia probatur præſuppoſita ratione terminorum, ſcilicet quòd filiatio adoptiua eſt quædam participatio filiationis naturalis, quod ex dictis patet. Probatur ergo: quia quod dicitur ꝑ ſe, non dicitur participatiue.

Articvlvs IIII.

Vtrum Chriſtus, ſecundum quòd homo ſit filius Dei adoptiuus.

Ad qvartvm ſic proceditur. Vr̄ Chriſtus ſcdm q̄ hō, ſit filius Dei adoptiuus. Dicit .n. Hilar.* de Chriſto loquens, Poteſtatis dignitas non amittitur, dum carnis humanitas [b] adoptaē. ergo Chriſtus, ſcdm q̄ homo; eſt filius adoptiuus.

¶2 Præt. Aug. * dicit in libr. de Prædeſtina. Sanct. q̄ [b] eadē gra-
F tia ille hō eſt Chriſtus, qua grā ab initio fidei quicunq; hō eſt Chriſtianus: ſed alii hoīes ſunt Chriſtiani per grām adoptionis. ergo, & ille hō eſt Chriſtus per adoptionem, & ita videtur eſſe filius adoptiuus.

¶3 Præt. Chrs, ſcdm q̄ hō, eſt ſeruus: ſed [h] dignius eſt eſſe filiū adoptiuū, q̄ ſeruū. ergo multo magis Chriſtus, ſecundum q̄ homo, eſt filius adoptiuus.

G Sed contra eſt, q̄ Ambr. *dicit in li. de Incarnat. Adoptiuū filiū, non dicimus filiū eſſe natura, ſed eū dicimus natura eſſe filiū, qui uerus eſt filius. Chrs āt eſt uerus, & nālis Dei filius, ſcdm illud 1. Ioan. vlt. Vt ſimus in uero filio eius Ieſu Chriſto. ergo Chrs ſcdm q̄ hō, non eſt filius adoptiuus.

In li. de incar. dom. ca. 8. in fi. to. 2.

Resp. Dcdm, q̄ filiatio proprie conuenit hypoſtaſi, uel ꝑſonę, non aūt naturę: vñ, & in H prima parte dictū eſt*, q̄ filiatio eſt proprietates perſonalis. In Chriſto aūt non eſt alia perſona, uel hypoſtaſis, quàm increata, cui conuenit eſſe filium per naturam. Dictum eſt autē ſupra,* quòd filius adoptionis eſt participata ſimilitudo filiationis naturalis. Non autem recipitur, aliquid dici participatiue, quod per ſe dicitur. Et iō * Chriſtus, qui eſt filius Dei naturalis, nullo modo pōt dici I filius adoptiuus. * Secundum autē illos, qui ponunt in Chriſto duas perſonas, uel duas hypoſtaſes, ſeu duo ſuppoſita, nihil rationabiliter prohiberet Chriſtum hominem dici filium adoptiuum.

1. 1. q. 33. ar. 3. & 5.

Ad primvm ergo dicendum, quòd ſicut filiatio non proprie conuenit naturę, ita nec adoptio. Et ideo cum dicitur, quòd carnis humanitas K adoptatur, impropria eſt locutio. Et accipitur ibi adoptatio pro unione humanę naturę ad perſonam filii.

Ad II dcdm, q̄ ſimilitudo illa Aug. eſt intelligenda, quantum ad principiū: quia, ſ. ſicut ſine meritis quilibet hō habet, ut ſit Chriſtianus, ita ille homo ſine meritis habuit, ut eſſet Chriſtus. Aſt tamen differen

¶Aduerte hīc, quòd Auctor ſummarie ſcribens, plus probat quam exprimat. Huic enim concluſioni, & rationi non poteſt niſi dupliciter obſtari, uel recedendo a ſententia fidei, ponendo in Chriſto plures perſonas, uel hypoſtaſes: & hoc Auctor tangit in his, quæ ſubiungit, uel ponendo quòd filiatio poteſt denominare Chriſtum ratione ſolius naturæ, ſicut paſſio, crucifixio, natiuitas, & huiuſmodi: ſecundum hoc enim poſſet Chriſtus ratione naturæ humanæ aſſumptę, in gratia, & gloria beatitudinis participatę dici filius adoptiuus: ſicut dicitur beatus beatitudine participata, ratione naturę aſſumptę. Et hoc Auctor excludit in principio corporis, per hoc, quòd filiatio non naturę, ſed perſonę conuenit: & propterea non poteſt Chriſto conuenire filiatio adoptiua ratione naturę humanę. Excluſo autem, quòd non conuenit Chriſto adoptiua filiatio rōne naturę humanę (cum ſit filius Dei per ſe, ſeu naturalis) conſequens eſt, quòd non poſſit dici filius participatiue. Id enim, quod per ſe dicitur, non participatiue dicitur: & hoc ſolo modo poſſet

Art. præce. In cor. Et locis ibi citatis.

Concl.

poſſet participatione dici, ſi ratione naturæ aſſumptæ filiatio adoptiua ei conueniret, quod excluſum eſt.

¶ Nota hic pro clariori intellectu ex reſponſione ad ſecundum quòd ſicut in humanis, is, qui eſt filius naturalis, &c. non adoptatur in filium, ſed hæreditas ſibi debetur, quia filius, ita Chriſtus ut homo habet quidem omnia bona patriæ, & uiæ: quæ debentur filiis adoptiuis: ſed non ex iure, ſeu iure adoptionis, ſed ex hoc quòd eſt filius Dei naturalis, habet in natura aſſumpta hæreditatem Dei, ita quòd non fuit opus Chriſto ad hoc, ut natura ſua humana haberet dona patriæ, & uiæ, ut adoptaretur à Deo, quin ex hoc ipſo quòd erat Dei naturalis filius, debebatur ſibi, ut natura aſſumpta haberet illam, teſtante hoc: Ioannes Vidimus, inquit gloriam eius, ſ. uerbi incarnati gloriam quaſi unigeniti à Patre, plenum gratia, & ueritatis.

¶ Et hinc patet, quòd nõ eſt eadẽ ratio de beatitudine dupliei in Chriſto (ſcilicet diuina, & participata) & de filiatione duplici, ſcilicet naturali, & adoptiua: illa enim dualitas neceſſaria eſt ut natura aſſumpta ſit perfecta: ſed iſta nõ eſt neceſſaria, nec conueniens dignitati Chriſti: quoniam derogat dignitati filii ueri, quòd heres fiat adoptione. Demum Auctor ex oppoſito errore confirmat concluſionem, & probationem dicens, quòd oppoſita concluſio cõſonat errori ponentium in Chriſto plures hypoſtaſes.

tia, quantum ad terminum: quia, ſ. Chriſtus per gratiam vnionis eſt filius naturalis, alius autem per gratiam habitualem eſt filius adoptiuus. Gratia aũt habitualis in Chriſto non facit de non filio filium adoptiuum: ſed eſt quidam effectus filiationis in anima Chriſti ſm illud Io. 1. Vidimus gloriã eius quaſi Vnigeniti à patre, plenũ gratię, & ueritatis. B

Ad III dicendũ, quòd eſſe creaturam, & etiam ſeruitus, uel ſubiectio ad Deum, nõ ſolum reſpicit perſonam, ſed etiam naturã, quod nõ põt dici de filiatione. Et ideo nõ eſt ſimilis ratio.

QVÆSTIO XXIIII.

De prædeſtinatione Chriſti, in quatuor articulos diuiſa.

Deinde conſiderandũ eſt de prædeſtinatione Chrĩ. Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum Chriſtus ſit prædeſtinatus.

¶ Secundo, Vtrum ſit prædeſtinatus, ſecundum quòd homo.

¶ Tertio, Vtrũ eius prædeſtinatio ſit exemplar noſtræ prædeſtinationis.

¶ Quarto, Vtrum ſit cauſa prædeſtinationis noſtræ.

ARTICVLVS I.

Vtrum Chriſto conueniat prædeſtinatum eſſe.

Ad primum ſic proceditur. Vr quòd Chriſto non conueniat prædeſtinatum eſſe. Terminus enim[h] prædeſtinationis uidetur eſſe adoptio filiorum, ſecundum illud Eph. 1. Prædeſtinauit nos in adoptionẽ filiorum: ſed Chriſto non cõuenit eſſe filium adoptiuum, ut dictum eſt.* ergo Chriſto nõ cõuenit prædeſtinatum eſſe.

C ¶ 2 Præ. In Chro duo eſt conſiderare, ſ. naturam humanã, & perſonam: ſed non põt dici, quòd Chriſtus ſit prædeſtinatus ratione humanæ naturæ, quia hæc eſt falſa, humana natura eſt filius Dei: ſimiliter ẽt[h] neq; ratione perſonæ, quia illa perſona nõ hẽt ex gratia quòd ſit filius Dei, ſed ex natura: prędeſtinatio ãt eſt eorum, quæ ſunt ex grã,

SVPER QVAES. XXIIII. ART. I.

Ferr. 4. con. g. 9. Albmag. 3. diſt. 6. ar. 4. Medina. a. 1.

Titulus, ut iacet, ſine additione aliqua ſumendus eſt.

¶ In corpore una eſt concluſio: Chriſtus eſt prædeſtinatus. Probatur, Prædeſtinatio proprie eſt diuina ab æterno præordinatio eorum, quę per gratiam ſunt fienda in tempore. ſed Deũ eſſe hominem, & e conuerſo, eſt quoddam factum in tempore per gratiam unionis, & præordinatum à Deo ab æterno: alioqui aliquid noui diuinæ menti accideret. ergo unio iſta eſt prædeſtinata. ergo Chriſtus eſt prædeſtinatus.

¶ Aduerte ſenſum literæ intentum ab Auctore: & ut diſcernas doctrinam Auctoris ab aliorum ſententiis, recito, quòd prædeſtinationis nomen in ſacris literis dupliciter uenit in uſum, uel ſimpliciter, hoc eſt ſine additione aliqua: ut cum dicimus, Sanctus Petrus fuit prædeſtinatus, Vel cum determinatione aliqua: ut cum dicimus, quòd Magdalena fuit prædeſtinata ad lauandum Chriſti pedes lachrymis, & latro ad confitendum regnum Chriſti pendentis in cruce, & ſimilia. Et quoniam communi uſu prædeſtinatio abſolute reſpicit æternam fęlicitatẽ ut terminum (eſt enim ratio ordinis electorum in uitam æternam, ut in prima parte habitum eſt) ideo Durandus in 3. ſent. diſt. 7. dicens, quòd prædeſtinatio abſolute eſt reſpectu beatitudinis, diſtinguens prædeſtinationem Chriſti, qua prædeſtinatus eſt filius Dei, à prædeſtinatione abſolute, & dicens eam eſſe prædeſtinationem ad hoc, ſcilicet eſſe filium Dei. Scotus quoque ibidem prædeſtinationem Chriſti ponit in ordine ad beatitudinem, quaſi gratia unionis fuerit medium in Chriſto ad gratiã ſummæ beatitudinis animæ ſuæ: Diuus autem Auctor intuens gratiam unionis eſſe excellentius quid, gratia ſummę beatitudinis creatæ, quanto maius eſt, eſſe Deũ quam frui Deo, & gratiam ſummæ beatitudinis conſequi ad gratiam unionis (non ut finis ſequitur ad medium, ſed proprietas ad ſubſtantiam, ut calor ad ignem) poſuit prædeſtinationem abſolute cõmuniter quidem reſpicerẽ gratiam uitæ æternæ ut terminum: ſingulariter autem in Chriſto reſpicere gratiam unionis, ut in reſponſione ad primum litera mõſtrat.

¶ Et ſi perſpicacius cõſideraueris, uidebis tria: ſcilicet gratiam uitæ æternæ, gratiam unionis, & gratiam in communi. Et quia gratia æternæ fęlicitatis, communis eſt omnibus electis Dei filiis adoptiuis penes illã definita fuit prædeſtinatio filiorũ adoptiuorum, de qua in prima parte tractatũ eſt. Quia uero gratia unionis propria eſt naturali Dei filio & longe eminẽtior prima, ideo penes iſtam concluditur prædeſtinatio Chriſti. Conſonæ namque rationi, ut excellentior gratia termini ſimpliciter rationem habens, magis terminet prædeſtinationem ſimpliciter, ſi minor illã terminat.

¶ Quia autem gratia beatitudinis patriæ, includit in ſe rationẽ gratię, & rationẽ gratię per ſe primo ſummi, & ultimi termini: ut ſpecies claudit in ſe rationem generis, & tam gratia æternæ uitæ, quàm gratia vnionis conuenit in ratione per ſe primo

Ferr. 1. 140 1. di. in 40 q. 2. cor. ſi. & ad 5. & 3. di. 7. q. 5 a. 2. q. 2. & q. 3. art. q. 3. & 4. cõr. c. 9. ad 2. & Rom. 1. lib. 5. * q. præced. ar. 4.

D termini ſummi, & ultimi, quantum eſt ex propriis generationibus (quod ideo appoſuerim: quia ſi beatitudo alicuius non propria generatione fieret, ſed conſecutiue haberetur, non haberet rationem per ſe primo termini, ſed conſequentis ad terminum, ut in Chriſto dictum eſt contigiſſe) quia inquam hoc in ſe claudit, ideo Auctor in litera & prędeſtinationẽ proprie acceptam dicit recipere gratiam, & hoc haberi ex antedictis in prima parte. Veriſſimum ſiquidem eſt hoc, non ſolum ut ſonat, ſed ut inducit excellentius genus gratiæ, & termini gratuiti. Si enim gratia conſumata ſufficit ad terminum prædeſtinationis ſimpliciter (ut dictum eſt) multo magis gratia unionis quæ parit gratiam conſumatam ut proprietatem, ſufficiens eſt ut terminet prædeſtinationem etiam abſolute, & propterea litera dicit, quòd ratione gratię unionis Chriſtus dicitur eſſe prędeſtinatus, non ad hoc, uel illud, ſed prędeſtinatus.

¶ In reſponſionibus ad ſecundum, & tertium, attende primo, quòd ſecundum rem nulla eſt inter catholicos quæſtio de prædeſtinatione Chriſti ad filiationem Dei per gratiam unionis naturæ humanę ad filium Dei, ſed quæſtio eſt de verificatione ſermonis Pauli Apoſtoli proprie, uel improprie, in hoc, uel illo ſẽſu. Auctor ſupponens locutionem Apoſtoli eſſe propriam, & intelligi non de aliquo conſequente ad filium Dei (puta manifeſtatione) difficilem ſuſcepit prouinciam uerificandi illam de perſona Chriſti. Vltra expoſitionem namque illam referentẽ prædeſtinationem ad naturam, & alteram Ambroſii referentẽ ad manifeſtationẽ Chriſti referri quoq; poteſt prædeſtinatio Chriſti ad filium Dei in uirtute actuali, ita quòd filius Dei ex ſemine Dauid ſecundum carnẽ, prędeſtinatus eſt filius Dei in uirtute actuali operationis ſanctificatiuæ, & reparatiuæ mundi, ita quòd totum coniunctum, ſ. filius Dei in uirtute actuali, eſt terminus prędeſtinationis.

¶ Et licet hæc expoſitio ſatis conſonet literæ Apoſtoli, ſubiungentis opera ſanctificationis, & reſurrectionis mortuorũ, quia

tamen

eſt exponitur ẽt, quod filius dei abſolute ſit terminus prædeſtinationis (ut Auctor cum Gloſa ibidem ſuſtinet) ideo hunc proſequendo, aduerte ſecundo, quod Auctor ponit Chriſtum prædeſtinatũ rõe naturæ, ita quod ipſa perſona Chriſti rõe aſſumptæ naturæ, denominatur prędeſtinata ad dei filiationem. Conſiderat quippe ęter nam Chriſti perſonam dupliciter: uel ſecundum ſe, ſeu abſolute, & ſic negat ipſam prędeſtinatam ad filiationem dei: quia eſt ipſa dei filiatio per eſſentiã: uel ſecundum quod induta eſt humanitatẽ, & ſic affirmat ipſã prædeſtinatã ad filiationẽ dei, quia ut ſic, per grãm unionis aſſecuta eſt filiationem dei.

¶ Quod ut clarius percipias, utere poſitionibus hæreticorum, & ex dria illarũ ad ſniam fidei, uidebis ueritatem, neceſſitatẽ, proprietatemq; huius ſniæ. Si.n. uerbum indutum eſſet carnẽ (ut hæretici fingunt), uel per inhabitationem, aut affectionem, aut quouis mõ non pſonaliter, falſum eſſet, quod uerbũ ſecundum carnẽ prædeſtinatum eſt, ut ſit filius dei per grãm unionis: quia ſecundum carnẽ nõ eſſet pſonaliter unitum ſibi dei filio. Sed quia, pro quia Verbum ſecundum carnẽ eſt pſonaliter unitum ſibi ipſi, ideo uerum eſt dicere de filio dei, qui ex ſemine Dauid eſt ſecundum carnem, quod prędeſtinatus eſt filius dei: ſignificat n. hic ſermo, quod ab ęterno prędeſtinatũ eſt de filio dei nãli, ut ſecundum carnem ſit per gratiã unionis filius dei: quod eſt carnem eſſe perſonaliter unitam filio dei.

¶ Occurrit hic dubiũ ex Durãdo in 3. ſent. d. 7. q. 3. dicente hanc locutionem eſſe impropriam, propter defectum duarũ cõditionum requiſitarum ad prædeſtinationem.

¶ Prędeſtinatio.n. primo eſt ad ea, quę excedunt uirtutem prędeſtinati: nihil autẽ eſt, quod excedat uirtutem uerbi incarnati.

¶ Prędeſtinatio rurſus eſt ad id, quod eſt poſterius natura ſaltẽ prædeſtinato, quia eſt ad gratuitum aliquid: gratia autẽ ſupponit nãm.

Conſtat autem quod eſſe filium dei per gratiam unionis, non eſt poſterius natura, aut intellectu uerbo incarnato. Nõ eſt igitur propria hæc locutio, Chriſtus prædeſtinatus eſt filius dei.

¶ Ad hæc dicitur, quòd ſatis ſaluatur prima prædeſtinationis conditio, ſi id, ad quod quis prædeſtinatur, excedit uirtutem prædeſtinati, vel abſolute, uel quatenus prædeſtinatus eſt. Sic autem eſt in propoſito: quoniam unio perſonalis ad filium dei, F etſi non excedit propriam uirtutem uerbi abſolute, excedit tñ uirtutem ipſius ſecundum carnem, ſecundum quam eſt prędeſtinatum.

¶ Secunda autem conditio de prioritate naturę diſtinguitur, uel ſecundum rem, uel ſecundum intellectum. Et dr, quod licet non ſit prius natura uerbum incarnatum, quàm uerbum incarnatum eſſe filium dei per gratiam unionis, tñ ſecundum conſiderationem abſtractiuam intellectus, prius natura eſt uerbũ incarnatum, quàm modus incarnationis, ſ. per unionẽ pſonalẽ. Manifeſtatur autẽ talis prioritas ex cõuenientia, & dria, inter nos & hæreticos. Nam uerbum incarnatum intelligitur cõe quid apprehenſum à nobis & illis, & dria eſt circa ſpãles unionis modos, dum illi per modum templi, uel habitus &c. nos autem per perſonalem unionem uerbum incarnatum dicimus. Quocirca licet ſecundum rẽ nullus ſit ibi ordo, ſecundum apprehenſionem tñ intellectus (qui natus eſt non ſolum cõnecta diuidere, ſed ẽt unũ & idem a ſeipſo abſtrahere) inter uerbum, ut habens carnem, & ſeipſum, ut habẽs carnem perſonaliter iunctam, ordo eſt naturę, ſicut inter commune, & proprium. Et propterea prędeſtinatio, quę actus eſt mentis, & ad rem ſub certa apprehenſione tendit, ex hoc ipſo quod ad uerbũ cum carne terminatur, determinat ad unionem perſonalem, excludendo cęteros alios modos, quibus uerbum cum carne prędordinari potuiſſet. Et ob hoc filius dei naturalis, factus ex ſemine Dauid filius hominis, prędeſtinatus, dicitur, & eſt filius dei.

¶ In reſponſione ad tertium, perſpice primo literam Apoſtoli apud Origenem eſſe punctuatam ſic, quod ly prędeſtinatus, eſt adiectiuum ſubiecti, & non eſt pars copulę, ſeu prędicati, ita quod dicat, Qui prędeſtinatus, tanquam ſi dixiſſet, qui omnipotens, uel quoduis aliud appoſuiſſet ſubiecto: & ſubdit copulam cum prædicato, Eſt filius dei in uirtute. Et ſic in litera nihil habet difficultatis: quoniam uerum eſt, quod Chriſtus eſt prędeſtinatus, & quòd eſt filius dei in uirtute.

¶ Nota ſecundo, quod Auctor comparatiue de harum propoſitionum (ſ. Chriſtus prędeſtinatus eſt filius dei, Chriſtus factus eſt filius dei) ueritate loquitur, dicendo quòd prima eſt magis uera, ac per hoc utramque fatetur eſſe ueram. Chriſtus enim ſignificat

* 1. q. 23. art. 3.
* 1. q. 23. art. 1. & 4.
Concl.
* Glo. ord. ſup illud: Qui prædeſtinatus ẽ filius dei.
* Ad Ro. ſuper illud uerbũ Pauli. tom. 4.

ut in prima parte dictũ eſt.* ergo Chriſtus non eſt prædeſtinatus filius dei:

¶ 3 Præt. Sicut illud, quod eſt factum, non ſemper fuit, ita, & illud quod eſt prædeſtinatum, eo quod prædeſtinatio antecesſionem quandam importat: ſed quia Chriſtus ſemper fuit deus, & filius dei, non proprie dicitur, quòd homo ille ſit factus filius dei.[b] ergo pari rõne non debet dici,[b] quod Chriſtus ſit prædeſtinatus filius dei.

Sed contra eſt, quod Apoſ. dicit Rom. 1. de Chriſto loquẽs, Qui prædeſtinatus eſt filius dei in uirtute.

Reſp. Dicendum, quod ſicut patet ex his, quæ in prima* parte dicta ſunt, prædeſtinatio proprie accepta, eſt quædam diuina præordinatio ab æterno, de his, quæ per gratiam dei ſunt fienda in tempore. Eſt autẽ hoc in tempore factum per gratiam unionis a deo, ut homo eſſet deus, & deus eſſet homo. Nec poteſt dici, quòd deus ab æterno non præordinauerit hoc ſe facturum in tempore: quia ſequeretur quòd diuinæ menti aliquid de nouo accideret. Et ideo[m] oportet dicere, quòd ipſa unio naturarum in perſona Chriſti cadat ſub æterna dei prædeſtinatione, & rõe huius Chriſtus dicitur eſſe prædeſtinatus.*

Ad primum ergo dicendum, quod Apoſtolus ibi loquitur de prædeſtinatione, qua nos prædeſtinamur vt ſimus filii adoptiui. Sicut autem Chriſtus ſingulari modo præ aliis eſt dei filius naturalis, ita quodã ſingulari modo eſt prædeſtinatus.

Ad II dicendum, quod ſicut dicitur in Gl.* Rom. 1. quidam dixerunt prædeſtinationem intelligendam eſſe de natura, nõ de perſona, quia ſ. humanæ naturæ facta eſt hæc gratia, vt uniretur filio dei in vnitate perſonæ: ſed ſecundum hoc locutio Apoſtoli eſt impropria, propter duo. Primo quidem, ratione communi; non enim dicimus naturam alicuius prædeſtinari, ſed ipſum G ſuppoſitum: quia prædeſtinari eſt dirigi in ſalutem, quod quidem eſt ſuppoſiti agentis propter beatitudinis finem. Secundo, rõne ſpãli: quia eſſe filium dei, nõ conuenit humanæ naturæ: eſt.n. hæc falſa, humana natura eſt filius dei: niſi forte quis velit ſic exponere extorta expoſitione, Qui prædeſtinatus eſt filius dei in virtute, i. prædeſtinatum eſt, ut humana natura vniretur filio dei in perſona. Relin- H quitur ergo, quod prædeſtinatio attribuatur perſonæ Chriſti. non quidem ſecundum ſe, uel ſecundum quod ſubſiſtit in diuina natura, ſed ſecundum quòd ſubſiſtit in humana natura. Vnde cum prædixiſſet Apoſtolus, Qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundũ carnem, ſubiunxit, Qui prædeſtinatus eſt filius dei in virtute, ut daret intelligere, quod ſecundũ hoc, quod eſt factus ex ſemine Da- I uid ſecundum carnem, eſt prędeſtinatus filius dei in virtute. quamuis enim ſit naturale illi perſonæ ſecundum ſe conſideratæ, quod ſit filius dei in uirtute, non tamen eſt ei naturale ſecundum humanam naturam, ſecundum quam hoc ſibi conuenit per gratiam unionis.

Ad III dicendũ, quod Orig. ſuper epiſt. ad Rom.* dicit hac eſſe literam Apoſt. Qui prædeſtinatus eſt filius dei in virtute, ita quòd non deſignetur aliqua antecesſio: & ſic nihil habet difficultatis. Alii uero antecesſionẽ, quæ deſignatur in hoc parti-

ſignificat ſuppoſitũ duarũ naturarũ: & rõne humanæ nãæ, utramq; ſuſcipit prędicationem,& ꝙ prędeſtinatus eſt, & ꝙ factus eſt filius Dei:quia utrumque ei ſm humanã naturam conuenit per gratiã unionis. Magis tñ prima conceditur: quia abſtractio Chriſti ſm naturam humanã a ſeipſo ſm unionem perſonalẽ, magis intelligit̃ ſupponere ipſum pdeſtinationi,q eſt mentis actus, q̃ factioni reali, cum ibi ſufficiat ordo naturę ſm intellectũ, qui minus ſufficit ad factionem. Cum his tñ retine, ꝙ iſta eſt impropria, Chriſtus factus eſt filius Dei, multo plus q̃ illa, hõ eſt factus Deus: quia hõ pôt habere ſuppoſitionem ſimplicem (ut ſuperius patuit) Chriſtus aũt pro perſona ſupponit. Et ppea locutiones iſtę non ſunt extendendæ,ſed pie exponendæ. Et quoad ſenſũ, reducendæ ad ſenſum ſimplicis ſuppoſitionis pro humana natura in concreto, iuxta hoc,quod in liter a dr̃, Aliqñ incœpit eſſe,ꝙ exiſtens in natura humana eſſet filius Dei: hoc.n.uerũ ſimũ eſt de exiſtente in natura humana, cõiter loquendo: quãuis hic exiſtens in natura humana nunquam incœpit eſſe Deus pp falſitatẽ exponentis negantis hic exiſtens in natura humana immediate ante non fuit Deus: hic.n.eſt Deus heri,hodie, & in ſæcula.

* Ca. 15. a med. to. 7.

SVP. QV. XXIIII. ART. II.

Ferr. 4. cont. c. 9.
Medina. ar. 2.

Titulus ut iacet ſumatur.

¶ In corpore articuli una eſt concluſio reſponſiua quæſito: Chrs ſm ꝙ hõ eſt pdeſtinatus eſſe filius Dei. Probat̃ Hoc conuenit alicui; ſm ꝙ hõ, quod cõuenit ei rõe humanæ naturę: ſed prædeſtinatio cõuenit Chriſto rõe ſolius humanæ naturæ.ergo. Probat̃ minor diſtinguendo duo importata I præ

Ferr.
141
3. di. 10. q. 1. ar. 1. q. 3. & 4. contra cap. 9. ad 2.

cipio pdeſtinatus,referũt,non ad id,qđ eſt eſſe filiũ Dei, ſed ad eius manifeſtationẽ, ſm illum conſuetũ modum loquendi in Scripturis, quo res dñr fieri,qñ innoteſcunt, vt ſit ſenſus, ꝙ Chriſtus prædeſtinatus eſt manifeſtari filius Dei: ſed ſic non proprie prædeſtinatio accipit̃.nam aliquis dr̃ proprie prædeſtinari, ſm ꝙ dirigitur in finẽ beatitudinis:beatitudo aũt Chriſti non dependet ex nra cognitione. Et iõ meliusdicendũ eſt, ꝙ illa anteceſſio,quã importat hoc participiũ prædeſtinatus,non refertur ad perſonam ſm ſeipſam,ſed ratione humanę naturæ: quia.ſ.pſona illa, etſi ab æterno fuerit filius Dei,hoc tñ non fuit ſemper, ꝙ ſubſiſtens in natura humana, fuerit filius Dei.Vñ Aug.dicit in lib.de prædeſtinatione ſanctorum.* Prædeſtinatus eſt Ieſus,ut qui futurus erat ſm carnem filius Dauid,eſſet in uirtute filius Dei.Et eſt conſiderandum, ꝙ licet hoc participium prædeſtinatus, importet anteceſſionem,ſicut, & hoc partiei piũ factus aliter tñ, & aliter. Nam fieri pertinet ad ipſam rẽ ſm ꝙ in ſe eſt:prædeſtinari aũt pertinet ad aliquem, ſm ꝙ eſt in apprehenſione alicuius prę ordinantis.Id aũt,quod ſubeſt alicui formę,uel naturę ſm rẽ, pôt apprehendi, uel prout eſt ſub forma illa, uel ẽt abſolute. Quia abſolute nõ conuenit pſonę Chriſti,ꝙ inceperit eſſe filius Dei,conuenit aũt ei,ſm ꝙ intelligitur, uel apprehendir, vt in natura humana exiſtens (quia, ſ.hoc aliqñ incępit eſſe, ꝙ in natura humana exiſtens eſſet filius Dei) ideo magis eſt hæc uera, Chriſtus eſt prædeſtinatus filius Dei, quã iſta, Chriſtus eſt factus filius Dei.

ARTICVLVS II.

Vtrum hæc ſit falſa, Chriſtus ſecundum quòd homo, eſt prædeſtinatus eſſe filius Dei.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr ꝙ hæc ſit falſa, Chrs,ſm ꝙ hõ, eſt prędeſtinatus eſſe filius Dei.Hoc.n.eſt vnuſquiſque ſecundum aliquod tempus,* quod eſt prædeſtina-
A tus eſſe, eo ꝙ prædeſtinatio Dei non fallitur.Si ergo Chriſtus,ſecundum ꝙ hõ,eſt prædeſtinatus eſſe filius Dei, vt ſequi ꝙ ſit filius Dei, ſecundum ꝙ homo. Hoc autem eſt falſum. ergo,& primum.

¶ 2 Præt. Illud, quod conuenit Chriſto,* ſm ꝙ conuenit cuilibet homini,eo ꝙ ipſe eſt unius ſpeciei cum aliis hominibus. Si ergo Chriſtus, ſecundum ꝙ
B homo, eſt prædeſtinatus eſſe filius Dei,ſequeretur, ꝙ cuilibet homini hoc conueniat. Hoc autem eſt falſum.ergo, & primum.

¶ 3 Præt. Hoc ab æterno prædeſtinatur, quod eſt aliqñ fiendũ in tpe: ſed magis hæc eſt uera filius Dei factus eſt homo, q̃ iſta,homo factus eſt filius Dei, vt ſupra habitum eſt.* ergo
D magis hæc eſt uera, Chriſtus, ſecundum ꝙ eſt filius Dei, prædeſtinatus eſt homo,quàm ecõuerſo, Chriſtus, ſecundum ꝙ eſt homo, eſt prędeſtinatus eſſe filius Dei.

SED CONTRA eſt, ꝙ Aug.* dicit in lib. de prædeſt.San. Ipſum dñm glorię, inquantum homo factus eſt Dei filius, prædeſtinatum eſſe dicimus.

D RESP. Dcdm,ꝙ in prædeſtinatione duo poſſunt conſiderari: unum quidem ex parte ipſius pdeſtinationis ęternę, & ſm hoc importat anteceſſionẽ quandam reſpectu eius quod ſub pdeſtinatione cadit. Alio mõ pôt conſiderari ſm effectũ tpalem, qui quidem eſt aliqđ gratuitum Dei donum. Dicendum eſt ergo, ꝙ ſm vtrumque iſtorum attribuitur prædeſtinatio Chriſto ratione ſolius
E humanæ naturę. Nã humana natura non ſp fuit uerbo unita, & ei ẽt hoc per grãm eſt collatũ,ut filio Dei in pſona uniretur.Et iõ ſolum rõe humanæ naturę prædeſtinatio competit Chrõ:* unde Aug. dicit in lib. de prędeſt.ſan.prędeſtinata eſt iſta humanę naturę tãta, & tam excelſa ſubuectio,ut quõ attolleret altius non haberet.Hoc aũt dicimus conuenire alicui, ſecundum, ꝙ homo, quod ei conuenit rõne huma-

deſtinatione. ſ.ordinẽ & effectũ. gratuitum.ſ.donũ, & manifeſtando utrumq; conuenire humanitati Chri, adiũcta auctoritate Auguſtini.

¶ In rñſione ad primum uide: & perſpice cautelã Auctoris: nã quia iſta propoſitio, Chrs,ſm ꝙ hõ, ẽ filius Dei,ſimpliciter eſt falſa, ut ex q. 16. ſuperius patet: & ſic ſimpliciter,& abſolute ſequeretur ex iſta, Chriſtus, ſm ꝙ hõ, prędeſtinatus eſt eſſe fili⁹ Dei,ſi quoad materiale prædeſtinationis poneretur hęc uera, iõ Auctor ſuſtinens añcedens, exponit illud limitate.

¶ Poſſet tamen dici abſque antecedentis limitatione, ꝙ in cõſequente apponenda ſecundum intellectũ eſt gratia unionis, ita ꝙ ex iſto antecedente, Chriſtus ſm ꝙ homo, prędeſtinatus eſt filius Dei, ſequitur, ergo Chriſtus, ſecundum ꝙ homo, eſt filius Dei, ſubintelligendo, uel exprimendo per gratiam unionis, ita quòd licet iſta ſit falſa, Chriſtus ſecundum ꝙ homo, eſt filius Dei (quia ſignificat Chriſtũ ſm naturam humanam eſſe naturalem filiũ Dei) iſta tamen eſt uera, Chriſtus, ſecundũ quòd homo, eſt per gratiam unionis filius Dei: & quia in antecedente illo, Chriſtus, ſecundum ꝙ homo, eſt prædeſtinatus filius Dei, ſubintelligitur per gratiam unionis, iõ in conſequente quoque poteſt ſubintelligi. Et ſic concedimus, ꝙ illud unuſquiſque quandoque eſt, quod prædeſtinatus eſt eſſe, & quòd Chriſtus, ſecundum quòd homo, prædeſtinatus eſt eſſe filius Dei, non per naturam, ſed per gratiã unionis. Et ideo Chriſtus, ſecundum ꝙ homo, eſt filius Dei p gratiam unionis. Vnde Gloſa interlinearis ad Ro. 1. dicit, Secundum ꝙ homo gratia ſola prælectus, ut ſit filius Dei in eadem potentia, & uirtute diuinitatis cum Patre,

* q. 16. art. 6. & 7.

* Ca. 15. in me. to. 7.

Concl.

* Cap. 15. poſt med. tom. 7.

per

næ naturæ. Et iõ dcđm eſt, ꝙ Chriſtus ſm quòd homo, eſt prædeſtinatus eſſe filius Dei. F

AD PRIMVM ergo dcđm, ꝙ cum dr̃, Chr̃s ſm ꝙ hõ, eſt prædeſtinatus eſſe filius Dei, hęc determinatio, ſm ꝙ hõ, põt referri ad actũ ſignificatũ per participium dupliciter. Vno mõ ex parte eius, quod materialiter cadit ſub prædeſtinatione, & hoc mõ eſt falſa: eſt.n. ſenſus, ꝙ prędeſtinatũ ſit, ut Chr̃s, ſm ꝙ hõ, ſit filius Dei: & in hoc ſẽſu ꝓcedit obiectio. Alio mõ, põt referri ad ipſam propriã rõem actus: prout. ſ. prædeſtinatio importat in ſui rõe antecesſionẽ, & effectũ gratuitũ: & hoc mõ conuenit Chr̃o rõe humanæ naturæ, ut dictũ eſt.* Et ſm hoc dicitur prædeſtinatus, ſecundum quòd homo.

AD II dcđm, ꝙ aliquid põt conuenire alicui hoĩ rõe humanæ naturę dupliciter. Vno mõ ſic, ꝙ humana natura ſit cã illius, ſicut eſſe riſibile conuenit Sorti rõne humanę naturę, ex cuius principiis cauſat̃. Et hoc mõ prędeſtinari nõ conuenit, nec Chr̃o, nec alteri hoĩ rõne humanę naturę, & in hoc ſenſu procedit obiectio. Alio mõ, dr̃ conuenire aliquid alicui rõne humanæ naturæ, cuius humana natura eſt ſuſceptiua, & ſic dicimus Chr̃m eſſe prędeſtinatũ rõne humanæ naturæ: quia prædeſtinatio refertur ad exaltationem humanæ naturæ in ipſo, ut dictum eſt.* H

AD III dcđm, ꝙ ſicut Aug. dicit in li. de Prædeſ.† Ipſa eſt illa ineffabiliter facta hoĩs a Deo uerbo ſuſceptio ſingularis, ut filius hoĩs ſimul ꝑꝑ ſuſceptũ hoĩem, & filius Dei ꝑꝑ ſuſcipientem vnigenitũ Deũ, veraciter, & propriæ diceret̃. Et iõ, quia illa ſuſceptio ſub ꝓdeſtinatione cadit tanq̃ gratuita, vtrũq; põt dici, ſ. ꝙ & filius Dei prædeſtinatus ſit eſſe hõ, & filius hoĩs prædeſtinatus ſit eſſe filius Dei. Quia tñ gratia non eſt facta filio Dei vt eſſet hõ, ſed potius humanæ naturæ, ut filio Dei uniretur, magis proprie põt dici, ꝙ Chriſtus, ſm ꝙ hõ, eſt prędeſtinatus eſſe filius Dei, q̃ ꝙ Chriſtus ſecundum ꝙ filius Dei ſit prędeſtinatus eſſe homo.

ARTICVLVS. III.

Vtrum prædeſtinatio Chriſti ſit noſtræ prędeſtinationis exemplar.

AD TERTIVM ſic proceditur. Vr̃ ꝙ[h] prædeſtinatio Chriſti non ſit exemplar noſtræ prædeſtinationis: exemplar.n. prçexiſtit exemplato: nihil aũt prçexiſtit æterno. Cum igitur prędeſtinatio noſtra ſit ęterna, videtur ꝙ prędeſtinatio Chriſti non ſit exemplar noſtræ prædeſtinationis. Petr.a. 142 3.d.10.q. 3.art.3.& Ro.1.le.3.

¶2 Præt. Exemplar ducit in cognitionem exẽplati: ſed non oportuit, ꝙ Deus duceretur in cognitionem noſtræ prædeſtinationis ex aliquo alio, cũ dicatur Rom. 8. Quos præſciuit, hos prædeſtinauit.[h] ergo prędeſtinatio Chriſti non eſt exemplar noſtræ prędeſtinationis. G

¶3 Præt. Exemplar eſt[h] conforme exemplato: ſed alterius rõis vr̃ eſſe prædeſtinatio Chriſti, q̃ prędeſtinatio noſtra: quia nos prędeſtinamur in filios adoptionis, Chriſtus autem eſt prædeſtinatus filius Dei in uirtute, ut dr̃ Rom. 1. ergo eius prædeſtinatio non eſt exẽplar noſtræ prædeſtinationis.

SED CONTRA eſt, ꝙ Aug. dicit in lib. de Prędeſtin. San.* Eſt præclariſſimum lumen prædeſtinationis & gratiæ, ipſe Saluator, ipſe mediator Dei, & hoĩm, hõ Chriſtus Ieſus. Dr̃ aũt lumen prædeſtinationis, & gratiæ, inquantum per eius prædeſtinationem, & gratiam manifeſtatur noſtra prædeſtinatio, quod videtur ad rationem exemplaris pertinere. ergo prædeſtinatio Chriſti eſt exemplar noſtræ prædeſtinationis. H * Ca. 15. ſ prin. to. 7.

RESP. Dcđm, ꝙ prędeſtinatio dupliciter[l] poteſt conſiderari. Vno modo ſecundum ipſum actũ prædeſtinationis, &[m] ſic prædeſtinatio Chriſti nõ poteſt dici exemplar noſtræ prædeſtinationis.[n] vno enim modo, & eodem actu æterno, prædeſtinauit Deus nos, & Chriſtum. Alio modo, poteſt prædeſtinatio conſiderari ſecundum illud, ad qđ aliquis prędeſtinatur, quod eſt prædeſtinationis terminus, & effectus. Et[p] ſecundum hoc, prædeſtinatio Chriſti eſt exemplar noſtræ prędeſtinationis, & hoc dupliciter[q]. Primo quidem, quantum ad bonum, ad quod prædeſtinamur: ipſe enim eſt prædeſtinatus ad hoc, quòd eſſet Dei filius naturalis: nos autem prædeſtinamur ad filiationem adoptionis, quæ eſt quædam participata ſimilitudo filiationis naturalis. Vnde dicitur Rom. 8. Quos prçſciuit, hos prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui. Alio modo, quantum ad modum conſequendi illud bonum, quod eſt per gratiam, quod quidem in Chriſto eſt manifeſtiſſimum: quia natura humana in Chriſto nullis ſuis præcedentibus meritis eſt unita filio Dei. Et de plenitudine gratiæ eius nos omnes accepimus ut dicitur Ioan. 1. Concl. m I Concl. p K

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd illa ratio procedit ex parte illius actus prædeſtinantis. Et ſimiliter dicendum ad II.

AD III dcđm, ꝙ non eſt neceſſarium, ꝙ exemplatum exemplari, quantum ad omnia conformetur: ſed ſufficit quod exemplatum aliqualiter imitetur ſuum exemplar.

---

per unionem uerbi. ¶ In tertione ad ſin collige hinc ex Auctore illa diſtinctioné de ly ſm ꝙ. ſeu inquantũ, uel reduplicatiue, vel ſpecificatiue. Primum.n. membrũ literæ exponit reduplicatiue, denotando cãm: ſm aũt ſpecificatiue, determinãdo conditionẽ, qua ſubiectũ recipit prædicatum. Et hoc mõ, ſ. ſpecificatiue tenetur cum dr, Chr̃s ſm ꝙ hõ, eſt prædeſtinatus filius Dei: ſicut cũ dr̃ Sortes, ſm ꝙ hẽt capillos, eſt criſpus.

SVP. QV. XXIIII. ART. III.

Medina. ar. 3.

Titulus clarus eſt. ¶ In corpore unica eſt diſtinctio bimẽbris, & duę concluſiones rñdentes ſingulis diſtinctionis mẽbris. Diſtinctio eſt: Prædeſtinatio dupliciter ſumitur, vel ex parte actus, uel ex parte termini. Prima concluſio eſt: Prædeſtinatio Chr̃i ex parte actus, non eſt exẽplar nr̃ę. Probat̃: q̃a ex parte actus uno actu, & mõ æterno Deus Chr̃m, & nos prędeſtinauit: in actu ſiquidẽ diuino, & mõ ex parte Dei, nulla eſt dr̃ia, cũ ſint oĩa unũ met res, ipſa, ſ. deitas. Secũda cõcluſio: ꝓdeſtinatio Chr̃i eſt noſtræ exẽplar ex parte termini, quo ad duos, hoc eſt quo ad bonũ terminãs, & quoad modũ conſequẽdi illud bonũ. Probat̃ primũ quia Chr̃s ad filiationẽ naturalem, nos ad adoptiuã. Probatur ſcdm: quia Chr̃s ꝑ gratiã excludentẽ oẽ meritũ, nos per gr̃am, includentem meritũ Chriſti: q̃a de plenitudine eius oẽs accepimus. * In corp. ar. 3. di. 7. q. 3. art. 1. & ar. 2. q. 2. † Ca. 15. a me. to. 7.

¶ Memento notitie, ꝙ Chr̃s dr̃ ꝓdeſtinatus ut ſit filius Dei naturalis, mõ expoſito, ſ. rõne humanæ nãæ per gratiam unionis perſonalis. Reliqua ſunt plana.

* In corp. art.

SVPER QV. XXIIII. ART. IIII.

Perr. a 143

Alb. mag. di. 6. ar. 20. Medina. a. 4.

3. diſt. 10. q. 1. ar. 3.

TItulus clarus, ut iacet.

¶ In corpore eſt vnica diſtinctio cũ dupli ci concluſione: ſicut in præcedenti articulo, & quia ſimiliter clara ſunt, pertranſeamus.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum prædeſtinatio Chriſti ſit cauſa noſtræ prædeſtinationis.

AD QVARTVM ſic proceditur. Vr̃ ꝙ prædeſtinatio Chr̄i non ſit cauſa nr̄ę prędeſtinationis:[h] æternum enim non habet cauſam: ſed prædeſtinatio noſtra eſt ęterna. ergo prædeſtinatio Chr̄i nõ eſt cã noſtrę prædeſtinationis.

¶2 Præt. Illud,[h] quod dependet ex ſimplici Dei uoluntate, non habet aliam cauſam niſi Dei uoluntatem: ſed prædeſtinatio noſtra ex ſimplici uoluntate Dei dependet. dicitur enim. Eph. 1. Prædeſtinati ſm̃ propoſitũ eius, qui omnia operatur ſecundũ conſilium uoluntatis ſuæ, ergo prędeſtinatio Chriſti non eſt cauſa noſtræ prædeſtinationis.

¶3 Præt.[h] Remota cauſa, remouetur effectus: ſed remota prędeſtinatione Chriſti non remouetur nr̃a prædeſtinatio: quia etiam ſi filius Dei non incarnaretur, erat alius modus poſſibilis noſtræ ſalutis vt Aug. dicit in lib. de Trinit.* Prædeſtinatio ergo Chriſti non eſt cauſa noſtrę prædeſtinationis.

*In lib. 13 ca. 10. non procul à prin. to. 3.

SED CONTRA eſt, ꝙ dr̃ Epheſ. 1. Prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum, per Ieſum Chriſtum.

Concl. m

RESP. Dcd̃m, ꝙ ſi[m] conſideretur prædeſtinatio ſecundum ipſum prędeſtinationis actum, prædeſtinatio Chriſti nõ eſt cauſa nr̃æ p̄deſtinationis,* cum uno, & eodem actu Deus prædeſtinauerit ipſum, & nos: ſi[r] aũt conſideretur prædeſtinatio ſm̃ terminum prędeſtinationis, ſic prædeſtinatio Chriſti eſt cauſa noſtræ prædeſtinationis.[q] Sic. n. Deus preordinauit noſtram ſalutem, ab æterno prædeſtinando, ut per Ieſum Chriſtũ compleretur. Sub prædeſtinatione enim æterna non ſolum cadit id, quod eſt fiẽdum in tempore, ſed etiam modus: & ordo ſecũdũ quem eſt complendum in tempore.

Concl. p

AD PRIMVM ergo, & II dcd̃m, ꝙ rationes illæ procedunt de prædeſtinatione ſecundum prædeſtinantis actum.

AD III dicendum, ꝙ ſi Chriſtus non fuiſſet incarnandus, Deus præordinaſſet homines ſaluari per aliam cauſam: ſed quia præordinauit incarnationem Chriſti, ſimul cum hoc præordinauit ut eſſet noſtræ ſalutis cauſa.

SVP. QVÆ. XXV. ART. I.

Cap. 3 d. 9. q. 1. con. 1 Palud. 3. d. 9. q. 1. Alb. mag. 3. di. 9. ar. 9.

TItulus nõ de qualitate, ſed de identitate, uel diuerſitate adorationis quęrit, an ſcilicet una, eadẽque adoratio (qualiſcumque ſit illa) terminetur ad Chriſti humanitatem, quæ ad illius terminatur diuinitatem. Et eſt ratio dubii huius, uſus Eccleſiæ, & decretum quintæ ſynodi, quod in litera affertur, tractatque hęc materia in 3. ſenten. diſtin. 9.

QVAESTIO XXV.

De adoratione Chriſti, in ſex articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt, de his, quæ pertinẽt ad Chriſtum in comparatione ad nos. Et primo de adoratione Chriſti, qua. ſ. nos eum adoramus. ſecundo, de hoc, quod eſt Mediator noſter ad Deum.

Et circa primum quæruntur ſex.

¶Primo, Vtrum una, & eadem adoratione ſit adorãda diuinitas Chr̄i, & ei⁹ humanitas.

¶Secũdo, Vtrũ caro Chriſti ſit adorãda adoratione latriæ.

¶Tertio, Vtrũ adoratio latriæ ſit exibẽda imagini Chriſti.

¶Quarto, Vtrum ſit exhibẽda cruci Chriſti.

¶Quinto, Vtrum ſit exhibẽda matri eius.

¶Sexto, De adoratione reliquarum ſanctorum.

ARTICVLVS I.

Vtrum una, & eadem adoratione ſit adoranda diuinitas Chriſti, & eius humanitas.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ nõ eadem adoratione adorãda ſit humanitas Chriſti, & eius diuinitas. Diuinitas enim Chriſti eſt adorãda: quia eſt cõis Patri, & Filio: vñ dicitur Io. 5. Oẽs honorificẽt Filium, ſicut honorificẽt Patrẽ: ſed humanitas Chriſti nõ eſt cõis ei, & Patri.[h] ergo nõ eadem adoratione adorãda eſt humanitas Chriſti, & eius diuinitas.

¶2 Præt. Honor eſt proprie præmium virtutis, ut Philoſoph. dicit in 4. Eth.* meretur autem virtus ſuum præmiũ per actũ. Cũ igitur ĩ Chriſto ſit alia operatio diuinæ, & humanæ naturæ (ut ſupra habitum eſt†) uidetur ꝙ[h] alio honore ſit uenerãda humanitas Chriſti, & alio eius diuinitas.

*c. 3. to. 5.

†Queſt. 19. ar. 1.

¶3 Præt. Aĩa Chriſti, ſi nõ eſſet uerbo vnita,[h] eſſet uenerãda ꝑ excellẽtiã ſapiẽtiæ, & gratiæ, quã habet: ſed nihil dignitatis eſt ei ſubtractũ per hoc, ꝙ eſt unita uerbo, ergo natura humana ĩ Chriſto eſt quędã propria adoratione uenerãda præter uenerationem, quę exhibetur diuinitati ipſius

SED CONTRA eſt, ꝙ in capitulis quintæ Synodi ſic legitur,† Si quis duabus naturis adorari dicit Chriſtum (ex quo duæ adorationes introducuntur) ſed nõ una adoratiõe Deũ uerbum incarnatum cum propria ipſius carne adorat, ſicut ab initio Dei Eccleſiæ traditũ eſt, talis anathema ſit.

*In ecc. 2 Cõſtãtino qd̃ eſt 5. generale cano 9.

RESP. Dicendũ, ꝙ in eo, qui honoratur, duo poſſumus cõſiderare, ſcilicet cum, cui ho-

¶ In corpore articuli duo fiunt. primo diſtinguuntur termini deinde reſpondetur quæſito. Diſtinguitur ergo primo id, quod honoratur, ſecundo unitas, uel pluralitas honoris. Diſtinguuntur igitur in honorato, res honorata, & cauſa honoris, & dicitur, quòd res honorata eſt tantum perſona, ſeu totum ſubſiſtens, & probatur excludendo partes, ex uſu loquẽdi: quia nõ dicimus manum honorari. Et quia hoc uidetur pati calumniam, reſpondetur obiectioni, quòd partes quandoque dicuntur honorari, non ſecundum ſe, ſed ut in eis totũ honoretur. Et declaretur à ſimili, in ueſte, & nuntio, &c.

Perret. a 144

Inf. q. 58. ar. 1. c. ſi. & ad primũ. Et. 3. di. 9 q. 1. art. 2. q. 1. Et di. 19. art. 1. ad 4. Et ueri. q. 29. ar. 4. ad quartũ.

¶ Vbi habes aliam diſtinctionem honorati, ſcilicet ſecundum ſe, uel ſecundum aliud in ſe. Totum enim honoratur ſecundum ſe, pars autem, imago, & nuntius, ſecundum aliud hoc eſt totum in ſe parte, repreſentatum in ſe imagine, mittẽtem in ſe nũtio. Cauſa autem honoris eſt id, unde habet honoratus excellentiam. Probatur quia honor eſt reuerẽtia exhibita alieni propter ſui excellẽtiam. Vnitas uero, & pluralitas honoris diſtinguitur quòd poteſt attendi, uel ſecundum cauſã honoris, uel ſecundũ terminum per ſe proprium adorationis. Et propterea ſi contingit in uno, eodem homine inueniri diuerſas cauſas honoris, erit illius honor unus, & multiplex. Vnus, ex parte perſonæ, quæ terminus eſt multiplex, ex parte cauſæ multiplicis, ut patet de uno homine honorato, & propter ſcientiam, & propter uirtutem moralẽ, ſeu theologalem.

¶ Concluſio reſponſiua quæſito eſt: Adoratio Chriſti eſt una ex parte perſonæ adoratæ, & eſt plures ex parte

nor exhibetur, & cauſam honoris. Proprie autem honor exhibetur toti rei ſubſiſtenti: non enim dicimus quòd manus hominis honoretur, ſed quòd homo honoretur. Et ſi quandoque contingat, quòd dicatur honorari manus, vel pes alicuius, hoc nõ dicitur ea ratione, quòd huiuſmodi partes ſecundum ſe honorentur: ſed quia in iſtis partibus honoratur totum: per quem etiã modum aliquis homo poteſt honorari in aliquo exteriori: puta in veſte, aut in imagine, aut in nuntio. Cauſa autem honoris eſt id, ex quo ille, qui honoratur, habet aliquam excellentiam. Nam honor eſt reuerentia alicui exhibita propter ſui excellentiam, vt in ſecunda parte dictum eſt. * Et ideo, ſi in vno homine ſunt plures cauſæ honoris (puta prælatio, ſcientia, & virtus) erit quidem illius hominis vnus honor ex parte eius, qui honoratur, plures tamen ſecundum cauſas honoris: homo enim eſt, qui honoratur, & propter ſcientiam, & propter virtutem. Sic ergo, cum in Chriſto ſit tantum vna perſona diuinæ, & humanę naturæ, & etiam vna hypoſtaſis, & vnũ ſuppoſitum, eſt quidem eius vna adoratio, & vnus honor ex parte eius, qui adoratur: ſed ex parte cauſæ, qua honoratur, poſſunt dici eſſe plures adorationes, vt, ſcilicet alio honore honoretur propter ſapientiam increatam,

G H K

& alio propter ſapientiam creatam. Si autem ponerentur in Chriſto plures perſonæ, ſeu hypoſtaſes, ſequeretur quòd ſimpliciter eſſent plures adorationes. Et hoc eſt quod in Synodis reprobatur. Dicitur enim in capitulis Cyrilli, † Si quis audet dicere aſſumptum hominẽ coadorari oportere deo verbo, quaſi alterum alteri, & non potius vna adoratione honorificat Emanuelem, ſecundum ꝙ factum eſt caro verbum, anathema ſit.

AD PRIMVM ergo dcđm, ꝙ in Trinitate ſunt tres, qui honorantur, ſed eſt vna cauſa honoris: in myſterio autem incarnationis eſt econuerſo. Et ideo alio modo eſt vnus honor Trinitatis, & alio modo eſt vnus honor Chriſti.

AD II dcđm, ꝙ operatio nõ eſt, quæ honoratur, ſed eſt ratio honoris. Et ideo per hoc, ꝙ in Chriſto ſunt duæ operationes, non oſtenditur, quòd ſint duæ adorationes, ſed ꝙ ſint duæ adorationis cauſæ.

AD III dicendum, quòd anima Chriſti, ſi non eſſet vnita dei verbo, eſſet id, quod eſt principaliſſimum in hoīe illo: & iõ ſibi p̃cipue deberetur honor: quia hõ eſt id, quod eſt potiſſimum in eo: ſed quia anima Chriſti eſt vnita perſonæ digniori, illi perſonæ præcipue debetur honor, cui aīa Chriſti vnitur. Nec per hoc tamen diminuitur dignitas aīæ Chriſti, ſed augetur, vt ſ͠ dictum eſt.

† habetᶜ in cõ. 1. epheſi cano. 8.

F

te perſonæ adoratæ, & eſt plures ex parte cauſæ, diuinæ, ſcilicet vel humanæ. Probatur primo concluſio quo ad primam partem: quia in Chriſto vna tantum eſt hypoſtaſis. Quo ad ſecundam, quia alia cã honoris eſt ſapientia diuina, alia ſapiẽtia humana. Deinde probatur ex oppoſito: quia. ſ. ſi eſſent plures hypoſtaſes in Chriſto adoratio eius non eſſet vna, etiam ex parte adorati: ſed totaliter adoratio Chriſti non eſſet vna, ſed diuerſa, & hoc eſt damnatum in ſynodis, &c.

¶ Circa primam diſtinctionem nota cautiſſime, quòd honorari ut cauſam honoris, non eſt honorari ſimpliciter, ſed cum tali determinatione, ita ꝙ ly vt cauſa honoris, eſt conditio diminuens honoratum ita ꝙ non valet argumentum, Sapientia honoratur vt cauſa honoris, ergo honoratur. Et hoc proprie loquendo: quia honorari non eſt, niſi terminantis paſſiue actum honorandi: non terminat aũt honoris actum, niſi perſona, cui exhibetᶜ honor. Et hinc oritᶜ, ꝙ Chriſto debetᶜ ſimpliciter vna adoratio & ꝙ humanitas eius, vt abſtrahit ab hypoſtaſi, eſt inadorabilis ſicut exteræ cauſæ adorandi, inadorabiles ſunt, proprie loquendo. Quia tamen inuenitur quandoq; dictum de huiuſmodi, quòd honorãtur, vel adorantur, ideo non faciendo vim in vocabulis loquere, vt plures loquuntur. & intellige quòd ideo eccleſia Chriſtũ unica adoratione adorat, dicendo ei, Miſerere nobis, & non dicendo ei, Miſerere, & intercede: quia ad unitatem perſonæ reſpicit. Et hinc Synodi anathema proceſſit contra adorantes Chriſtũ duabus adorationibus: proprie enim locuti ſunt de honorato, ſeu adorato.

* 2. 2. q. 103 art. 1.

Concl. in

¶ Rurſus, circa eandem diſtinctionem nota, quòd cauſa honoris dicitur id, quo perſona excellit. Hoc autem inuenitur dupliciter: uel per modum formæ, ut ſapientia, uirtus, ſtatus: uel per modum operationis, ut creare, gubernare, uincere, docere, miſereri, &c. Vtrumque enim eſt, unde quis excellit: excellunt enim homines non ſolum ſapientia, potentia, uirtute, dignitate, ſed etiam quia uicerunt, quia docuerunt, quia ordinarunt, &c. Et utrumque in litera hac habes, primum in corpore, ſecundum in reſponſione ad ſecundum.

¶ Circa diſtinctionem alteram ex litera ſumptam de modo duplici, quo res adorata adoratur (uel ſecundum ſe, uel ſecũdum aliud in ſe) aduerte primo ex litera illam haberi, dum dicitur de partibus, quòd non ſecundum ſe honorantur, ſed totum in illis honoratur. Et ſubditur per quem modum poteſt aliquis honorari in exteriori, puta ueſte, imagine uel nuncio. Ex his enim clara habetur dicta diſtinctio, dum totum ſñ ſe honoratur, & qñ partes honorãtur, totum honoratur in partibus. Hoc. n. eſt partem honorari, ſñ ꝙ totum eſt in parte. Et ſimiliter ueſtis honoratur, ſñ ꝙ perſona eſt ſub illa: imago quoque ueneratur, ſñ quòd repræſentata pſona eſt in illa. Et ſimiliter nuntius honoratur, ſecũdum quòd princeps eſt in illo.

¶ Aduerte ſecundo, ꝙ quia iſta quodammodo honorantᶜ, & quodammodo non (quia ſecundum ſe non honorantur, ſñ uero aliud in ipſis honoratur) iccirco de eis, & affirmatiua, & negatiua uerificantᶜ. Dᶜ enim, ꝙ partes, & huiuſmodi non honorantur, ſ. proprie (quia non ſecundum ſe) & ꝙ honorantur, ſcilicet ſecundum aliud in ipſis. Et quoniam clauis eſt una iſtius tractatus ſententia hæc, dilucidanda amplius eſt, diſcutiendo illam.

¶ Scito igitur tertio, duplicem eſſe opinionem circa honorationem perſonæ in ſuis extrinſecis, puta imagine, &c. Altera eſt, quòd perſona honoratur in iſtis: quia habet quoddam eſſe in illis. Altera eſt, quòd perſona honoratur in illis: non quia habet eſſe in illis, ſed quia per illa excitantur, conuertunturque, homines in perſonam illam honorandam: ita quòd inter has opiniones tanta eſt diſtantia, quòd prima ponit extrinſeca hæc terminare honorationem, non ſecundum ſe, ſed ſecundum quòd perſona eſt in illis: ſecunda autem ponit extrinſeca hæc non terminare honorationem quouis modo. Et hinc diſtant ſecundo, quòd ſecundum primam extrinſeca dicuntur honorari, iuxta ſecundam autem extrinſeca non niſi abuſiue, & communicando in nominibus cum uulgo dicuntur honorari: quod autem horum uerius ſit, inferius patebit. Sed hinc quamuis non habeatur ab Auctore prima opinio de uerbo ad uerbum, ſatis tamen inſinuatur, cum dicitur, quòd totum honoratur in partibus, & quod per hunc modum homo honoratur in exteriori, ut ueſte, imagine, aut nuntio. Clare autem aperitur inferius hæc ſententia, cum non ſolum dicitur, quòd imago, aut crux adoranda eſt, ſed exprimitur terminatiue, dicendo motum in imaginem, & perſonam eſſe unum: ſi enim motus eſt in imaginem, imago ipſa nonnullus terminus eſt motus. Eſt ergo prima opinio Auctoris, inferius diſcutienda: nunc autem prælibata hæc ſint, ut ſcias dubitare, & diſcernere.

* q. 2. art. 8 ad 2.

ARTICVLVS II.

Vtrum humanitas Chriſti adoranda ſit adoratione latriæ.

ADSECVNDVM ſic proceditur. Vr̃ ꝙ humanitas Chriſti non ſit adoranda adoratione latriæ: quia ſup Pſa. 98. Adorare ſcabellum pedẽ eius, qm̃ ſanctum eſt, dicit Gloſ. Caro a uerbo Dei aſſumpta, ſine impietate adorã a nob:s, qa nemo carnẽ eius ſpũali:er mã ducat, niſi prius adoret: nõ illa dico adorõne, ꝗ latria eſt, ꝗ ſoli creatori debet: caro ãt Chr̃i eſt pars humanitatis.[h] ergo humanitas Chriſti non eſt adorã da adoratione latriæ.

¶2 Præt. Cultus latriç nulli[h] creaturæ debet: ex hoc.n. reprobantur gentiles, ꝙ coluerũt & ſeruierut creaturæ, ut dr̃ Rom. 1. ſed humanitas Chr̃i eſt creatura. ergo non eſt adoranda adoratione latriæ.

¶3 Præt. Adoratio latriæ debetur Deo in recognitionẽ maximi dominii ſm̃ illud Deu. 6. Dominũ Deum tuum adorabis,* & illi ſoli ſeruies: ſꝫ Chriſtus,[h] ſecundum ꝙ eſt hõ eſt minor patre. ergo humanitas eius non eſt adoratione latriæ adoranda.

SED CONTRA eſt, ꝙ Dam. dicit in 3. li.* Adoratur ãt caro Chr̃i incarnato uerbo Deo, non pp̃ ſeipſam: ſed pp̃ unitũ ei ſm̃ hypoſtaſim uerbum Dei Et ſuper illud Pſa. 98. Adorare ſcabellum pedum eius, dicit gloſſ.† Qui adorat corpus Chr̃i, nõ terra intuet: ſed illum potius, cuius ſcabellũ, ẽ cuius in honore ſcabellũ adorat, ſed Verbum incarnatum adorã adoratione latriæ ergo & corpus eius, ſiue eius humanitas.

RESP. dicẽdm̃, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt *, honor adorõnis proprie debetur hypoſtaſi ſub ſiſtenti: tamen rõ honoris põt eſſe aliquid non ſubſiſtens, ꝓpter quod honoratur perſona, cui illud ineſt. Adoratio igitur humanitatis Chr̃i, dupliciter põt intelligi. Vno mõ, ut ſit eius, ſicut rei adoratæ, & ſic adorare carnẽ Chr̃i, nihil eſt aliud, ꝗ adorare verbum dei

A incarnatum, ſicut adorare ueſtẽ regis, nihil eſt aliud, ꝗ adorare regẽ ueſtitũ. Et[a] ſcd̃m hoc adoratio humanitatis Chr̃i eſt adoratio latriç.[a] Alio mõ põt intelligi adoratio humanitatis Chriſti, ꝗ fit rõne humanitatis Chriſti, perfectę oi munere gratiarũ, & ſic[a] adoratio humanitatis Chriſti non eſt adoratio latriæ, ſed adoratio duliæ,[q] ita. ſ. ꝙ una, & eadẽ pſona Chr̃i adorer adoratione latriæ, pp̃ ſuam

B diuinitatem, & adoratione duliæ; pp̃ perfectionẽ humanitatis. Nec hoc eſt inconueniens, quia ipſi Deo pr̃i debet honor latriæ pp̃ deitatẽ, & honor duliæ pp̃ dñiũ, quo gubernat creaturã. Vñ ſup illud Pſal. 7. Dñe Deus meus in te ſperaui, dicit gl.* Dñe omnium, per potẽtiã, cui debetur dulia: Deus oium ꝑ creationẽ, cui debet latria.

C AD PRIMVM ergo dcd̃m, ꝙ gl. illa nõ eſt ſic intelligẽda, quaſi ſeorſum adoretur caro Chr̃i ab eius diuinitate: hoc.n. contingeret ſolũ hoc mõ, ſi eſſet alia hypoſtaſis Dei, & hois, ſed quia, ut Dama.† dicit, ſi diuidas ſubtilibus intelligentijs, qđ vr̃, ab eo, qđ intelligit, inadorabilis eſt, ut creatura, ſ. adoratione latriæ. Et tũc ſic intellectæ, ut ſeparatæ à Dei verbo deberet ſibi adoratio duliæ: nõ cuiuſcũq; (puta, ꝗ cõiter exhibetur aliis creaturis) ſed cuiuſdam excellentioris, quam hyperduliam uocant.

Et per hoc etiã patet reſponſio ad ſcd̃m, & tertiũ, quia adoratio latriæ non exhibetur humanita

D ti Chriſti ratione ſuiipſius: ſed ratione diuinitatis, cui vnitur, ſecundum quam, Chriſtus non eſt minor Patre.

SVP. QV. XXV. ART. II.

Perrot.e. 144 3.d.9.q.1. a.2.q.1.& q.4.ad 1.

S. Bo. 3. ſ. d. 9. q. 1. a. 1. Scot. 3. ſ. d. 9. q. 1. Ricar. 3. ſ. d. 9. q. 1. Duran. 3. ſ. d. 9. q. 2. Cap. 3. d. 9. q. 1. con. 1. Medina. a. 1.

TItulus clarus. ¶ In corpore articuli eſt diſtinctio & reſpondet duabus concluſionibus. Prima ẽ. Humanitas Chr̃i ut res adorata, eſt adorãda adorõne latriæ. Probaẽ, qa ipſã ſic adorari, nihil aliud ẽ ꝗ verbum incarnatũ adorari. Probaẽ hoc a ſim.l., ſicut adorare ueſtem regis, eſt adorare regẽ ueſtitum. Secunda ẽ. Humanitas Chriſti, ut rõ adorandi, non eſt adoranda adoratione latriæ ſꝫ duliæ: hoc eſt, pſona Chriſti honoranda ẽ dulia ratione humanitatis, plenę grõ &c. Declaraẽ hoc non eẽ inconueniens ex perſona patris, ꝗ latria, & dulia adoratur.

¶ Aduerte hic duo. Primũ eſt, ꝙ adorari ut rẽ adoratam, contingit dupliciter uel per ſe, uel per aliud. Et ꝓpea pſona Chriſti per ſe adoratur latria, quia ꝑ deitatem ꝗ ẽ ipſa perſonalitas, per aliud uero dulia, qa per humanitatẽ, ꝗ eſt aliud ab ipſa. Et econtra humanitas Chr̃i ꝑ aliud adoraẽ latria: per ſe ãt ſi, ſed dulia, ut ratio tamẽ adorandi. Et hęc omnia in lr̃a habẽtur, ꝗ nõ dicta diſtinctio ſi formaliter explicet, ſed ipſa Auctor oratur.

Alias, timebis.

Li. 4. Orth. fidei ca. 3. circa prin.

Pſ. 96. Eſt Augu. ibi. to. 8.

Art. præc.

¶ Sm̃ eſt, ꝙ licet dulia qua pſona patris honoraẽ propter potentiã, & dulia, qua perſona Filii ratione humanitatis adoraẽ, nõ omnino ſint eadem, qa illa eſt dulia cõter ſũpta ad ſpecies duliæ, & latriæ: illa uero eſt ſpecies duliæ diſtincta contra latriã, ſicut diſpoſitio eſt genus ad diſpoſitionem & habitum (licet inquã ita ſit, non ſufficit tamen proceſſui litterę perſuaſiuo ex uerbis gloſſarum, ad tollendam adiuratrionem. Materia eñ hęc de ſe clariſſima eſt: nam liquet perſonam Chriſti cõne diuerſarum naturarũ diuerſimode honorãdã. Sed ut nõnulla cõſonantia ueritatis huius ad priſcos oſtraretur, allatũ eſt illud quaſi ſimile, de perſona Patris.

Concl. 1.

¶ In hoc articulo, & ſpecialiter in rñſione ad primũ, uide ꝙ accepturi cõmunionẽ ſacram, aut ſacrificio miſſæ aſſiſtentes, tam corpus, quã ſanguinẽ dñi: cum adorare nos experimur adoratione latriæ: nã ut Deũ ſumme honoramus non diſtinguendo inter corpus, & eũ, cuius eſt corpus: dicendo, dñe, nõ ſum dignus, & alias ſimiles orationes. Adorationem ſiquidem duliæ Chr̃o debitã ratione humanæ naturę, Eccleſia in mente retinet, non in uſu, ad euitandos (ut dictum eſt) errores.

Concl. 2.

Pſ. 7. gloſ. interlinearis ibid.

Lib. 4. c. 3. circa prin.

ARTICVLVS III.

Vtrum imago Chriſti ſit adoranda adoratione latriæ.

ADTERTIVM ſic proceditur. Videtur, quòd imago Chriſti, non ſit adoran

E da adoratione latriæ. Dicitur enim Exodo. 20. Non facies tibi ſculptibile, neque omnem ſimilitudinem[h]: ſed nulla adoratio eſt facienda contra Dei præceptum. ergo imago Chriſti non eſt adoranda adoratione latriæ.

¶2 Præt. Operibus[h] gentilium non debemus cõmunicare, ut

SVPER QV. XXV. ART. III.

Cap. 3. d. 9. q. 1. con. 2. Medina. ar. 3.

Port.e 146 2.2.q.81. ar.3.ad 3. & q.49.ar. 2.ad 1. Et inf.arti.4. cor.& a.5. ad 2. Et 3. di.9.q.1.a. 2.q.2.

TItulus clarus eſt. ¶ In corpore articuli, duo ſũt. Primo, ſ cõi determinaẽ de duplici motu i imaginẽ. Scd̃o, in ſpãli rñdetur q̃ſito vna cõcluſione. ¶ Quoad primum ex Ariſt. autoritate diſtinguiẽ motꝰ ãiç, in imaginẽ duplex: unꝰ, ut i rẽ, alter, ut i imaginẽ. Primꝰ eſt alius a motu io rẽ repræſentatã, ſecundus eſt unus, & idem cũ motu i rem repræſentatã. Quoad ſecundũ concluſio reſponſiua eſt, Imago Chriſti eſt adoranda adoratione latriæ. Probatur, Imagini Chriſti exhibetur reuerentia, & non ut eſt res

eſt res quædam. ergo ut imago. ergo eadem reuerentia, quæ Chriſto exhibetur. ergo eſt adoranda adoratione latriæ. Antecedens pro prima parte experientia teſtatur. Pro ſecunda probat litera quia reuerentia non niſi rationali naturæ debetur. Prima conſequentia probatur ex ſufficienti diſtinctione motus animæ in imaginem: deſtructo enim altero membro reliquum oportet inferri. Secunda autē conſequentia probatur ex eadem Ariſtotelis doctrina, quia motus in imaginem, ut ſic, eſt unus cum motu in rem repræſentatam. Tertia deinde cōſequentia probatur, quia Chriſtus adoratur adoratione latriæ.

¶ Circa radicem proceſſus, propoſitionē, ſcilicet illam ex Ariſto. Motus in imaginem, inquantum imago, eſt idem cum motu in rem, dubium ex multiplici capite occurrit. Primo, obiicitur ex parte motus: ſecūdo, ex parte imaginis: tertio, ex parte unitatis. Ex parte ſiquidem motus dicitur, quòd propoſitio eſt uera de motu apprehenſiuo in quo illa vertitur Ariſtoteles, ut ē motus intellectus, & memoriæ. Non eſt autem uera de motu appetitiuo, in quo vtitur illa hic Auctor. Adoratio enim actus eſt moralis uirtutis, ac per hoc appetitiuæ partis. Eadem quippe intellectione cognoſcitur imago, & imaginatum: quia unum relatiuorum definit reliquum. Et ſi quis definite nouit unum correlatiuum, definite nouit reliquum, ut dicitur in Prædicamentis. Quicumque autem amat Patrem, non propterea amat filium.

Li. 4. c. 17. non longe a prin.

¶ Ex parte uero imaginis, quia imago ut imago eſt relatiuum: nulla autem relatio realis creata, aut rationis, adoranda eſt adoratione latriæ.

¶ Ex parte autem unitatis, quia, uel intelligitur de motu uno ſimpliciter, uel ſecundum partem, ſeu aliquid: non de motu uno ſimpliciter, quia falſum diceretur. Nam motus in rem ſecundum ſe immediate, & in illam et mediante ſua imagine, non eſt omnino idem, ut patet. Si ſecundum aliquid tunc ex hac propoſitione non infertur propoſitum, quia ex motus unitate ſecundum quid, non ſequitur unitas ſpecifica adorationis imaginis, & exemplaris, quæ tamen in litera infertur, qui latria adoranda imago Chriſti dicitur, qua Chriſtus adoratur.

¶ Dubium rurſus circa proceſſum eundem ex Durand. in 3. ſenten. diſt. 9. q. 2. occurrit. Nam primo impugnat proceſſum huius ex eo quod aliud eſt, motum in imaginem, & rem eſſe vnum, & aliud imaginem, & rem eſſe unum. Primum enim eſt uerū, ſecundum falſum, nam ſunt correlatiua, quæ licet ſimul apprehendantur, dicuntur tamen, & ſunt diuerſa, relatiui enim eſſe eſt ad aliud ſe habere. Ad propoſitum autem oporteret imaginem, & rem eſſe unum, ſeu unius rationis, ſi adoratio rei deberet exhiberi imagini.

¶ Deinde dicit, quòd imago Chriſti, nec ut res, nec ut imago, proprie loquendo adoranda eſt latria, quia latria ſoli Deo debetur per ſe, & coniunctis ſibi (ut humanitati Chriſti) per accidens: imago autem, ut imago eſt creatura, eſt extrinſeca à Deo, & adeo nec per ſe, nec per accidēs, terminus eſt adorationis latriæ.

¶ Tertio dicit, quòd commune dictum quod auctor in litera tradit, eſt improprie dictū, & exponendū eſt, quia res cognita, ſeu rememorata per imaginē, ad præſentiā imaginis adoratur, ac ſi eſſet in ſe præſens, nō quod adoratio ad imaginē aliquo modo terminetur.

¶ Ad horum euidentiam, ſciendū eſt, quod diſtinctio in litera

Apoſt. dicit Eph. 5. ſed gentiles de hoc præcipue inculpant, quod cōmutauerunt gloriā incorruptibilis Dei i ſimilitudinē imaginis corruptibilis hois, ut dicit Roma. 1. ergo imago Chriſti nō ē adorāda adoratiōe latriæ.

¶ 3 Præt. Chriſto debetur adoratio latriæ rōne diuinitatis, non: rōne humanitatis: ſed imagini diuinitatis eius, quæ eſt aiæ rationali impreſſa, non debetur adoratio latriæ.[h] ergo multo minus imagini corporali, quæ repræſentat humanitatē ipſius.

¶ 4 Præt. Nihil vr̄ eſſe in cultu diuino faciendū, niſi quod eſt à Deo[i] inſtitutū. vnde & Apo. 1. ad Cor. 11. traditurus doctrinā de ſacrificio Eccleſię, dicit, Ego accepi à Dn̄o, quod, & tradidi vobis: ſed nulla traditio i Scriptura inuenitur de adorandis imaginib[k]. ergo imago Chr̄i nō eſt adorāda adoratione latriæ.

SED CONTRA eſt quòd Damaſ. indúcit Baſilium dicētē[l], Imaginis honor ad prototypū peruenit, ideſt, exemplar: ſed ipſum exemplar, ſ. Chriſtus, eſt adorandus adoratione latrię. ergo, & eius imago.

RESP. Dicēdū quod ſicut Philoſophus dicit in lib. de Memoria & reminiſcentia, duplex ē motus animæ in imaginē, unus quidem in ipſam imaginē, ſecundum quod res quędā eſt, alio modo in imaginem, inquantū eſt imago alterius. Et iter hos duos motus eſt hęc differētia quia primus motus, quo quis mouet in imaginem, ut eſt res quædā, ē alius a motu, qui eſt in re: ſecundus autem motus qui eſt in imaginem, inquantū eſt imago,[d] eſt unus, & idem cum illo, qui eſt in rē. Sic ergo dicendum eſt, quod[m] imagini Chriſti, inquantū eſt res quædam (puta lignum ſculptū, uel pictum) nulla reuerentia exhibetur,[n] quia reuerētia, nō niſi rōnali naturę debet.[p] Relinquit ergo quod exhibeat ei reuerētia ſolū inquātū eſt imago;[q] & ſic ſequitur, quod eadē reuerentia exhibea

poſita ex Ariſt. de imagine ut eſt res quædam, & ut eſt imago, poteſt dupliciter intelligi.

¶ Primo, ut diſtinguatur imago in imaginem materialiter, uel formaliter, puta in aurum, uel figuram, ſeu relationem. Et conſequenter quod dicamus adorari imaginem Chriſti non ſub materiam, ſed ſub formam, hoc eſt figurā Chriſti, uel relationem ad Chriſtū. Et hic ſenſus acceptus uſ cōiter, quantum memini. Et quia tam figura, quàm relatio, lōge eſt a creatoris natura, ideo aut falſa, aut improprie dictū putatur, quod imago Chriſti ſit adoranda, adoratiōne latriæ.

Ca. 2. circa medium. to. 2.

¶ Sed hunc ſenſū lōge eſſe a uero ſenſu Ariſtotelis, & Auctoris, patet ex duobus. Primo, quia imago, ut res quædam comprehendit imaginē, & ſub materiam, & ſecundum formam, ut quædam res eſt: imago n. cælatis ſumitur, ut res quędā ex parte materiæ ſi ſumatur ut marmorea, aut aurea. Et ſimiliter ſumitur ut res quędā ex parte formæ ſi ſumitur ut ſecundum talia lineamenta, colores &c. uel ut eſt relatio quædam, ſiue realis ſiue rationis. Hæc n. oia ſub uno membro diſtinctionis cōprehenduntur, ſ. ſub imagine, ut res quędā eſt, licet exempla dentur de materia: quia manifeſtiur habet rationem cuiuſdam rei. Secundo, ex eo quòd motus in imaginem, ut eſt figura quædam, uel relatio, non eſt unus cum motu in rem, ſed diuerſus ab illo. Siſtit enim intellectus, & affectus in figuræ, & relationis conſideratione, & complacentia, ut patet, dum alicui forma ipſius figurę placet, uel eſque illam relationem habere ad ſe, uel aliquem ſuorum, ex quo eſt ita pulchra. Eſt enim tunc motus animi in imaginem formaliter, & tamen non in rem: immo oppoſitum motum habet quandoque uerſus rem, puta, quia diſplicet, quod imago tam pulchra, ſit imago illius, cuius eſt.

D. 42a.

Concl. m.

Concl. p.

¶ Eſt igitur ſecundo modo intelligendum, quòd res contra imaginem diſtinguitur quo ad utriuſque proprium actum, ita quòd imago terminat motum ut res, quatenus exercet actum rei cuiuſdam, ut res eſt, & ſimiliter terminat motum, inquantum imago, quatenus exercet actum imaginis. Et quia res ut res in ſe, eſt quædam entitas, ideo tunc terminat ut res, quando ratione ſui ſiue formaliter, ſiue materialiter terminat. Et quia imago tunc tantum exercet actum imaginis, quando ratio eius actus eſt exemplar, ipſa autem eſt conditio agentis. ſic enim tantum motus tam apprehenſiuus quam appetitiuus in ipſam ad exemplar ſuum terminatur, ideo motus in imaginem, quatenus eſt imago, eſt in ipſam quidem, ſed ſecundum aliud in ipſa: in ipſam quidem, quia ipſa eſt, quæ exercet actum terminandi motum, quia in ipſa eſt exemplar ad quod ducit. Secundum aliud uero in ipſa, quia ratio terminandi eſt exemplar, quod eſt aliud ab ipſa, & conſtat quòd eſt in ipſa. Ex his autem eſt facile perſpicere, & efficaciam proceſſus literæ, & ueritatem doctrinę eius, & cauſam defectus aliorum declinantium: habetur ſiquidem hinc, quòd motus adorationis, quo imago Chriſti ueneratur, terminatur ad imaginem Chriſti; & uere, & proprie loquendo. Et quia terminatur ad ipſam, non quatenus eſt res hoc eſt non quatenus exercet actum rei in ſe, ſiue ſecundum rem, quæ eſt forma, ſiue ſecundum rem quæ eſt materia, ſed quatenus eſt imago, hoc eſt, quatenus exercet actum imaginis, ideo Chriſtus, cuius eſt imago eſt ratio quod imago eius adoratur, & eſſe Chriſtum in

ſum in imagine, eſt conditio, in qua ratio adorandi mouet ad adorandũ, & terminat adorationem. Et ppter non exhibetur adorationis honor creaturæ, ſed creatori: quia non exhibetur conditioni adoratæ rei, ſed rõni adorãdi, q̃ eſt ipſe Chriſtus. Et hoc eſt quod in litera dixit Auctor, q̃ per hunc modũ, ſ. quo totũ in parte honoratur, adorat͂ & quis in imagine. Habes, & falſum intellectũ Ariſto teliææ propoſitionis, cauſam fuiſſe errãdi.

Opuſc. 1.

¶ Ad obiecta cõtra dictã propoſitionem ex parte motus, iã patet, q̃ uera eſt de utroque motu ghe, ſ. appetitiui, & apprehẽſiui: q̃m impoſſibile eſt intelligere, aut colere imaginem, ut exercet imaginis actum, niſi terminus apprehenſionis, uel appetitus ſit res repræſentata, quia ipſa eſt tunc rõ terminandi utrumque motum. In æquiuoco quoq; laborant obiecta ex parte imaginis: q̃m, ut iã patet, ignorant imaginẽ ut exercet imaginis actum, quę cũ adoratur, non relatio, nec figura, ſed pſona adoratur repræſentata in imagine, ut in conditione in qua adorat͂.

¶ Ad obiecta ex parte unitatis dr̃, q̃ eſt ſermo de unitate ſimpliciter, hoc eſt ſpecifica, quia eſt ſermo de unitate motus ſm̃ per ſe primo terminum, ex quo unitas ſpecifica motus ſumitur. Nec obſtat differẽtia penes eſſe ſine medio, vel cum medio, quia non inuenitur hic medium ex parte termini, ſed ſolum ſecundum cõditionem diuerſam eiuſdem termini: eadẽ ſiquidem perſona repræſentata, terminat formaliter motum, uel in ſeipſa, uel in ſua imagine. Conditiones autem, q̃a non uariant ſpeciem termini, cõſequenter nec ſpeciem motus in terminum.

Li. 4. c. 15. ſũ mediũ.

¶ Ad obiecta autem Durandi dr̃, q̃ ſane intellecta imagine ut imagine, imago, & repræſentata res, ſunt idem, quo ad formalẽ rationem terminandi motum (quod ipſe non uidit) & ideo optime infertur, q̃ honor exhibitus rei, exhibendus eſt imagini. Error enim fuit, quia nõ eſt intellectum quid importat imago, ut imago in actu exercito.

¶ Ad aliam obiectionem eiuſdem dicitur, q̃ imago Chriſti, proprie loquendo, eſt adoranda adoratione latriæ, quæ ſoli Creatori debetur. Diſtinctio aũt ab obiiciente inducta, de per ſe, uel p accidens coniunctio refutanda eſt, ut inſufficiens. Diſtinguitur ſiquidem in primo art. huius quęſtionis honorari ut rem honoratam, dupliciter, uel ſecundum ſe, uel ſecundum aliud. Et ad ſecundum modum, ut ibi dicitur, & declaratum eſt, ſpectat adorari perſonam in ſua imagine: exhibetur ſiquidem Chriſti imagini latria, ut termino ſecundum Chriſtum in ipſa, uel Chriſto in ſua imagine, quorum neutrum eſt aliud, quàm exhibere latriam Creatori Ieſu Chriſto.

E

¶ Ad tertium eiuſdem dicitur, q̃ Auctoris, & commune dictum eſt proprie dictum, & non eſt ob ignorantiam quorundam, inter impropria locandum, ut obiiciens facit. Cuius error ex hoc poteſt conuinci, q̃ ſi imago Chriſti non niſi quia ad memoriã, aut cognitionem reducit Chriſti, adorari diceretur, poſſet pari ratione quælibet res, quatenus reducit in memoriam Chriſti, adorari adoratione latriæ. Et ſi hoc ponas in practica, percipies, & uidebis quòd Eccleſia non ideo imaginem Chriſti adorat, quia fecit ſibi eam ſignum rememoratiuum Chriſti: ſed quia imago Chriſti adoranda latria eſt, ideo eam adorat. Si autem eſſet huiuſmodi adoratio, ut ſic a lege, aut conſuetudine poſita, ſ. ſub iſta ratione rememoratiui, quis Eccleſiam a iudicio eorum, pro ſecorumque quorundam imaginum cultum detrahentium moribus

tur imagini Chriſti, & ipſi Chriſto. Cũ ergo Chr̃s adoretur adoratione latriæ, conſequens eſt, q̃ eius imago ſit adoratione latriæ adoranda.

AD PRIMVM ergo dcẽdm, q̃ non prohibetur illo pręcepto facere quamcũque ſculpturã, uel ſimilitudinẽ, ſed facere adorandam. unde ſubdit, Non adorabis ea; neque coles. Et quia, ſicut dictum eſt, idẽ eſt motus in imaginẽ, & in rẽ, eo modo prohibet adoratio imaginis, quo prohibetur adoratio rei, cuius imago eſt. unde ibi intelligitur prohiberi adoratio imaginũ, quas gentiles faciebant in uenerationẽ Deorũ ſuorũ, i. dæmonum. Et ideo premittitur. Non habebis Deos alienos corã me. Ipſi aũt uero Deo, cũ ſit incorporeus, nulla imago corporalis poterat poni: quia, ut Dam. dicit, inſipientię ſummę eſt, & impietatis, figurare, quod eſt diuinum. Sed quia in nouo teſtamento Deus factus eſt homo,

A eripuiſſet? quis iuſte damnaſſet læſæ maieſtatis, in iuriãtes imaginibus principium? Monſtrant hæc, imagines quas imagines honorandas, aut dehonorandas eſſe.

¶ In reſponſione ad primum eiuſdem art. circa imagines Dei, dubium occurrit, an ſint licitæ. Et eſt ratio dubij, quia auctoritas Damaſceni in litera damnat illas inſipientiæ, & impietatis. Et eadem eſt rõ nunc de deitate, quæ erat in ueteri lege, quo ad rem figurabilem, uel non, ſecundum ſe; cõſtat autem in ueteri lege, imagines Dei eſſe prohibitas: occaſio quoque falſæ opinionis de Deo ex imaginibus, eadem utrobique eſt. Vnde non deſunt doctores reprehendentes imagines ſanctæ Trinitatis.

¶ In oppoſitum autẽ eſt Eccleſiæ uſus, admittens Trinitatis imagines, repræſentantes non ſolum Filium incarnatum, ſed Patrem, ac Spiritumſanctum. Adiuuat, & litera huius uerba ſonantia, quòd poſtquã Deus eſt incarnatus, poteſt adorari in imagine.

¶ Ad huius rei euidentiam aduertendũ eſt, tripliciter poſſe formari imagines Dei, ſecluſo incarnationis myſterio. Primo, ut res diuina figuretur p imagines. Et ſic, inſipientię quo ad partem apprehenſiuam, & impietatis ſm̃ partem appetitiuã, eſt figurare quod diuinum eſt, ut Dam. dicit. Et hac rõne damnantur imagines Dei, ut Deus eſt; & ingerunt erroneã de Deo opinionem. Et hoc modo in Eccleſia Dei conſtat nõ haberi imagines Dei.

In cor. art.

poteſt, in ſui imagine corporali, adorari.

AD II dcẽm, q̃ Apoſtol. prohibet operibus infructuoſis gẽtilium cõicare: cõicare autẽ utilibus eorum operibus, Apoſtolus non prohibet. Adoratio autem imaginum eſt inter infructuoſa opera computanda, quãtum ad duo. Primo quidẽ, quãtum ad hoc, q̃ quidam eorum adorabant ipſas imagines, ut res quaſdam, credentes in eis eſſe aliquod numen propter reſponſa, quæ dæmones in eis dabãt, & alios huiuſmodi effectus mirabiles. Secũdo, pp res, quarũ erant imagines: ſtatuebãt. n. huiuſmodi imagines aliquibus creaturis, quas in eis ueneratione latriæ uenerabãtur. Nos aũt adoram⁹ adoratione latriæ imaginẽ Chriſti, q̃ eſt uerus Deus, non propter ipſam imaginem, ſed propter rem, cuius imago eſt, ſicut dictum eſt.

AD III dicendum, q̃ creaturæ rationali debetur reuerẽtia

B

C

D

¶ Secundo, ut ſpecies Dei in ſcripturis traditæ figurentur: ſicut cum depingitur Spiritusſanctus in forma columbę, non ut Spiritusſanctus figuratus lineamentis columbæ monſtretur, ſed ut ſpecies in qua apparuit Spiritusſanctus, figurata monſtretur. Et hoc frequenti uſu Eccleſia paſſim efficit, & de Deo, & de Chriſto, & de angelis, & de ſanctis, ut patet cũ Deus depingitur imaginibus ſpecierum, in quibus uiſus eſt in teſtamento ueteri, ut in forma ſenis antiqui, ſc. ſ. dicet dierum, Daniel. 7. & Chriſtus in forma agni, & angeli, cum ſex alis, & Euangeliſtę in forma quatuor animalium. Et hęc non ſolum pinguntur, ut oſtendantur, ſicut Cherubim olim in templo, ſed ut adorentur, ut frequens uſus eccleſię teſtatur.

¶ Tertio, ut ex ſimilioribus apud nos etiam fictis, ad figurabilia aſcendamus: ſicut angelorum imaginem, facimus iuuenẽ pulchrum, alatum, cum diademate, non q̃ talis ſit angelus, ſed ut uel ex ſimiliori ſibi natura, ſ. humana (appoſita ſanctitate per diadema, & iuuentute pro perfectione, & alis conſictus pro celeritate) uel ſic ex ſenſibilibus ad inſenſibilia uenerando aſcendamus. Et hoc modo, alicubi Spiritusſanctus in forma ſenis, orbẽ pugillo concludentis, &c. figuratur. Hic autem tertius modus ſatis propinquus eſt ritui paganorum, figurantium Deum diuerſimode, prout cauſa eſt diuerſorum effectuũ, ut in forma Mineruę ratione ſapientię, & huiuſmodi.

¶ His præmiſſis ſciendum eſt, quòd figurare diuinum primo modo, eſt actus ex ſuo genere malus mortaliter, quia cadit ſuper repugnantem materiã: repugnat ſiquidem deitati figurabilem eſſe. Figurare autem Deum ſecundo, uel tertio modo ad actum inſtructionis, eſt actus ex ſuo genere bonus, quoniam naturale eſt homini per ſenſibilia diſcere inſenſibilia. Vnde pictorę codices ſunt populi, ſicut libri, in quibus per hęc ſenſibilia docemur intelligibilia contemplari, propter eruditos ſunt, & ſic Moyſes ſtatuas conſtituit angelorum in templo. Sed ad actum

cultus figurate hæc, actus eſt ſolitarie ſumptus, non bonus, nec eligibilis, ſed declinabilis: ſicut occidere hominem, ſi ſolitarie proponatur, non eſt actus eligibilis, aut laudabilis, ſed ſi nihil addetur, malus & uituperabilis: ſed ſi figurate Deum ad actũ cultus, ueſtiatur quibuſdam circunſtantijs (puta auctoritate Eccleſiaſticæ cõſuetudinis, ſecuritate ab errorum occaſione, pietateque colẽtiũ) redditur act⁹ iſte honeſtus: ſicut ſi occidere hoiem, induatur circunſtantia publicæ ptãtis, actum præcipientis pp iuſtitiam, ac cõe bonum, erit occidere hoiem, actus honeſtus.

¶ Cauere ergo oportet, ne facilis ſic ſola contra quamcunque partem: habenda ſiquidem in primis eſt iõ uiſionis. Nã ſi ea falſa aliqua opinione de Deo, aut Angelis, &c. aliqui proceſſit aut pſeuerat imago tertij modi, uel ſcdi inuſitata, abolenda eſſet, & inſtruendus popul⁹. Dico aũt, uel ſcdi inuſitata, quia etſi ad repræſentationẽ hiſtoriæ Deus depingi ſi in forma rubi ardentis, loquentis Moyſi, & ſimiliũ uiſionũ, quia tñ Eccleſia non conſueuit oĩa figuralia proponere ut colenda, iõ cauendum eſt ne noua abuſio introducta ſit, puta, ſi petra adoraretur pro Chriſto, q̃a ſcriptum eſt, Petra autem erat Chriſtus: ſi uero nulla falſa opinio aut præſumptio interuenit, ſed antiquus Eccleſiæ uſus ſeruatur, nullaſque occaſionẽ errandi accipit, (quia plebs eſt bene inſtructa in fide, & credit Deum ſpiritũ eſſe, & in alijs recte cũ eccleſia ſentiunt) non uideo peccatum aliquod in hmõi cultu imaginum, tam ſecũdi, q̃ tertij modi. Et ſecundus quidem authoritatem habet ex ſacra ſcriptura, & eccleſiæ uſu manifeſte.

metà.
147
2.s. q.103
ar.4. ad 3.
&3.d.9 q.
1.a.2.q.4.

¶ Tertius autem, quia originaliter ſecundum partes eſt ex ſacra ſcriptura (quãuis non tota imago) & eccleſiæ uſu approbatur, non ſolum tolerabilis, ſed licitus mihi uidetur; ex eo.n. quòd cultus Deo exhibetur in imagine, non impie, aut præſumptuoſè, ſed ab eccleſia propoſitæ actus adorationis circa debitam materiam uerſatur, ac per hoc nullam peccati rationem habet. Et ſi ſic eſt, non uidentur caſſandæ Trinitatis imagines in forma ſenis, crucifixum ſuſtinentis columba intermedia: partes enim imaginis huius ex ſacra ſunt Scriptura. Et de Filij, & Spiritus ſancti imaginibus conſtat. De Patris autem ex Daniele habetur cap. 7. cum dicitur de Filio, quòd peruenit ad antiquum dierũ, hoc eſt, Deum patrem. Et hoc, ut dictum eſt, ubi nulla eſt occaſio erroris.

¶ Non laudo tamen huiuſmodi multiplicationem imaginum Trinitatis, aut deitatis, aut Dei patris, aut Spiritusſancti, niſi in ſpecie columbæ, & igneæ linguę ſuper diſcipulos. ſed potius tamquam infigurabilis, tamquam ſupra aethera aliquam aream latens, pingendus eſſet Deus, unde effectus creationis proueniret, ut uel ſic erudiretur plebs, quòd Deus eſt ſpiritus infi-

propter ſeipſam, & iõ ſi creaturæ rõnali, i qua eſt imago Dei, exhiberet̃ adoratio latriæ, poſſet eſſe erroris occaſio, ut. ſ. motus adorantis ſiſteret in homine, inquantum eſt res quædã, & nõ ferret̃ in Deũ, cuius eſt imago, quod non poteſt contingere de imagine ſculpta, uel picta in materia ſenſibili.

AD IIII dicendũ, q̃ apoſtoli familiari inſtinctu Spiritusſancti q̃dã eccleſijs tradiderunt ſeruanda, quæ non reliquerunt in ſcriptis, ſed in obſeruatione eccleſiæ per ſucceſſionẽ fidelium. Vnde ipſe dicit 2. ad Theſ 2. State, & tenete traditiones, quas didiciſtis, ſiue per ſermonẽ, ſ. ore prolatum, ſiue per epiſtolã, ſ. ſcripto trãſmiſſam: & inter huiuſmodi traditiones eſt imaginũ Chriſti adoratio. Vnde, & B. Lucas dr̃ depinxiſſe Chr̃i imaginem, quæ Romæ habetur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum crux Chriſti ſit adoranda adoratione latriæ.

AD QVARTVM ſic proceditur. Vr̃ q̃ crux Chriſti non ſit adoranda adoratione latriæ. Nullus. n. pius filius ueneratur contumeliã patris ſui, puta flagellum, quo flagellatus eſſet, uel lignum in quo fuiſſet ſuſpẽſus, ſed magis illud abhorreret. Chriſtus autem in ligno crucis opprobrioſiſſimam mortẽ paſſus eſt, ſecundum illud Sapien. 2. Morte turpiſſima condemnemus eum. ergo non debemus crucem uenerari, ſed magis abhorrere.

¶ 2 Præ. Humanitas Chriſti adoratione latriæ adoratur, inquãtum eſt unita filio Dei in perſona, quod de cruce dici non põt. ergo crux Chriſti non eſt adoranda adoratione latriæ. G

¶ 3 Præt. Sicut crux Chriſti fuit inſtrumẽtum paſſionis eius, & mortis, ita ẽt, & multa alia (puta clavi, corona, & lancea) quibus tñ nõ exhibemus latriæ cultum. ergo uꝛ q̃ crux Chriſti nõ ſit adoratione latriæ adorãda.

SED CONTRA eſt q̃ illi exhibemus latriæ cultum, in quo ponimus ſpem ſalutis: ſed in cruce Chriſti ponimus ſpem ſalutis: cantat. n. eccleſia, O crux, aue ſpes unica, hoc paſſionis tẽpore, auge pijs iuſtitiam, reiſque dona ueniam. ergo crux Chriſti eſt adoranda adoratione latriæ. H

RESP. dicẽdũ, q̃ ſicut ſupra dictum eſt, honor, ſeu reuerentia non debetur niſi rationali naturæ, creaturæ autem inſenſibili non debetur honor, uel reuerentia, niſi ratione rationalis naturę. Et hoc dupliciter, uno modo, inquantum repræſentat rationalem naturam: alio mõ, inquantum ei quocumque modo, coniungitur. Primo modo, conſueuerunt homines uenerari regis imaginem: ſecundo modo, eius ueſtimentum, I

F gurabilis, ſicut Moyſes abſque ſedente ſedem impoſitam angelis ſtatuens, Deum intelligi, & coli ſuper omnia quieſcentem, regnantem, proſpicientem, ac iudicantem ordinauit ſapientiſſime. Imagines enim codices ſunt populorum, & propterea à multis reprehenduntur, tamquam occaſionem errandi præbentes, quãtum eſt ex ſe. Et uerum diceret, niſi conditiones prędictæ excuſarent actũ ut dictum eſt.

¶ Et per hæc patet reſponſio ad obiecta, quoniam aliqualiter omnia uerum concludunt, dum Dei imagines ſolitarie propoſitę diſſonant, & auctoritate ſuſtę eccleſiaſticę conſuetudinis, ſecuritateque ab errore concurrente, cum origine a ſacra Scriptura in toto, uel parte, honeſtantur.

SVP. QVAE. XXV. ART. IIII.

Cap. 3. d. 9. q. 1. con. 3. Medina. ar. 4.

Titulus de cruce Chriſti loquitur, ſiue illa in qua paſſus eſt Chriſtus, ſiue quacumque alia, ut eſt crux Chriſti. In dñica de paſſione dñt in Hym.

¶ In corpore articuli duę ſunt partes. Primo, determinatur in communi de re honorata, & qualitate adorationis. Et dicuntur quatuor. Primum eſt, Soli rationali naturę debetur honor, intellige ratione ſui. Secundum eſt, Creaturæ inſenſibili non debetur honor, niſi ratione rationalis naturę. Tertium eſt, dupliciter creaturę inſenſibili ratione naturę rationalis honor debetur, uel ratione repræſentationis, uel ratione cõiunctionis quomodolibet, declaratur hoc exemplis imaginis, & ueſtis regię. Quartũ eſt, Vtroque modo eadem exhibetur reuerentia, quæ exhibetur, & regi. In ſecunda parte reſpondetur in ſpeciali de cruce Chriſti, diſtinguendo, uel de cruce illa, in qua Chriſtus pependit: uel de quacumque alia. K Art. præc. ad 3. arg. Et de prima quidẽ rñdetur una concluſione habente duas partes, q̃ eſt ueneranda utroque modo, & adoratione latrię, qua Chriſtus adoratur, & declaratur quo ad ſingula clare. De cruce uero Chriſti in quacunque alia materia reſpondetur, quòd eſt adoranda etiam latria, inquantum repręſentatiua Chriſti, ſicut Chriſti crucifixi imago. Omnia clare patent in litera, aduertendo quòd allocutio crucis pro effectu affertur, adorationis eiuſdem, qua Chriſtus adoratur: ex eo enim quòd ipſam alloquimur quaſi Chriſtum, ſignum eſt, quòd ad ipſam ut Chriſtum nos recurrimus. Et propterea allocutio fit etiam ad crucem in omni materia, & non ad illam tantum, in qua Chriſtus pependit.

¶ Aduerte hic, q̃ Durandus ubi ſupra, & Ioan. Capreolus crediderunt Auctorem retractaſſe hic, quod in 3. ſentent. dixerat. ſ. crucem illam, in qua pependit Chriſtus, eſſe adorandam non ſolum ut imaginem Chriſti latria, ſed ut quandã rem Chriſti hyperdulia, quaſi crux illa Chriſti nõ ſit capax adorationis, ut

eſt q̃dã res Chri. Parcant mihi Dñi iſti: ñ retractauit, ſed magnificauit hic Auctor doctrinã ibi traditã, quia crucẽ illã ut quã dã Chri rẽ per contactũ, ibi hyperdulia, hic latria adorãdã dixit. Hoc. n. patet ñ eſſe reuocationẽ dicti, q crux illa ut quę dã Chri res eſt uenerãda, ſed magnificatione illius qua ab hyperdulia ad latriã aſcenditur.

Concl. m

SVPER Q. XXIIII.

Concl. p

ART. V.

Medina ar. 5.

IN corpore ar. vnica concluſio, hñs duas partes: beata uirgo eſt adoranda non latria, ſed hyperdulia.

Art. præc. Probaẽ primo pars negatiua. Nulli rei venerabili ſm ſe, niſi ſoli Deo debeẽ latria ergo nulli puræ creaturæ rõali. ergo beatę Virgini ñ debeẽ latria. Ans in illa particula, venerabili ſm ſe excludit & creaturas inſenſibiles (quales ſunt imagines & cruces, q̃ ñ ſũt ſm ſe venerabiles) excludit, & humanitatẽ Chri, q̃ ſm ſe non eſt venerabilis, ut res adorata, ut patet ex dictis ſuperius. Ambæ n. adorant latria, ut patet ex antedictis. & ĩõ latria, apponitur ly pure, qa dĩ creaturę rõ ſequentia prima probaẽ, qa creatura rõalis eſt capax ſm ſe honoris: ſecunda autem qa beata Virgo, ẽ pura creatura rõalis. ſecunda autem pars pbaẽ, qa ueneranda ẽ eminentius creaturis cęteris, quia ẽ mater Dei.

¶ In hoc articulo, & ſpecialiter in ſolutione ad tertiũ, dubiũ occurrit, qa non dẽt ẽẽ minoris conditionis res ueneranda ſecundum ſe & ſecundum

Li. 4. c. 12. circa me. aliud, quàm ſi eſſet ſolũ ueneranda ſecundum aliud, quoniam uenerabilitas ſecundum ſe, non eſt conditio diminuens rõnem venerabilitatis: ſed beata Virgo ſi nõ eſſet venerabilis ſecundum ſe, ſed ſolum ratione Chriſti, ut crux adoraret latria ñ mi

Vtrumque át venerantur homines eadẽ venerat õe, qua uenerant, & regẽ. Si ergo loquamur de ipſa cruce, in qua Chrs crucifixus eſt, vtroque mo eſt a nobis veneranda: vno ſ. mõ, inquantum repræſentat nobis figuram Chriſti extenſi in ea, alio mõ ex contactu ad membra Chriſti, & ex hoc q eius sãguine eſt perfuſa. Vñ[m] vtroque modo adoratur eadem adoratione cũ Chriſto, ſ.[4] adorat one latriæ[o]. Et propter hoc etiã crucem alloquimur, & deprecamur quaſi ipſum crucifixũ.[p] Si uero loquamur, de effigie crucis Chriſti in quacumq; alia materia (puta, lapidis, uel ligni argẽti uel auri) ſic ueneramur crucem tantum, ut imaginem Chriſti, quam ueneramur adorõne latrię, [q]ut ſupra dictũ ẽ.

B

AD PRIMVM ergo dcdm, q in cruce Chriſti quantũ ad intentionem, uel opinionem infidelium conſideratur opprobrium Chriſti: ſed quantum ad effectum noſtrę ſalutis cõſideratur uirtus diuina ipſius, quę de hoſtibus triumphauit, ſecũdum illud Colo. 2. Ipſum tulit de medio, affigens illud cruci, & ſpolians principatus, & poteſtas, traduxit confidenter, palam triumphans illos in ſemet ipſo. Et ĩõ dicit Apoſtolus 1. ad Cor. 1. Verbũ crucis pereuntibus quidẽ ſtultitia eſt: his autem, qui ſalui fiũt, ideſt nobis, virtus Dei eſt.

C

AD II dcdm, q crux Chri, licet nõ fuerit unita verbo Dei in perſona: fuit tñ ei unita aliquo alio modo, .per repræſentationem, & contactũ. Et hac ſola rõne exhibeẽ ei reuerẽtia.

D

AD III dcdm, q quantum ad rõem contactus membrorũ Chriſti, adoramus non ſolum crucẽ, ſed ẽt oĩa, quę ſunt Chri. Vnde Dam. dicit in 4. lib. pretioſum lignum ut ſanctificatũ tactu ſancti corporis, & ſanguinis, decenter adorãdũ clauos, indumenta, lanceam, & ſacra eius tabernacula, quæ ſunt præſepe, ſpelunca, & huiuſmodi. Iſta tamen nõ repræſentãt imaginem Chriſti, ſicut crux q̃ dĩ ſignum filii hominis, quod ap

E

A parebit in cęlo, ut dĩ Matt. 24. Ideoque mulieribus dixit angelus, Ieſum quæritis nazarenũ crucifixum: non dixit lanceatu ſed crucifixum. Et inde eſt q crucem Chriſti veneramur in quacumque materia, non autẽ imaginem clauorum, uel quorumcunque huiuſmodi.

ARTICVLVS V.

Vtrum mater Chriſti ſit adoranda adoratione latriæ

B ADQVINTVM ſic proceditur. Vĩ q mater Dei ſit adoranda adorat one latriæ. Vĩ enim idem honor eſſe exhibendus matri regis, & regi, unñ dĩ, 2. Reg. 2. q poſitus eſt thronus matri Regis, quæ ſedit ad dexteram eius. Et Aug. dicit in ſermone de Aſſumptione, Thronũ Dei, & thalamũ Domini cæli, atque tabernaculum Chri dignum eſt ibi eſſe, ubi eſt ipſe: C ſed Chriſtus adoratur adorõe latriæ.[h] ergo, & mater eius.

¶ 2 Præt. Dam.[i] dicit in 4. lib. q honor matris refertur ad filiũ: ſed filius adoratur adoratione latriæ. ergo, & mater.

¶ 3 Præt. Coniunctior eſt Chro mater eius, q̃ crux: ſed crux adoratur adoratione latriæ.[k] ergo & mater Chriſti eſt adoratione latriæ adoranda.

SED CONTRA eſt, q mater D Dei eſt pura creatura. non ergo ei debetur adoratio latriæ.

RESP. Dicendum, quod qa latria ſoli Deo debetur, nulli creaturę debetur latria, prout creaturam ſecundum ſe veneramur. Licet autem creaturæ inſenſibiles, non ſint capaces venerationis ſecundum ſeipſas, creatura tamen rationalis ẽ capax venerationis ſecundum ſe ipſam. & ideo nulli puræ crea-E turæ rationali debetur cultus latriæ.[m] Cũ igitur beata Virgo ſit pura creatura rationalis, nõ debetur ei adoratio latriæ: ſed ſolum veneratio duliæ, eminẽtius tamen q̃ cęteris creaturis, inquantum ipſa eſt mater[4] Dei & ideo dicitur quòd debeẽ ei non qualiſcumque dulia, ſed hyperdulia.[n]

AD PRIMVM ergo dcdm, q matri regis nõ debeẽ æqualis honor honori, q̃ debetur regi

uus quam crux Chriſti, quia intrinſece ei illi coniuncta. ergo ẽt nunc ut res coniuncta Chro adoranda ẽ latria, & nõ ſeparatim hyperdulia. Et cõfirmaẽ, quia iã dictum eſt, q non inconueniat unam, & eandem perſonã adorari duplici adoratione.

¶ Ad hoc dr, q licet venerabilitas ſm ſe, non diſtrahat rõnem venerabilitatis, imo eſt pfectior differentia eius, diſtrahit tñ rõem uenerabilitatis rõe alterius, ita q venerabile rõne alterius diſtrahitur per venerabile ſm ſe. Exẽplũ, per ſe ſubſiſtere nõ diſtrahit rõnem entis, ſed eſt perfectior illius modus, ſed diſtrahit rõem entis in alio, puta, accidentis. Et ĩõ cum latria inter creaturas debeatur ſoli venerabili rõne alterius, conſequens ẽ q quodcumque creatũ eſt ſm ſe venerabile, non ſit rõne alterius uenerabile latria.

¶ Et ſi contra hoc inſtetur, quòd diſtractio iſta eſt uera in eſſentialibus, non autẽ in accidentaliter cõiunctis, qualiter iunguntur duæ rõnes adorabilitatis, in una perſona, uidetur, q nos non dicimus oppoſitum, ſed reſpõdemus argumento de conditione diſtrahẽte.

¶ Ad materiam autem d[illegible] mus, cum Auctore in articulo 5. ad 3. quòd occaſio erroris uitanda facit ut rationalis creatura non adoretur, ut imago Dei, & pars ratione, ut res coniuncta Chriſto, ut, ſcilicet, motus adorat onis ſiſtatur in rationali natura ſecundum ſe. Quo circa, ſicut perſonam Chriſti, non niſi latria ueneramur, ad euitandum errorem recurrentium ad Chriſtũ, ut puram creaturam ita perſonam beatæ Virginis ſola hyperdulia honoramus, ad euitandum errorem eorum, qui latriam terminarent ad beatam Virginem ſecundum ſe. Non enim plebs tantum penetraret, ut

Per tot. 148
3. 4. q. 109 a. 4. ad 2. Et 3 d. 9. q. 1. a. 2 q. 3.

tali. de aſſumptiõe beatæ Mariæ c. 6. circa mediũ to. 9.

Li. 4. c. 15. poſt med.

concl. m

D. 844.

Tertia S. Thom.

adoraret latria Chriſtum in beata Virgine: & ſecundū adoraret hyperdulia ipſā ſcdm ſe beatā Virginē (In arg. 1.) ſine qua ſ. ſeparatione error accideret, & id ſimpliciter dr, q nō eſt adoranda latria, ſed hyperdulia.

SVPER QV. XXV. ART VI.

Medina ar. 6.

Titulus hic clariſſimus eſt.

¶In corpore articuli unica eſt concluſio ſimpliciter probata. Cōcluſio eſt, Reliquias ſāctorum qualeſcumq; (Ar. praece.) congruo honore venerari debem⁹, & pcipue eorū corpora. Probat primo. Affect⁹ alicui, veneratur et illa, quæ de ipſo poſt mortem relinquūt, (Porr. c. 149) ſed ſanctos dei veneramur: ergo eorum reliquias venerari debemus, & pcipue eorum corpora. (2. 2. q. 96. ar. 4.) Maior pbatur, ab auctoritate Auguſtini Minor pbat ex quatuor: qa ſācti ſunt Chri membra, qa dei filii, qa amici, qa nri intercesſores. Pars illa ſpecificata in concluſione. ſ. pcipue eorum corpora, manifeſtat ex trib⁹: quia tēpla Spiritusſancti inhabitantis: quia organa Spiritusſancti operantis per ea fuerunt: quia ſunt corpori Chri configurāda. Secundo pbat concluſio, quia de⁹ ſāctorum reliquias honorat miraculis: ergo & nos debemus honorare.

debetur tamen ei quidā honor ſ conſimilis ratione cuiuſdā excellentiæ. Et hoc ſignificant auctoritates inductæ.

AD II dicēdum, q honor matris refert ad filiū, qa ipſa mater eſt pp filium adorāda: non tū eo mō, quo honor imaginis refertur ad exemplar, quia ipſa imago prout in ſe cōſiderat vt res qdā, nullo mō ē venerāda.

AD III dicēdum, q crux nō eſt capax venerationis prout in ſe cōſiderat, ut dictū eſt: ſed beata Virgo ſm ſeipſam eſt veneratiōis capax. & idō nō ē ſimilis rō.

ARTICVLVS VI.

Vtrum reliquiæ ſanctorum ſint adorandæ.

AD SEXTVM ſic pcedit. Vr q Sanctorum reliquiæ nullo mō ſint adorandæ. Non .n. eſt aliquid faciendum, quòd poſſit eſſe occaſio erroris: ſed adorare mortuorum reliqas^h vr ad errorem Gentiliū pertinere, qui mortuis hominibus honor ficetā ipendebāt. ergo nō ſunt ſctorū reliquię adorādæ. (H)

¶2 Præt. Stultum vr rem^h inſēſibilem venerari: ſed ſctōrū reliquiæ ſunt inſenſibilia corpora. ergo ſtultū eſt eas venerari.

¶3 Præt. Corpus mortuū nō eſt eiuſdem ſpēi cum corpore viuo, & per cōſequēs non vr eſſe numero^i idem. ergo vr q poſt mortem alicuius ſancti corpus eius non ſit adorandum.

SED CONTRA eſt, q dr in libr. de Eccleſiaſticis dogmatibus: Sanctorum corpora, & pręcipue beatorū martyrum reliquias, ac ſi Chriſti membra, ſyncerisſime honoranda credimus. Et poſtea ſubditur. Si quis contra hanc ſētentiam uelit eſſe, non chriſtianus, ſed Eugnomianus & Vigilantianus creditur. (Cap 73. in prin. habetur inter opera Aug. to. 3.)

RESP. Dicēdum, q ſicut Aug. dicit in li. de ciuita. Dei. Si paterna ueſtis, & anulus, ac ſi quid eſt huiuſmodi, tanto carius eſt poſteris, quanto erga parentes eſt maior affectus, nullo modo ipſa ſpernēda ſunt corpora, quæ vtiq multo familiarius, atq; coniunctius, q quælibet indumenta geſtamus. hæc enim ad ipſam naturā hois pertinent. Ex quo patet, q qui hēt affectū ad aliquem, etiā, quæ de ipſo poſt mortē relinquunt, ueneratur, nō ſolū corpus, aut partes corporis eius, ſed ēt aliqua exteriora, puta, ueſtes, & ſimilia. Manifeſtū eſt aūt, q ſāctos dei in ueneratione habere debemus, tanquā mēbra Chri, Dei filios, & amicos, & nros interceſſores. Et idō eorū reliquias qualeſcumq;, honore cōgruo in eorū memoriā venerari debemus, & pcipue eorū corpora, q fuerūt tēpla, & organa Spiritus ſācti in eis habitātis, & operātis, & ſunt corpori Chri cōfigurāda p glorioſā reſurrectionem. Vñ, & ipſe deus hmōi reliquias conuenienter honorat, in eorum ꝑſentiam miracula faciendo. (Li. 1. ca. 13. to. 5.) (K)

AD PRIMVM ergo dicēdum, q hæc fuit ratio Vigilantii, cuius uerba introducit Hier. in li. quem contra eum ſcribit, dicentis, Propter̄ qū Gentiliū uidemus ſub prætextu religionis introductū, pulviſculum neſcio quem in modico vaſculo, pretioſo linteamine circundatum oſculantes adorant. Contra quem Hie. dicit in Epiſtola ad Riparium, Nos non dico Martyrum reliquias, ſed nec ſolē nec lunam, nec angelos adoramus ſ. adoratione latrię: honoramus autem reliquias martyrum, ut eum cuius ſunt martyres, adoremus: honoramus ſeruos, ut honor ſeruorum redundet ad dom. nū. Sic ergo honorando reliquias ſanctorum, nō incidimus in errorem gentilium, qui cultum latriæ mortuis hominibus exhibebant. (G) (*Alias pręſentia. In epi. ad Riparium nō procul a prin. to. 3.) (Incipit ep. Acceptis primum li teris tuis, to. 3. habetur ſ. procul a prin.)

AD II dicendum, quod corpus illud inſenſibile nō adoramus propter ſeipſum: ſed propter animam, quæ fuit ei unita, quæ nunc fruitur deo, & propter deum, cuius fuerunt miniſtri.

AD III dicendum, q corpus mortui alicuius ſancti non eſt idem^d numero quod primo fuit dū uiueret, propter diuerſitatem formæ, quæ eſt anima: eſt tamen idem, identitate materiæ, quæ eſt iterum ſuæ formæ uniẽda. (*Alias, mortuum D. 404. & 1091)

QVAESTIO XXVI.

De eo, quòd Chriſtus mediator Dei, & hominum dicitur, in duos articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de hoc, quòd dicitur Chriſtus Dei, & hominum mediator. (I)

Et circa hoc quæruntur duo.

¶Primo, Vtrum eſſe mediatorē Dei, & hominū, ſit proprium Chriſto.

¶Secundo, Vtrum hoc ei conueniat ei, ſm humanā naturā.

ARTICVLVS I.

Vtrum eſſe mediatorem dei, & hominum ſit proprium Chriſto.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videt quòd eſſe mediatorem dei, & hominum, nō ſit proprium Chriſto. Sicut enim ſacerdos, ita & propheta vr eē mediator inter deum, & homines ſm illud Deut. 5. Ego illo tempore ſequeſter fui, & medius inter deū, & uos: ſed^h eſſe prophetam, & ſacerdotē, non eſt proprium Chriſto. ergo etiam eſſe mediatorem. (K)

¶2 Præ. Illud, ^b q cōuenit angelis bonis, & malis, nō pōt dici eſſe propriū Chriſto: ſed eē me

SVPER QV. XXVI. ART. I.

Medina ar. 1.

Titulus clarus eſt.

¶In corpore articuli ſunt duæ concluſiones. Prima eſt: eſſe mediatorē inter Deū, & hoies ſimpliciter, ſeu perfectiue, eſt ppriū Chro. Secunda eſt: Nihil prohibet alios dici mediatores ſm quid, ſ. diſpoſitiue, uel miniſterialiter, prima concluſio pbat: Vnire hoies Deo, perfectiue cōuenit ſoli Chriſto. ergo ſolus Chrs eſt perfect⁹ mediator dei, & hoium. Ans pbat: quia per mortem ſuam mundum deo reconciliauit: & Apoſtolus dicit, De⁹ erat in Chro mundū, ſibi recōcilians. Conſequentia uero probat & ipſe: quia mediatoris officium ē mediare, inter eos iter quos ē mediator pbat: qa in medio coniungitur extrema. Et auctoritate Apoſt. qa cum dixiſſet, Mediator, &c. ſubiūxit. Qui dedit &c. Scda cōcluſio ue clara relinqr, quia cooperantur aliqui ad unionem. (Porr. c. 150) (3. d. 19. 4. q. 3. Et op. 3. c. 22. Et op. 61. ca. 18. Et Gal. 3. lc. 7. fin.)

dium.

dium inter Deũ, & hoies, conuenit angelis bonis, ut Dion. dicit 4. cap. de diui. nomi* conuenit ẽt au gelis malis. i. dęmonibus: hñt. n. quędam cõia cum Deo. ſ. immortalitatem, quædam cum hominib. ſ. ꝙ ſunt animo paſſiui, & per conſeqnens miſeri, ut patet per Aug. in 9. de ciu. dei. † ergo eſſe mediatorem Dei, & hominum non eſt proprium Chriſto.

Ca. 4. non multũ ꝓ- cul a prio.

Li. 9. ca. 8. to. 5.

¶ 3 Præt. Ad officium mediatoris ptinet^h interpellare ad unum eorũ, inter quos eſt mediator ꝓ altero: ſed Spiritusſanctus, ſicut dr Rom. 8. interpellat pro nobis ad Deum gemitibus inenarrabilibus. ergo Spiritusſanctus eſt mediator inter Deum, & homines. non ergo eſt proprium Chriſto.

SED CONTRA eſt, ꝙ dicit 1. ad Tim. 2. Vnus eſt mediator Dei, & hominum, homo Ieſus Chriſtus.

RESP. Dcd̃m, ꝙ ad mediatoris officiũ proprie ptinet, coniugere, & unire eos, inter quos eſt mediator: nam extrema uniuntur in medio. Vnire autẽ homines Deo, perfectiue quidem cõuenit Chriſto, per quem hoies ſunt reconciliati Deo, ſm illud 2. ad Cor. 5. Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi. & ideo ^m ſolus Chriſtus eſt perfectus Dei, & hoĩum^a mediator^n inquantum per ſuã mortem humanũ genus Deo reconciliauit. Vnde cum Apoſt. dixiſſet, Mediator Dei, & hoĩum hõ Chriſtus Ieſus, ſubiunxit, Qui dedit ſemetipſum redemptionem ꝓ omnibus. ^p Nihil tñ prohibet aliquos alios ſecundũ quid dici mediatores inter Deũ, & homines, ^q prout. ſ. cooperantur ad unionẽ hominum cum Deo diſpoſitiue, uel miniſterialiter.

Concil. m D. 864.

Concil. ꝓ

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ prophetæ, & ſacerdotes veteris teſtamenti, dicti ſunt mediatores inter Deum, & hoĩes diſpoſitiue, & miniſterialiter, inquantum. ſ. prænuntiabant, & præfigurabãt uerum, & perfectum Dei, & hominum mediatorẽ. Sacerdotes uero noui teſtamenti poſſunt dici mediatores Dei, & hoĩum, inquantũ ſunt miniſtri veri mediatoris, uice ipſius ſalutaria ſacramenta hominibus exhibentes.

AD II dcd̃m, ꝙ angeli boni, ut Aug. dirit in 9. de ciu. Dei, * nõ recte pñt dici mediatores inter Deũ, & hoies. Cũ. n. utrũq; hẽant cõe cũ Deo, & beatitudinẽ, & immortalitatẽ, nihil aũt horũ cũ hoibus miſeris, & mortalibus, qũo nõ potius remoti ſũt ab hominibus, Deoq. coniuncti, q̃ inter utroſque medii conſtituti? Dion. * tñ dicit eos eſſe medios, qa ſm gradum naturę ſunt infra Deũ, & ſupra homines conſtituti, & mediatoris officiũ exercent, nõ quidẽ principaliter, & perfectiue, ſed miniſterialiter, & diſpoſitiue. Vñ Mat. 4. dr̃, ꝙ acceſſerũt angeli, & miniſtrabant ei. ſ. Chriſto. Dæmones autem habent cõem cum Deo immortalitatem cum hominibus aũt miſeriam: ad hoc. n. ſe interponit medium dæmon immortalis, & miſer, vt ad immortalitatẽ beatã tranſire non ſinat: ſed perducat ad miſeriã immortalẽ. Vñ eſt ſicut malus medius, qui ſeparat amicos. Chr̃us aũt habuit cõem cum Deo beatitudinẽ, cum hominibus autem mortalitatẽ: & ideo ad hoc ſe interpoſuit mediũ, ut mortalitate tranſacta, & ex mortuis faceret immortales (qđ in ſe reſurgendo mõſtrauit) & ex miſeris

Li. 9. & li. 14. ca. 15. a med. to. 5

Loco cita. in marg.

A beatos, unde nunquã ipſe diſceſſit: & ideo ipſe eſt bonus mediator, qui reconciliat inimicos.

AD III dicendum, ꝙ Spiritusſanctus cũ ſit ꝑ oĩa Deo ęqualis, nõ põt dici medi⁹, uel mediator inter Deũ, & hoies: ſed ſolus Chr̃s, qui licet ſm diuinitatẽ æqualis ſit Patri, tñ ſm humanitatem minor eſt pr̃e. ut ſupra dictum * eſt. Vñ ſuper illud ad Gal. 3. Chr̃us eſt mediator. dicit gl. ^t Nõ pr̃, nec Spiritusſanctus. Dicitur autem Spiritusſanctus interpellare pro nobis, qa ipſe interpellare nos facit.

Q. 20. a. 1. † implicite habet ſ gl. or. ibi.

ARTICVLVS II.

B *Vtrum Chriſtus ſecundum ꝙ homo, ſit mediator Dei, & hominum.*

AD SECVNDVM ſic ꝓcedit̃. Vr̃ ꝙ Chr̃us non ſit mediator Dei, & hominum, ſecundũ ꝙ homo. Dicit *. n. Aug. i li. cõtra Felicianũ: Vna eſt Chr̃i pſona, ne ſit nõ unus Chriſtus, nõ una ſubſtantia, nec mediatoris diſpẽſatiõe ſubmota, aut Dei tãtũ dicat̃, aut hois fili⁹: ſed nõ ẽ Dei, & hois filius, ſecundum ꝙ
C hõ, ſed ſimul ſecundũ ꝙ Deus, & homo. ergo neq; dicendum eſt, ꝙ ſit mediator Dei, & hominũ ſolum ^h ſecundum ꝙ homo.

¶ 2 Præt. Sicut Chr̃s inquãtũ eſt Deus, cõuenit cũ Pr̃e, & Spiritusſancto, ita ^h inquãtum eſt hõ, cõuenit cũ hoibus: ſed ꝑꝑ hoc, ꝙ inquantũ eſt Deus, cõuenit cũ Pr̃e, & Spũſancto, nõ põt dici mediator, inquantũ eſt De⁹, qa ſuper illud 1. ad Tim. 2. Me-
D diator Dei, & hoium, &c. dicit gl. † Inquantũ eſt uerbũ nõ medius eſt, qa æqualis eſt Deo, & Deus apud Deũ, & ſimul unus Deus. ergo nec ẽt inquantũ eſt hõ, põt dici mediator, ꝑꝑ cõuenientiã quã cũ hoibus habet.

¶ 3 Præt. Chriſtus dr̃ mediator inquãtũ ^h recõciliauit nos Deo: qđ quidẽ fecit, auferẽdo pctm̃, qđ nos ſeparabat à Deo: ſed auferre pctm̃, cõuenit Chr̃o nõ in
E quãtũ eſt hõ, ſed ĩquãtũ eſt de⁹. ergo Chr̃s, ĩquãtũ eſt hõ, nõ eſt mediator, ſed ĩquãtũ eſt Deus.

SED CONTRA eſt, ꝙ Aug. dicit * ĩ li. 9. đ ciui. Dei. Nõ ob hoc mediator eſt Chr̃s, quia eſt uerbũ: maxime qppe immortale, & maxime beatũ uerbũ, longe à mortalib⁹ miſeris, ſed mediator eſt ſecundum quòd homo.

RESP. Dcd̃m, ꝙ in mediatore duo poſſum⁹ cõſiderare. Primo quidẽ rõnẽ medii: ſecũdo, ofĩm cõiũgẽdi. Eſt aũt đ rõne medi,

SVP. QVAE. XXVI. ART. II.

Medina. a. 2.

Titulus clarus. ¶ In corpore duo ſunt. Primo, ponunť duæ conditiones mediatoris, ſecundo applicantur ad Chriſtum dupliciter, & ſecũdũ ꝙ Deus negatiue, & ſecundũ ꝙ homo affirmatiue, & ſic ṙndeť quæſito. Chriſtus certiſſime dicitur mediator Dei, & hominũ, ſecundum ꝙ homo. Omnia clara ſunt in litera, conſiſtit enim eius proceſſus in hoc: Mediator ſm dio. ꝗ habet (ſcilicet eẽ medium, & officium cõiungendi extrema inter ſe) duas exigit cõditiones: prima eſt diſtantia ab extremis, ſecũda eſt relatio ad extrema vtrinque ex altero. Sed Chriſtus, ſecũdum ꝙ Deus neutram habet, quia non diſtat a Deo in natura, aut dñio: nec aliquid Dei non ſuũ deferre poteſt: ac ꝓ hoc nihil poteſt deferre ex Deo tanquã extremo. Sed ſecundũ ꝙ homo, habet utrãq;: quia diſtat à Deo natura, & ab hominib⁹ potiis dignitate gr̃æ, & gloriæ. defert quoque præcepta, donaq; Dei ad homines. & ſatiſfactionẽ ac interpellationem ex hominibus ad Deum, non quaſi hæc ab hominibus accipiat, ſed quia hæc uice hominũ ipſe Deo offert, qđ uocatur pro hominibus offerre, ac ſatiſfacere. Nihilominus ſatiſfactionem ex hominibus quodammodo accipit, pro quãto ex maſſa peccatrice, cat. oe. ſ. humana ab Adã genita, naturam paſſibilem in qua ſatiſfaceret aſſumpſit. ¶ Io tñ ſoluẽ ad primũ, & tertium ſimul conſidera diſcernẽdo rationem ſpecificãtem id,

Parr. 3 151 3. di. 19. a. 5 q. 1. Et 4. di. 41. a. 2. q. 1. co. Et di. 48. q. 1. ar. 2. Et ue 11. q. 29. a. 5 ad 5. Et 1. Tim. 2. lib 1. n. Et 1. Tim. 2. Ca. 10. parũ añ medium to. 6.

Eſt ſũpta ex Aug. li. 10. confeſ. c. 43. ante med. to. 1.

Li. 9. c. 15. nõ procul a ſi. to. 5.

id, quo Chriſtus mediat,aut ſatisfacit, & radicẽ,vñ illud, quo efficax originaliter redditẽ ad mediandũ, & ſatisfaciendum, & merendum pro oib⁹. Nã ſi ſpecificare, aut determinare quæris naturã, qua Chrs meref,mediat,& ſatisfacit,proculdubio natura humana eſt,create quippe naturæ ſunt act⁹ iſti. Sed ſi quæris, unde natura creata tanti eſt,ut mediet, mereaſ,& ſatisfaciat pro toto mundo, ex gratia eſt unionis,ex hypoſtaſi eſt diuina,qa.n. Chrs unigenitus eſt Patris,ideo p naturã aſſumptã ſatisfacit, meret,& mediat. Et hoc eſt quod in reſponſione ad primum, docemur,& doctrina ſuperius habita de efficacia ſatisfactionis,& meriti Chriſti ſic applicanda eſt in reſpõſione ad tertium. Et ſic oia conſonant.

Auct. m

Primæ partis de Chriſto tractatus tertius.

¶Hic incipit tertius tractatus primæ partis, q de Chriſto eſt, tractaturque hic uſq; ad q.59. de ſpectantibus ad igreſſum Chriſti in mundum,ut clare patet in litera.

Auct. p

quòd diſtet ab utroq; extremorũ: coniungit aũt mediator p hoc, q ea, q̃ unius ſunt,deſert ad alterũ.[m] Neutrũ aũt horum pót cõuenire Chriſto ẽm quòd Deus,[n] ſed ſolum ẽm q hõ. Nã ẽm q Deus,nõ differt a Patre, & Spiritusſancto in natura, & ptãte dñii.Nec ẽt Pater,& Spiritusſanctus,aliquid hñt quod non ſit filii, ut ſic poſſit id, qđ eſt Patris,uel Spiritusſãcti quaſi quod eſt aliorum,ad alios deferre: ſed utrumque conuenit ei, inquantum eſt homo: quia ẽm q eſt hõ, diſtat, & a Deo in natura, & ab hominibus in dignitate,& gratiæ,& glorię.Inquantum ẽt eſt homo, cõuenit ei coniungere homines Deo, præcepta, & dona Dei,hoibus exhibendo, & pro hominibus Deo ſatisfaciendo, & interpellãdo.& iõ[o] ueriſſime dr̃ mediator ſecundum quòd homo.[p]

AD PRIMVM ergo dcẽm, q ſi ſubtrahatur diuina natura a Chro, ſubtraheť per cõſequẽs ab eo ſingularis plenitudo gratiarũ,quæ conuenit ei,inquantum eſt unigenitus a patre, ut dr̃ Io.1. Ex qua quidẽ plenitudine habet,ut ſit ſuper omnes hoĩes cõſtitutus, & propinquius ad Deũ accedẽs.

AD II dcẽm,q Chriſtus,ſecundum quòd deus, eſt per omnia æqualis patri: ſed etiam in humana natura excedit alios homines. et ideo ſecũdum q hõ,pót eſſe mediator,non aũt ſecundum q Deus.

AD III dcẽm,q licet auctoritatiue peccatũ auferre conueniat Chriſto ſecundum quòd eſt deus, tamen ſatisfacere pro peccato humani generis cõuenit ei,ſecundum quòd eſt homo. Et ſecundum hoc dicitur dei,et hominum mediator.

SV. QVAE. XXVII. ART. I.

Palud. 3.d.3.q.1. Medina.ar.1. Alb.Mag.3.d.3.a.4.

IN corpore duo ſũt, primo qualis notitia de hoc quæſito haberi poteſt, dr̃:ae per hoc monſtratur uia ad inueſtigandã certitudinẽ cõcluſionis.ſcđo per monſtratã uiã incedendo,videtur qſito una cõcluſione affirmatiua.

In q.præc.

¶Quo ad primũ uia ſciendi nõ eſt ex ſacræ Scripturę auctoritate in ſpecie,ſed irõnabilibus ſacræ Scripturæ conſonis, ut Auguſt. de Aſſum-

QVAESTIO XXVII.

De Beata virgine Maria ſanctificatione,in ſex articulos diuiſa.

POST prædicta, in quibus de vnione Dei,et hominis et de his, quæ unionẽ cõſequũtur,tractatũ eſt,[e] reſtat conſiderandum de his, quæ filius Dei incarnatus, in natura humana ſibi unita geſſit,uel paſſus eſt: quę quidem conſideratio quadripartita erit. Nam primo cõſiderabimus de his, quę pertinent ad ingreſſum eius in mundum.Secundo,de his,quæ pertinent ad progreſſum uitę ipſius in hoc mundo. Tertio,de exitu ipſius ab hoc mundo. Quarto,de his, q̃ pertinent ad exaltationẽ ipſi⁹ poſt hãc vitã.

¶Circa primũ quatuor cõſideranda occurrunt. Primo vnde de conceptione Chri. Scđo, de eius natiuitate. Tertio, de eius circuncisione. Quarto,de eius baptiſmo.

¶Circa cõceptionem aũt eius oportet primo,aliqua cõſiderare quantũ ad matrẽ cõcipiẽte: ſecundo,quantũ ad modũ conceptionis,tertio,quantũ ad pfectionem prolis conceptæ.

¶Ex parte aũt matris occurrit conſiderandum, primo quidẽ de ſanctificatione eius: ſecũdo,de virginitate eius: tertio de deſponſatione eiuſdem: quarto de annunciatione ipſius:quinto, de præparatione ipſius ad concipiendum.

prione arguit.

¶Quo ad tm concluſio eſt, Rõnabiliter credimus B. Virginem ſanctificatã in utero, probaſ, Maiora grę priuilegia beatę Virgini conceſſa creduntur,quã alijs ſanctis ſed quibuſdã ſanctis conceſſa eſt ſanctificatio in utero. ergo. Maior probatur, tũ quia mater futura erat Vnigeniti à Patre pleni gratia: tum qa Angelus dixit eã plenã gratia. Minor probatur de Hier. & Ioan. Baptiſta.

Circa primum quæruntur ſex.

¶Primo, vtrum beata virgo mater Dei,fuerit ſanctificata ante natiuitatem ex utero.

¶Secũdo,vtrũ fuerit sãctificata ante animationẽ.

¶Tertio,vtrum per huiuſmodi ſanctificationẽ fuerit ſibi totaliter ſublatus fomes peccati.

¶Quarto,vtrum per huiuſmodi ſanctificationem fuerit conſecuta,ut nunquam peccaret.

¶Quinto,vtrum per huiuſmodi ſanctificationem adepta fuerit plenitudinem gratiarum.

¶Sexto,vtrum ſic ſanctificari,fuerit propriũ ſibi.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum beata Virgo mater Dei, fuerit ſanctificata ante natiuitatem ex utero.

Ferrar. a. 152

AD PRIMVM ſic proceditur. Vĩ q beata uirgo non fuerit ſanctificata ante natiuitatẽ ex utero. Dicit.n.Apoſt. ad Cor.15. Non prius quod ſpũale eſt,ſed prius, quod eſt animale, deinde qđ eſt ſpũale,ſed p gratiam ſanctificantem naſciť hõ ſpũaliter in filium Dei ſecundũ illud Io.1. Ex Deo nati ſunt. Natiuitas autem ex utero, eſt[h] natiuitas animalis,non ergo beata uirgo fuit prius ſanctificata quam ex utero naſceretur.

3.d.3.q.1. a.1.q.3. Et quol.6.q.5.a.1.cor. Et op.3.c. 232.Et 3.ſẽ. 45.

¶2Præt Aug.[e] dicit in epiſtola ad Dardanum: Sanctificatio,qua efficimus templum Dei, non niſi renatorum eſt: nemo autem renaſcitur niſi prius naſcatur.ergo beata virgo non fuit prius ſanctificata,quàm ex vtero naſceretur.

In epi. 57 a medio. tom.2.

¶3Præt.Quicumq; eſt ſanctificatus per gratiã, eſt mũdatus à[h] peccato originali, & actuali,ſi ergo B. Virgo fuit ſanctificata ante natiuitatẽ ex utero,cõſequens eſt q tunc fuerit emundata ab originali peccato:ſed ſolum originale peccatum poterat eã impedire ab introitu regni cæleſtis. Si ergo tũc mortua fuiſſet,uideť q ianuam regni cœleſtis introiſſet,quod tamen fieri nõ potuit ante paſſionẽ Chriſti,habemus.n fiduciam in introitum ſanctorum per ſanguinem eius.ut dicit Hebr.10. Videtur ergo q beata uirgo non fuerit ſanctificata antequã ex utero naſceretur.

¶4Præt.Peccatũ originale[k] cõtrahitur ex origine, ſicut

ſicut pctm̃ actuale ex actu. Sed q̃diu aliqs eſt i actu peccãdi, nõ põt a pctõ actuali mũdari. ergo ẽt nec beata Virgo a pctõ originali mũdari potuit, dũ eẽt adhuc i ipſo actu originis i materno vtero exiſtẽs.

SED CONTRA eſt, ꝙ Eccła celebrat natiuitatẽ beatę Virginis, nõ aũt celebrat̃ feſtũ in Eccła niſi ꝓ aliquo ſancto. ergo beata Virgo in ipſa ſua natiuitate fuit ſancta. fuit ergo in utero ſanctificata.

RESP. Dcẽdm, ꝙ de ſanctificatione beatę Marię, ꝙ ſ. fuerit ſanctificata in utero, nihil in Scriptura canonica tradit̃, q̃ et nec de eius natiuitate mẽtionẽ facit: ſicut tñ Aug. in ſermone de Aſſumptione ipſius Virginis, rõnabiliter argumentat̃, ꝙ cũ corpore ſit aſſumpta in cęlũ (qđ tñ Scriptura non tradit) ita ẽt rõnabiliter argumẽtari poſſumus, ꝙ fuerit ſanctificata in utero. Rõnabiliter. n. credit̃, ꝙ illa, q̃ genuit Vnigenitũ a Patre, plenũ grãæ, & veritatis, præ oĩbus aliis maiora priuilegia grãæ accẽperit. Vñ, ut legit̃ Luc. 1. Angelus ei dixit, Aue Maria grãa plena. Inuenim⁹ aũt qbuſdã aliis hoc priuilegialiter eẽſe cõceſſum, vt in utero ſanctificarent̃, ſicut Hieremias, cui dictũ eſt, Hier. 1. Antequã exires de vulua, ſanctificaui te, & ſicut Ioãnes Baptiſta, de quo dictũ eſt Luc. 1. Spũſctõ repleb. adhuc ex utero matris ſuę. Vñ rõabiliter credit̃, ꝙ beata Virgo ſanctificata fuerit anteq̃ ex utero naſceret̃.

In ll. de aſſumptione beatæ Mariæ ca. 6. præcipue to. 9.

D. 845.

D. 843.

AD PRIMVM ergo dcẽdm, ꝙ ẽt in beata Virgine prius fuit id, quod eſt aĩale, & poſt id, quod eſt ſpirituale, quia prius fuit ſecundum carnem concepta, & poſtea ſecundum Spiritum ſanctificata.

AD II dcẽdm, ꝙ Aug. loquit̃ ſm legẽ cõem, ſm quã per ſacra non regenerant̃ aliqui niſi prius nati: ſed Deus huic legi ſacrorum, potentiã ſuã non alligauit, quin aliquibus ex priuilegio grãm ſuam conferre poſſit, antequam naſcantur ex utero.

D. 370.

AD III dcẽdm, ꝙ beata Virgo ſanctificata fuit in utero a peccato originali, quãtũ ad maculã pſonalẽ, non tñ fuit liberata a reatu, quo tota natura tenebat̃ obnoxia, ut ſ. non intraret in paradiſum niſi per Chriſti oſtium,* ſicut, & de ſanctis patribus dicitur, qui fuerunt ante Chriſtum.

* Alias hoſtiam.

AD IIII dcẽdm, ꝙ pctm̃ originale trahit̃ ex origine, inquantũ ꝑ eã cõicat̃ humana natura, quã proprie reſpicit pctm̃ originale, quod quidẽ fit qñ proles concepta aĩatur. Vñ poſt aĩatione nihil prohibet prolẽ conceptã ſanctificari: poſtea. n. nõ manet in materno vtero ad accipiẽdã humanã nãm, ſed ad aliqualẽ perfectionẽ eius, quod iã accepit.

SVP. QV. XXVII. ART. II.

Ferr. c. 153 q. di. 3. q. 1 artic. 1. Et quo. 6. q. 5 art. 1. co. Et opuſ. 3. ca 231. ad præce.

S. Bo. 3 ſ. d. 3. q. 2. a. 1. Scot. 3 ſ. d. 3. q 1. Riccar. 3. ſ. d. 3. q. 3. Duran. 3. ſ. d. 3. q. 4. Mai. 3. ſ. d. 3. q. 2. Bacco. 3. ſ. d. 3 q. 2. Cap. 3. d. 3. q. 1. con. 1. Medina. a. 2.

Titulus clarus eſt de animatione ſecundum animam rationalem intellectus.

ARTICVLVS II.

Vtrum beata Virgo fuerit ſanctificata ante animationem.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr̃ ꝙ beata Virgo ſanctificata fuerit ante aĩatioñẽ: qa (vt dictũ eſt) plus grãæ eſt collatum Virgini matri Dei, q̃ alicui ſanctorũ: ſed quibuſdã ur̃ eẽſſe cõceſſum, ꝙ ſanctificarent̃ ante aĩationẽ: qa ut dr̃ Hier. 1. Priuſq̃ te formarẽ in utero, noui te: non aũt infunA
dit̃ aĩa ante corporis formationẽ. Silr̃ ẽt de Ioan Bapt. dicit Ambr. ſuper Luc. ꝙ nondum inerat ei ſpiritus uitæ, & iam inerat ei Spiritus gratiæ. ergo multo magis beata Virgo ante aĩationem ſanctificari potuit.

Libro. 1. In Luc. in tit. de turbati Zachariæ cõfirmati. Parum ante n. c. d. t. 5 & c. 18. parum a principio.

¶ 2 Præt. Cõuenĩes fuit (ſicut Anſel. dicit i li. de cõceptu Virginali) ut illa Virgo ea puritate niteret, qua maior ſub Deo nequit intelligi. Vñ, & Cant. 4. dr̃
B Tota pulchra es amica mea, & macula nõ eſt in te: ſed maior puritas fuiſſet beatæ Virginis, ſi nunq̃ aĩa eius fuiſſet inquinata cõtagio originalis pcti. ergo hoc ei ꝓſtitũ fuit, ut anteq̃ aĩaret̃ caro eius, ſanctificaret̃.

¶ 3 Præt. Sicut dictũ eſt, nõ celebrat̃ feſtũ niſi de aliquo ſãcto: ſed quidã celebrãt feſtũ conceptionis beatæ Virginis. ergo ur̃ ꝙ in ipſa ſua conceptione
C fuerit ſancta, & ita ꝙ ante animationem fuerit ſanctificata.

Art. 1. huius q. arg. Sed cont.

¶ 4 Præt. Apl̃us dicit Ro. 11. Si radix ſancta, & rami, radix aũt filiorũ ſũt parẽtes eorũ. potuit ergo beata Virgo ſãctificari ẽt in ſuis parẽtib. ante aĩationẽ.

SED CONTRA eſt, ꝙ ea, quæ fuerũt in ueteri teſtõ ſunt figura noui, ſm illud 1. ad Cor. 10. Oĩa in figura cõtingebãt illis: ſed ꝑ ſanctificationẽ tabernaculi, de qua dr̃ in Pſ. 45. Sancti
D ficauit tabernaculũ ſuũ altiſſimus, ur̃ ſignificari ſanctificatio matris Dei, quæ tabernaculũ Dei dr̃, ſm illud Pſ. 18. In ſole poſuit tabernaculũ ſuũ. De tabernaculo aũt dr. Exod. ultim. Poſtquã cuncta perfecta ſunt, operuit nubes Tabernaculũ teſtimonii, & gloria Dñi impleuit illud. ergo ẽt beata Virgo non fuit ſanctificata niſi poſtquã cuncta eius perfecta ſunt, ſcilicet & corpus, & anima.

E RESP. Dcẽdm, ꝙ ſanctificatio beatæ Virginis, non põt intelligi ante eius animationem, duplici rõne. Primo quidem, quia ſanctificatio, de qua loquimur, nõ eſt niſi emundatio a peccato originali, ſanctitas n. eſt ꝑfecta munditia, ut Dionyſ. dicit in 12. c. de Di. no. Culpa aũt non põt emundari niſi ꝑ grãm, cuius ſubiectũ eſt ſola

¶ In corpore artic. eſt una concluſio cum uno corollario. Concluſio eſt reſponſiua quæſito directe, beata uirgo non fuit ſanctificata ante animationem. Corollarium eſt, beata Virgo fuit ſanctificata poſt animationem. Concluſio probatur dupliciter, primo ſic, Sanctificatio de qua loquimur, eſt emundatio a peccato originali. ergo eſt per gratiã. ergo in ſola creatura rationali. ergo non ante infuſionem animę rationalis. Antecedens declaratur ex Dionyſi. Sanctitas eſt perfecta munditia. Prima conſequẽtia probatur, quia culpa non emundatur, niſi per gratiam. Secunda uero, quia ſola creatura rationalis eſt ſubiectum gratiæ. Secundo, ducendo ad inconueniens ſic. Proles concepta ante infuſionem aiæ rationalis non eſt culpę obnoxia. ergo quocumque modo ante animationem beata Virgo ſanctificata fuiſſet, non incurriſſet originalis peccati maculam. ergo non indiguiſſet redemptione & ſalute, quæ eſt facta per Chriſtũ: ſed hoc eſt inconueniens. ergo. Aña probatur, quia ſola creatura rationalis eſt ſuſceptiua culpę. Prima conſequentia ut clara relinquitur. Secunda aũt probatur auctoritate angeli Mat. 1. Ipſe ſaluum faciet a peccatis. Inconueniens conſequentis probatur auctoritate Apoſt. 1. ad Tim. ¶ Aduerte hinc primo, quòd ſanctificatio poteſt dupliciter ſumi. Primo, ut eſt de contrario in contrarium, de immunditia ad munditiam, & ſic conſtat quòd eſt de peccato in gratiam. Secundo, ut eſt de negatio in affirmatum, de nõ ſancto in ſanctum, de nõ gratia in gratiam. Et ſic non ſupponit peccatum, & inuenitur in Chriſto, & angelis, angeli enim ſanctificati ſunt a Deo, qui numquam peccauerunt, & de ſeipſo dicit Chriſtus, quem

Concl.

C. 12. par[um] a princip.

Pater

creatura rõalis. Et iõ ante infuſionẽ aiæ rõalis beata Virgo ſanctificata non fuit. Secundo quia cum ſola creatura rõalis ſit ſuſceptiua culpæ, ante infuſionẽ aiæ rõalis proles concepta, non eſt culpæ obnoxia. Et ſic quocũq; mõ ante aiationẽ beata Virgo ſanctificata fuiſſet G numquã incurriſſet maculam originalis culpę, & ita nõ indiguiſſet redẽptione, & ſalute, q̃ eſt per Chr̃m, de quo dr̃ Matt. 1. Ipſe ſaluum faciet populum ſuũ a peccatis eorũ. Hoc aũt inconueniens eſt, ꝙ Chr̃s nõ ſit ſaluator oĩm hoim, vt dr̃ primæ ad Timot. Vñ relinquitur, ꝙ ſanctificatio beatæ Virginis fuerit poſt eius animationem.

¶ Quo ad ſecundum, tria Auctor facit, primo reſpondet quæſtioni negatiue, affirmando duos alios ſanctificatos: deinde dicit neminem alium eſſe ſanctificatum: tertio rationem reddit, quare illi duo ſanctificati ſunt. Circa reſponſionem ergo diſtinguuntur hic duæ quæſtiones, altera quæ mota eſt de ſanctificatione, altera de tali ſanctificatione, ſcilicet cum uſu liberi arbitrij. Monſtratur diuerſitas magna inter iſtas quæſtiones, ex eo quòd ſanctificatio poteſt fieri, & eſſe ſine uſu liberi arbitrij, ut patet in ſanctificatione paruulorum per baptiſmi gratiam. Et propterea nihil obſtat quæſtioni propoſitæ in hoc art. ſi pars negatiua quæſtionis ſecundæ, quæ ab Aug. tractata eſt teneat. Propter hæc igitur, litera reſpondet quæſito, quòd duo ultra beatam Virginē inueniuntur ſanctificati in utero, ſ. Hieremias & Ioannes. Probatur auctoritate Scripturę, & excluditur obiectio de uſu liberi arbitrij, quamuis illum non habuerit, &c.

¶ Vbi nota, quòd hinc non poteſt aſſertiue dici de mente Auctoris hos non habuiſſe liberi arbitrij uſum in utero, quoniam aduerſatiue loquitur ad monſtrandum concluſionem, ſuā non F dependere ex uſu liberi arbitrij, deinde negat quemcumque alium ſanctificatū in utero, rōne probans, quia inutilis aſſet. Vbi occurrunt tria dubia, primum eſt circa applicationem auctoritatis Apoſtoli ad propoſitū: diſſonare quippe uidetur, nã ſermo de ſanctificatione in utero, Apoſtolus autem non de ipſa ſanctificatione, ſeu ſanctitate, ſed de manifeſtatione eius loquitur: non enim dicitur unicuique datur ſpiritus, ſed manifeſtatio ſpiritus, &c. Litera ergo loquens de ipſo Spiritu, non bene affert auctoritatem de manifeſtatione Spiritus: hæc enim auctoritas non probat illud aſſumptum, ut patet.

¶ Secundum dubium eſt, quia iſta ratio eſt gladius Goliæ. Nam ſi uerum aſſumit, ſequitur quòd Beata Virgo non fuit ſanctificata in utero, quia illius ſanctificatio in Scriptura non habet ac per hoc, Eccleſiæ non innotuit. ac per hoc, ſine utilitate fuiſſet ſanctificata ſecundū literæ proceſſum.

¶ Tertium dubium eſt, quia ſecundū hanc rationem ſequeretur, quòd non eſſet credendum aliquod miraculum, niſi quod in ſacra Scriptura cōtineretur, quia ad utilitatem Eccleſię miracula ordinantur, cui non niſi per Scripturam ſactam innoteſcunt, ſecundū hanc literam. Eſt opi. 57. cir. me. & deinceps tom. 2.

¶ Ad primum dubium dicitur, quòd aſſumptum literę ad qđ I probandum inducitur Apoſtoli auctoritas, non eſt, ſanctificationis gratia ordinatur ad utilitatem, ſed eſt huiuſmodi, priuilegia gratiæ, quę dantur aliquibus, præter communem legem ordinantur ad utilitatem. Ex quibus uerbis dupliciter reſpōderi poteſt. primo, q ſicut priuilegia materialia alicui a principe cum rite conceſſa, ſub ſpecie manifeſtationis continentur, ita priuilegium gratiæ eſt manifeſtatio ſpiritus, & conceſſi in ipſa gratia infuſa, & concedentis Spirituſancti, ſpecialiter diligentis illū, cui grām dedit, ac per hoc litera probans priuilegia gratię per manifeſtationem ſpiritus, non diuertit ad extranea. Et ſi obijciatur, q tunc ratio iſta ſupponit ſanctificationem in utero ſemper fieri cum priuilegio, conceditur quòd ſic eſt ſecūdū hanc reſponſionem. Et ſuppoſitio eſt ſatis rationabilis, quoniā ſicut ſecundum rem ſanctificatio in utero eſt actus priuilegialis, ita etiam debet eſſe ſecundum cognitionem.

¶ Secundo, q quia tam ſingulares gratię ſuperexcedunt com-K munem legem diuinę prouidentiæ, ac per hoc harum conceſſio ſpectat ad diuina miracula, conſtat autem miracula ordinari ad aliorum utilitatem, ideo non ſolum priuilegia, ſed ipſa ſanctificatio in utero, ex hoc ipſo q præter legem communem ſit, continetur ſub gratia, quæ datur ad aliorū utilitatem & conſequenter ſub ſpiritu manifeſtando. Nam ex hoc ipſo, q ad eccleſię utilitatem ordinatur ad eccleſię quoque notitiam neceſſe eſt ordinetur, alioquin diuina ſapientia non diſponeret omnia ſuauiter, dum rationalibus creaturis ex quibus eccleſia cōſtat, nō per rationis actum de ſuo bono prouideret, ſed uelut animalibus brutis incognitas utilitates ingereret. Et confirmatur ex dictis in primo libro, ſcilicet, q Deus in eccleſia triūphante nunquam præter communem ibi legem operatur: quia nulla utilitas alterius: cum igitur in militanti eccleſia præter communem legem operatur, ad eccleſię utilitatem operatur, ob cuius utilitatem communem legem prætermittit. Quia igitur aſſumptum in litera de gratia contenta ſub ſpiritu manifeſtando

loqui-

dubie uidetur loqui de horum ſanctificatione in utero. Potuit enim exultatio Ioannis in utero (vt ipſe dicit) eſſe ſignificatio rei tantę. ſ. ꝙ mulier eſſet mater Dei, à maioribus cognoſcendæ, nó a paruulo cognitę: vnde in euangelio nó dr, credidit infans in utero, ſeu exultauit Videmus, autem, exultationé nó ſolú paruulorú, ſed ét pecorum eſſe: ſed hæc inuſitata ex titiis, quia in utero, & ideo ſicut ſolét miracula fieri, facta eſt diuinitus i iſante, nó humanitus ab infante. Quãquã ét ſi uſque adeo eſt in illo puero acceleratus uſus rationis, & uolũtatis, ut intra uiſcera materna iá poſſet agnoſcere, credere, cóſentire (ad quod in aliis paruulis etas expectatur, ut poſſint) & hoc in miraculis habendum puto diuinę potentiæ. ſed quia expreſſe in euangelio dicitur, quod Spiritu ſancto replebitur adhuc ex utero matris ſuę, & de Ieremia expreſſe dicitur, Antequam exires de uulua, ſanctificaui te aſſerendum uidetur eos ſanctificatos in utero: quamuis in utero uſum liberi arbitrii non habuerint.[n] De quo Auguſtinus. * queſtionem mouet ſicut pueri, qui ſanctificantur per baptiſmum, non ſtatim habent uſum liberi arbitrii:[p] nec eſt credendum aliquos alios[d] ſanctificatos eſſe in utero, de quibus ſcriptura mentionem non facit, [g] quia huiuſmodi priuilegia gratiæ, quæ dantur aliquibus ꝑter legem communem, ordinantur ad utilitatem aliorum, ſecundum illud 1 ad Corin. 12. Vnicuique datur manifeſtatio ſpiritus ad utilitatem, quæ nulla prouenirent ex ſanctificatione aliquorú in utero, niſi eccleſiæ innoteſcerer. Et quã uis iudiciorú dei nó poſſit rõ aſſignari quare. ſ. huic, & nó alii hoc munus gratiæ cóferat. cóueniés tñ uidetur fuiſſe utrumq; dictorú ſanctificari in utero, ad præfigurãdam ſanctificationé per Chriſtum faciendam. Primo quidem per eius paſſionem, ſecundú illud Hebr ultim. Ieſus, ut ſanctificaret ꝑ ſuum ſanguiné populum, extra portam paſſus eſt:

A quam quidem paſſionem Ieremias, & uerbis, & miſteriis aptiſſime ꝓnuntiauit, & ſuis paſſionibus expreſſiſſime præfigurauit Secundo per baptiſmum primę ad Cor. 6. Sed abluti eſtis ſed ſanctificati eſtis. Ad quem quidem baptiſmum Ioannes ſuo baptiſmo hoies ꝓparauit.

B AD PRIMVM ergo dicendum, quòd beata Virgo, q̃ fuit a Deo electa in matré, ampliorem ſanctificationis gratiá obtinuit quàm Ioannes Baptiſta, & Ieremias, qui ſunt electi, ut ſpeciales præfiguratores ſanctificationis Chriſti. Cuius ſignú eſt, quòd beatæ Virgini præſtitú é, ut de cetero nó peccaret, nec mortaliter, nec uenialiter aliis autem ſanctificatis credit̃ præſtitum eſſe, ut de cetero mortaliter non peccarent, diuina eos gratia protegente.

C AD II dcẽm, ꝙ quantum ad alia potuerunt ſancti eſſe Chriſti coniunctiores, quam Hieremias, & Ioannes Baptiſta, qui tamen fuerunt ei cóiunctiſſimi, quantum ad expreſsá figuram ſanctificationis ipſius, ut dictum eſt.*

Ad III dcẽm, ꝙ miſeratio de qua ibi Iob loquitur, nó ſignificat uirtutem infuſam, ſed quandam inclinationem naturalem ad actum huius uirtutis.

D

QVAESTIO XXVIII.

De Virginitate Beatæ Mariæ, in quatuor articulos diuiſa

DEINDE conſiderandum eſt de uirginitate matris. Et circa hoc quęruntur quatuor.

¶Primo, Vtrum fuerit uirgo in concipiendo.

¶Secundo, Vtrú fuerit uirgo in partu.

E ¶Tertio, Vtrum permanſerit uirgo poſt partum.

¶Quarto, Vtrum uotum uirginitatis emiſerit.

ARTICVLVS I.

Vtrum beata Maria fuerit uirgo in concipiendo.

F AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd mater Dei nó fuerit uirgo in cócipiédo Chrm. Nulla. n. proles, quę habet ꝑ patrem, & matrem, ex Virgine matre concipitur:

Tertia S. Tho.

loquitur, ideo ꝓbãdú merito fuit per auctoritatem Apoſtoli de manifeſtatione ſpiritus Et hæc reſponſio eſt directe ſecundum literam, nihil præſupponens & ſolida.

¶ Ad dubium ſecundum dicitur; quòd ſanctificatio beatæ Virginis in utero matris, etſi non eſt tradita in ſacra ſcriptura explicite, eſt tamen tradita implicite, ex hoc ipſo quòd in ſacris literis inuenitur alicui ſancto cóceſſa gratia ſanctificationis in utero: hinc. n. (ex ſuperius dictis patet) habetur, beatã virginem fuiſſe ſanctificatam: quia habuit q̃equid gratię ceteris collatum eſt. Vnde nec rõ non intermit Auctorem ſuú, ſed uetur eum.

¶ Ad tertium dubiú dicitur, ꝙ loquendo de Eccleſiæ fide. ſimpliciter neceſſaria, cócedendum eſt conſequens: ſed ſi ſit ſermo de Eccleſię fide ex tali ſuppoſitione, vel acceſſoria (puta, quæ poſt talem approbationem extenſa eſt ad tale miraculum: vt ſi Eccleſia credendú traderet tale miraculum) vel probabili (ut é fides de miraculis recitatis in canonizationibus ſanctorum) credenda ſunt miracula, quæ in ſacra ſcriptura non cótinentur. Nec oppoſitum ſequitur ex ratione literæ: quæ de fide Eccleſiæ ſimpliciter, & abſolute, & nó præſuppoſita tali decretal. loquitur: docetque per hoc Auctor, quòd nec neceſſario, nec probabiliter credendum eſt, aliquem alium eſſe ſanctificatum in utero, ſimpliciter, & abſolute loquendo. An autem deus aliquem de inceps ſanctificauerit, & Eccleſiæ reuelauerit, alterius eſt quęſtionis: quia tamen non eſt expectanda eccleſia melior, quã fuerit: nec Apoſtoli ipſi primitias Spiritus habentes ſanctificati ſunt in utero (quamuis Ioannes euãgeliſta uirginitatis, prophetię, euangeli-

concl. m
* ead. epi. dictato. 2.
D. 841. concl. ꝑ.

ſtæ ſingularis quoque officii erga matrem domini gratia donatus fuerit) credédum eſt; quòd nullus ſimpliciter * in toto tépóris decurſu fuit, eſt, aut erit ſanctificatus in utero, niſi qui in litera explicantur. Nó defuiſſe tamen audiuimus temeritatem modernam cuiuſdam mulierculę, ſanctificatam ſe in utero profitentis: & forte fuit uere ſanctificata in utero non materno, ſed proprio, uelut Berſabee, Deo puniente ſuperbiam illius.

¶Demum rationem reddit Auctor, quare iſti duo Ieremias, & Ioannes Baptiſta ſãctificati ſunt in utero præmiſſa excuſatione rõnis neceſſariæ, ſubdens rationé congruentiæ: quia, ſcilicet *, pręfiguratores fuerunt ſanctificationis ꝑ Chriſtum faciendæ, dum præmonſtrarunt media ſanctificantia, alter paſſionem, alter baptiſma: his. n. duobus mediis Chriſtus ſanctificat mũdum paſſione ut coniuncto inſtrumento: baptiſmo, ut inſtrumento ſeparato.

* In cor. ꝑ

Nota hic quòd duorum propoſitorum, ſcilicet, ꝙ iſti duo ſunt ſanctificati in utero, & quòd nullus alius, Auctor primi tantum rationé reddere nititur: quoniã ad affirmationé certa poteſt conſonantia inueniri: ad tam latam autem, & altã ac profundam negationem, quæ conſonantia ſacerit?

SVP. QV. XXVIII.

ART. I.

Medina. ar. 1.

TItulus de uirginitate carnali intelligitur.

¶ In corpore duo ſunt: primo reſpondetur quæſito affirmatiue: Mater Chriſti concepit uirgo, ꝓbatur ex contrario: quia contarium eſt hereſis, &c. Secundo, aſſignatur ratio quadruplex conuenientiæ, quòd ſic fuerit, & omnia ſlate patét

per. 8.
158
4. conc. ca 45. Et op 3 c. 312. E op. 60. c. 4

O in li-

in litera. Si tamen nouitius non intelligit corruptionem cordis cui[*] meminit ſecunda ratio, ſciat cor pro mente, ſeu intellectu ſumi: corruptio autem intellectus non ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundum operationem attenditur: omnis enim defectus in intelligendo, corruptio quędam intellectus eſt ſicut omnis deperditio alicuius rei corruptio quædam in natura eſt. Quia igitur defectus intellectus intelligendo efficit, ut intellectus defectuoſum quoque uerbum formet, concipiendo illud, quod ſic defectiue intelligit (qui enim imperfecte intelligit leonis naturam, perfectum quoque uerbum de natura leonis exprimere intus nequit) ideo in litera dicitur, quòd cordis corruptio impedit perfectionem verbi.

¶ In reſponſione ad primum habes, Ioſeph patrem dici Chriſti uere dupliciter, uel putatiue, uel officio: quamuis non fuerit pater generatione.

¶ In reſponſione ad tertium, adiunge ad gloſſam, quòd nec ſecundum latinæ linguæ proprietatem mulier eſt nomen corruptionis, ſed naturalis proprietatis fœminæ humanæ: dicta eſt enim mulier quaſi mollier à mollitie, & animi, & corporis.

¶ In reſponſione ad quartum, dubium magnum in philoſophia occurreret, ſi philoſophia nunc traderetur, quantum ueritatis habeat litera hæc dicens, Ratio illa habet locum in his, quæ procedunt in eſſe per uiã naturæ, eo quòd natura ſicut eſt determinata ad unum effectum, ita eſt determinata ad unum modum producendi illum: habet ſiquidem inſtantias in elementaribus, in uegetabilibus, & in animalibus: Auctoris autem propoſi-

ſed Chrs nõ ſolũ dĩ hr̃e matrẽ, ſed & patrem: dr̃.n.Luc.2. Erat pater eius, & mater mirãtes ſuper his quæ dicebant de illo. & infra eadem mater dicit, Ecce enim pater tuus, & ego dolentes quærebamus te. ergo Chrus nõ eſt cõceptus ex uirgine mr̃e.

¶2 Præ. Mat.1. probatur, quòd Chrs fuerit filius Abrahę, & Dauid, ꝑ hoc, ꝙ Ioſeph ex Dauid deſcendit: quæ q̃dẽ probatio nulla eſſet, ſi [b] Ioſeph pater Chri non fuiſſet. ergo uĩ ꝙ mater Chriſti eum ex ſemine Ioſeph cõcepetit, & ita non uidetur fuiſſe uirgo in cõcipiendo.

¶3 Præ Gal.4. dr̃, Miſit Deus filiũ ſuũ factum ex muliere: mulier ãt cõſueto mõ loquẽdi dr̃, q̃ ẽ uiro cognita ergo Chrs nõ fuit cõceptus ex Virgine mr̃e.

¶4 Præ. eorum, quę ſunt eiuſdẽ ſpeciei eſt h idẽ modus generatiõis, q̃a gñatio recipit ſpẽm a termino, ſicut, & cęteri mot[9]: ſed Chrs eſt eiuſdem ſpeciei cũ aliis hoibus ſm illud Phil.2. In ſimilitudinem hominũ factus, & habitu inuentus ut hõ. Cum ergo alii hoies generentur ex commiſtione maris, & feminę uĩ ꝙ & Chrs ſimili mõ fuerit generatus: & ita nõ uidet fuiſſe conceptus ex Virgine matre.

¶5 Præt. Quælibet forma naturalis hẽt materiam ſibi determinatam, extra quã eſſe nõ põt materia ãt formę humanæ uidetur eſſe ſemen maris, & feminæ. ſi ergo corpus Chriſti non fuerit cõceptũ ex ſemine maris & feminæ, non uere fuit corpus humanum, q̃d eſt incõueniens uidetur igitur non fuiſſe conceptus ex uirgine matre.

SED CONTRA eſt, ꝙ dr̃ Iſa. 7. Ecce, uirgo concipiet.

RESP. Dicẽdum, quòd[*] ſimpliciter confitendum eſt matrem Chriſti Virginẽ concepiſſe: nã cõtrarium.n. pertinet ad hæreſim Hebionitarũ[*] & Cherinthi: q Chriſtum purum hominẽ arbitrabantur, & de utroq; ſexu eum natum putauerũt. ¶ Quòd enim Chriſtus ſit conceptus ex Virgine, conueniens eſt propter quatuor. [*]Primo propter mittentis Patris dignitatem cõſeruandam, cum enim Chri-

F ſtus ſit uerus, & naturalis dei filius, nõ fuit cõueniẽs, ꝙ alium patrẽ haberet, q̃ deũ, ne dignitas dei Patris tráſferat ad aliũ. Scdo hoc fuit cõueniẽs ꝓprietati ipſius, qui mittit, q̃ quidẽ eſt verbũ dei. Verbũ aũt abſq; omni corruptione cordis cõcipitur: quinimmo cordis corruptio, ꝑfecti uerbi cõceptionem nõ patit. quia ergo caro ſic fuit à uerbo Dei aſſumpta, ut eſſet

G caro uerbi dei, cõueniẽs fuit, ꝙ & ipſa ſine corruptione matris conciperetur, Tertio hoc fuit conueniens dignitati humanitatis Chri, in qua locũ peccati habere nõ debuit, ꝑ quã peccatum mundi tollebat, ſm illud Ioan. primo: Ecce agnus dei. ſ. innocẽs, qui tollit peccatũ mũdi: non poterat aũt eſſe, ꝙ in natura iã corrupta ex cõcubitu, caro naſceret ſine infectione

H originalis peccati. Vñ Auguſtinus dicit in libro[*] de Nuptiis, & cõcupiſcẽtia: ſolus nuptialis concubitus ibi nõ fuit. ſ. in matrimonio Mariæ, & Ioſeph: q̃a in carne peccati fieri nõ poterat ſine ulla carnis cõcupiſcẽtia q̃ accidit ex peccato, ſine qua concipi uoluit, q̃ futurus erat ſine peccato. Quarto ꝑꝑ ipſum finem incarnationis Chri, quæ

I ad hoc fuit, ut hoies renaſcerẽtur in filios dei, nõ ex uolũtate carnis, neq; ex uolũtate uiri, ſed ex deo, id eſt, dei uirtute: cuius rei exemplar apparere debuit ĩ ipſa conceptione Chri. Vnde Auguſtinus.[*] dicit in libro de ſancta Virginitate: Oportebat caput noſtrũ inſigni miraculo ſm corpus naſci de uirgine, ut ſignificaret mẽbra ſua de uirgine eccl'ia, ſm ſpiritũ naſcitura.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſicut Beda[*] dicit ſuper Lucam, pater Saluatoris appellatur Ioſeph, non quòd

K uere iuxta photinianos pater fuerit ei, ſed ꝙ ad famam Mariæ conſeruandam pater ſit ab omnibus eſtimatus. Vnde, & Luc.3. dicitur, Vt putabatur filius Ioſeph. uel ſicut Auguſtinus.[*] dicit in lib. de Bono coniugali, Eo modo pater Chriſti dicit Ioſeph, quo & uir Marię itelligit, ſine cõmiſtione carnis

to ſat eſt quòd non habet locum in potẽtia diuina. Abſq; multa tamẽ digreſſione pro literæ expoſitione aduerte, qui philoſopharis, ꝙ illa propoſitio, de qua eſt tanta queſtio ſcilicet unius naturæ eſt modus generationis. probatur in litera hac dupliciter, ſcilicet ex parte termini, quia generatio recipit ſpeciem à termino. & hęc probatio aſſumitur arguendo, & ex parte agentis: quia natura ſicut eſt determinata ad vnum effectum, ita eſt determinata ad vnum modum producendi effectum illum. Et probatio quidem ex parte termini ex unitate termini unitatem generationis inferens, ſatis debilis uidetur: quoniam uidemus ignẽ generari diuerſis generationibus, ſcilicet ab igne, et non ab igne ſed à ſole: & mures uidemus genitos per ſemen, & ſine ſemine. Et quod hæc omnia ſint eiuſdem ſpeciei, ex hoc patet, quòd hæc tam genita, quàm aliter producta generãt ſibi ſimilia in ſpecie: eiuſdem ergo ſpeciei eſt productus mus per propagationem cum mure patre ſuo, qui ſine propagatione productus eſt. una ergo natura pluribus poteſt generationibus acquiri. In motibus quoque idem apparet. nam idem ſecundum ſpeciem ubi in circunferentia ſignatum, poteſt diuerſis ſecundum ſpeciẽ motibus acquiri: puta per motum ſuper chordam, & per motum ſuper arcum ſemicirculi: & ſimiliter in naturalibus idem locus poteſt acquiri per uolatum, & per ambulationem. Propter quæ forte Auctor non propter illam probationem, ſed propter probationem ſecundam, quã reſpondendo appoſuit, acceptauit illam rationem, dicens, cũ redditione cauſæ, eo ꝙ natura, &c. Secunda igitur probatio in ſe quidem uera eſt, nam quodlibet natu-

rale

concl. m

[*] Vt patet ex Aug. li. de hæreſi, c.8 & 10: to.6.

concl. p.

[*] ca.12. in princ. to.7

[*] c.6. ante medium, tom.6.

[*] li.2. ſ Luc. c.8. ſm eius ordinem a medio. to. 3.

[*] li. 1. de Nuptiis & concup. ca. 12. parũ à prin. to. 7.

ipſa copulatione cõiugij: mul to uidelicet coniunctius, q̃ ſi eſ ſet aliũde adoptatus. Neque.n. ꝓpea nõ erat appellad' Ioſeph pater Chri, quia nõ eũ genuerat cõcũbẽdo: q̃nquidẽ p̃ eſſet ẽt ei, quem non ex ſua coniuge procreatum, aliũde adoptaſſet.

Ad II dcẽm, ꝙ ſicut Hier. di- *cit ſuper Matth. cum Ioſeph non ſit pater dñi ſaluatoris, ordo gñationis eius uſq; ad Ioſeph deducitur. Primo quidẽ, quia non eſt conſuetudinis ſcripturarũ, ut mulierũ in gñationibus ordo texatur. Deinde ex una tribu fuit Ioſeph, & Maria: vnde, & lege eã accipere cogebat ut propinquã. Et ut Aug * dicit in lib. de Nuptijs, & concupiſcẽtia, ſuit gñationũ ſeries uſque ad Ioſeph perducẽda: ne in illo coniugio uirili ſexui utique potiori, fieret iniuria, cum ueritati nihil deperiret, quia ex C ſemine Dauid, & Ioſeph erat, & Maria.

Ad III dcẽm, ꝙ ſicut Gl.* dicit ibidẽ, mulierẽ ꝓ femina poſuit, more locutionis Hebręorũ: uſus. n. Hebrææ locutionis mulieres dicit, non uirginitate corruptas, ſed fœminas.

Ad IIII dcẽm, ꝙ rõ illa hẽt locũ in his, q̃ procedunt in eſſe per uiam naturæ, eo ꝙ natura ſicut eſt determinata ad vnum effectũ, ita ẽt ẽ determinata ad vnũ modũ producendi illum: D ſed virtus ſupernaturalis diuina cũ ſit infinita, ſicut nõ eſt determinata ad vnũ effectũ, ita ñ eſt determinata ad modũ producendi quẽcũq; effectũ. Et iõ, ſicut virtute diuina fieri potuit, ut primus hõ de limo terræ formaret, ita ẽt fieri potuit, ut diuina uirtute corpus Chriſti formaretur de Virgine abſque virili ſemine.

Ad V dcẽm, ꝙ ſm Phil.* in li. de gñatione aialiũ, ſemen maris non eſt ſicut materia in conceptione aialis, ſed ſolũ ſicut agẽs ſola aũt fœmina materiã ſubminiſtrat conceptui. Vnde ꝑ hoc, ꝙ ſemen maris defuit in cõceptione corporis Chri, nõ ſeq̃, ꝙ defuerit ei debita materia. Si tñ ſemen maris eſſet materia fœtus concepti in animalibus, manifeſtum tñ eſt, ꝙ nõ eſt materia ꝑmanẽs in eadẽ forma, ſed materia tranſmutata. Et quamuis uirtus naturalis non poſſit tranſmutare ad certã formã, niſi determinatã materiã: virtus tñ diuina, quæ eſt infinita, põt tranſmutare oẽm materiam in quamcunque formã. Vnde ſicut tranſmutauit limum terræ in corpus Adæ, ita in corpus Chriſti tranſmutare potuit materiam a matre miniſtratã, B etiam ſi non eſſet ſufficiens materia ad naturalem conceptum.

ARTICVLVS II.

Vtrum mater Dei fuerit uirgo in partu.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr ꝙ mater Chriſti nõ fuerit uirgo in partu. Dicit enim Ambr.* ſuper Lucã, Qui uuluã ſanctificauit alienã, ut naſceretur propheta, hic eſt q aperuit matris ſuæ uuluã, vt immaculat* exiret. ſed h aptio vulgę virginitatem excludit. ergo mr Chri nõ fuit virgo in partu.

¶2 Præt. Nihil in myſterio Chri eſſe debuit, per quod corpus eius phãtaſticum appareret: ſed hoc non vr vero corpi, ſed phãtaſtico h conuenire, ut poſſit per clauſa trãſire, eo ꝙ duo corpa ſimul eſſe non pñt. non igiẽ debuit ex matris uſero clauſo corpus Chriſti ꝓdire, & ita nõ decuit, quõd eſſet virgo in partu.

¶3 Præt. Sicut Grego.* dicit in hom. octauarũ Paſchæ, per hoc ꝙ ianuis clauſis ad diſcipulos poſt reſurrectionẽ intrauit dñs oſtendit corpus ſuum eſſe eiuſdem naturæ, & alterius gloriæ. Et ſic per clauſa tranſire, vr h ad gloriam corporis pertinere: ſed corpus Chriſti in ſua cõceptione non fuit glorioſum, ſed paſſibile, hñs ſimilitudinem carnis peccati, ut Apoſt. dicit Rom. 8. E nõ ergo exiuit per Virginis vterum clauſum.

SED CONTRA eſt, ꝙ in quodã ſermone Epheſini cõcilij dr, Natura poſt partum neſcit vlterius virginẽ; gratia uero, & parientẽ oſtendit, & matrẽ fecit, & virginitati nõ nocuit. fuit ergo mater Chriſti virgo i partu.

RESP. dcẽm, ꝙ abſq; oi dubio aſſerendum eſt matrẽ Chri

---

tale agens ſicut ad vnum terminum, ita ꝙ non ad oppoſitos, nec diſparatos, eſt determinarã ex unitate ſuæ naturæ, ita ẽt ad vnum modum determinat. In cuius ſignũ, ſemen plantæ non generat plantam, ſi inſeratur, & oculus plantæ non gñat plantã, ſi ſeminatur: ut neutrũ. n. vi demus exercitari. Sed quamuis hæc probatio in ſe vera, & efficax ad probandũ illã concluſioẽ, nõ apparet, niſi præſuppoſita vnicate naturalis agentis ad vnũ effectũ. Et qm in aſal bus perfectis, (qualc eſt homo, leo, bos, & hmõi) ſupponitur vnitas agentis naturalis, ideo tõ pro eſficaci admittit. Si q s aũt negaret cũ Auice. ſuppoſitionẽ illã, in cã pum magnum diſputandi oportet ingrediatur, ad quẽ nunc egrediendi, non eſt tps qñ de Beatiſſimę matris Dei de uirginitate tractatur: ſat fuerit noſſe Auctoris intentionem, & literæ diſcuſſionem.

¶In reſponſione ad quintũ aduerte, ꝙ ꝓpoſitio illa, quamuis nõ ſit na uralis non poſſit trãſmutare ad certã formam, niſi determinatã materiã, ſi uniuerſaliter, vt iacet, intelligat, uel aduerſatiue permiſſa intelligiẽ, quaſi diceret, quie ad ſit de tranſmotatione per uirtutẽ naturalẽ, diuina tñ uirtus, &c & hoc ſufficit literæ, uel affirmatiue de unica tranſmutatione ſemitur: nulla. n. agens naturale, ẽt uniuerſale, ut cœlũ põt unica trãſmutatione ad certam formam tranſmutare, niſi determinatam materiam: quoniam actus actiuorũ fieri oportet in patiente diſpoſito. Et hoc ẽt ſat facit liã: q a unica tranſmutatione, utpote in inſtanti Spiritus ſanctus ſanguinẽ B. Virginis tranſmutauit i corp* Chri. Et conſonat philoſophiæ, tradenti q. illud proprie dr agens poſſe, vt ꝓprii effectũ, & ut in propriam materiã, q unica tranſmutatione põt educere de potentia in actũ, ut patet 9. Metaph. Si uero affirmatiue quo

que, ſed ſiñ ſi brefſi materiam, quia in materia aliatiſ intelligitur, conſ at euidenter uerã eſſe: ſed aigo nõ uerſalis non ſatiſfacit particulari tiſſicie, q nã nis ſatiſfaciat materię particulari, de qua eſt qõ. Et ĩõ hæc ſtilio indigna Auctore uidet.

SV. QV. XXVIII. ART. II.

Medina. art. 2.

Titulus clarus eſt. ¶In corpore duo ſiunt. Primo, reſpõdet q̃ſti ẽ, Virgo fuit uirgo in partu. Probatur auctoritate Iſaię. Secundo, triplice tõnem cõuenientiæ aſſignat, q clare patent in litera. Notum ĩñ percipiãt pro prima tõne, ꝙ conceptio uerbi in corde, & proceſſio eius ex corde, non ſunt duo progreſſus: ſed ad exprimendas diuerſas conditiones habitudinis uerbi ad intellectũ, diuerſa adhibẽtur rõnes: uerbũ. n. cordis, hoc eſt cõceptus, quẽ format intellectũ tem al quã intelligit, & manet intus in intellectu, dum res actu intelligit, & diſtinguitur ab intel ectu à quo emanat. Dum. n. ego intelligo me ad imaginem Dei eſſe, formo ſimulacrũ de me ipſo ad imaginẽ Dei: & ſimiliter cũ intelligo me peccatorẽ, formo, ſimulacrũ de meipſo peccatore, & ſic de aliis. illud autem ſimulacrum quod cõceptus, q d uerbum appellat, rõ extra mentẽ nẽã, ſed in mente mea manet, Et ſimilitudinarie dr concipi i corde, & naſci ex corde: quia ſtoles, dũ in utero concipitur in utero manet; & dũ ex utero naſc, à matre diſtinguitur perfecte. Simili ſiquidem modo, quia uerbu cordis in corde prolatum manet, concipi dr: & qa a corde prolatum pet, ſecſe diſtinguit accedenti ſil lata natura, ideo naſci dr ex corde. Vbi uides potes,

---

*Mat. c. 1. ſup illud, Chri gñatio ſic erat tom. 9.

* c. 11. non longe a ſi. tom. 7.

* Eſt Aug. li. 23. con. Fauſtũ, c. 7 in med. t. 6

* lib. 1. c. 2. & 19. to. 4.

por e. 159 Opu. 5. ca. 352.

* c. 1. ſup in c. cuius tim. eſt. de ciruũ ſalvatoris in fi. t. 6.

* Eſt ho. 26 in euang. pũ loa pũ cip.

concl.

quòd conceptio, natiuitasque verbi in, & ex corde, vnus proceſſus eſt, diuerſis nõibus diuerſa rõne appellatus, & q, nec in conceptu, nec in ortu ſuo mẽtẽ, à qua, & ex qua procedit, corrumpit, ut in ſynodo allata in litera dicitur.

¶ In rñſione ad tertiũ aduerte, q Auctor dotis nõie appellat, & ipſam rem: q dos dr, & modũ eiuſdẽ, hoc eſt rẽ tali mõ, puta p modũ immanentis, ut ipſemet inferius manifeſtabit, q. 45. art. 2. Et cum ex duplici capite potuiſſet reprehendi poſitio Hugonis de ſãcto Victo. ſ. ex hoc, q non ſpectat ad ſubtilitatis dotem, duo corpora eſſe ſimul in eodẽ loco: vnde nec corpora glorioſa ex ſua proprietate poſſunt ſimul eſſe in eodẽ loco, & ex hoc, q in corpore animali non inuenitur dos, quia non inuenitur animæ gloriſæ redundantia ſimpliciter ad corpus: quãuis, vt inferius in allegato loco dr, inueniri poſſit miraculoſe redũdantia ſm qd, maluit tñ Auctor ex ipſa dotis ratione hic ꝓcedere, q̃ in illam diſputationẽ aliã introire.

conel. p

ẽt in partu virginẽ fuiſſe. *Nam Propheta nõ ſolum dicit, Ecce virgo cõcipiet: ſed etiam addit: Et pariet filium. ¶ Et hoc quidem conueniens fuit propter tria. ¶ Primo quidẽ, quia hoc competebat proprietati eius, qui naſcebatur, qui eſt verbum Dei. Nam verbum non ſolum in corde abſque corruptione concipitur, ſed etiam abſq; corruptione ex corde procedit. Vnde ut oſtenderetur, quòd illud eſſet corpus ipſius verbi Dei, cõueniẽs fuit vt de incorrupto virginis utero naſceretur. Vnde in ſermone quodam Epheſini concilij legitur, Quæ parit carnem puram à uirginitate ceſſat: ſed quia natũ eſt carne verbum, Deus cuſtodit virginitatẽ ſeipſum oſtendens per hoc verbum. Neq;.n. noſtrum verbum cum paritur, corrumpit mẽtẽ: neq; Deus verbũ, ſubſtantialẽ partem eligens, peremit virginitatẽ. Scđo, hoc eſt conueniẽs quantum ad effectum incarnationis Chriſti. Nam ad hoc venit, vt noſtram corruptionem tolleret. vnde non fuit conueniens, vt virginitatem matris, naſcendo corrumperet. Vnde Auguſ. † dicit in quodam ſermo. de natiuitate domini, Fas non erat, ut per eius aduentum uiolaretur integritas, qui uenerat ſanare corrupta. Tertio fuit conueniens, ne matris honorem naſcendo diminueret, qui parentes præceperat honorandos.

† in ſer. 16. à me. 1. to.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd Ambro. dicit hoc, exponens illud, quod Euangeliſta de lege induxit, Omne maſculinum adaperiens uuluam, ſanctum domino uocabitur, quod quidem, ut *Beda dicit, conſuetæ natiuitatis more loquitur, non quòd dominus ſacri uentris hoſpitium, quod ingreſſus ſanctificauerat, egreſſus de uirginaſſe credendus ſit. Vnde illa adapertio non ſignificat reſerationem communem clauſtri pudoris virginei: ſed ſolum exitũ prolis de utero matris.

*li. 1. ſ Lu. c. 2. ſecundũ eius ordinẽ to. 5.

AD II dcđm, q ita Chriſtus voluit ueritatem ſui corporis demonſtrare, quòd etiam eius diuinitas declararetur, & ideo permiſcuit mira humilibus. Vnde vt corpus eius verum oſtenderetur, naſcitur ex fœmina, ſed vt oſtenderetur eius deitas, proceſſit ex virgine, talis enim partus decet Deũ, ut Ambroſ. dicit in hymno *Natiuitatis.

* in hym. q canit in veſp. is natalis dñi.

AD III dcđm, q quidam dixerunt Chriſtum in ſua natiuitate dotem ſubtilitatis aſſumpſiſſe, ſicut quando ambulauit ſiccis pedibus ſuper mare, dicunt eum aſſumpſiſſe dotem agilitatis, ſed hoc non conuenit his, quæ *ſupra determinata ſunt: huiuſmodi enim dotes corporis glorioſi proueniũt ex redundantia gloriæ animæ ad corpus, vt infra * dicetur, cum tractabitur de corporibus glorioſis. Dictum eſt autem *ſupra, quòd Chriſtus ante paſſionem permittebat carni ſuæ agere, & pati, quæ propria, nec fiebat talis redundantia gloriæ ab anima ad corpus. Et ideo dicendum eſt, q omnia iſta facta ſunt miraculoſe per virtutem diuinam. Vnde Auguſt. † dicit ſuper Ioan. Moli corporis ubi diuinitas erat, oſtia clauſa non obſtiterunt: ille quippe non eis apertis intrare potuit, quo naſcente virginitas matris inuiolata permanſit? Et Diony. * dicit in quadam epiſtola, quòd Chriſtus ſuper hominem operabatur ea, quæ ſunt hominis, & hoc monſtrat Virgo ſupernaturaliter concipiens, & aqua inſtabilis, terrenorum pedum ſuſtinens grauitatem.

*Q. 14.
*Non cõpleuit.
*Q. 14. ar. 1. ad 2.
Tract. 121 à medio tom. 9.
* In epi. ad Caiũ monac. Incipit, Quẽ tu quidem.

ARTICVLVS III.

Vtrum mater Dei permanſerit uirgo poſt partum.

ADTERTIVM ſic proceditur. Videtur quòd mater Chriſti non permanſerit uirgo poſt partum. Dicitur. n. Mat. 1. Antequam conuenirent Ioſeph, & Maria, inuenta eſt in utero habens de Spirituſſancto, non autem euangeliſta diceret, antequam conuenirent, *niſi de conuenturis: quia nemo dicit de non pranſuro, antequam pranderet. ergo uidet quòd beata uirgo quòd quandoque conuenerit carnali copula cum Ioſeph, & ita nõ permanſerit uirgo poſt partum.

¶ 2 Præ. Ibidem ſubditur ex verbis angeli loquentis ad Ioſeph Ne timeas accipere Mariam cõiugem tuam. Coniugium aũt *conſumaẽ per carnalem copulam. ergo uĩ q quandoque carnalis copula interuenerit inter Mariã, & Ioſeph, & ita uĩ q nõ permanſerit uirgo poſt partũ.

¶ 3 Præ. Ibidem poſt pauca ſubditur: Et accepit coniugẽ ſuã, & non cognoſcebat eã, donec peperit filium ſuum primogenitum. Hoc autem aduerbiũ, donec, conſueuit determinatũ tempus *ſignare, quo impleto fiat id, quod uſq; ad illud tempus non fiebat, Verbum autem cognoſcendi ibi ad coitum refertur, ſicut, & Geneſ. quarto dicitur, quòd Adam cognouit uxorem ſuam. ergo uidetur, quòd poſt partum beata uirgo fuerit carnaliter à Ioſeph cognita. ergo uidetur quòd non permanſerit uirgo poſt partum.

SVP. Q. XXVIII. ART. III.

Medina ar. 3. per. 2.

TItulus clarus eſt. 160

¶ In corpore unica concluſio contra errorem Eluidii, quatuor rationibus firmata, Oſa clara ſunt. Opu. 3. ca. 232.

¶ In reſponſione ad tertium, nota pro ſenſu literali reſponſionem. Hier. quia uerisſima eſt, & ad literã, & fulta auctoritatib' Scripturæ, & allata in litera, & alibi, Sede à dextris meis, donec ponã inimicos tuos, &c. Non enim denotatur, q poſt ſuppoſitos inimicos deſinet ſedere à dextris, ſed quia poſſet dubitari an interim, quòd ponantur ſuppedanei inimici, ſedeat hoc eſt regnet quiete à dextris Dei, ideo ad tollendam dubitationẽ dictum eſt, Sede à dextris meis, donec ponam, &c. ut per hoc ſapiens quiſque intelligeret, q tanto magis poſt ſedebit à dextris Dei.

¶ In reſponſione ad ſextum, uide, q etiã diuerſus in euangelio ſitus deſcriptus matris Ieſu, & Mariæ Iacobi, diſtinguit illas: nam iſta a longe, illa iuxta crucem deſcribitur.

¶ 4 Pręt.primogenitus nō pōt dici, niſi ꝙ habeat A fratres ſubſequētes:vñ,& Rom.8.dr̄, Quos pſciuit cōformes fieri imaginis filii ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus: ſed euangeliſta nominat Chriſtum primogenitum matris eius.er. habuit alios filios poſt Chriſtum,& ita videtur, ꝙ mater Chriſti non manſerit uirgo poſt partum.

¶ 5 Præt.Ioā,2.dr̄,Poſt hæc deſcēdit Capharnaū ipſe.ſ.Chr̄s,& mater eius,& fratres eius: ſed fratres dñr.qui ex eodem parente geniti ſunt.ergo vr̄ ꝙ beata Virgo habuerit alios filios poſt Chriſtū.

¶ 6 Præt.Matth.27.dr̄,Erāt ibi.ſ.iuxta crucē Chr̄i mulieres multæ a lōge, q̄ ſecutę erāt Ieſū à Gali- B læa,miniſtrātes ei,iter quas,erat Maria Magdalenę,& Maria Iacobi,& Ioſeph mater & mater filiorū Zebedæi.Vr̄ aūt hęc maria,q̄ hic dr̄ Iacobi,& Ioſeph mater,eſſe ēt mater Chr̄i:dr̄.n.Ioan.19.ꝙ ſtabat iuxta crucē Ieſu,Maria mater eius.ergo vr̄ ꝙ mater Chriſti non permanſerit uirgo poſt partū.

Sed contra eſt,ꝙ dr̄ Ezec.44.Porta hęc clauſa erit,& nō aperieť,& uir nō trāſibit p eam, qm̄ dñs Deus iſrael ingreſſus eſt p eā: qđ exponens Aug.in quodā ſermone * dicit,Quid eſt porta in domo dñi clauſa,niſi ꝙ Maria ſemp erit intacta? Et qd eſt,hō non tranſibit per eam,niſi ꝙ Ioſeph nō cognoſcet eā. Et quid eſt,Dñs ſolus intrat , & C egrediť per eam,niſi ꝙ Spiritusſanctus impraegnabit eam,& angelorū dñs naſcetur per eam. Et qd eſt.clauſa erit in æternum,niſi ꝙ maria uirgo eſt ante partū,& uirgo in partu,& uirgo poſt partū.

* In ſer. 14. de natali domini qui eſt 18. de tēp. non lōge a principio. tom. 10.

concl.

Resp.dcđm,ꝙ abſq; omni dubio deteſtandus eſt error Eluidii , qui dicere pſumpſit matrem Chr̄i poſt partū à Ioſeph eſſe carnaliter cognitā.& alios filios genuiſſe.Hoc.n.primo derogat Chr̄i pfectioni,q ſicut ſm diuinā naturā unigenitus eſt Patris,tāquā perfectus p oīa filius eius,ita decuit vt eſſet vnigenitus matris tāquā pfectiſſimū germē eius Scđo,hic error iniuriā facit Spū.ſancto cu D ius ſacrariū fuit uterus uirginalis, in quo carnem Chr̄i formauit.vnde nō decebat,ꝙ de cætero uiolareť p cōmiſtionē virilem.Tertio derogat dignitati & ſanctitati matris Dei,q̄ ingratiſſima uidereť, ſi tāto filio cōtēta nō eſſet,& ſi uirginitatē,q̄ i ea miraculoſe cōſeruata fuerat,ſpōte pdere uellet p carnis cōcubitū.Quarto ēt ipſi Ioſeph eſſet ad maximā pſūptionē imputādū,ſi eā,quā reuelante angelo de Spūſancto deū concepiſſ: cognouerat, polluere attētaret Et ideo ſimpliciter eſt aſſerendū,ꝙ mater Dei ſicut uirgo cōcepit,& virgo peperit,ita ēt & uirgo poſt partū in ſempiternum permanſit. E

Ad primum ergo dcđm,ꝙ,ſicut Hierony.* dicit in li.cōtra Eluidiū,intelligēdū eſt, ꝙ hęc propoſitio Ante,licet ſæpe cōſequētia indicet, tñ nōnūquā ea tñ,q̄ prius cogitabanť,oſtēdit: nec neceſſe eſt ut cogitata fiant,cū ideo aliud interuenerit,ne ea,q̄ cogitata ſunt,fierent.Sicut ſi aliqs dicat,antequā in portu pranderē nauigaui: nō intelligitur ꝙ i portu prandeat poſtquam nauigauerit ſed quia cogitabatur in portu pranſurus.Et ſimiliter Euangeliſta dicit,Antequam cōuenirēt,inuēta eſt in utero habens de Spiritu ſancto, non quia poſtea conuenerint:ſed quia dum uiderentur cōuenturi,præuenit conceptio per Spiritūſanctū,ex quo factum eſt ut ulterius non conuenirent.

* Tit.hui⁹ lib. eſt de perpetua uirg. Mariæ.nō à cula prin. lib. to.3.

Ad II dcđm,ꝙ ſicut Auguſtinus dicit in li,de Nup.* & concupiſcentia,Cōiux Ioſeph , uocatur mater Dei ex prima deſponſationis fide,q̄ p cōcubitū nō cognouerat,nec fuerat cogniturus. Vt enim Amb.† dicit ſup Lucā,nō uirginitatis ereptio,ſed cōiugii teſtificatio,& nuptiarū celebratio declarať

* c.11. nō lōge a pri. tom.7.
† li 2. ſ Luca,i.a me. tom.5.

Ad III dcđm,ꝙ qdā dixerūt,hoc nō eſſe intelligendū de cognitione coitus, ſed de cognitione notitiæ.Dicit.n.Chryſ.* ꝙ nō cognouit eā Ioſeph B antequam pareret,cuius fuerit dignitatis.ſed poſt quā peperit tūc cognouit eā:qa p ipſius ,plē ſpatioſior* & dignior facta fuerat q̄ totus mūdus:qa quē totus mundus capere nō poterat,i anguſto cubiculo uteri ſui ſola ſuſcepit.quidā uero hoc referūt ad notitiā uiſus:ſicut n.Moyſi cum Deo colloquētis glorificata eſt facies,ut nō poſſent intendere in eū filii Iſrael:ſic Maria claritate uirtutis altiſſimi obumbrata,cognoſci nō poterat à Ioſeph,donec pareret poſt partū aūt a Ioſeph agnita inueniť ſpecie faciei,nō tactu libidinis. Hiero.* aūt cōcedit hoc eſſe itelligēdū de cognitione coitus.ſed diciť,ꝙ uſq;,uel donec,i Scripturis dupliciter pōt C intelligi.Qñq;.n.deſignat certum tēpus, ſm illud Gal.3.Propter tranſgreſſionē lex poſita eſt,donec ueniret ſemē,cui pmiſerat:qñq; uero ſignat infinitū tēpus,ſm illud Pſal.113.Oculi noſtri ad dñm Deum noſtrum,donec miſereať noſtri,ex quo nō eſt intelligendū,ꝙ poſt impetratā miſericordiam, oculi auertantur a Deo.Et ſm hunc modū loquēdi ſignificanť ea,de qbus poſſet dubitari,ſi ſcripta nō fuiſſent:cætera uero noſtræ intelligētiæ derelinquunť.Et ſm hoc Euāgeliſta dicit matrē Dei, nō eſſe cognitam a uiro uſq; ad partum,ut multo magis intelligamus cognitam nō fuiſſe poſt partū

* hom. 1. ſ Mat. i ope. imperf.ſup illud . Et nō cognouit eā. donec. tō. 6.
* aliâs ſpecioſior.
* In h.cō. ad 1.c. Ma. tom.9.

D Ad IIII dicēdum,quod mos diuinarū Scripturarum eſt,ut primogenitum uocent non ſolū eum quem fratres ſequūtur,ſed eum,qui primus natus ſit.Alioquin ſi nō eſt primogenitus,niſi quem ſequuntur fratres,tamdiu * ſm legem primogenita non debentur,quandiu,& alia fuerint procreata, quod patet eſſe falſum,cum infra unum menſem. primogenita redimi mandentur ſecundum legē.

* Alias, ſm legē ſacerdotib⁹, &c.

Ad V dicendum , quod quidam ſicut Hieronymus * dicit ſuper Matth.fratres domini de alia uxore, Ioſeph filios ſuſpicātur.Nos autem fratres Domini.non filios Ioſeph,ſed conſobrinos Salua E toris,ſororis Mariæ matris Domini filios intelligimus Quatuor.n.modis in Scripturis fratres dicuntur ſ.natura,gente,cognatione, & affectu. Vnde fratres Domini dicti ſunt,nō ſecundum naturam quaſi ab eadem matre nati:ſed ſecundum cognationem quaſi conſanguinei eius exiſtentes.Ioſeph autem,ſicut Hierony.* dicit contra Eluidium, magis credendus eſt uirgo permanſiſſe:quia aliā uxorem habuiſſe non ſcribitur,& fornicatio in ſanctum uirum non cadit.

* circa fi. cōmen.ad 12.c.Mat. tom.9.
* hī c.1. Mat.ſuper illud,Cum eſſet deſpōſata to. 9. Et ēt cōtra Eluidium ante fi.lib. tom.3.

Ad VI dicendum,quod Maria, quę dicitur Iacobi,& Ioſeph mater,nō intelligiť eſſe mater Do-

mini, quæ in Euangelio non conſueuit nominari F
niſi cum cognominatione huius dignitatis, quòd
ſit mater Ieſu. Hæc autem Maria eſſe intelligitur
vxor Alphæi, cuius filius eſt Iacobus minor, qui di
ctus eſt frater domini.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum mater Dei uirginitatem uouerit.

Ad quartum ſic procedi tur. Videtur, quòd mater Dei uirginitatem non uouerit. G Dicitur enim deutero. 7. Non erit apud te ſterilis utriuſque ſexus Sterilitas autem ſequit̃ uirginitatem. ergo ſeruatio uirginitatis erat contra præceptum ueteris legis: ſed adhuc lex uet[a] habebat ſtatum antequã Chriſtus naſceretur. ergo non potuit licite beata[b] virgo uouere virginitatem pro tẽpore illo.

¶ 2 Præter. Apoſtolus. 1. ad Cor. 7. dicit, De uirginibus autem præceptum domini nõ habeo, conſilium aũt do: ſed pfectio conſilii a Chriſto debuit inchoari, q eſt finis legis ut Apoſtolus dicit Rom. 10. Non ergo cõueniens fuit, q beata Virgo uotum uirginitatis emitteret. H

¶ 3 Præt. Apoſtolus dicit. 1. ad Timoth. 5. quòd uouentibus caſtitatem, non ſolum nubere, ſed etiam uelle nubere, damnabile eſt: ſed mater Chriſti nullũ I peccatum damnabile commi ſit vt ſupra habitum eſt.[c] Cũ ergo deſponſata fuerit (ut habetur Luc. 1.) uidetur q ipſa uirginitatis votum non emiſerit.

Sed contra eſt, quòd Auguſtinus dicit[d] in libro de ſancta Virginitate: Annuntianti angelo Maria reſpondit, Quomodo fiet iſtud, quoniam virũ non cognoſco, quod profecto non diceret, niſi prius ſe uirginem deo uouiſſet.

Respondeo dicendum, q ſicut in ſecunda parte habitum eſt,[e] perfectionis opera magis ſunt laudabilia, ſi ex uoto celebrentur. K uirginitas autem in matre dei præcipue debuit pollere, ut ex ſupra[f] [m] dictis rationibus patet, & ideo conueniẽs fuit, ut uirginitas eius ex uoto eſſet deo conſecrata.[g] Verũ, q[d] tẽpore legis oportebat generationi inſiſtere tam mulieres q̃ viros, q a ſm carnis originem, cultus dei propagabatur antequã ex illo populo Chrs naſceretur p mater dei non creditur antequam deſponſaret̃ Ioſeph, abſolute uirginitatẽ uouiſſe: ſed licet eã in deſiderio habuerit, ſuper hoc tñ uolũtatẽ ſuam diuino cõmiſit arbitrio[h] Poſtmodũ uero[i] accepto ſpõſo, ſm q mores illius temporis exigebant, ſimul cum eo uotum uirginitatis emiſit.

Ad primum ergo dicẽdum, q q a uidebatur eſſe lege phibitũ, nõ dare operã ad relinquendũ ſemẽ ſup terrã, ideo non ſimpliciter uirginitatẽ uouit dei genitrix: ſed ſub cõditione, ſi deo placeret. Poſt quam aũt ei innotuit hoc eſſe Deo acceptũ, abſolute uouit antequam ab Angelo annuntiaretur.

Ad II dicendũ, q ſicut gratiæ plenitudo perfecte quidem fuit i Chriſto, & tñ aliqua eius inchoatio præceſſit in matre, ita ẽt obſeruatio cõſiliorũ, quæ p gratiã Dei, fit, pfecte q dẽ icœpit in Chro, ſed aliquo mõ fuit inchoata in uirgine matre eius

Ad III dicẽdum, q uerbũ illud Apoſtoli eſt intelligẽdũ de illis, q̃ abſolute caſtitatẽ uouent qd̃ quidem mater dei non fecit antequam Ioſeph deſponſaret̃ ſed poſt deſponſationẽ ex cõi uoluntate ſimul cũ ſponſo ſuo uotum uirginitatis emiſit.

QVAESTIO XXIX.

De matris dei deſponſatione, in duos articulos diuiſa.

Deinde conſiderandum eſt, de deſponſatione matris dei.

Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primo, utrũ Chriſtus debuerit de deſponſata naſci.

¶ Secundo, Vtrum fuerit uerum matrimoniũ inter Mariã matrem Domini, & Ioſeph.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Chriſtus na ci debuerit de Virgine deſponſata.

Ad primum ſic proceditur. uidet̃ quòd Chriſtus non debuerit de virgine deſponſata naſci. Deſponſatio. n. ad carnalẽ copulam ordina-

---

SV. QVÆ. XXVIII. ART. IIII.

pri. a. 161 4. d. 30. q. 2. a. 1 q. 1. & 3. Et Matt. 1.

Ca. 4. d. 30. q. 1. Con. 3 Medina. ar. 4.

Titulus clarus eſt Et caſio dubii eſt: quia nihil legitur de uoto beatæ Virginis, & ipſa eius deſponſatio contrariari uidetur uoto uirginitatis.

¶ In corpore duo ſunt. primo, tractatur de ipſius voto, ſecundo, de tempore uoti. Quo ad primũ unica eſt concluſio: Conueniens fuit beatæ Virginis uirginitatem eſſe deo conſecratam voto, probatur: quia laudabilior eſt uirginitas uoto dicata, ſicut reliqua perfectionis opera. Quo ad ſecundum, diſtinguuntur duo tẽpora ante annuntiationem, primum ante deſponſationem: ſecundum inter deſponſationem, & annuntiationem, & ſecundum ſingula tempora ſigillatim reſpõdetur. Iuxta primum concluſio eſt: Beata uirgo ante deſponſationem non ſimpliciter, ſed ſub conditione uirginitatem

q. 27. a. 4 uouit. Probatur: quia tunc uirginitas erat prohibita à lege, & deſiderata à perſona beatæ uirginis: & q a prohibita non ſimpliciter uouit, quia deſiderata uouit ſub conditione ſi deo placeret, ut in reſponſione ad primum explicatur.

¶ Iuxta ſecundam concluſio eſt. Beata uirgo uotum uirginitatis cum uiro ſuo ſimul emiſit ſimpliciter.

2. 2. q. 88. a. 6. ¶ Vbi ſcito quòd concluſio non aliter in litera probatur: ſed ex iam dictis conſequẽs relinquitur: ex eo enim quod ante de-

art. 1. huius quæſt. concl. ... D. 2170. concl. p ſponſationem non uouit ſimpliciter, q a prohibitum erat, & uirginitatem quandoque uouit ſimpliciter, quia laudabilior uirginitas eſt matri dei tribuenda, & ante annuntiationẽ uouit ſimpliciter: q a aliter non dixiſſet, Quõ fiet iſtud, quoniam uirum non cognoſco? nec actu, nec potentia, propter uotum, ut Aug. hinc accipit, & coniugata nõ poteſt uouere uirginitatem ſine conſenſu uiri ſui, niſi poſt Chriſtum diſſol

concl. p. Concl. ſ. uendo matrimoniũ non conſumatum, p religionis profeſſionem, quod tunc locũ non habuit, ſequitur q beata Virgo ante annuntiationem, & cognouit deo placere, quòd uirginitatẽ nouerit ſimpliciter, & de conſenſu Ioſeph uirginitatem uouerit. Valde autẽ rationi conſentaneũ eſt, ut ſanctus ſponſus concedens ſponſæ, q manente coniugio, uirginitatem uoueret, ipſe quoque uirginitatem ſimul uoueat: penſata præſertim diuina prouidentia, quæ hoc inſpirare ipſi Ioſeph quaſi debebat, ut Virgo uirginum, uirginem quoq; comitem, ſeruatoremque ſui haberet alioquin non fuiſſet plena gratia: cui hæc gratia in ſuo coniuge defuiſſet, quam ipſa maxime ſecundum rectam rationem deſiderare debebat. Et propterea in litera dicitur, quòd cum Ioſeph ante annuntiationẽ uirginitatem ſimpliciter uoluit.

SVP. QV. XXIX. ART. III.

Medina. ar. 1.

In corpore unica eſt concluſio, ex tribus capitibus comprobata. Concluſio eſt: Conueniens fuit Chriſtũ de deſponſata Virgine naſci. Probatur primo ex parte Chriſti quadrupliciter: ſecundo, ex parte beatæ Virginis tripliciter tertio ex parte noſtri, quintupliciter. Omnia clara ſũt in litera. Parr. a. 163 4. d. 30. q. 2. artic. 1. q. 2. & 3. Et Matt. 1.

¶ In reſponſione ad primum perſpice in litera ambo capita, q uidentur poſſe obſtare uirginitati mentali, ſcilicet conſenſum in copulam

tur: ſed mater Domini nũquã uoluit carnali copula viri vti; quia hoc derogaret virginitati mentis ipſius ergo non debuit eſſe deſponſata.

¶2 Præt. Quòd Chriſtus ex virgine naſcereť, miraculũ fuit. vñ Aug.* dicit in Epiſt. ad Voluſianũ: ipſa Dei uirtus per inuiolata matris uirginea uiſcera, mẽbra infantis eduxit, quæ poſtea per clauſa oſtia. mẽbra iuuenis introduxit; hic ſi rõ quærit, nõ erit mirabile, ſi exẽplũ poſcit, non erit ſingulare, ſed miracula ſiũt ad cõfirmationẽ fidei, vñ dẽnt eſſe manifeſta. Cum igitur per deſponſationem hoc miraculum fuerit obumbratum, vr non fuiſſe conueniens, ꝙ Chriſtus de deſponſata naſceretur.

¶3 Præ. Ignatius martyr, vt Hiero.* dicit ſuper Matth. hãc cauſam aſſignauit deſponſationis matris Dei, ut partus eius à diabolo celareť, dũ eũ putat nõ de Virgine, ſed de uxore gñatũ, q̃ quidẽ cã nulla eſſe vr: tũ, qa diabolus ea, q̃ corporaliter ſiũt, pſpicacitate ſui ſenſus cognoſcit, tũ ẽt, quia poſtmodũ ꝑ multa euidentia ſigna dæmones aliqualiter Chriſtum cognouerunt, vñ dr Mar. 1. ꝙ hõ in ſpũ immũdo exclamauit dicẽs, Quid nobis, & tibi Ieſu Nazarene? uoniſti ante tempus perdere nos, ſcio ꝙ ſis ſanctus Dei. non ergo uidetur conueniens fuiſſe, quòd mater dei eſſet deſponſata.

¶4 Præt. Aliã rõnẽ aſſignat Hiero.* ne lapidareť mater Dei à iudæis, ſicut adultera. Hæc aũt rõ nulla eſſe vr, ſi.n. non eſſet deſponſata, nõ poſſet de adulterio condemnari, & ita nõ uidetur rationabile fuiſſe, ꝙ Chriſtus de deſponſata uirgine naſcereť.

Sed contra eſt, ꝙ dr Mat. 1. Cũ eẽt deſpõſata mr ei' Maria Ioſeph, & Luc. 1. Miſſ' ẽ Gabriel angelus ad Mariã virginẽ deſpõſatã viro, cui nomẽ erat Ioſeph

concl.

Reſp. Dicendum, ꝙ cõueniens fuit Chriſtum de deſponſata Virgine naſci, tum propter ipſum, tum propter matrem, tũ etiam propter nos. Propter ipſum quidem Chriſtum, quadruplici rõne. Primo quidẽ, ne ab A infidelibus tãquã illegitime natus abiicereť. Vnde Amb.* dicit ſuper Luc. Quid iudæis, quid Herodi poſſet aſcribi, ſi natũ uiderentur ex adulterio perſecuti? Secundo, ut conſueto modo, eius genalogia per uirũ deſcriberetur. unde dicit Ambr.† ſuper Luc. Qui in ſeculũ uenit, ſæculi debuit more deſcribi. viri aũt perſona quæritur, qui in ſenatu, & reliquis curiis ciuitatũ B generis aſſerit dignitatẽ. Cõſuetudo etiam nos inſtituit Scripturarũ, quę ſemper uiri originẽ quærit: Tertio ad tutelã pueri nati, ne diabolus contra eum uehementius nocumenta procuraſſet. Et ideo Ignatius dicit* ipſam fuiſſe deſponſatã, ut partus eius diabolo cęletur. Quarto, ut à Ioſeph nutriretur: vnde & pater eius dictus eſt, quaſi notritius. Fuit etiã conueniens ex parte uirginis. Primo quidẽ, C quia per hoc redditur immunis a pœna, ne, ſcilicet lapidaretur à iudæis tamq̃ adultera, ut Hierony.† dicit. Secundo, ut per hoc ab infamia liberaretur. unde dicit Ambro.* ſuper Luc. ꝙ deſponſata eſt, ne temeratæ uirginitatis adureretur infamia, cui grauis aluus corruptelę uideretur inſigne pferre. Tertio, ut ei à Ioſeph miniſteriũ exhibereť, vt Hieron.† dicit. Ex parte ẽt noſtra hoc fuit cõueniens, Primo D quidẽ, qa teſtimonio Ioſeph cõprobatum eſt Chrm ex virgine natum. unde Ambro.* dicit ſuper Luc. Locupletior teſtis pudoris maritus adhibetur, qui poſſet, & dolere iniuriã, & uindicare opprobrium, ſi non agnoſceret ſacramentum. Secundo, quia ipſa uerba Virginis matris magis credibilia reddũtur, ſuã uirginitatẽ aſſerẽtis vñ Ambr. E † dicit ſuper Luc. Fides Mariæ uerbis magis aſſiſciť, & mẽdacii cã remoueť. uideretur.n. culpã obũbrare uoluiſſe mẽdacio inupta pgnãs cãm aũt mẽtiẽdi deſpõſata nõ habuit, cũ cõiugiis pmiũ, & gratia nuptiarũ partus ſit fœminarũ, q̃ qdẽ duo ptinẽt ad dignitatẽ fidei noſtræ. Tertio, ut tolleretur excuſatio uirginibus, quę propter ſuam incautelam non uitant infamiam. unde Ambro.* dicit, Non decuit uirginibus ſiniſtra opinione uiuentibus, uelamen excuſationis relinqui quòd infamata mater quoq; domini uideretur.

* Epi. 3. ante med. illius to. 2.

* c. 1. ſ Matth. ſup illud, Cũ eſſet deſpõſata. to. 9.

* Sup illud Mat. 1 Cũ eſſet deſpõſata. to. 9.

* lib. 3. in Luc. ſ. ſiet prin & mediũ tom. 5

† lib. 3. in Luc. nõ ꝓcul a princ. illius. to. 5.

* ut refert Hiet. 1. ca. Matt. to. 9.

† ſup illud Mat. 1. Cũ eſſet deſpõſata, to. 9.

* lib. 2. in Luc. nõ ꝓcul a prin. lib. to. 5.

† loco antea dicto, & cõtra Eluidiũ lib. de ꝑpetua uirginitate Mariæ. to. 5.

* li. 2. ſ Luc. c. 1. an medium, t. 5.

† lib. 2. in Luc. c. 1. ante mediũ. to. 5.

* lib. 2. in Luc. nõ ꝓcul a prin. to. 5.

RESP. Dicendũ q Chrs ſpecialiter duorum antiquorum patrum filius dr eſſe. Abrahæ ſ. & Dauid, vt patet Mat. 1. Cuius eſt multiplex ratio. Prima quidem, quia ad hos ſpecialiter de Chriſto promiſſio facta eſt dictum eſt enim Abrahæ Gen. 22. Benedicent in ſemine tuo oẽs gentes terræ: quod Apoſt. de Chriſto exponit, dicẽs Gal. 3. Abrahæ dictæ ſunt pmiſſiones, & ſemini eius. nõ dicit, & ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in uno, & ſemini tuo. q eſt Chriſtus. Ad Dauid aũt dictũ eſt, De fructu uentris tui ponã ſuper ſedẽ tuã. Vñ, & populus Iudęorũ, ut regẽ honorifice ſuſcipiẽtes, dicebat Matt. 21. Oſanna filio Dauid. Secunda rõ eſt, q Chriſtus futurus erat rex, propheta, & ſacerdos: Abrahã aũt ſacerdos fuit, ut patet ex hoc, q Dñs dixit ad eum Geneſ. 15. ſume tibi vaccam (concl. m) (concl. pars) (D. 1068.)

trien-

triennem &c. Fuit ēt propheta, ſm illud quod dr̄ Gen. 2?. Propheta eſt, & orabit pro te. Dauid aūt rex fuit, & propheta. Tertia rō eſt: quia in Abrahā primo incœpit circuncīſio: in Dauid aūt maxime manifeſtata eſt dei electio, ſm illud, qd̄ dr̄ 1. Reg. 13. Quæſiuit Dn̄s ſibi virū iuxta cor ſuū: & iō vtriuſque filius Chr̄s ſpecialiſſime dr̄, vt oſīdatur eſſe in ſalutem, & circuncīſioni, & electioni gentiliū.

AD PRIMVM ergo dcd̄m, q͛ hæc obiectio fuit Fauſti Manichæi, uolētis ꝓbare Chr̄m nō eſſe filiū Dauid, q̄a nō eſt cōceptus ex Ioſeph, vſq; ad quem
Lib. 13. c. 8 poſt med. tom. 6. ſeriē gn̄ationis Matt. ꝓducit. Cōtra quē Aug.* rn̄det 23. lib. contra Fauſt. q͛ cū idē Euang. dicat, & virum Mariæ eſſe Ioſeph, & Chr̄i mattem virginē eſſe, & Chriſtum eſſe ex ſemine Dauid, qd̄ reſtat niſi credere Mariā non fuiſſe extraneā a cognatione Dauid, & eā, Ioſeph cōiugē non fruſtra appellatā, ꝑp aiorū cōfœderationē, quis ei non fuerit carne cōmiſtus, & q͛ potius ꝑp dignitatē uirilem ordo gn̄ationum uſq; ad Ioſeph perducit? Sic ergo nos credimus ēt Mariam fuiſſe de cognatione Dauid: q̄a ſcripturis credimus, q̄ vtrunque dicūt, & Chr̄m ex ſemine Dauid ſm carnem, & eius matrē Mariā, non cum uiro concumbendo, ſed Virginem. Vt
Mat. 1. ſup illud, Chri generati. ſic erat, to. 9. enim dicit Hier.* ſuper Mat. Ex una tribu fuit Ioſeph, & Maria, & ſecundum legem eam accipere cogebat̄ ut propinquā, ꝑp quod, & ſimul cenſent̄ in Bethleem, quaſi de una ſtirpe generati.

AD II dcd̄m, q͛ huic obiectioni Greg. Nazan. rn̄det dicens, q͛ hoc nutu ſuperno contigit, ut regiū genus ſacerdotali ſtirpi iungeret̄, ut Chriſtus, qui
D. 1094. Rex eſt, & ſacerdos, ab ᵈ utriſque naſceret̄ ſm carnē. Vnde, & Aaron, qui fuit primus ſacerdos ſm legē, duxit ex tribu Iuda coniugē Eliſabeth filiam Aminadab. Sic ergo potuit fieri, ut pr̄ Eliſabeth aliquā uxorem habuerit de ſtirpe Dauid, rōe cui⁹ beata virgo Maria, q̄ fuit de ſtirpe Dauid, eſſet Eliſabeth cognata. Vel potius econuerſo, q͛ pater beatæ
Lib. 23. c. 9 a medio ad fi. to 6. Mariæ de ſtirpe Dauid exiſtens, uxorem habuerit de ſtirpe Aaron. Vel ſicut Aug.* dicit 23. contra Fauſt. Si Ioachim pr̄ Mariæ de ſtirpe Aaron fuit (ut Fauſt⁹ hr̄tic⁹ ꝑ quaſdā ſcripturas apocryphas aſſerebat) credēdū eſt, q͛ mr̄ Ioachim fuerit de ſtirpe Dauid, uel ēt uxor eius, ita ut per aliquem modum Mariam dicamus fuiſſe de ſtirpe Dauid.

Ad III dcd̄m, q͛ per illam auctoritatē prophe-
Lib. 3. in Luc. circa fi. ante fin. libri to. 5. ticā, ſicut Ambr. dicit ſup Lucā,* nō negat ex ſemine Iechoniæ poſteros naſcituros: & iō de ſemine ei⁹ Chr̄s eſt. Et q͛ regnauit Chr̄s, nō cōtra ꝓphetiā eſt: non enim ſæculari honore regnauit Ipſe enim dixit, Regnum meum non eſt de hoc mundo.

Per. a. 170 Mat. 1. In. 3. 2. 3 & 4.

SVP. QV. XXXI. ART. III.

Medina a. 1.

Titulus clarus eſt. ꝗ in corpore una cōcluſio: Genealogia Chr̄i eſt conuenienti ordine ab euāgeliſtis ſcripta. Probatur ex cōſimilis, Quæ diuinitꝰ ſūt, ordinatiſſime ſūt. Euangeliū eſt diuinitus factum. ergo.

ARTICVLVS. III.

Vtrū conuenienter genealogia Chriſti ab Euangeliſtis texatur.

AD TERTIVM ſic ꝓcedit̄. Vr̄ q͛ genealogia Chr̄i inconueniēter ab euāgeliſtis texatur. Dr̄. n. Iſa. 53. de Chr̄o, ᵇ Gn̄ationem eius quis enarrabit. ergo non fuit generatio Chriſti enarranda.

A ¶ 2 Præt. Impoſſibile eſt unū hominē ʰ duos patres habere: ſed Mat. dicit, q͛ Iacob genuit Ioſeph uirū Mariæ. Luc. aūt dicit Ioſeph fuiſſe filiū Heli. ergo cōtraria ſibi inuicem ſcribunt.

¶ 3 Præt. Vr̄ in quibuſdam a ſe inuicē diuerſificari. Matthæus .n. in principio lib. incipiens ab Abrahā, deſcendendo uſq; ad Ioſeph, quadragita duas gn̄ationes enumerat. Lucas āt poſt ba-
B ptiſmū Chriſti, gn̄ationē Chriſti ponit, incipiens a Chriſto, et ꝑducens gn̄ationum numerū uſque ad deum, ponens gn̄ationes ſeptuaginta ſeptē utroque extremo computato. ʰ Vr̄ igit̄ quòd inconuenienter generationem Chriſti deſcribant.

¶ 4 Præt. Quarti Reg. 8. legit̄, q͛ Iorā genuit Ochoziā, *cui ſucceſſit Ioas filius eius: huic autē ſucceſſit filius eius Amaſias, poſtea regnauit fili⁹ ei⁹ Azarias, q̄
C appellatur Ozias, cui ſucceſſit Ioathā fili⁹ ei⁹. Matthæ⁹ āt dicit, q͛ Iorā genuit Oziam. ergo ur̄ inconuenienter gn̄ationem Chriſti deſcribere, tres reges in medio ʰ prætermittēs.

¶ 5 Præt. Oēs, q̄ in Chr̄i gn̄atione deſcribuntur, patres habuerūt, & matres, & plurimi ēt ex eis fratres habuerūt. Matt. āt in gn̄atione Chr̄i tres tm̄ enumerat mr̄es, ſ. Thamar, Ruth, & uxorē Vriæ: fres āt noiat Iudæ, & Iechoniæ, & iterū Phares, & Zarā, quorū nihil poſuit Lucas. ergo ur̄ euāgeliſtę, inconuenienter genealogiam Chriſti deſcripſiſſe.

SED CONTRA eſt, auctoritas ſcripturæ.

RESPON. Dcd̄m, q͛ ſicut dr̄ 2. ad Tim. 3. Oīs ſcri-
D ptura ſacra eſt diuinitus inſpirata: q̄ aūt diuinitus fiunt, ordinatiſſime fiunt, ſm illud Rom. 13 Quæ a deo ſunt, ordinata ſunt. Vnde ᵐ conuenienti ordine genealogia Chriſti eſt ab euangeliſtis ſcripta ⁿ. concl. 2m

AD PRIMVM ergo dicendū, q͛ ſicut Hier.* dicit In cap. 1. Mat. 1 pel. tom. 9.
ſup Matt. Iſaias loqt̄ de gn̄atione diuinitatis Chr̄i: Matt. aūt enarrat gn̄ationē Chr̄i ſm humanitatem non quidē explicans modum incarnationis, quia hoc ēt eſt ineffabile: ſed enumerans patres, ex quibus Chriſtus ſecundum carnem proceſſit.

Ad II dcd̄m, q͛ ad hāc obiectionē, quam mouit
E Iulianus apoſtata, diuerſimode ab aliqb: rn̄detur. Quidā eñi, ut Greg. Nazan. dicit, dicūt eoſdē eſſe, quos uterq; euāgeliſta enumerat: ſed ſub diuerſis noibus, quaſi binomios. ſed hoc ſtare nō pōt: q̄a Matt. ponit unū filiorū Dauid, ſ. Salomonē, Lucas aūt ponit aliū, ſ. Nathan, quos ſm hiſtoriam libri regū conſtat fratres fuiſſe. Vn̄ alii dixerunt, quod Matthæus uerā genealogiam Chr̄i tradidit: Lucas aūt putat uam, unde incepit, ut putabat̄ ſilius Ioſe, h. Erant. n. aliq ex iudæis, q̄ ꝑp peccata regum Iuda, credebant Chr̄m ex Dauid non per reges, ſed per aliā eius ſtirpē hoium priuatorū, eē naſciturū.

Malor ad Ro. 13. Minor 2. ad Tim. 3.
¶ In rn̄ſione ad ſm̄, vi de Auctoris conatum tendere ad duo, & q͛ Ioſeph per Salomonē deſcendit à Dauid, & q͛ beata Virgo ſimiliter per Salomonem deſcendit a Dauid. Et rōe primi refutat expoſitionē dicētem binomios: qm̄ cōſtat Nathan, non illū prophetā, ſed alium, per quem Lucas Heli patrem Ioſeph reducit in Dauid, fratrē fuiſſe Salomonis, ꝑ quē Matthæus Iacob patrem Ioſeph reducit i Dauid. Rōe uero ſcdi ad occultam aliquam originem, uel ipſius Melchi, uel alicuius mulieris, ex qua carnaliter genita eſt beata Virgo, recurrit, ut beata Virgo inueniat̄ carnaliter genita ex aliquo deſcendēte ex Iechonia, ut ſic, & Damaſcenus, & Ambroſius ſaluentur.

4. Reg. c. 11 ibi. ſup. c. 12. & ibi ſu. c. 14. ibi ſup c. 15.

Alii uero dixerunt, ꝙ Matthæus poſuit p̄res carnales: Lucas uero poſuit p̄rs ſpūales, ſ. iuſtos uiros, q dn̄t p̄res ꝑꝑ ſimilitudinē honeſtatis. In li. uero de Q̃ônibus veteris, & noui teſti * r̄ndet, ꝙ non eſt intelligendum, ꝙ Ioſeph a Luca dicatur eſſe filius Heli, ſed ꝙ Heli, & Ioſeph fuerunt patres Chriſti, diuerſimode a Dauid deſcendentes. Vñ de Chriſto dr̄, ꝙ putabat̄ filius Ioſeph, & ꝙ ipſe ēt, Chr̄s fuit Heli filius, quaſi diceret ꝙ Chriſtus ea rōe, qua dicitur filius Ioſeph, p̄ot dici filius Heli, & oium corū qui ex ſtirpe Dauid deſcenderunt, ſicut Apoſt. dicit Rom. 9. Ex quibus, ſ. Iudæis, Chriſtus eſt ſ̄m carnem. Aug.* vero in lib de Quæſt. Euang. tripliciter ſoluit dicens, Tres cauſæ occurrūt, quarum aliquam Euangeliſta ſecutus eſt. Aut.n. vnus Euangeliſta patrem Ioſeph, a quo genitus eſt, noīauit, alter vero, vel auum maternum, vel aliquē de cognatis maiorib. poſuit, aut vnus erat Ioſeph nālis pr̄, & alter eum adoptauerat, aut more iudæorum, cū ſine filiis vnus deceſſiſſet, eius vxorem propinquꝰ accipiēs, filium, quem genuit, propinquo mortuo deputauit: qđ ēt quoddam genus adoptionis legalis eſt, vt ipſe Aug.* dicit in 2. de cōſenſu euāg. Et hæc ultima cauſa eſt verior, quam, & Hier. ſup Mat. ponit, & Euſeb. † Cæſarienſis in eccleſiaſtica hiſtoria ab Aphricano Hiſtoriographo traditā aſſerit, Dicūt.n. ꝙ Nathan de Melchi diuerſis temporibus de una, eademq; uxore Ieſca* noīe ſingulos filios procreauerunt: quia Nathan, qui per Salomonē deſcēdit, uxorē eā primum ceperat, & relicto filio uno Iacob noīe, defunctus eſt, poſt cuius obitū (qm̄ lex uiduam alii uiro nō uetat nubere) Melchi q ꝑ Nathan genus ducit cū eſſet ex eadem tribu, ſed nō ex eodē gn̄re, relictā Nathan accepit vxorē, ex qua ēt ipſe ſuſcepit filiū noīe Heli. Et ſic ex diuerſo patrū gn̄re efficiunt̄ Iacob, & Heli uterini fratres, quorū alter, i. Iacob fratris ſui Heli ſine liberis defuncti, ex mandato legis accipiēs vxorē, genuit Ioſeph, natura quidem gn̄ris* ſuum filiū ſ̄m uero legis pręceptum Heli efficitur filius: & iō Matthæus dicit, Iacob genuit Ioſeph: ſed Lucas, quia legalem generationem deſcribit, nullū noīat aliquē genuiſſe. Et q̃uis Dam.* dicat, ꝙ beata uirgo Maria Ioſeph attinebat ſ̄m illam originē, qua pater eius dr̄ Heli, quia dicit eam ex Melchi deſcendiſſe tñ credendum eſt, ꝙ ēt ex Salomone originē duxerit, ſ̄m aliquem modum per illos patres, quos enumerat Matthæus, qui carnalem Chriſti generationem dicitur enarrare, præſertim cum Ambr.* dicat Chriſtum de ſemine Iechoniæ deſcendiſſe.

In li. q. ex nouo teſt. q incipit: De* certe ꝑfectus eſt q. 56. Et in alio li. qui incip. Cur facta & dicta q. 6. to. mo. 4.

Li. 2. ca. 5. ante med. to. 4.

Li. 2. ca. 3. circa prin. to. 4

† Euſe. lib. 1. hiſt. eccl. c. 6. parum ante med. Idē habet ēt Amb. in Luc. li. 3. Iter prin. & med. to. 5.

* Alias Eſcha.

* Alias germinis.

L. 4. Orth. fidei c. 15. ante med.

Ad III dcđm, ꝙ ſicut dicit Aug. † in li. de cōſenſu euang. Mat. regiam in Chriſto inſtituerat inſinuare perſonam: Lucas autem ſacerdotalem. Vnde in generationibus Matthæi ſignificatur noſtrorum ſuſceptio peccatorum a dño Ieſu Chriſto, inquantū. ſ. per carnis originem ſimilitudinem carnis peccati aſſumpſit. In generationibus autem Lucæ ſignatur noſtrorū ablutio* peccatorū, quæ eſt ꝑ ſacrificium Chr̄i: & ideo generationes Matthæus deſcendens enumerat, Lucas autem aſcendens: inde ēt eſt, ꝙ Matthæus ab ipſo Dauid per Salomonē deſcendit, in cuius matre ille peccauit, Lucas uero ad ipſum Dauid ꝑ Nathan aſcendit, ꝑ cuius nominis ꝓphetā deus peccatū illius expiauit. Et inde eſt ēt, ꝙ quia Matthæus ad mortalitatē noſtram Chr̄m deſcēdētē uoluit ſignare, ipſas generationes ab Abrahā uſque ad Ioſeph; & uſque ad ipſius Chr̄i natiuitatē deſcēdēdo, cōmemorauit ab initio euāgelii ſui: Lucas aūt nō ab initio, ſed a baptiſmo, Chr̄i generationē narrat, nec deſcendēdo, ſed aſcēdēdo tamq̃ ſacerdotē in expiādis peccatis magis aſſignans, ubi teſtium Ioannes ꝑhibuit dicens Ecce q tollit peccatū mūdi. Aſcendēdo autē trāſit ab Abrahā, & ꝑuenit ad deum, cui mundati & expiati reconciliamur. Merito ēt adoptionis originē ipſe ſuſcepit: quia ꝑ adoptionē efficimur filii dei ꝑ carnalē uero generationem, filius dei filius hois factus eſt. Satis aūt demōſtrauit nō ſe iō dixiſſe Ioſeph filiū Heli, ꝙ de illo ſit genitus: ſed ꝙ ab illo fuerit adoptatus, cū & ipſum Adam filiū dei dixerit, cū ſit factus a deo. Numerus ēt quadragenarius ad tp̄s præſentis uitæ ꝑtinet, ꝓꝑ quatuor partes mundi, in quo mortalē uitam ducimus ſub Chr̄o regnante. Quadraginta aūt quater habēt decē, & ipſa decē ab uno uſq; ad quatuor ꝓgrediēte numero conſumant̄. Poſſet ēt denarius ad decalogū referri, & quaternarius ad præſentē vitam, uel ēt ad quatuor euangelia, ſ̄m q Chr̄s regnat in nobis. Et ideo Matt regiā ꝑſonā Chr̄i cōmēdās, quadraginta ꝑſonas poſuit, excepto ipſo. Sed hoc intelligendū eſt, ſi ſit idē Iechonias, q ponitur in fine ſcđi quaterdenarii, & in principio tertii ut Aug.* vult: qđ dicit factū eſſe ad ſignificandū, ꝙ in Iechonia facta eſt q̃dam deflexio ad extraneas gentes, qñ in Babyloniam transmigratū eſt, qđ præfigurabat Chr̄m a circuncisione ad præputiū migraturū. Hierony.* aūt dicit duos fuiſſe, Ioachim, id eſt, Iechoniā, patrem. ſ. & filiū, quorum vterq; in generatione Chr̄i aſſumit̄, ut conſtet diſtinctio generationū, quas Euangeliſta ꝑ tres quaterdenarios diſtinguit, ꝙ aſcendit ad quadraginta duas perſonas. Qui ēt numerus factę cōuenit eccleſiæ: hic.n. numerus cōſurgit ex ſenario, q ſignificat laborē præſentis uitæ. & ſeptenario; qui ſignificat quietē uitæ futuræ: ſexies.n. ſeptē ſunt quadraginta duo. Ipſe ēt quaterdenariꝰ, quia ex denario, & quaternario conſtituit̄ per aggregationem ad eandē ſignificationē pertinere, pōt q attributa eſt quadragenario, q conſurgit ex eiſdē numeris ſ̄m multiplicationē. Numerus aūt, quo Lucas utit̄ in generationibus Chriſti, ſignificat uniuerſitatē peccatorum. Denarius.n. tamq̃ iuſtitiæ numerus i decē p̄ceptis legis oſtendit̄: Peccatū aūt eſt legis tranſgreſſio. Denarii uero numeri tranſgreſſio eſt undenarius. Septena autem ſignificat vniuerſitatē: quia uniuerſum tp̄s ſeptenario dierum numero uoluit̄: ſepties aūt undecim ſunt ſeptuaginta ſeptem, & ita per hoc ſignificatur uniuerſitas peccatorum, quæ per Chriſtum tolluntur.

Li. 3. I Luc. declinādo ad fi. to. 5.

† lib. 2. c. 4. in princ. & poſt me. ſimul. to. 4.

* Alias ablutio.

* Alias ſacrificii.

Li. 2. de cōſenſu euāg. ca. 4. ante med. to. 4.

Mat. 1. ſuper illud. Et poſt tranſmigrationē Babylonis to. 9. Idem habet Ambr. in Luc. lib. 3. non multū procul. a fine. tom. 5.

Ad IIII dcđm, quod, ſicut Hieronym.* ſuper Matt. dicit, quia Ioram rex generi ſe miſcuerat impiiſſimæ Iezabelis, iccirco uſque ad tertiā generationem,

Mat. 1. ſuper illud Ioram genuit Oziam, to. 9

tionẽ, eius memoria tollit̃, ne i ſanctæ natiuitatis ordine poneret̃. Et ita ut Chry. †dicit quãta bñdictio facta ẽ ſup Ieſu, q uindictã fecerat ſup domũ Achab, & Iezabel, tãta eſt maledictio ſup domũ Ioram, pp filiã iniq̃ Achab & Iezabel, ut vſq; ad quartã gñationẽ p̃cidant̃ filii eius de numero regũ, ſicut ſcriptũ ẽ Exo 20. Reddã pctm̃ parentũ i filios uſq; ad tertiã, & quartã gñationẽ. Eſt ẽt attendendum, q̃, & alii reges fuerunt pctõres, qui i genealogia Chriſti ponuntur: ſed non fuit eorum continua impietas. Nam vt dr̃ in lib.* Queſtionũ ueteris, & noui Teſtamenti, Salomon merito patris ſui dimiſſus in regno eſt, Roboam merito Aſa filii ſui. horum aũt trium continuauit impietas.

Hom. 1. in opera imperfecto t. 2.

Aug. in li. q. ex nouo Teſt. qui incipit Deus certe to. 4.

A

B

Ad v dcd̃m, q̃ ſicut dicit Hie. †ſup Mat. In genealogia Saluatoris, nulla ſanctarũ mulierũ aſſumit̃, ſed eas, quas Scriptura rep̃hẽdit, ut q̃ pp peccatores uenerat, de pctorib. naſcẽs, oia pctã deleret. Vñ ponit̃ Thamar, q̃ rep̃hẽdit̃ de ſocerino cõcubitu, & Raab, q̃ fuit merettix, & Ruth, q̃ fuit alienigena, & Barſabee vxor Vriæ, q̃ fuit adultera: q̃ tñ p̃prio noie nõ ponit̃, ſed ex noie uiri deſignatur: tum pp pctm̃ ipſius, quæ fuit adulterii, & homicidii cõſcia: tũ ẽt ut noiato uiro, pctm̃ Dauid ad memoriã reuocet̃. & qa Lucas Chr̃m deſignare intendit, ut pctõrũ expiatorẽ, taliũ mulierũ mẽtionẽ non facit, Fratres ãt Iudę cõmemorat, ut oſtendens eos ad Dei populũ pertinere: cũ tamen Iſmael frater Iſaac, & Eſau frater Iacob a populo Dei fuerint ſeparati: propter q̃ in gñatione Chr̃i non commemorantur, & ẽt ut ſuper ſuperbiã de nobilitate excludat. Multi. n. fratrũ Iudæ ex ancillis nati fuerunt: ſed omnes ſimul erãt patriarchæ & tribuum principes. Phares ãt, & Zaram ſimul nominatũ (ut Amb.* dicit ſuper Lucam) quia per eos gemina deſcribitur uita populorum: una ſm legem, quę ſignificatur per Zaram: altera ſm fidẽ, quæ ſignificatur per Phares. Fratres autem Iechoniæ, ponit, quia omnes regnauerãt diuerſis tẽporibus, quod in aliis regibus non acciderat, uel qa eorum ſimilis fuit, & iniquitas, & miſeria.

Mat. 1. ſup illud, Iudas genuit Phares, t. 9

C

Li. 3. i Lu. aliquantulũ añ medium to. 3

D

SVPER QV. XXXI. ART. IIII.

Medina ar. 4.

Titulus clarus.

¶ In corpore unica cõcluſio: Cõuenientiſſimũ fuit, ut de femina carnẽ aſſumeret fili* Dei. Probatur tripliciter Omnia clara ſunt.

¶ In rñſiõe ad tertiũ uide. q̃ dupliciter excludit̃ imũditia, & ab humanitate, prima rñſione, & a uerbo D. iſcd̃a rñſione.

Porr. 0 171

3. di. 12. q. 3. a. 2. q. 1. & opu. 31. c. 228.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum decuerit Chriſtum naſci de femina.

AD QVARTVM ſic p̃cedit̃. Vr̃ q̃ materia corpis Chriſti ñ debuerit eſſe aſſumpta de femina. Sexus. n. maſculinus ẽ nobilior q̃ ſexus femineus: ſed maxime decuit ut Chr̃s aſſumeret id, q̃ ẽ pfectũ i humana natura. ergo vr̃ q̃ ñ debuerit d̃ femina carnẽ aſſumere, ſed magis de uiro: ſicut & Eua de coſta uiri formata eſt.

E

¶ 2 Præt. Q̃cũq; ex femina cõcipit̃, utero feminæ includit̃: ſed Deo, qui cœlũ, & terrã implet (ut dr̃ Hie. 23) ñ cõpetit q̃ paruo feminæ utero icludat̃. ergo vr̃ quòd non debuerit concipi de femina.

¶ 3 Præ. Illi, qui cõcipiuntur ex femina, quãdã imunditiã patiunt̃. vñ dr̃ Iob. 25. Nũqd iuſtificari poteſt homo comparatus Deo, aut appareret mundus natus de muliere? ſed Chriſto nulla immũditia eſſe debuit: ipſe enim eſt Dei ſapiẽtia, d̃ qua dr̃ Sapiẽtiæ 7. Nihil iqinatũ in illã incurrit. ergo non ur̃, q̃ debuerit carnem aſſumere de femina.

Sed contra eſt, quòd dicitur Gal. 4. Miſit Deus filium ſuum factum ex muliere.

Resp. Dcd̃m, q̃ licet filius Dei carnẽ humanam aſſumere potuerit, de quacũq; materia uoluiſſet: ᵐconuenientiſſimũ tñ fuit, ut de femina carnẽ acciperetⁿ. Primo quidẽ, qa p hoc tota humana natura nobilitata eſt. vñ Aug.* dicit i li. 83 Qõnum, Hois liberõ in vtroq; ſexu debuit apparere. Ergo qa uirũ oportebat ſuſcipere, q ſex̃ honorabilior eſt, cõueniẽs erat ut feminei ſexus liberõ hinc appareret, q̃ ille uir de femina natus eſt. Scd̃o, qa p hoc ueritas incatnationis aſtruit̃. Vnde Amb.* dicit in li. de incar. Multa in Chr̃o ſm nãm inuenies & ultra nãm: ſm conditionẽ etenim nãæ in utero feminei. ſ. corporis fuit, ſed ſupra cõditionẽ virgo concepit, virgo gñauit, ut crederes, quia Deus erat, qui innouabat nãm, & hõ erat, q ſm nãm naſcebat̃ ex hoie. Et Aug.* dicit in Epiſtola ad Voluſia. Si oipotens Deus hoiẽ ubicũq; formatũ, nõ ex materno utero crearet, ſed repentinũ inferret aſpectibus, nõne opinionẽ cõfirmaret erroris, nec hoiem uerum ſuſcepiſſe, vllo mõ crederet̃, & dũ omnia mirabiliter facit auferret q̃ miſericorditer fecit? Nunc uero ita inter Deũ, & hoiẽ mediator apparuit, ut in unitate pſonæ copulans vtrãque nãm & ſolita ſublimaret inſolitis, & inſolita ſolitis tẽperaret Tertio, qa per hunc modũ cõpletur omnis diuerſitas gñationis humanæ. Nã primus hõ p̃ductus eſt ex limo terrę ſine uiro, & femina: Eua uero producta eſt ex uiro ſine femina: alii uero homines naſcunt̃ ex uiro, & femina, unde hoc quartum, quaſi Chr̃o proprium relinquebat̃, ut produceretur ex femina ſine uiro.

Concl. m

Q. 11. in me. to. 4.

Ca. 6. circa me. to. 2.

Eſt epiſt. 3 ante med. to. 2.

Ad primvm ergo dcd̃m, q̃ qa ſexus maſculin* ẽ nobilior q̃ femineus, iõ humanã nãm in maſculino ſexu aſſumpſit: ne tñ ſexus femineus cõtẽneret̃, cõgruũ fuit, ut carnẽ aſſumeret d̃ femina. uñ Aug. dicit in li.* de Agone Chr̃iano: Nolite uoſip ſos cõtẽnere uiri, fili* Dei virũ ſuſcepit: nolite uoſ ipſas cõtẽnere feminæ, fili* Dei natus ex femina ẽ.

Ca. 11. circa me. t. 3.

Ad IIII dcd̃m, q̃ ſicut Augu.* dicit 23. li. cõtra Fauſtũ (q hac obiectione utebat̃) Nõ plane inqt, catholica fides, q̃ Chr̃m Dei filiũ, natũ ſm carnem credit ex virgine, ullo mõ eundẽ Dei filiũ ſic in vtero mulieris includit, quaſi extra nõ ſit, quaſi cœli, & terræ adminiſtrationẽ deſeruerit, quaſi a patre receſſerit, ſꝫ vos Manichęi cord̃ illo, quo nihil poteſtis niſi corpalia phãtaſmata cogitare, iſta oĩno nõ capitis. vt dicit i Epi.* ad Voluſi. Hoiũ iſte ſenſus ẽ, nihil niſi corpa valẽtiũ cogitare, quorũ nullũ p̃t eẽ ubiq, totũ: qñ p innumerabiles partes aliud alibi habeat neceſſe ẽ. Lõge alia eſt aiæ naturæ q̃ corpis, quanto magis Dei, qui creator ẽ aię, & corporis, & nouit ubiq; totus eſſe, & nul lo contineri loco: nouit uenire, non recedendo vbi erat: nouit abire, nõ deſerendo quo uenerat,

Li. 23. c. 10 añ me. t. 6.

Eſt. Epi. 3. aliquantulum a pri to. 2.

Ad III dicendū, q in conceptione uiri ex fœmina non eſt aliquid immundum, inquantū eſt opus Dei, vñ dicitur act. 10. Qđ Deus creauit, tu ne cõe dixeris. i. immundum. Eſt ibi tñ aliqua immunditia ex peccato proueniens, prout cum libidine qs concipitur ex cõmiſtione maris, & fœminæ, quod
Q. 29. ar. 2 tñ in Chriſto non fuit, ut ſupra oſtenſum eſt.*

Si tñ aliqua eſſet ibi immunditia. ex ea nõ inquinaret Dei uerbū, qđ nullo mõ eſt immutabile, uel
Ca. 6. circa mediū tomo 6. alterabile. Vñ Aug.* dicit i li. cõtra quinq; hęreſes, Dicit Deus creator hois, Quid eſt qđ te pmouet ĩ mea natiuitate? nõ ſum libidinis cõceptus cupiditate. ego matrē de qua naſcerer feci. Si ſolis radius cloacarū ſordes ſiccare nouit, eis inquinari nõ nouit, quãto magis ſplendor lucis æternæ, quocūq; radiauerit mundare põt, & ipſe pollui nõ poteſt.

ARTICVLVS V.

Vtrum corpus Chriſti de puriſſimis ſanguinibus Virginis formatum fuerit.

AD QVINTVM ſic pcedit. Vr̃ q caro Chr̃i nõ fuerit cõcepta ex puriſſimis ſanguinibus Virginis Dr̃. n. in collecta, q Deus uerbū ſuū de Virgine
H carnē[h] ſumere uoluit: ſed caro differt à ſanguine Virginis. ergo corpus Chriſti non eſt ſumptum de ſanguine Virginis.

¶ 2 Pręt. Sicut mulier formata ē miraculoſe de uiro, ſic[h] corpus Chr̃i miraculoſe formatū eſt đ Virgine: ſed mulier ñ dr̃ eē formata đ sãguine uiri, ſed magis de carne, & oſsib* ei*, ſm illud, qđ dr̃ Gen. 2. Hoc nũc os đ oſsibus meis, & caro đ carne mea. I
ergo vr̃ q nec ēt corpus Chriſti formari đbuerit đ sãguine Virginis, ſđ đ carnib. & oſsib. ei*.

¶ 3 Præt. Corp* Chr̃i fuit eiuſdē ſpēi cū corporib* aliorū hominū: ſed corpora aliorū hoium, nõ[h] formant̃ ex puriſsimo ſanguine, ſđ ex ſemine, & sãguine mēſtruo. ergo vr̃, q nec ēt corpus Chr̃i fuerit cõceptū ex puriſsimis ſanguinibus Virginis.

SED CONTRA eſt, qđ Dama.* dicit ĩ 3. li. q fili* Dei ꝯſtruxit ſibiipſi ex caſtiſsimis, & puriſsimis ſanguinibus Virginis carnē animatam anima rationali.

RESP. Dcđm, q ſicut ſ. dictū eſt*, in cõceptiõe Chr̃i fuit ſm conditionē nãæ; q eſt natus ex fœmina, ſed ſupra cõditionē naturæ; q e'l nat* ex Virgine. Hēt aũt hoc naturalis cõditio, q in gñatione aialis fęmina materiā miniſtret, ex parte autem ma-
F ris ſit principiū actiuū in gñatione, ſicut probat Philo. in li.* de Gñatione aialium. Fęmina ãt, quę ex mare concipit, nõ eſt virgo. & ideo ad ſupernaturalem modum generationis Chriſti pertinet, q actiuū principiū in generatione illa fuerit uirtus ſupernaturalis diuina: ſed ad nãlem modū generatiõis eius ptinet, q eius materia, de qua corpus eius conceptū eſt,
G ſit cõformis materiæ, quã aliæ feminæ ſubminiſtrãt ad conceptionē prolis. Hæc ãt materia ſm Phil.* in li. de generatione aĩaliū, eſt[d] ſanguis mulieris, nõ quicumq;, ſed pductus ad quãdã ampliorem digeſtionē p virtutem generatiuã matris, ut ſit materia apta, ad conceptum & ideo ex tali materia fuit corpus Chriſti conceptum.*

AD PRIMVM ergo dcđm, q
H cũ beata uirgo fuerit eiuſdem naturæ cũ aliis feminis, conſequens ē q habuerit carnē, et oſſa eiuſdē naturæ. Carnes aũt, & oſſa in aliis feminis sũt actuales corpis partes, ex qb conſtituit̃ integritas corporis, & iõ ſubtrahi nõ pñt ſine corruptione corporis, uel diminutione. Chr̃s ãt, qui uenerat corrupta reparare, nullã corruptionem, aut diminutionē itegritati ma-
I tris eius iferre debuit, ut ſ. dictū ē*: & iõ nõ debuit corpus Chr̃i formari de carne, uel oſſibus Virginis, ſed de sãguine, q nõdū eſt actu pars, ſed eſt potētia totū, ut dr̃ in li. de gene. aĩalium. & iõ dr̃ carnē de Virgine ſumpſiſſe, non q materia corporis eius fuerit actu caro, ſed ſanguis qui eſt potentia caro.

AD II dcđm, q ſicut i 1. par
K te dictū eſt, Adã, q aĩſtitutus erat, ut pricipiū quoddã humanæ naturæ, habebat in ſuo corpore aliquid carnis et oſſis, q nõ pertinebat ad integritatem perſonalē ipſius, ſed ſolū iquãtū erat naturæ humanę principiū, & de tali formata eſt mulier abſq; uiri detrimento, ſed nihil tale fuit in corpore Virginis, ex quo corpus Chriſti poſſet formari ſine corruptione materni corporis.

AD III dcđm, q ſemē femi-

SVP. QV. XXXI. ART. V.

Porret. 0 172 3. diſ. 3. q. 2. ar. 5. Medina. ar. 1.

TItul* duo ponit, ly ex ſanguine, & ly puriſſimo. Et ſãguis quidem ponitur ad differentiam carnis, oſsis, neruí, & huiuſmodi partium: puritas autē apponit ad excludendam admiſsionem ſeminū, quæ uidetur in aliorū hominum formatione concurrere.

¶ In corpore articuli vnica eſt concluſio: Corpus Chriſti fuit conceptum ex puriſſimo ſanguine B. Virginis, ad ampliorem digeſtionem perducto per uirtutem eius generatiuã. Probatur: Generatio Chriſti habuit naturalem modū generationis quo ad hoc, q ex fœmina eſt, & ſupernaturalē quo ad hoc, q eſt ex Virgine. ergo habet materiam ex matre ſimilem aliis, principium uero actiuū diuerſum. ergo hēt pro materia ſanguinem matris non quemcũque, ſed perductū naturali matris uirtute ad hoc, q materia ſit apta conceptui. Antecedens patet ex auctoritate Amb. in præcedēti articulo. Prima conſequentia proba-
Li. 4. orth. fi'e ca. 2. in medio. tur: quia ad naturalē modum generatiõis ſpectat conformitas materiæ, ſicut conformitas matris: quia na-
Art. pręce. turaliter mater materiam miniſtrat, ad ſupernaturalē uero modum ſpectat diſformitas principii actiui: quia fœmina ex uiro concipiens nõ eſt uirgo: principium autē actiuum naturaliter ad uirū ſpectat. Secūda uero conſequētia pbat̃ auctoritate Philoſophi cõem materiã mulierū ponētis, ſanguinem talem.
Li. 1. c. 19. in ſi. pcipue, & l. 2. ca. 4. & 5. to. 4.

¶ Hoc in loco aduertenoui errorem dię bus nris exortū dicētem Chr̃m cõceptū ex ſanguine beatæ Virginis puriſſimo ñ quocũmq;, ſed in corde exiſtē. tertia q ex tribus guttis ſanguinis circa cor beatæ Virginis conceptus ē Chrs. Repugnat autē hic error, & dictis hic, & Ambroſii ſupradictæ auctoritate (ſm conditionē naturæ i utero femineo fuit), & ſacrę Scripturæ ex uoce Angeli dicētis, Ecce concipies in utero, non in corde. Et q proprie de utero loquat̃, ex beatę Virginis uerbis habetur, quæ optime intellexit uerba Angeli, & iſdens dicit, Quomodo fiet iſtud, quo. uirum nõ cognoſco: Si in corde conceptura erat, mala allegata fuiſſet eã quęſtionis, Quĩ uirū non cognoſco: conceptio enim in corde ſi fit ex ſemine uiri. đ modo ergo concipiendi in utero illo quærit, in quo ex ſemine concipi conſueuit. Amplius Beata Virgo in euangelio dicitur pgnãs, & q peperit filium, & q eſt mater: quę omnia falſa eſſent. Nam habens infantem in corde, non eſt prægnans, ſicut, nec ſi haberet infantē in ſtomacho, aut in uentriculo cerebri: pgnans .n. ſola illa dr̃, quę in loco naturali infantem conceptum hēt. Similiter, nec mater, aut pater dici poteſt, ſicut, nec Adam fuit pater aut mater Euæ, licet ex eius parte una fuerit formata Eua. tollit ergo ueritatē maternitatis beatæ Virginis reſpectu Chr̃i error iſte. Vnde & ſtatim dãnat* fuit Romæ me pñſente.

Concl. m
Li. 1. ex c. 18. & 19. to. 4.
D. 868.
Q. 28. a. 1. & 2.
1. p. q. 92. ar. 3. ad 2. arg.

¶ In rñſione ad tertium aduerte diligēter uim argumēti ut ex notitia modi intelligas ſolutionem. Obiicit duo, tertium argumentum. ſ. ſemen, & menſtruum eſſe ex quibus aliorū hominum corpora

ta formantur, tamquam ex materia: cõſtat enim vtrunque oppoſito paro ſanguini, ac propterea Chriſti corpus ex eiſdem formatum, ſi eiuſdẽ eſt ſpeciei nobiſcũ. Rñ- D.661.
det auctor ſingillatim ad ſingula. Et de ſemine quidem mulieris quatuor dicit; primũ quòd non eſt aptum generationi ſecundũ φ eſt in genere ſeminis imperfectum quid: tertiũ, φ non eſt materia neceſſaria ad cõceptũ: quartũ, φ cum quadã concupiſcẽtia reſoluitur. Et infert D.117.
Auctor tertiũ ex primo, & ſcd͂o, cõfirmãs illud auctoritate Ariſto. In ſpẽli aũt dicit corpus Chri non fuiſſe ex tali materia, tũ pp tertiũ dictum, tũ pp quartũ: & confirmat illud auctoritate Damaſc. Habes hinc Auctorem firmare ſententiã dicentium id, quod ſemen mulierũ uocaẽ, eſſe uere in ſeminis gñe, licet ut imperfectũ quid, ineptũ aũt eſſe ad gñationẽ intellige, ut ſemen. qđ in genere cauſæ efficiẽtis locari noſti. In 5. Meta. & ppea nõ infert Auctor totalẽ excluſionẽ illius a cõceptu, ſed neceſſariũ concurſum tantummodo excludit. Li 3. orth. fid. c. 2. 4. 6 & 7.

næ nõ eſt gñationi aptum: ſed A eſt q̃dda imperfectũ in gñe ſeminis, qđ nõ potuit pduci ad pfectũ ſeminis cõplemẽtũ, pp imperfectionẽ uirtutis femineæ. & iõ tale ſemẽ nõ eſt materia, q̃ de neceſſitate reqraẽ ad cõceptũ, ſicut Phi. dicit in li. de gen. aialiũ: & iõ in cõceptione corporis Chri nõ fuit pſertim qa licet ſit imperfectũ in gñe ſeminis, tñ cũ quadã concupiſcẽtia reſoluiẽ, ſicut, & ſemen maris. In illo aũt conceptu uirginali, cõcupiſcẽtia locũ hẽe non potuit. & iõ Dam.* dicit φ corpus Chri nõ ſeminaliter cõceptum eſt. Sanguis aũt mẽſtruus, quẽ feminæ per ſingulos menſes emittunt, impuritatem quandã nãlem hẽt corruptionis: ſicut, & cęteræ ſuperfluitates, quibus natura non indiget, ſed eas expellit. Ex tali aũt menſtruo corruptionẽ hñte, quod natura repudiat, non formaẽ conceptus ſed hoc eſt purgamẽtum quoddam illius puri ſanguinis, q digeſtione quadã eſt pparatus ad cõceptũ, quaſi purior, & perfectior alio ſanguine. Hẽt tñ impuritatẽ libidinis in cõceptione aliorũ hominum: inquãtum ex ipſa commiſtione maris, & fęminæ, talis ſanguis ad locum gñationi congruum attrahitur: ſed hoc in conceptione Chriſti non fuit, quia operatione Spiritus ſancti talis ſanguis in utero Virginis adunatus ẽ, & formatus in prolẽ. Et iõ dr̃ corpus Chri ex caſtiſſimis, & puriſſimis ſanguinibus Virginis formatũ.

SVP. QVAE. XXXI. ART. VI.

Medina ar. 6.

Titulus occaſionẽ habet ex errore putãtiũ, corpus Chri formatũ ex certa determinata portione trãsfuſa ſucceſſiue de perſona in perſonam ab Adã, vſq; ad B. Virginẽ, ſiue, hoc ſit opinatũ eſſe cõe oĩb. hominibus, ſiue Chriſto proprium. Pet. 173 4. d. 3. q. 4. ar. 2. Li. 10. c. 19 & 20. to. 3.

¶In corpore articuli, una eſt concluſio: corpus Chri nõ fuit in Adam, & aliis patrib. ſm aliqđ ſignatũ. Probaẽ: Quicquid fuit in B. Virgine a parẽtib. acceptũ, fuit actu pars B. Virginis. ergo illud non fuit materia corporis Chri. ergo corpus Chri non fuit in Adã, & aliis ſm aliqđ ſignatũ. Antecedens pro cõſtanti relinqẽ: quia ſic eſt in aliis hominibus. Prima.n. & pcipua pars geniti eſt id, qđ a parentib. hẽ, ſm oẽs. Prima conſequẽtia pbaẽ: quia materia corporis Chriſti nõ fuit caro, aut os, aut q̃cunq; pars actu B. Virginis, ſed ſanguis, ut patet in pręcedenti art. Scd͂a uero cõſequentia probaẽ: quia corpus Chri nõ hẽt originis relationẽ ad Adam, & alios patres, niſi mediãte corpore matris ſuæ. Li. 10. ex c. 19. & 26. collig. t. 3

ARTICVLVS VI.

Vtrum corpus Chriſti fuerit in Adam, & aliis patribus fuerit ſecundum aliquid ſignatum.

ADSEXTVM ſic proceditur. Vr̃ φ corpus Chri fuerit ſecũdũ aliquid ſignatũ i Adã, & in aliis patribus. Dicit n. Aug.* 10. ſuper Gene. ad lrãm, φ caro Chri fuit ĩ Adã, & Abrahã, ſm corpulentã ſubſtantiã: ſed ſubſtantia corpulenta eſt quiddã ſignatum. ergo caro Chri fuit i Adã, & Abrahã, & aliis patribus ſm aliquid ſignatum.

¶2 Præt. Rom. 1. dr̃, φ Chriſtus factus eſt ex ſemine Dauid ſm carnẽ: ſed ſemen Dauid fuit aliquid ſignatũ in ipſo ergo Chrs fuit in Dauid ſm aliquid ſignatũ, & eadẽ rõne in aliis patrib.

¶3 Præt. Chrs ad humanum genus affinitatẽ hẽt, inquantũ ex humano gñe carnẽ aſſumpſit: ſed ſi caro illa nõ fuit ſm aliqđ ſignatũ in Adã, nulla vr̃ hr̃e affinitatẽ ad humanũ genus, qđ ex Adã deriuaẽ: ſed magis ad alias res, vñ de materia carnis eius aſſumpta eſt. vr̃ ergo φ caro Chri fuerit in Adam, & in aliis patrib. ſm aliquid ſignatum.

SED CONTRA eſt, φ Aug. dicit 10. ſuper Gen. ad lram, quocumq; modo Chrs fuit in Adã, & Abrahã, & aliis patribus, alii hoies ẽt ibi fuerunt, ſed non conuertitur: alii aũt hoies non fuerunt in Adã, & Abrahã, ſm aliquã materiã ſignatã, ſed ſolũ ſm originẽ, ut in 1. par. habitum eſt.* ergo neque Chrs fuit in Adã, & Abrahã, ſm aliquid ſignatum, & eadem ratione, nec in aliis patribus. B 1. p. q. ult. ar. 1.

RESP. Dcd͂m, φ ſicut ſupra dictum eſt,* materia corporis Chriſti non fuit caro, & os beatę Virginis, nec aliquid, quod fuerit actu corporis eius, ſed ſanguis, qui eſt potent a caro. Quicquid autem fuit in beata Virgine à parentibus acceptum, fuit actu pars corporis beatæ Virginis. Vnde illud, qđ fuit in B. Virgine a parentibus acceptum, non fuit materia corporis Chriſti. & ideo dicendum eſt, φ corpus Chriſti non fuit in Adam, & aliis patribus ſm aliquid ſignatum, ita. ſ. φ aliqua pars corporis Adæ, uel alicuius alterius poſſet deſignari determinate, ut diceretur φ ex hac materia determinate, formabitur corpus Chriſti, ſed fuit ibi ſm originẽ, ſicut, & caro aliorum hominum. Corpus. n. Chriſti habet relationem ad Adã, & alios patres mediãte corpore matris eius. Vnde nullo alio mõ, fuit in patribus corpus Chriſti, quàm corpus matris eius, quod non fuit in patribus ſecundum materiam ſignatam, ſicut nec corpora aliorum hominum, ut in 1. parte dictum eſt.* C Ar. primo Concl. D 1. p. q. ult. ar. 1.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, quòd cum dr̃ Chrs fuiſſe in Adam, ſm corpulentam ſubſtantiam, nõ eſt intelligendum hoc modo, φ corpus Chri in Adã fuerit, quædam corpulenta ſubſtantia: ſed qa corpulenta ſubſtantia corporis Chriſti, i. materia, quam ſumpſit ex Virgine, fuit in Adam, ſicut in principio actiuo, non aũt ſicut in animali principio: quia. ſ. per uirtutem generatiuam Adæ, & aliorum ab Adam deſcendentium uſque beatam Virginem, factum eſt ut illa materia præpararetur, ad cõceptum corporis Chri. Non aũt fuit materia illa formata in corpus Chri, per uirtutẽ ſeminis ab Adã deriuatam. & iõ Chriſtus dr̃ fuiſſe in Adam originaliter, ſecundum corpulentam ſubſtantiam: nõ autem ſecundum ſeminalem rationem. E

AD II dcd͂m, φ quãmuis corpus Chriſti nõ fuerit in Adam, & in aliis patribus, ſecundum ſeminalem rationem: corpus tamen beatæ Virginis, qđ ex ſemine maris eſt conceptum, fuit in Adam, & in aliis patribus, ſm rationem ſeminalem, & iõ mediante beata D.370.

te B. Virgine, Chriſtus ſecundum carnem dicitur eſſe ex ſemine Dauid, per modum originis.

Ad III dcẽm, ꝙ Chriſtus habet affinitatẽ ad humanũ genus, ſm ſimilitudinem ſpeciei. Similitudo aũt ſpeciei attenditur, non ſm materiam remotã, ſed ſm materiam proximam, & ſm principiũ actiuum, quod generat ſibi ſimile in ſpecie. Sic igitur affinitas Chriſti ad humanum genus ſufficienter conſeruatur, per hoc, ꝙ corpus Chriſti formatum eſt ex ſanguinibus Virginis, deriuatis ſm originẽ G ab Adã, & alijs patribus. Nec refert ad hanc affinitatẽ undecumq; materia illorum ſanguinum ſumpta fuerit: ſicut, nec hoc refert in generationẽ aliorum hominum, ſicut in prima parte dictum eſt.

ARTICVLVS VII.

Vtrum caro Chriſti in Patribus fuerit peccato obnoxia.

AD SEPTIMVM ſic procedi tur. Vr̃ ꝙ caro Chriſti in antiquis patribus peccato infecta non fuerit. Dicitur. n. Sap. 7. ꝙ in diuinam ſapientiam nihil inquinatũ incurrit. Chr̃s autem eſt Dei ſapientia, ut dr̃. 1. ad Cor. 1. ergo caro eius nunquam peccato inquinata fuit.

¶ 2 Prẽt. Dama. dicit in 3. lib. ꝙ Chr̃s primitias noſtræ naturæ aſſumpſit: ſed in primo ſtatu caro humana nõ erat pctõ iſecta. ergo caro Chr̃i non fuit iſecta, nec in Adã, nec ĩ aliis patribus.

¶ 3 Prẽ. Aug. dicit. 19. ſup Gen. ad lr̃am, ꝙ natura humana ſpẽ habuit cũ vulnere vulneris medicinam: ſed id, qđ eſt infectũ, nõ põt eſſe vulneris medicina, ſed magis ipſum indiget medicina. ergo ſemper in natura humana fuit aliquid nõ infectũ, ex quo poſtmodum eſt corpus Chriſti formatum.

SED CONTRA eſt, ꝙ corpus Chriſti non refertur ad Adã, & ad alios patres, niſi mediãte corpore B. Virginis de qua carnem aſſumpſit: ſed corpus B. Virginis totum fuit in originali peccato conceptum, vt ſ̃. dictũ eſt, & ita ẽt ſm quod fuit in patribus, fuit peccato obnoxiũ. ergo caro Chriſti, ſm quòd fuit in patribus, ſuit peccato obnoxia.

RESP. Dcẽm, ꝙ cum dicim͂ Chr̃m ſm carnẽ eius fuiſſe in Adã, & in aliis patribus, cõparamus ipſum, uel carnẽ eius ad Adam, & ad alios patres. Manifeſtum autem eſt, ꝙ alia fuit cõditio patrũ, & alia Chr̃i: nã Pa-
F tres fuerunt ſubiecti peccato, Chr̃s aũt fuit oĩno a peccato immunis. Dupliciter ergo in hac comparatione errare cõtingit. Vno mõ, ut attribuamus Chr̃o, uel carni eius conditionẽ, quæ fuit in patribus, puta, ſi dicam͂, ꝙ Chr̃s in Adam peccauit, qa in eo aliquo modo fuit, qđ eſt
G falſum: qa non eo modo in eo fuit, ut ad Chr̃m peccatũ Adæ perueniret, quia non deriuatur ab eo ſm concupiſcentiæ legẽ, ſiue ſm rõnem ſeminalẽ, ut ſ̃. dictum eſt. Alio modo contingit errare, ſi attribuamus ei, qđ actu fuit in patribus cõditionẽ Chr̃i, uel carnis eius, ut. ſ. qa caro Chriſti, ſm ꝙ ĩ Chriſto fuit, non fuit peccato obnoxia, ita ẽt in Adã, & in aliis patribus fuerit aliqua pars corporis eius, quę non fuit peccato obno
H xia, ex qua poſtmodum corpus Chriſti formaretur: ſicut quidam poſuerunt: quod quidem eſſe non poteſt. Primo, quia caro Chriſti non fuit ſecundum aliquid ſignatum in Adam, & in aliis patribus, quod poſſet diſtingui a reliqua eius carne, ſicut purum ab impuro: ſicut iam ſupra dictum eſt. Secundo, quia cum caro humana peccato inficiatur ex hoc, quòd eſt per concupiſcentiã concepta, ſicut tota caro alicuius hominis per concupiſcentiam concipitur, ita tota peccato inquinatur, & ideo dicendum eſt, ꝙ tora caro antiquorũ patrũ fuit peccato obnoxia, nec fuit in eis aliqd a
I pctõ imune, de quo poſtmodũ corp' Chr̃i formaret̃.

AD PRIMVM ergo dcẽm, ꝙ Chriſtus non aſſumpſit carnem humani generis ſubiectã peccato, ſed ab omni infectione peccati mundatam. & ideo in Dei ſapientiam nihil inquinatum incurrit.

AD II dcẽm. ꝙ Chriſtus dr̃ primitias noſtræ naturæ aſſumpſiſſe, quantũ ad ſimilitudinem cõditionis, quia. ſ. aſſumpſit carnẽ pctõ non infectã: ſicut fuerat caro hois ante peccatum. Non autem hoc intelligitur ſecundum continuationẽ puritatis: ita. ſ.
K ꝙ illa caro puri hominis conſeruaretur a peccato immunis, uſq; ad formationem corporis Chriſti.

¶ AD III dcẽm, ꝙ in humana natura ante Chriſtum erat vulnus, ideſt, infectio originalis peccati in actu: medicina autem uulneris non erat ibi actu, ſed ſolum ſecundum uirtutem originis, prout ab illis patribus propaganda erat caro Chriſti.

Ar. præce. ad 1. & q. 15. ar. 1. ad 2.

Ar. prec. & q. 15. ar. 1. ad. 2.

Concl.

D. 17.

SVP. QVAE. XXXI. ART. VII.

Porr. 0 Medina. ar. 7.

174 3. d. 3. q. 4. ar. 1. TItulus ut ſonat propter quoſdam ponẽtes, carnẽ Chriſti in patribus non ſubiectã fuiſſe peccato, ſed immunem ſeruatam. ¶ In corpore tria: primo, duo ſupponunt̃: ſecundo, duo excludũtur errores: tertio, ridetur quæſito. Quo ad primum ſupponitur primo, ꝙ eſt ſermo cõparatiuus Chriſti ad patres. ſupponitur ſecundo, ꝙ diuerſa eſt conditio Chriſti, & patrum quo ad peccatũ, quia illi ſubiecti peccato, Chriſtus immunis a peccato.

Li. 3. c. 6. & 7. nõ lõge a prin. & c. 8 a med.

Li. 10. ca. 20. a med. to. 3.

¶ Quo ad ſecundũ primus error eſſet conditionem patrũ attribuere Chriſto. ſecundus eſſet cõditionem Chriſti attribuere patribus, ſeu alicui patri cuiuſuis eorum. Et qa primus opiniones nõ hẽt, ſecundus uero habet, contra ſm̃ dupliciter arguit̃: primo, quia caro Chriſti non fuit in patribus ſm̃ aliqd ſignatum: ſecundo, qa non pars, ſed tota caro patrum ex concupiſcentia concipit̃. Quo ad tertiũ concluſio reſponſiua eſt: Tota caro patrum fuit peccato obnoxia, ita ꝙ nihil fuit in eis liberũ, unde caro Chriſti formaretur. Infertur hęc concluſio ex antedictis.

Q. 27. ar. 2 & q. 14. a. 3 ad 1.

¶ Vbi aduerte, Auctorẽ non intuliſſe, Chr̃i carnẽ in patribus peccato obnoxiã, ſed nihil carnis in patribus exẽptum fuiſſe a culpa. Diuertit aũt ppea, ne quaſi faceret Chriſtum ubiatuiſſe peccato: & cum hoc ſatisfaceret cõni diff. ultimis, ꝗ ex hoc erat, ꝙ in patrib. aliquid exẽptũ a peccato putabatur, ex quo caro Chriſti in patribus immunis à peccato dicebatur. ¶ Poteſt nihilominus uere dici, ꝙ caro Chr̃i in patribus, ut in patribus erat, fuit ſubiecta peccato, & cum hoc etiam uere dici, ꝙ caro Chriſti in patribus ut ad Chr̃m deducenda, non erat peccato obnoxia: quia mũda ad Chr̃m per Spũmſanctum, & non ex uirili ſemine deducenda erat. Similiter autẽ affirmatiua eſt uera, ſ. caro Chriſti in patribus fuit obnoxia peccato, qm̃ non de carne Chriſti in ſe, ſed ĩ patribus enuntiat̃ peccatũ: & inde filio Dei maiores debemus gratias, ꝙ ex maſſa peccatrice carnem ſuã deduci uoluit.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum Chriſtus, in lumbis Abrahæ fuerit decimatus.

AD OCTAVVM ſic pcedit̃. Vr̃ ꝙ Chr̃s fuerit in lũbis Abrahę dcimat'. Dicit. n. Apo. ad Heb. 7. ꝙ Leui, pnepos Abrahę decimatus fuit ĩ Abrahã, qa

SVP. QVAE. XXXI. ART. VIII.

Porr. 0 Medina ar. 8.

175 3. d. 3. q. 4. a. 3. q. 2. & 4 a. 1. q. 2. a. 2. q. 3. ad 2. & q. 3. ad 2. & d. 2. q. 1. a. 2. ad 4

TItulus ex verbis Apoſtoli ad Hebr. & Auguſtini occaſionem habet. Et ſignificat eſſe decimatum, ſoluiſſe decimas

eo decimas dãte Melchiſedec, adhuc Leui[h] erat in lũbis eius: ſed ſimiliter Chriſtus erat in lũbis Abrahæ, quãdo decimas dedit. ergo ipſe etiã Chriſtus fuit decimatus in Abraham.

¶2 Præ. Chr̃s ẽ ex ſemine Abrahæ, ſecundũ carnẽ, quã de matre accepit: ſed mater eius fuit decimata in Abraham. [h] ergo pari ratione Chriſtus.

¶3 Præt. Illud in Abraham decimabat̃, quod curatione indigebat, ut Aug.* dicit 10. ſup Gen. ad literã. Curatiõe aũt indiget omnis caro peccato obnoxia. cum igitur [h] caro Chriſti fuerit peccato obnoxia (ſicut dictum eſt.*) videtur ꝙ caro Chriſti in Abraham fuerit decimata.

¶4 Præt. Hoc [h] nõ vr̃ aliquo mõ derogare dignitati Chr̃i: nihil .n. prohibet p̃re alicuius põtificis decimas dãte alicui ſacerdoti, filiũ eius põtificẽ maiorẽ eſſe ſimplici ſacerdote. licet ergo dicat̃ Chr̃s decimat⁹, Abrahã decimas dãte Melchiſedec, nõ t̃n ꝑp hoc excludit̃, quin Chriſtus ſit maior quàm Melchiſedec.

Sed contra eſt, ꝙ Aug.* dicit in 10. ſup Gen. ad l̃ram, ꝙ Chriſtus ibi, ſ. in Abrahã, decimatus nõ eſt, cui⁹ caro inde nõ feruorem vulneris, ſed materiã medicaminis traxit.

Respon. Dicendũ, ꝙ[m] ſm intentionẽ Apoſtoli oportet dicere, ꝙ Chriſtus in lũbis Abrahæ nõ fuerit decimatus.[n] Probat. n. Apoſtolus, maius eſſe ſacerdotium, qđ eſt ſm ordinem Melchiſedec, ſacerdotio Leuitico, per hoc, ꝙ Abrahã, decimas dedit Melchiſedec, adhuc Leui exiſtente in lumbis eius, ad quẽ pertinet legale ſacerdotium. Si aũt Chriſtus ẽt in Abrahã decimatus eſſet, eius ſacerdotium non eſſet ſm ordinem Melchiſedec, ſed min⁹ ſacerdotio Melchiſedec. Et ideo dicendum eſt, ꝙ Chriſtus nõ eſt decimatus in lumbis Abrahe, ſicut Leui: quia enim ille, qui decimas dat, nouem ſibi retinet, & decimã alij tribuit, quod eſt perfectionis ſignum (inquantum eſt quodam modo terminus omniũ numerorum, qui procedunt uſque ad decem) inde eſt, quòd ille, qui A decimas dat, ꝓtãtur, ſe imperfectũ, & perfectionẽ alii tribuere. Imperfectio ẽt humani gñris eſt ꝑp pctm̃, ꝙ indiget perfectiõe eius, qui a pctõ curat. Curare ãt a pctõ, eſt ſolius Chriſti: ipſe. n. ẽ agnus qui tollit pctm̃ mũdi, ut dr̃ Io. 1. Figuram ãt eius gerebat Melchiſedec, ut Apoſt. probat Heb. 7. Per hoc ergo, Abrahã Melchiſedec decimas dedit, ꝓfigurauit ſe uelut in peccato cõceptum, & omnes qui ab eo deſcenſuri erant, ea ratione, vt peccatũ originale contraherent, indigere curatione, quæ eſt per Chriſtum. Iſaac autem, & Iacob, & Leui, & omnes alii, ſic fuerunt in Abraham, ut ex eo B deriuarentur, non ſolum ſecundum corpulentam ſubſtantiam, ſed etiam ſecundum rationem ſeminalem, per quam originale peccatum contrahit̃. Et ideo omnes in Abraham ſunt decimati, i. præfigurati indigere curatione, quæ eſt per Chriſtum[p]. *Concl. p D. 31°.* Solus[q] autem Chriſtus ſic fuit in Abraham, ut ab eo deriuaretur, non ſecundum rationem ſeminalem, ſed ſecundum corpulentam ſubſtantiã. Et iõ non fuit in Abraham ſicut curatione indigens, ſed magis ſicut uulneris medicina, & ideo non fuit in lumbis Abrahæ decimatus[q]. Et per hoc patet reſponſio ad primum.

C Ad II dcd̃m, ꝙ quia beata Virgo fuit in originali concepta fuit in Abraham ſicut curatione indigens: & ideo fuit ibi decimata, uelut inde deſcendens, ſecundum ſeminalem rationem. De corpore autem Chriſti non eſt ſic, ut dictum eſt.* *Ar. præce & locis in corp. & in arg. Sđ cõ ua citatis.*

Ad III dicendum, quòd caro Chriſti dr̃ fuiſſe in antiquis patribus peccato obnoxia, ſecundum qualitatem, quam habuit in ſuis parentibus, qui fuerunt decimati: non autem ſecundum qualitatem, quam habet, prout eſt actu in Chriſto, qui non eſt decimatus.

Ad IIII dicendum, quòd ſacerdotium leuiti- D cum, ſecundum carnis originem deriuabatur, unde non minus fuit in Abraham, quam in Leui. Vnde per hoc, quòd Abraham decimas dedit Melchiſedec, tamquam maiori, oſtenditur ſacerdotiũ Melchiſedec, inquantum gerit figuram Chriſti, eẽ maius ſacerdotio leuitico Sacerdotium autem Chriſti, non ſequitur carnis originem, ſed gratiam ſpiritualem. Et ideo poteſt eſſe quòd pater det decimas alicui ſacerdoti tamquam minor maiori, & tamen filius eius ſit pontifex, eſt maior illo ſacerdote, non propter carnis originem, ſed propter gratiam ſpiritualem, quam habet a Chriſto.

E

QVÆSTIO XXXII.

De conceptione Chriſti, quo ad actiuum principium, in quatuor articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de principio actiuo in conceptione Chriſti.

Et circa hoc quęruntur quatuor.

¶Primo, Vtrũ Spiritusſanctus

Tertia S. Tho. P 3 qua

…uis per miniſterium Abrahæ.

¶ In corpore eſt una cõcluſio: Chriſtus nõ fuit in lumbis Abrahæ decimatus. Probatur dupliciter: primo auctoritate Apoſtoli. ſecundo ratione. Et ex auctoritate quidẽ Apoſtoli arguitur deducendo ad impoſſibile ſic: Si Chriſtus fuit decimatus in lumbis Abrahæ, eius ſacerdotium non eſſet ſecundum ordinem Melchiſedec, ſed minus ipſo ſicut Leui. Probatur ſequela, quia per hoc ꝙ Leui exiſtente in lumbis Abrahæ, Abraham dedit decimas Melchiſedec. Probatur ab Apoſtolo ſacerdotiũ Leui eſſe min⁹ ſacerdotio Melchiſedec. Ex rõne aũt myſtica probat̃. Dans decimas proteſtatur, ſe imperfectum, & ꝑfectionẽ alii tribuere. ergo Abrahã dando decimas, proteſtatus eſt ſe, & ſuos contracturos originale peccatum, curatione indigere à Chriſto, ergo oẽs, qui fuerunt in lũbis Abrahæ, non ſolũ ſecundũ corpulẽtam ſubſtantiam, ſed etiã ſm rõnem ſeminalẽ, fuerunt decimati. ergo Chriſtus non fuit decimatus. Añs probatur, quia dans decimas, nouem ſibi retinet, & decimã perfectiõis ſignum alii tribuit. Probatur ſignũ perfectionis, quia decimus eſt quodãmodo terminus numerorum: nam numerando, uſque ad decẽ procedimus, & inde replicamus unũ ſupra decem, undecim &c. ꝓſequendo. Prima conſequentia probat̃ quo ad primã partem: qa imperfectio humani generis eſt ꝑp peccatũ indigens curatione: & ſolus Chr̃s curator eſt peccati, iuxta illud. Ecce, qui tollit peccatũ mundi. & ipſum ꝓfigurabat Melchiſedech, ut patet ex Apoſtolo. Et hæc quo ad ſecundã partẽ. Secunda uero cõſequentia probatur: qa per rõnem ſeminalem originale peccatũ contrahit̃. Tertia autem cõſequentia probat̃: quia ſolus Chr̃s non fuit ſm rõnem ſeminalem in Patribus.

Li. 10. c. 20 poſt med. to. 3.

Ar. præce, I fine cor.

Li. 10. c. 20 poſt med. to. 3.

Concl. in

SV. QVAE. XXXII. ART. I.

Ferr. 4. con. c. 45. 46
Palud. 3. d. 4. q. 1.
Medina ar. 1.

Titulus clarus eſt ſumens occaſionem ex Symbolo: Qui conceptus eſt de Spiritusſancto.

¶ In corpore unica concluſio: Cõceptio corporis Chriſti licet a tota ſit Trinitate attributa, iſtã Spiritusſancto. Probat̃ ſecunda pars. de

qua eſt qõ, triplici rõne: & rones ıu clare patent.

¶ Duo uĩ ꝑ nonſeiis occurrunt, primũ eſt. ꝙ aliter attribuiť per ſo.ię, Spiritusſancto, efficere carné Chri, & aliter Filio aſſume re candem tuam ſpiritusſancto attribuiť. conceptionis cãlitas, ut appropriatum, ſicut bonitas, & amore Filio ãt attribuiť aſſumere carné, ut proprium, ita ꝙ, corpus Chri, ita conceptum eſt de Spiritusſancto appropriate, ꝙ ẽt cõceptum eſt de Patre, & Filio (in diuiſa. n. ſunt opera Trinitatis ad extra) ſicut Spiritusſanctus ita eſt amor appropriate, ꝙ tamen Pater, ꝗ Filius eſt euã amor. Sed corpus Chri ita eſt aſſũptũ a Filio, ꝙ nec a Patre, nec a Spiritusſancto eſt aſſumptuum: & ꝓpea incarnatũ eſſe, nõ appropriatũ, ſed proprium e Filio, tõ ai ſuperius ſcta eſt.

Porret. o. 176 a. di. 2. art. 3 q. 2. Et 4. eõ c. 3 & 46. & opuſ. 3 c. 225. & Io. 12 le. 4. *L. 1. c. 4. in fi. & ſ. d. prin. to. 3.

¶ Secundo dubiũ occurrit in ꝗ. 1õe circa probationem ex apoſtolo ad Gal. 4. nõ. n. infert intentum, ſ. ꝙ Spiritusſanctus efficit at filios Dei: ſed ꝙ faciat eos clamare Abba, pater.

Li. 4. c. 20. parum ante mediũ to. 3.

¶ Ad hoc dr. ꝙ licet in nãlibus filius hominum aliud ſit principium naturæ, & aliud principium operationis, in filiis ſũ ad optiuo per liberum arbitrium, quo ſerimur Deum, idẽ eſt principium filiationis, & operationis ꝓpriæ filiorum: quæ ad ſuauẽ dei diſpoſitionẽ ſpectat, ut rationales creaturas ꝑ rationẽ mũ ad ſe trahat ꝓpa ex hoc ꝙ Spiritus efficit ꝓpriã operationẽ filiorum dei ꝗ eſt clamare Abba, Pater, optime ſſert, a poſteriori. ſ. ꝙ ipſe eſt effector filiorum Dei, quos cum eſſi . t facit clamare ad Deum pater, pater.

*1. p. q. 43. a. 5.

F faerit principium actiuum conceptionis Chriſti.

¶ Secundo, Vtrum poſſit dici, ꝙ Chriſtus ſit conceptus dẽ Spiritusſancto.

¶ Tertio, Vtrum poſſit dici, ꝙ Spiritusſãctus ſit pater Chriſti ſecundum carnem.

¶ Quarto, Vtrum beata Virgo aliquid actiue egerit in conceptione Chriſti.

ARTICVLVS I.

Vtrum Spiritusſanctus fuerit principium actiuum conceptionis Chriſti.

miniſtrauit materiam conceptui & in eius utero eſt conceptio celebrata.

Ad III dicēdum, q̄ principiū paſſiuū naturale ſufficit ad tranſmutationem naturalem, quando naturali, & conſueto modo mouetur a principio actiuo proprio: ſed hoc in propoſito non habet locum: & ideo conceptio illa non poteſt dici ſimpliciter naturalis.

QVAESTIO XXXIIII.

De perfectione prolis conceptæ, in quatuor articulos diuiſa.

Deinde conſiderandum eſt, de perfectione prolis conceptæ.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶Primo, Vtrum in primo inſtanti conceptionis Chriſtus fuerit ſanctificatus per gratiam.

¶Secundo, Vtrum in eodem inſtanti habuerit uſum liberi arbitrii.

¶Tertio, Vtrū in eodem inſtanti potuerit mereri.

¶Quarto, Vtrum in eodem inſtanti fuerit plene comprehenſor.

Articulus I

Vtrum Chriſtus in primo inſtāti ſuæ conceptionis fuerit ſanctificatus per gratiam.

Ad primum ſic proceditur. Vr̄ q̄ Chrs nō fuerit ſanctificatus in primo inſtāti ſuæ cōceptionis Dr̄.n primæ ad Cor. 15.[h] nō prius ſpūale, ſed quod aīale, demum, quod ſpūale eſt, ſed ſanctificatio gr̄æ ptinet ad ſpūalitatē, n̄ ergo ſtatim a principio ſuæ cōceptionis Chrs p̄cepit gr̄am ſanctificationis, ſed poſt aliquod ſpatium tēporis.

¶2 Præt.[h] Sanctificatio ur̄ eſſe a pc̄tō, ſm illud 1. ad Corin. 6. Et q̄dē, fuiſtis aliqn̄. ſ. pc̄tōres, ſed abluti eſtis, ſꝫ ſāctificati eſtis, ſꝫ in Chr̄o numquā fuit peccatum. ergo non conuenit ſibi ſanctificari per gratiam.

¶3 Pręt. Sicut p uerbū Dei oīa facta ſunt, ita p Verbū incarnatū ſunt oēs hoīes ſanctificati, q̄ ſanctificant̄, Heb. 2. Qui ſanctificat, & q ſanctificant̄ ex uno oēs: ſed uerbū Dei, p qđ facta ſunt oia, nō eſt factū, ut Aug.* dicit in 1. de Trin. ergo Chriſtus per quem ſanctificantur omnes, non eſt [h] ſanctificatus.

Sed contra eſt, q̄ dr̄ Luc. 1. Qđ ex te naſcet̄ ſanctū, uocabit̄ filius Dei. Et Io. 10. Quē pr̄ ſanctificauit, & miſit in mūdū.

Resp. Dcēdm, q̄ (ſicut ſ̄. dictū eſt) abundātia gr̄ę ſanctificantis aīam Chr̄i, deriuat̄ ex ipſa Verbi unione, ſm illud Io. 1. uidimus gloriā eius quaſi Vnige-
F niti a patre, plenū gr̄æ, & ueritatis. Oſteſum eſt āt ſ̄.* q̄ in primo inſtāt ſuæ cōceptionis corpus Chr̄i aīatum fuit, & a uerbo Dei aſſumptū: vn̄ ꝯñs eſt, q̄ in primo inſtanti conceptionis Chriſtus habuerit plenitudinem gratiæ ſanctificantis animam, & corpus eius.*

Ad primum ergo dcēdm, q̄ ille ordo, quē ponit ibi Ap̄lus, ptinet ad eos, q p profectū ad
G ſpūalē ſtatū puen iūt. In myſterio aūt incarnationis magis cōſiderat̄ deſcēſus diuinę plenitudinis in nām humanā, q̄ pfect* humanæ nāæ, quaſi p̄xiſtētis in Deū, & iō in hoīe Chr̄o a principio fuit pfecta ſpiritualitas.

Ad II dcēdm, q̄ ſanctificari, eſt aliqd fieri ſanctū. Fit aūt aliquid nō ſolū ex contrario, ſed ēt ex negatiue, uel priuatiue oppoſito, ſicut albū fit ex nigro,
H & ēt ex nō albo: nos āt ex peccatoribus ſancti efficimur, & ita ſanctificatio, nr̄a eſt ex peccato: ſed Chr̄s quidē ſm hoīem factus eſt ſanctus, q̄a hanc gr̄æ ſanctitatē non ſp habuit, nō t̄n factus eſt ſanctus ex peccatore, quia pc̄m̄ numq̄ habuit, ſed factus eſt ſanctus, ex non ſancto ſm hoīem, non quidē priuatiue, ut ſ. aliqn̄ fuerit hō, & non fuerit ſanctus: ſed negatiue, q̄a
I ſ. qn̄ non fuit hō, non habuit ſanctitatē humanā, & iō ſimul factus fuit hō, & ſanctus hō. Propter qđ Angelus dicit, Lucæ 1. Quod naſcetur ex te ſanctū: quod exponens Gre.* 18. Mor. dicit, Ad diſtinctionē noſtræ ſanctitatis, Ieſus ſanctus naſciturus aſſerit̄, nos quippe ſi ſancti efficimur, nō t̄n naſcimur, q̄a ip̄a naturę corruptibilis cōdōne cōſtringimur: ille aūt ſolus ueraciter ſanctus na-
K tus eſt, qui ex cōiunctione carnalis copulæ conceptus nō eſt.

Ad III dcēdm, q̄ aliter opat̄ pr̄ creationem rerum per Filiū aliter tota Trinitas ſanctificationē hoīm per hoīem Chr̄m. Nā uerbum Dei eſt eiuſdē uirtutis, & operationis cū Deo patre, unde pater non operat̄ per Filium ſicut p inſtrum, quod mouet motum. Humanitas āt Chri eſt, ſicut inſtrumē-

Perr.o 184 3.d.5.q.5.ar.3. SVP. QV. XXXIIII. ART. I. *Medina. ar. 1.*

Titulus elatus eſt, intellectus ut ſonat.

¶In corpore unica eſt concluſio: Chrus fuit ſanctificatus in primo ſuæ cōceptionis inſtanti. Probat: Abundantia gr̄æ ſanctificātis alam Chriſti deriuatur ex ipſa Verbi unione. ergo in primo inſtāti cōceptionis Chrs habuit plenitudinē gratiæ ſanctificantis aiam, & corp* eius. Añs uero pbatur, Ioā. 1. Conſequentia probat̄ ex ſupradictis, q̄ corpus Chri alatū, & aſſūptū in primo ſuæ cōceptionis iſtāti fuit.

¶Aduerte hic, & in reſſione ad primum, ut ipſum originis ordinē ſic intuearis, ut pſpicias eſſe non ſolum originis, ſed cauſalitatis ordinem inter gr̄am unionis, & gratiā habitualē in Chriſto: hęc. n. Auctor hic docet ex doctrina Euangelica ui- Il. 1. c. 6. nō procul a prin. 10. 3. dimus eū plenū gratiæ quaſi unigenitū a Patre. Nota autem hoc, quia priora ordine generationis tantum, ſunt imperfectiora, utpote, ordinata ad poſteriora tead finem, ut artificialiū ordo in exequutione teſtatur: q.7. ar.1. ſed prior a ordine generationis, & cauſalitatis ſimul, nō imperfectiora, ſed perfectiora ſunt, & fines poſteriorum, ut patet de ſubſtantia, & accidēte proprio: q. præc. ar. hō n. prius generat̄, quam ſuum accidēs propriū, quod ipſum concomitatur, perfectius tamen eſt hō Coul. m eſt, quia non ſolum origine, ſed cauſalitata præcedit ſuum accidens: eſt. n. illius cauſa effectiua, & finalis. Et ſimilia accidit I myſterio Chr̄i, prius. n. exequutionis ordine eſt gratia unionis, & poſterius comitatur gratia habitualis ſanctificans alam Chriſti: ſed nō ppea eſt imperfectior, ut Scotus in 3. ſent. di. 7. q. 3. dubio ſecundo ſomniauit, uel finxit, ponēs, pri* ordine intentionis eſſe ſummā gratiā, ſeu gloriam, & ppea unionem intentam propter dictam rationem defectiuam, ſ. prius in exequutione eſt poſterius in intentione. Debebat apponere ly tm̄, & dicere, prius ordine exequutionis tantum, eſt poſterius ordine intētionis, alioquin propoſitio non eſt vniuerſaliter uera, & nunc ſubſumendo, ſed unio perſonalis eſt prior ordine exequutionis tantū, aduertiſſet minorem hanc eſſe falſam, & depoſuiſſet illā inopinabilem phantaſiam confutatam ab euangelio, & ab uniuerſis patrum meditātibus circa excellentiam myſterii unionis perſonalis Eſt ſiquidem non ſolum prior exequutiona, ſed cauſalitate omni poſſibile eſt. n. finis, & efficiens, reliquorum donorū I Chriſto. Et ideo ex ipſa unione cōcludimus, & gratiam, & gloriā ſummam, adeo ut Ioan. Euang. deſcribens plenitudinem gloriæ in Chriſto, ne ſciens q̄o melius deſcriberet, ut ad radicē altiſſimam ſe conferret, cum dixiſſet, Vidimus gloriā eius, ſubdidit, Gloriam quaſi unigeniti à patre, plenum. &c. Nō ſolum uniuerſa humana natura, ſed dęmones, & Angeli ſtupent da miſterio Vnionis perſonalis. li. 18. c. 34. circa me.

Et

tum diuinitatis, ut ſupra dictũ eſt:* & ideo humanitas Chriſti eſt ſanctificans, & ſanctificata.

ARTICVLVS II.

Vtrum Chriſtus in primo inſtanti ſuæ conceptionis habuerit uſum liberi arbitrij.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr ꝙ Chriſtus ſcḋm hominẽ nõ habuerit uſũ liberi arbitrii in primo inſtanti ſuę conceptionis.[b] Prius eſt.n.eſſe rei, q̃ agere, uel operari: uſus aũt liberi arbitrii ẽ quędã operatio. Cũ ergo aĩa Chriſti eſſe inceperit in primo inſtãti conceptionis (ut ex prædictis patet)* uĩ eſſe impoſſibile, ꝙ in primo inſtanti conceptionis habuerit uſum liberi arbitrii.

¶2 Præt. Vſus liberi arbitrii eſt electio. Electio aũt[h] pſupponit deliberationẽ conſilii, dicit.n. Phil. in 10. Ethic.* ꝙ electio eſt appetitus præconſiliati. ergo vĩ impoſſibile, ꝙ in primo inſtanti ſuę cõceptionis Chriſtus habuerit uſum liberi arbitrii.

¶3 Pręt. Liberũ arbitriũ eſt facultas uoluntatis, & rõnis (ut in prima parte habitũ eſt) & ita uſus liberi arbitrii eſt actus uoluntatis, & rõnis, ſiue intellectus: ſed actus[h] intellectus pſupponit actũ[h] ſenſus, qui eſſe nõ põt ſine conuenientia organorũ, q̃ nõ uĩ fuiſſe in primo inſtanti conceptionis Chr̃i. ergo uĩ ꝙ Chriſtus non potuerit habere uſum liberi arbitrii in primo inſtanti ſuæ conceptionis.

SED CONTRA ẽ, ꝙ Aug. dicit in li. de Trin. Mox ut Verbũ uenit in uterũ ſeruata ueritate ppriæ naturæ factũ eſt caro, & pfectus hõ: ſed pfectus hõ hẽt vſũ liberi arbitrij. ergo Chr̃us habuit in primo inſtanti cõceptionis uſum liberi arbitrii.

RESP. dcḋm, ꝙ (ſicut ſ. dictũ eſt) humanæ naturæ, quã Chr̃us aſſumpſit, cõuenit ſpũalis pfectio, in qua non profecit ſed eã ſtatim à principio habuit. Perfectio aũt ultima non cõſiſtit in potẽtia, uel in habitu ſed ĩ operatione: vñ ĩ 2. de Aĩa dr̃,† ꝙ operatio eſt actus ſecundus. Et iõ dicendũ eſt, ꝙ Chriſtus in primo inſtanti ſuę cõceptionis habuit illã operationẽ A animæ, quæ põt in inſtãti haberi. Talis aũt eſt[d] operatio uolũtatis, & intellectus, in qua cõſiſtit vſus liberi arbitrij. Subito .n. & in inſtãti pficit̃ operatio intellect⁹, & uoluntatis, multo magis q̃ uiſio corpalis, eo, ꝙ intelligere, uelle, & ſẽtire, nõ eſt motus, q ſit actus impfecti (qḋ ſucceſſiue pficit̃) ſed ẽ act⁹ iã pfecti, ut dr in 3. de Aĩa.* Et iõ dicendũ eſt, ꝙ[m] Chriſtus in primo inſtanti ſuæ conceptionis B habuit uſum liberi arbitrij.*

AD PRIMVM ergo dcḋm, ꝙ eſſe eſt prius natura q̃ agere, nõ tñ eſt prius tempore, ſed ſimul cum agẽs hẽt eſſe perfectũ, incipit agere, niſi ſit aliqd impediens: ſicut ignis ſimul dũ gñatur, incipit caleſacere, & illuminare: ſed caleſactio nõ terminatur ĩ inſtãti, ſed per tpis ſucceſſionẽ, illuminatio aũt perficit̃ in inſtanti. Et talis operatio eſt C uſus liberij arbitrij, ut dictũ ẽ.†

AD II dcḋm, ꝙ ſimul cũ terminat̃ conſiliũ, uel deliberatio, põt eſſe electio: illi aũt, q deliberatione cõſilij indigẽt, ĩ ipſa terminatione cõſilij primo hñt certitudinẽ de eligẽdis, & ideo nõ ſtatim eligũt. Ex quo patet, ꝙ deliberatio cõſilij nõ pexigit̃ ad electionẽ, niſi pp inquiſitionẽ incerti. Chriſtus aũt in priD mo inſtanti ſuæ conceptionis, ſicut habuit plenitudinem gr̃æ ſanctificãtis, ita habuit plenitudinem ueritatis cognitę, ſcḋm illud, Plenũ gr̃æ, & ueritatis: vñ quaſi habẽs oĩum certitudinẽ, potuit ſtatim in inſtãti eligere.

AD III dcḋm, ꝙ intellectus Chriſti, ſcḋm ſcientiam infuſam poterat intelligere, ẽt non cõuertendo ſe ad phãtaſmata, ut ſupra habitũ eſt.* vñ poterat in E eo eſſe operatio uoluntatis, & intellectus abſque operatione ſenſus: ſed tñ potuit in eo eſſe ẽt operatio ſenſus, in primo inſtanti ſuæ conceptionis, maxime quantũ ad ſenſum tactus, quo ſenſu ples cõcepta ſentit in matre, etiam antequã animã rõnalem obtineat, ut dicitur ĩ libro* de Generatione aĩaliũ: unde cũ Chriſtus in primo inſtanti ſuę cõceptionis habuerit aniam rationalem, formato iá

q. 13. ar. 3. Et ad ipſam omnia à principio mũdi ordinata conſpicimus tanquam maximum omnium factibilium, ſicut, & ne te eſt eorum
Ferr. c. 185 maximum: non põt
neri. q. 29. ſiquidem maius fieri,
ar. 8. quàm ꝙ homo ſit uere perſonaliter Deus. Et iſte homo noo erit buit dicere eam eſſe poſteriorem ordine intentionis.

SVP. QV. XXXIIII. ART. II.

Medina. a. 2.

Titulus clarus.

¶ In corpore uoi ea eſt concluſio: Chri
ar. præc. & ſtus in primo inſtanti
loco ibi ci ſuæ conceptionis ha
tato. buit uſum liberi arbitrii, Probatur. Humanæ naturæ aſſũptæ cõuenit ſpiritualis perfectio à principio. ergo Chriſtus ĩ primo ſuæ conceptionis inſtanti habuit illam opera
li. 3. Ethica. 3. circa ſin. to. 3. tionem, quæ poteſt in inſtanti haberi. ergo habuit tunc uſum liberi arbitrii. Antecedens habetur ex ſupradictis, ꝙ Chriſtus non profecit in ſpirituali perfectione, Cõſequentia prima probatur, quia perfectio
1. p. q. 83. ultima non in potentia, uel habitu, ſed operatione conſiſtit in cuius ſignum ſecũdo de Anima, operatio actus ecundus dr. Cõſequentia ſecũda probatur quia operatio intellectus, & uoluntatis, in qua uſus arbitrii liberi conſiſtit, põt haberi in inſtanti: qḋ declaratur à minori ex operatione uſus, Et probatur rõne, quia
Id habet Gre. li. 9. ſ. regiſtro c. 61. a med. Et Aug. 13 de Trin. c. 9. 10. 17. & 19. to. 3. eſt motus, qui eſt act⁹ perfecti. ad differentiam motus, qui perficitur ſucceſſiue, ut dr̃ lio tertio de anima.
¶ Circa aſſumptum huius pceſſus dubiũ occurrit, quoniam æquiuocate uidetur de perfectione. Nam perfectio actus ſecũdi nõ eſt inconueniẽs, quòd
q. 7. ar. 12. de nouo aduenerit a-
Et q. 19. ar. nimæ Chriſti etiam
3. & q. 33. ſcḋm ſcientiam infuſã,
ar. 3. alioquin anima Chriſti ſuper fuiſſet in actu ſecundo reſpectu oĩum quæ poſſunt cognoſci per ſcientiã in
l. 2. de aĩa ſuſam, quod patet eſſe
tex. 5. c. 2. ſe falſum. Proficere ergo animam Chri in perfectione ſpũali põt intelligi dupliciter. Primo, ſcḋm perfectionem actus ſecũdi, & ſic non inconuenit, animam Chriſti
D. 746. profeciſſe. Alio modo, ſecundum perfectionem actus primi, & ſic dato, ꝙ ſit inconueniens, eſt extra propoſitum, quia de perfectione actus ſecũdi quæritur, & tractatur, ut patet. Et ſic antecedens ruit, ac per hoc totus proceſſus literæ.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ aliud eſt acquirere ſimpliciter actum ſecundum: & aliud eſt tranſire de uno actu ſecũdo in alium: quia in
li. 3. de anima. tex. 28. to. 2. ſent. acquiſitione ſimpliciter actus ſecundi, quando, ſ. anima ex non operante ſit operans conſiſtit profectus animæ: proficit. n. acquirendo ſuam perfectionem, & finẽ, propter quem eſt: unumquodq; .n. eſt propter ſuam operationẽ, ut dr̃ 2. Cæl. In tranſeũdo uero de uno actu ſecundo in aliũ, non
lo cor. ar. conſiſtit profectus ſpiritualis, ut patet ex eo, ꝙ quandoque ad imperfectiorem actũ ſecundum, contingit ex perfectiori tranſire, ubi non proficere, ſed deficere potius inuenitur. Ex quo, licet nullum inconueniẽs ſit ponere ĩ Chriſti aĩa nouos multos actus ſecundos p ſucceſſum temporis, inconueniens tñ eſſet ponere animã ijs ſius totaliter caruiſſe ſique actu ſecundo, ꝗa fuiſſet ſimpliciter imperfecti tunc, & ita ꝓfeciſſet, non ſecundum hanc, uel illã perfectionem, ſed ſimpliciter, quod excellentię animæ aſſumptæ nõ conſonat. Et quia proceſſus literæ fundat̃ non ſuper hac, uel illa perfectione actus
q. 1. ar. 2. ſecundi, ſed ſuper pfectiõe ſpirituali ſimpliciter, & ſuper profectu ſcḋm ſpũalem perfectionem ſimpliciter, ideo uerum aſſumit, & efficaciter cõcludit. Oportet. n. ponere animã Chriſti a principio, ita perfectam ſimpliciter, ut non profecerit ſimpliciter. ad hoc autẽ manifeſte conſtat ſequi, & ꝙ à principio
li. 2. a. 3. 10. 4. fuit in actus ſecundi perfectione, & uẽ ꝯ oppoſitũ, ſ. ꝙ fuerit à principio totaliter abſque

que ſecūdo actu repugnat perfectioni ſimpliciter ipſius aīæ à principio. Et ꝑpea oportere illatū eſt, ꝙ habuit in primo inſtanti illas operationes, quas potuit in illo inſtanti habere, ſeruato intelligētiæ, naturę, & decentiæ ordine: qđ dico ne confundatis ſeruando, quę eſt maior ratio de iſta q̄ de illa operatione, ꝙ habita fuerit in illo primo inſtanti: abſq; dubio enim conſtat, primum operum noſtrorum, quo reliquis utimur, conſiſtere in libero arbitrio: & ideo optime cōcluſum in litera non ſolum de poſſibili: ſed de facto in anima Chři tunc.

Parr.o.

186

3.di.15.q. 1.a.2.q.3. & di.14.a. 3.q.6.& d. 18.ar.3.& 5.c. Et ver. q.29.ar.8. Et op.3.c. 213.& 218 1.p q.63. ar.5.

SVP. QV. XXXIIII. ART. III.

Palud.3.d.18.q.2.
Medina.a.3.

Titulus clarus eſt de merito propriè dicto intellectus. ¶ In corpore una eſt concluſio: Chriſtus in primo ſuæ conceptionis inſtanti meruit. Probatur Chriſtus in primo ſuę conceptionis inſtanti ꝑ gratiā ſanctificatus fuit ſanctificatione perfectiſſima. ergo ſm̄ proprium motum liberi arbitrij in Deū fuit ſanctificatus. ergo in primo inſtanti ſuæ conceptionis meruit. Aīs probatur: quia ſanctificatus eſt, ut eſſet aliorum ſanctificator. Cōſequentia uero prima probatur, diſtinguēdo duplicē ſanctificationis modum, & comparando eos. Diſtinctio eſt: Sanctificatio duplex, uel ꝑ proprium ſanctificati actum, uel non per proprium, ſed Eccleſiæ fidem. Comparatio eſt: Prima ē pfectior: tum quia actus eſt ꝑfectior habitu, tū q̄a per ſe eſt perfectius eo, qđ eſt per aliud. Secunda aūt conſequentia probatur: quia motus liberi arbitrij in Deum eſt meritorius.

ar.1.huius quæſt.

¶ Aduerte diligenter hic tu, qui ſacramenta Eccleſiæ ſæpius frequētas, ꝙ ſanctificatio adultorum eſt ꝑ propriū actum liberi arbitrij tendentis in Deū, & ſimiliter augmētum ſanctificationis per augmentum actus liberi arbitrij tēdentis in Deū. Hinc enim fit, ut cum frequentatione ſacrorū myſteriorum nō creſcat ſanctificatio hominis, quia. ſ. hō per proprium liberi arbitrij actū nō concurrit eo augmēto, qđ ſanctificatio, quæ fieri deberet, exigeret, hinc fit, ut ſuſcipiētes ſacra in ipſo ſuſceptionis actu maxime debeāt actualiter i Deū actu dilectiōis cōſurgere.

Conclus.

¶ In reſponſione ad primū aduerte, ꝙ de actu liberi arbitrij ꝓpriè loquitur Auctor, ut patet, tum ex eo ꝙ ſermo eius eſt formalis, & liberū arbitriū ſæpe nominet: tū ex eo qđ in præcedenti ar. in reſponſione ad ſcm̄ expreſſe ad actum electionis deſcēdit.

li.2.tex.18

Et hæc ideo dixerim, ut percipias, tā in angelis, quā in Chriſti anima, primum actū meritoriū uere fuiſſe actū liberū, q̄uis non indifferentem ad bonū, & malū, ſed ex natura ſeu naturæ ordine (ut in lr̃a di) determinatū ad bonū. Nā nō ſolū uoluntas, ſed liberum arbitriū (ut in litera di) per ſe, & naturaliter ſe habet ad bonū, ad malū aūt per aliud, hoc eſt per bonū, à quo deficiendo, malum incurrit, & præter naturā, malū. n. eſt exciſio ab eo, qđ eſt ſm̄ naturam: alioquin mali rationem non haberet.

& organizato corpe ei⁹ multo magis in eodē inſtanti poterat hr̄e operationem ſenſus tactus.

ARTICVLVS III.

Vtrum Chriſtus in primo inſtāti ſuæ conceptionis mereri potuerit.

AD TERTIVM ſic procedi tur. Vr̄ ꝙ Chriſtus in primo inſtanti cōceptionis mereri non potuerit. Sicut. n. ſe hēt liberū arbitriū ad merendum[b] ita ad demerendum: ſed diabolus in primo inſtanti ſuæ creationis nō potuit peccare, vt in prima parte habitū ē.* ergo neque aīa Chr̄i i primo iſtāti ſuę creatiōis (qđ fuit primū inſtās ꝯceptiōis Chr̄i) potuit mereri.

¶ 2 Præt. Illud, qđ hō hēt in primo inſtanti ſuę conceptionis, vr̄ ei eſſe naturale: quia hoc eſt ad qđ terminatᷣ ſua generatio naturalis: ſed naturalibus non meremur, ut patet ex his, q̄ dicta ſunt in Secunda parte. ergo vr̄ ꝙ uſus liberi arbitrii, quem Chriſtus habuit ſm̄ hominem in primo inſtāti ſuæ cōceptionis, non fuerit meritorius.

¶ 3 Præ. Id, qđ ſemel aliquis meruit, iā fecit quodammō ſuū, & ita non vr̄ ꝙ iterum poſſit illud mereri: quia nullus meretᷣ qđ ſuū eſt. ſi ergo Chriſtus ī primo inſtāti ſuæ cōceptiōis, meruit, ſequitᷣ ꝙ poſtea nihil meruerit, quod patet eſſe falsū nō ergo Chriſtus in primo inſtanti ſuæ conceptionis meruit.

SED CONTRA eſt, qđ Aug. dicit ſuper Exo. Nō habuit omnino Chriſtus iuxta aīæ meritū quo potuiſſet proficere. Potuiſſet āt proficere ī merito, ſi i primo inſtāti ſuæ cōceptionis nō meruiſſet. ergo i primo inſtāti ſuæ cōceptionis meruit Chr̄s.

RESP. dcđm, ꝙ (ſicut ſupra dictū ē*) Chriſtus in primo inſtāti ſuę conceptionis ſanctificatus fuit per gratiam. Eſt aūt duplex ſanctificatio: una quidem adultorum, qui ſm̄ propriū actū ſanctificantur: alia aūt puerorum, qui nō ſanctificanᷣ ſm̄ propriū actū fidei, ſed ſm̄ fidē parentū, uel Eccleſię. Prima āt ſanctificatio eſt perfectior, q̄ ſecūda: ſicut actus eſt perfectior, q̄ habitus: & qđ eſt ꝑ ſe, eo qđ

F eſt ꝑ aliud. Cum ergo ſanctificatio Chr̄i fuerit pfectiſſima (q̄a ſic ſāctificatus eſt, vt eſſet aliorū ſanctificator) cōſequēs eſt, ꝙ ipſe ſm̄ proprium motum liberi arbitrij in Deū fuerit ſanctificatus, qui quidē motus liberi arbitrij ē meritorius.[m] Vñ pñs eſt, ꝙ in primo inſtāti ſuæ cōceptionis, Chr̄s meruerit*.

AD PRIMVM ergo dcđm, ꝙ liberum arbitriū non eodē mō ſe habet ad bonū, & ad malū.

G Nā ad bonū ſe hēt per ſe, & naturaliter, ad malū aūt ſe hēt per modū defectus, & ꝑter naturam. Sicut aūt Phil. dicit* in ſecundo de Cælo, Poſterius eſt qđ eſt præter naturam, eo qđ ē ſm̄ naturam: quia id, qđ eſt ꝑter naturā, eſt quædam exciſio ab eo, qđ eſt ſm̄ naturam. & iō liberum arbitrium creaturę[d] in primo inſtanti creationis pōt

H moueri ad bonū merendo, nō aūt ad malum peccando, ſi tamen natura ſit integra.

AD II dcđm', ꝙ illud, qđ hō hēt i principio ſuæ creationis ſm̄ cōem naturę curſum, eſt homini naturale, nihil tñ prohibet quin aliqua creatura i principio ſuæ creationis, aliqđ bñficiū gr̄ę à Deo conſequatur. Et hoc mō aīa Chriſti i principio ſuæ creationis conſecuta eſt

I gr̄am, qua poſſet mereri. & ea rōne gr̄a illa, ſm̄ quandā ſimilitudinē dr̄ fuiſſe illi hoī naturalis, ut patet per Auguſt.* in Enchir.

c.40. Imedio to.3.

AD III dicendum, ꝙ nihil prohibet idē eſſe alicuius ex diuerſis cauſis. Et ſm̄ hoc Chr̄s gloriam immortalitatis, quā meruit in primo inſtanti ſuæ cōceptionis, potuit etiam poſterioribus actibus, & paſſionibus mereri, nō quidem ut eſſet ſibi magis debita, ſed ut ſibi ex pluribus cauſis deberetᷣ.

ARTICVLVS IIII.

K *Vtrū Chriſtus fuerit pfectus cōprehēſor i primo iſtāti ſuæ cōceptiōis.*

AD QVARTVM ſic ꝓcedit. Vr̄ ꝙ Chriſtus nō fuerit perfectus cōprehēſor in primo iſtāti ſuę cōceptiōis. Meritū. n. ꝓcedit[h] præmiū, ſicut, & culpa pęnā: ſed Chr̄s in primo inſtāti ſuæ cōceptiōis meruit, ſicut dictū ē*. Cū ergo ſtatus cōprehēſoris ſit principale præmiū, vr̄ ꝙ Chr̄us i primo inſtāti ſuæ cōceptiōis nō fuerit cōprehēſor.

¶ 2 Præ. Dñs dicit Luc. vlt. Hęc

SVP. QV. XXXIIII. ART. IIII.

Parr o.

187

Medina.ar.4.

Locis ſup. ar.3. adductis.

Titulus clarus eſt. ¶ In corpore una eſt cōcluſio, Chriſtus in primo inſtanti ſuæ conceptionis fuit, actu comprehenſor, uidendo Deum per eſſentiam clarius cæteris. Probatur, & primo, ꝙ habuerit gratiā maiorem oībus comprehenſoribus: ſecundo, quod actu uiderit plus cæteris. Primam

Art. præc.

mum probatur, Chriſtus accepit tunc gratiam, & non ad mē ſuram. ergo accepit gratiam, & quantum habent comprehenſores. & maiorē omnibus. Antecedens ex euangelio, Conſequētia probatur, quia gratia uiatoris minorem habet menſuram reſpectu gratiæ comprehenſoris. probatur, quia deficit ab illa: ea hoc enim ſequit, ꝙ habeat gratiā quā tam comprehenſores, & cuius ſequit, ꝙ maior eſt omnibus, quia aliter fuiſſet mēſurata ad aliā maiorem, vel æqualē. Secunda uero pars probatur. quia gratia nō fuit ſine actu. probatur, quia inconueniens eſſe iam dictū eſt in Chriſto ponere gratiam habitualem ſine actu.

¶ Aduerte hic, quòd ex hoc loco apparet quid uideatur ſentiſſe Auctor de illa quæſtione in præcedente libro tacta, an gratia viatoris ſit minor gratia comprehenſoris, ſecundum ſuā quantitatem, an ſolum ratione modi, quia ſcilicet comprehenſor videt. & uia or non. Expreſſe ſiquidem hoc in loco, ex hoc ꝙ viatoris grā deficit a grā cōprehēſoris inferꝫ ꝙ minorē hēt mēſuram. Et ne dubites, ꝙ de quantitate loquꝫ, ſubditur tanta, & quanta: & vt accipias hæc de ipſa eſſentia gratiæ, & non de modo actus ſubdit & quia gratia illa non fuit ſine actu, ubi mōſtrat ſe de ipſa eſſentia habitualis gratiæ loquutū, ex hoc ipſo, ꝙ poſtea ad illius actum deſcendit: & ſi ſic eſt, conſequens eſt, ut minimus comprehenſor habuerit actualiter maiorem gratiā, quā Ioannes Bap. & ſanctus Petrus. & quicumque alius uiator dum in hac fuerint vita. Et propterea gratia hic eſt ſicut ſemē, ita quòd quanto maior eſt hic gratia, tanto in patria erit maior gloria proportionaliter. Numquam tamen gratia tota eſt in uia, quanta eſt gratia conſumata, quæ eſt gloria, ſicut nec ſemen eſt, quanta eſt arbor ſua, quantumcumque minima, ſeu animal ſuū quantūcūqȝ paruū.

Augu. hoc loco Pſ. 64 to. 8.

Art. præc.

q. 7. ar. 9. 10. & 12.

concl. m.

q. 19. ar. 3.

oportuit Chrm pati, & ita intrare in gloriam ſuā: ſed gloria ptinet ad ſtatū cōprehenſoris. ergo Chrs non fuit i ſtatu comprehenſoris in primo inſtāti ſuæ cōceptionis, qn adhuc nullā ſuſtinuerat paſſionem.

¶ 3 Præt. Illud, quod nō cōuenit nec homini, nec angelo uꝛ eſſe propriū deo, & ita non cōuenit Chriſto ſm ꝙ homo. ſed ſemper eſſe beatum, nō cōuenit, nec homini, nec angelo: ſi. n. fuiſſent cōditi beati, poſtmodū nō peccaſſent. ergo Chrs, ſm quòd homo, non fuit beatus in primo inſtanti ſuæ conceptionis.

SED CONTRA eſt, ꝙ dr in Pſ. 64. Beatus, quē elegiſti, & aſſūpſiſti, qđ ſm glo.* referꝫ ad humanā naturā Chri, q̄ aſſumpta eſt a uerbo dei in unitatem perſonæ: ſed in primo inſtāti cōceptiōis fuit aſſumpta humana natura a verbo dei i unitatē pſonę. ergo i primo iſtāti ſuæ cōceptionis Chrs, ſm ꝙ hō, fuit beatus, qđ eſt eſſe cōprehenſorem.

RESPON. Dcdm, ꝙ (ſicut ex dictis patet*) nō fuit cōueniēs, vt chrs in ſua conceptione acciperet gratiā habitualē tantū abſq; actu: accepit. n. gratiā non ad mēſurā, vt ſupra habitum eſt.* Gratia āt uiatoris cū ſit deficiēs a gratia cōprehēſoris, habet mēſurā minorē reſpectu gratiæ cōprehēſoris. Vn̄ manifeſtū eſt, ꝙ Chrs i m primo iſtāti ſuæ conceptionis, accepit nō ſolū tātā gratiā quātā cōprehēſores habent, ſed ēt oibus cōprehēſoribus maiorē. Et qa gratia illa nō fuit ſine actu, cōſequēs eſt ꝙ actu fuerit cōprehēſor, uidēdo Deū p eſſentiā clarius ceteris creaturis.

AD PRIMVM ergo dcdm, ꝙ (ſicut ſupra dictum eſt*) chriſtus nō meruit gloriam animæ, ſecūdum quam dr comprehenſor, ſed gloriam corporis ad quam per ſuam paſſionem peruenit.

Vnde patet reſponſio ad ſm.

Ad III dicēdū ꝙ, Chriſtus ex hoc ꝙ fuit deus, & homo in ſua humanitate habuit aliquid præ ceteris creaturis, ut ſcilicet ſtatim a principio eſſet beatus.

QVAESTIO XXXV.

B *De natiuitate Chriſti in octo articulos diuiſa.*

CONSEQVENTER poſt Chriſti cōceptionē agēdū eſt de eius natiuitate. Et primo, quantū ad ipſam natiuitatē. Secundo, quantum ad natiuitatis manifeſtationem.

Circa primum quęruntur octo.

¶ Primo, Vtrum natiuitas ſit naturę uel perſonæ.

¶ Secūdo, vtrū Chro ſit attribuēda alia natiuitas pter ęternam. C

¶ Tertio, Vtrū ſm natiuitatē tpalē beata Virgo ſit mater eius.

¶ Quarto, Vtrū debeat dici mater dei.

¶ Quinto, vtrū Chriſtus ſecūdū duas filiationes ſit filius dei patris, & Virginis matris.

¶ Sexto, De modo natiuitatis.

¶ Septimo, de loco.

¶ Octauo, De tpe natiuitatis.

D

ARTICVLVS I.

Vtrū natiuitas ſit naturę uel perſonæ.

AD PRIMVM ſic pcedit. Vr ꝙ natiuitas naturę cōueniat magis, q̄ pſonæ dicit. n. Au. in li. de fide ad Petrū. Natura æterna atq; diuina, nō poſſet cōcipi & naſci ex humana natura, niſi ſm ueritatē humanæ naturæ. ſi igiꝛ diuinæ naturę cōuenit cōcipi, & naſci ratione humanæ naturæ, multo magis conuenit humanæ naturæ. E

¶ 2 Præt. Scdm Philoſophū i 5. Meth.* nomen naturæ a naſcendo ſumptum eſt: ſed denominationes fiunt, ſecundum ſimilitudinis conuenientiam. ergo uideꝛ quòd natiuitas magis ptineat ad naturā, quā ad pſonam.

SVP. QVÆST. XXXV. ART. 1.

Medina ar. 1.

PRo hac quæſtione in tit. primi art. notandi ſunt terminis oēs, & primum ꝙ natiuitas ſumitur proprie, & formaliter vt continet natiuitatem in utero, & natiuitatem ex utero: ita A quòd non tractabitur ſolum de natiuitate ex utero, ſed etiam de natiuitate in utero, ut teſtantur quinque primi articuli huius quæſtionis. Eſt autem differentia inter conceptionem, & natiuitatem in utero formalis, quia conceptio attenditur penes captionem rei ad concipientem: ex hoc enim dicitur aliquis concipere, ꝙ ſimul apud ſe capit quod generandum eſt. Natiuitas autē attenditur penes egreſſum à parente ex hoc. n. res naſci dicitur, ꝙ ad naturam pergit, eſt. n. uia in naturam. Vnde natiuitas tunc pfecte conſumata eſt quando ex utero pfles exit, qa tunc primo adipiſcitur propriam naturam, vt res omnino ſeparata à matre. Q, adhuc enim eſt in utero pfles, eſt aliquid matris, & propterea tunc ſimpliciter, & abſolute dicimus ꝙ homo natus eſt. Tractauit ergo Auctor prius de Chriſti cōceptione, & nunc de natiuitate: tum, quia prius conſiderandæ fuit ratio cōceptionis, & poſtea natiuitatis in vno, & eodē opere, quo conceptus, & natus eſt in utero: tum, quia natiuitas ſimpliciter, & abſolute nunc ſpata, quæ ſcilicet eſt ex utero (unde tractatus iſte denominatꝛ) poſterior eſt omni conceptione, & fas fuit in principio tractatus de natiuitate inchoateꝛ, tōne natiuitatis ēt i utero.

Per. 0. 189

3. di. 8. ar. 2.

¶ Notādū eſt deinde, ꝙ cōparatio diſtinctionē cōparatorū exigit, & propterea natura, & pſona inter quas hic cōparatio i ordine, ad natiuitatē. ſumuntur, in hoc articulo ut abinuicem diſtinguuntur. hoc eſt natura ſm rōnem naturæ ut actū naturę, ſeu formæ exercet, qui exprimitur p ly ut quo, & ſimiliter pſonā ſm rōnē hypoſtaſis, ut ſ. actū pſonę exercet, q ſignificatꝛ p ly, ut quòd: diſtinguuntꝛ ſiquidē natura, & pſona ut quo, & quod eſt. n. natura qua hypoſtaſis eſt id, quod eſt

c. 40 i me. ton. 3.

li. 5. Meta. tex. 5. to. 3.

¶ Notandum demum eſt, quòd in hoc primo artic. nō eſt quæſtio de perſona Chriſti, & natura Chriſti, ſed in cōmuni de natura, & perſona, ut titulus ipſe ſonat. In ſequenti ſiquidem art. an Chriſto conueniat ter [illegible] natiuitas, quæretur, & ideo ad uniuerſaliſſimam diſtinctionem, inter naturam, & perſonā

(qualis eſt dicta differentia) recurrendum eſt, ut etiam ex Auctore in corpore articuli percipere potes, dum ex diſtinctione ſecundum modum ſignificandi inter naturam, & perſonam differentiam inter naturam, & perſonam aperuit.

¶ In corpore artic. ponitur primo una diſtinctio bimẽbris, deinde reſpondetur quæſtio duabus concluſionibus, ſingulis iuxta ſingula diſtinctionis membra. Diſtinctio eſt, natiuitas poteſt attribui, uel ſicut ſubiecto, uel ſicut termino. Prima concluſio eſt. Natiuitas attribuitur non naturæ, ſed perſonæ ut ſubiecto naſcẽti. Secũda, Natiuitas naturæ attribuitur ut termino.

Li.c.6.p. u ba princ.

¶ Aduertendum eſt hoc in loco cautiſſime, quòd diſtinctio iſta non eſt intelligẽda, ut ſonat, nam dupliciter poteſt intelligi, uel de ſubiecto inhæſionis, ut ſcilicet, illi dicatur attribui natiuitas, ut ſubiecto in quo ſubiectiue eſt natiuitas ſicut motus, uel mutatio eſt in ſubiecto, cui inhæret, ſeu ineſt motus, ſeu mutatio, quemadmodum ſi manus calefiat, calefactio eſt ſubiectiue in manu, & ſi ex aqua fit aer generatio aeris eſt ſubiectiue in materia prima, quæ trãſmutatur in aerem. Et ſic non ſumitur in propoſito ſtum, quia natiuitas hæc in litera dicitur eſſe in perſona, ut in ſubiecto, conſtat autem perſonam non eſſe ſubiectum inhæſionis reſpectu natiuitatis, quia natiuitas eſt ſubiectiue in materia prima cum ſit ſpecies generationis ſubſtantialis, & quia natiuitas quandiu durat,

I .2. Phyſ. 14. to. 1.

non eſt adhuc perſona, quæ naſcitur, & quàm primum perſona eſt, natiuitas definit: tum quia in litera inſinuatur cõcluſio iſtius ſenſus, dũ concludendo dr, quòd natiuitas tamquam ſubiecto naſcenti proprie attribuitur perſonæ: non n. fruſtra addit ly naſcenti, ſed ut monſtraret quòd non loquitur de ſubiecto inhæſionis: uel poteſt intelligi de ſubiecto denominationis, ut ſcilicet illi attribuatur natiuitas ut ſubiecto, quod denominatur proprie à natiuitate naſcens, & natũ: & ſic ſumitur in propoſito: tum quia medius terminus probãs, & declarans concluſionem primam eſt, quòd id, quod naſcitur, eſt ut ſubiectum, & ſimiliter concluſio, ut dictum eſt, dicit ut ſubiecto naſcenti: tum quia ſic omnia, quæ in litera dicuntur, abſque ſcrupulo uera inueniuntur, & conſona: tum quia Auctor tam in diſtinctione, quã in probatione, quàm etiam in concluſione, numquam loquitur de ſubiecto, & termino natiuitatis, ſed loquitur de ſicut ſubiecto, & de ſicut termino natiuitatis, ut patet in litera: præponendo ſiquidem ſuper ly ſicut, aut ly tamquam, manifeſtauit quòd non de ſubiecto, aut termino proprie loquebatur, ſed de his, quæ ſe habent ut ſubiectum, & ut terminus. Et hic eſt procul dubio uerus, & formalis ſenſus iſtius literæ: perſona ſiquidem eſt ſubiectum propriam denominationis reſpectu natiuitatis, ita proprie loquendo, Sortes eſt qui naſcitur, & poſtea natus eſt

K.

¶ 3 Præt. Illud proprie naſcitur quod per natiuitatem incipit eſſe: Sed per natiuitatẽ Chriſti non incepit eſſe perſona Chriſti, ſed eius humana natura. ergo uidetur quòd natiuitas proprie pertineat ad naturã, non ad perſonã.

SED CONTRA eſt, quòd Damaſcenus * dicit in 3 libro, Natiuitas hypoſtaſis eſt non naturæ.

G

RESPON. dicendum quòd natiuitas poteſt attribui alicui dupliciter, uno mõ ſic ut ſubiecto alio modo ſicut termino: ſicut ſubiecto quidem attribuitur ei quod naſcitur; hoc autẽ proprie eſt hypoſtaſis. nõ natura. Cũ. n. naſci ſit quoddam generari, ſi generatur aliquid ad hoc, quod ſit, ita naſcit aliquid ad hoc, quòd ſit eſſe aũt proprie eſt rei ſubſiſtẽtis nã forma, quæ nõ ſubſiſtit, dicitur eſſe ſolũ, quia ea aliquid eſt: perſona autẽ, uel hypoſtaſis ſignificatur per modũ ſubſiſtẽtis, natura autem ſignificatur per modum formæ, in qua aliquid ſubſiſtit, & ideo natiuitas tamquam ſubiecto naſcenti, propriẽ attribuitur perſonę uel hypoſtaſi nõ naturæ. ſed ſicut termino attribuitur natiuitas naturæ: terminus. n. generationis, & cuiuſlibet natiuitatis eſt forma, natura autem per modum formæ ſignificat. Vnde natiuitas dr eſſe via i naturã. vt patet per Philoſophũ 2. Phyſ. terminat. n. naturæ intẽtio ad formã, ſeu naturã ſpẽi.

H

AD PRIMVM ergo dicẽdũ quòd propter idẽtitatem, quæ in diuinis eſt inter naturam, & hypoſtaſim: quandoque natura ponitur pro perſona, uel hypoſtaſi. & ſecundum hoc dicit Auguſtin. * naturam diuinam eſſe conceptam, & natam, quia ſcilicet perſona filii eſt concepta, & nata, ſecundum humanam naturam.

AD II dicendum, quòd nullus motus, ſeu mutatio denominatur à ſubiecto, quod mouetur, ſed à termino motus, à quo ſpeciem habet. Et propter hoc, natiuitas non denominatur à perſona, quę naſcitur, ſed à natura ad quam natiuitas terminatur.

AD III dicendum, quòd natura proprie loquendo, nõ incipit eſſe, ſed magis perſona incipit eſſe in aliqua natura, quia, ſicut dictũ eſt *) natura ſignificat, vt quo aliqd eſt, perſona aũt ſignificat, vt quæ habet eẽ ſubſiſtẽs

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum attribuenda ſit Chriſto aliqua natiuitas temporalis.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd Chriſto non ſit attribuenda aliqua natiuitas temporalis, naſci. n. eſt I uelut quidam motus rei non exiſtentis. antequã naſcatur id agens beneficio natiuitatis, ut ſit: ſed Chris ab ęterno fuit ergo nõ potuit tẽporaliter naſci. ¶ 2 Præt. Illud, quod eſt in ſe per

F ¶ Concluſio ergo prima quo ad utramque ſui partem, ſic probatur. Quod naſcitur eſt tanquam ſubiectum natiuitatis. ergo quod eſt. ergo ſubſiſtens. ergo perſona, & non natura. Antecedens pro euidenti relinquitur. & uerè euidens eſt cognitis terminis. Prima conſequentia probatur, quia quod naſcitur, naſcitur, ad hoc quòd ſit: quod probatur, quia naſci eſt quoddam generari, quod generatur autẽ, generatur ad hoc quod ſit. Secunda uero cõſequentia probatur: quia eſſe eſt proprie ſubſiſtentis: quod probatur, quia forma non ſubſiſtens non dicitur eſſe, ut quę eſt, ſed ut qua aliquid eſt. Tertia autem conſequentia probatur, quia perſona ſignificatur per modum ſubſiſtentis, natura autem per modum formæ. Perſpice in hac deductione, quæ diximus, quòd de ſubiecto denominationis intendit, quia ex modis ſignificandi probat concluſionem: modus enim ſignificandi uariat non ſolum proprietatem, ſed ueritatem enunciationis: dictumque eſt enim in 1. libro propter eum iſtam eſſe falſam, deitas ſignificat deitatem, & iſtam ueram, deus generat deum: & cõſurmiter nunc dicitur, quod natura nõ naſcitur, nec eſt nata, ſed perſona eſt quę naſcitur & eſt nata: hoc enim eſt perſonam, & nõ naturam eſſe ſubiectum denominationis reſpectu natiuitatis. hoc eſt, eſſe, cui ut ſubiecto attribuitur natiuitas, & ſimile quid eſt uidere in probatione ſecundæ concluſionis, dum ipſa etiam ex modo ſignificandi probatur.

loco citato in arg.

In cor. ar.

3. di. 14. q. 1. ar. 2. ad 4. & 3. diſ. 8. ar. 4. q. 1. Et de vnio. ar. 1. ad 16.

¶ Secunda concluſio probatur primo, terminus natiuitatis eſt forma. ergo natura; antecedens patet, quia terminus cuiuslibet generationis eſt forma. Conſequentia probatur, quia natura ſignificatur per modum formæ. Confirmatur ſecundo, quia natiuitas dicitur uia in naturam, ex 2. Phyſicorum, & exponitur, quia intentio naturæ ad formam, ſeu naturam terminatur.

¶ Aduerte hic, quod natura non ſolum ſe habet ut terminus in denominando ipſam natiuitatem, à terminis enim denominantur generationes, ſed & ſecundum rem natura habet termini rationem, quoniam ad naturam terminatur ſecundũ rem generatio: & propterea Auctor ex parte rei etiam rationem attulit ex intentione naturæ utentis generatione ut uia in naturam, ad quam tendit.

SVP. QVÆST. XXXV. ART. II.

Titulus clarus.

¶ In corpore una eſt concluſio. Neceſſe eſt Chriſto attribuere duas natiuitates. vnam, qua æternaliter natus eſt à patre, aliam, qua temporaliter natus eſt à matre. Probatur, In Chriſto ſunt duæ naturæ, quarum unam ab æterno à Patre. alteram temporaliter à matre habet. ergo Chriſto attribuendæ

ſeclum, natiuitate non indiget: ſed perſona filij Dei ab æterno fuit perfecta. nō ergo indiget temporali natiuitate, & ita uidetur quod non ſit temporaliter natus.

¶ 3 Præt. Natiuitas proprie perſonæ conuenit: ſed in Chriſto eſt vna tantū perſona. ergo in Chriſto eſt tantum una natiuitas.

¶ 4 Præt. Quod duab. natiuitatib naſcitur, bis naſcitur, ſed hęc vr eſſe falſa, Chriſtus eſt bis natus, quia natiuitas eius, qua de Patre eſt natus, interruptionē nō patitur, cum ſit æterna: quod tamen requiritur ad hoc aduerbiū bis: ille.n. dicitur bis currere, qui cum interruptione currit. ergo uidetur quòd in Chriſto nō ſit ponēda duplex natiuitas.

SED CONTRA eſt, quod Dama. dicit* in 3. lib. confitemur duas Chriſti natiuitates, vnā, quę eſt ex Patre*, æternam: & unā, quę eſt in vltimis tēporib. propter nos.

RESP. dicendum, quod (ſicut dictum eſt.*) natura cōparatur ad natiuitatē, ſicut terminus ad motū, uel mutationē. Motus aūt diuerſificatur, ſecundū diuerſitatē terminorū, ut patet per Philo. in 5. Phyſic.* In Chriſto autem ſunt duæ naturę, diuina.ſ. & humana: quarum unā accepit ab æterno à Patre, alterā accepit tēporaliter a matre, & ideo* neceſſe eſt attribuere Chriſto duas natiuitates, vnam, qua æternaliter natus eſt a Patre, aliam, qua tēporaliter natus eſt à matre.*

AD PRIMVM ergo dicendum, quod hæc fuit obiectio cuiuſdā Feliciani hæretici, quam Augu.* in libro cōtra Felicianū ſic ſoluit, Fingamus, inquit, ſicut pleriq; uolunt, eſſe in mundo aīam generalē, quæ ſic ineffabili motu ſemina cuncta uiuificet, vt nō ſit concreta cū genitis, ſed uitā præſtet ipſa gignendis: nempe cū hæc in uterum, paſſibilē materiam ad vſus ſuos formatura peruenerit, vnā facit ſecū eſſe perſonā eius rei, quam nō eādem conſtat hēre ſubſtantiā: & fit operante anima, & patiente materia, ex duabus ſubſtantijs unus hō. Sicque animam naſci fatemur ex utero, non quia antequam naſceretur, quātum ad ſe attinet, ipſa penitus non fuiſſet: ſic ergo, immo ſublimius natus eſt de matre filius Dei ſecundum hominem, eo pacto quo cum corpore naſci docetur, & animus, non quia utriuſque ſit una ſubſtantia, ſed quia ex utraque fit una perſona. Non tñ ab initio carnis incępiſſe dicimus dei filium, ne temporalem credat aliquis deitatem. non ab æterno filij Dei nouimus carnē, ne nō ueritatē humani corporis, ſed quandā eū ſuſcepiſſe putemus imaginem.

AD II dicendum, quod hæc* fuit ratio Neſtorij, quā ſoluit Cyrillus in quadā epiſtola dicens, Nō dicimus, quod filius Dei indiguerit neceſſario propter ſe ſecūda natiuitate poſt eā, quæ ex Patre eſt, eſt.n. fatuū, & indoctum exiſtentē ante oia ſæcula, & conſempiternū Patri indigere dicere initio, ut ſit ſecundo. Quoniam autem propter nos, & propter noſtrā ſalutē vniens ſibi ſecundum ſubſiſtentiam, quod eſt humanum proceſsit ex muliere, ob hoc dicitur naſci carnaliter.

AD III dicendum, quod natiuitas eſt perſonæ, ut ſubiecti, naturæ autem, ut termini. Poſſibile eſt aūt vni ſubiecto plures trāſmutationes ineſſe, quas tñ neceſſe eſt ſecundum terminos uariari. quod tamen non dicimus, quaſi æterna natiuitas ſit tranſmutatio, aut motus, ſed quia ſignificatur per modum mutationis, aut motus.

AD IIII dicendum, quòd Chriſtus pōt dici bis natus, ſecundum duas natiuitates: ſicut.n. dr bis currere, qui currit duob. temporibus, ita poteſt dici bis naſci, qui ſemel naſcitur æternitate, & ſemel in tpe. quia æternitas, & tps multo magis differunt quàm duo tpa, cū tamen utrumque deſignet menſuram durationis.

ARTICVLVS. III.*

Vtrum ſecundum temporalem Chriſti natiuitatem, B. Virgo poſſit dici mater eius.

AD TERTIVM ſic proceditur. Vr quod ſecundum tpalē natiuitatē Chriſti, B. Virgo nō poſſit dici mater eius: ut.n. ſup. dictū eſt,* B. Virgo Maria nihil actiue in generatione Chriſti opata eſt, ſed ſolam materiā miniſtrauit, ſed hoc non vr ſufficere ad rōnem matris, alioquin lignū diceretur eſſe mater lecti. aut ſcāni. ergo uidetur quod B. Virgo non poſſit dici mater Chriſti.

¶ 2 Præt. Chriſtus ex B. Virgine miraculoſe natus eſt, ſed miraculoſa generatio, nō ſufficit ad rōnē maternitatis, uel filiationis: nō.n. dicimus Euā fuiſſe filiam Adæ. ergo uidetur quod nec Chriſtus debeat dici filius B. Virginis.

¶ 3 Præt. Ad matrē pertinere vr deciſio ſeminis, ſed ſicut Dam. dicit in 3. lib. corpus Chriſti nō ſeminaliter, ſed conditiue a Spirituſancto formatū eſt. ergo uidetur quòd beata Virgo non debeat dici mater Chriſti.

SED CŌTRA eſt, quod dr Matt. 1. Chriſti generatio ſic erat, cū eſ-

Marginal commentary (left):

attribuendæ ſunt duæ natiuitates &c. Antecedens ex fide. Conſequentia probat, quia natura ſe hēt ad natiuitatē ut terminus ad motū. motus aūt diuerſificatur, ſecundum diuerſitatē terminorū, 5. Phy. Ex hoc.n. manifeſte ſequitur, quod diuerſitas naturarū terminantium, inferat diuerſas natiuitates, ac per hoc duæ naturæ inferūt duas natiuitates. ¶ In cōſione ad vltimū habes in litera ſatisfactionē ad rem, ſi ad formā inſtantiæ, quod bis exigit interruptionem menſuræ totes primū actū, & ſecundū ſi ſecundum dicere cupis, dicito, quod eſt verū, ſi primus, & ſcdus actus mēſurantur menſura durationis vnius rōnis, puta quod tpe ſit utriuſque mēſura, aut æternitas ſit vtriuſque menſura. Oportet.n. interrupto tpe currere, qui bis currit in tpe, & ſimiliter oporteret interrupta æternitate naſci, qui bis in æternitate diceretur nat*. Sed diuerſarū rōnum exiſtentibus menſuris, actus (puta intellectionis, volitionis, natiuitatis, dum una intellectio alicuius eſt in æternitate, & altera in tpe, & ſic de alijs) pōt dici, quod ille bis intellexit la, idē ſemel in ęternitate, & ſemel in tpe abſque æternitatis interruptione: & rō in lra aſſignatur, quia plus differunt æternitas menſuræ durationis æternitas. & tps, quàm duo tpa interrupta, puta hodie, & poſt cras. Nun oportet igitur natiuitatē Chriſti diuinā, interruptionem hēre reſpectu natiuitatis Chriſti humanæ, ad hoc ut Chrs vere dicatur bis natus, quia plus diſtat mēſura diuinę natiuitatis à mēſura humanæ natiuitatis, quàm ſi una fuiſſet ante mille annos, & alia hodie.

Marginal references (left): li. 3. orth. 6. ca. 7. in med. — art. præc. — lib. 5. Phy. tex. 4. & ſeq. to. 2. — ſerm. 4. — 8 12. paolo poſt prin. tom. 6.

Marginal references (right): In concil. Calcedon. actione 1. in epiſt. ad Neſtoriū circa me.

SV. QVÆ. XXXV. ART. III.

Ferr. 4. cont. c. 35. 34. Cap. 3. d. 4. q. 1. con. 2. Medina. a. 3.

Tituluis, an B. Virgo uere poſſit dici mater Chriſti. ¶ In corpore una cōcluſio, B. Virgo eſt uere mater Chriſti. Probatur, Corpus Chriſti nō eſt de cœlo allatū, ſed de Virgine matre ſumptū, & ex puriſſimis ſanguinibus eius formatū. ergo B. Virgo eſt vere mater Chriſti. Ab eo quo ad primā partē ex oppoſita hæreſi Valentini patet, quo ad ſcdā verò patet ex antedictis. Cōſequentia probatur, quia hoc ſolū requiritur ad rōnē matris. ¶ Circa generationē hāc dubiū nō occurrit, quia apparet vitiū petitionis principij in ea, dū aſſumitur quod corpus Chriſti ſumptū eſt ex Virgine matre, nā probandū erat, quod illa nulla eſſet mater. Nec valet dicere quod aſſumitur corpus Chriſti ſumptū ex matre, & concluditur, Chriſtū eſſe matrē: quoniam tota rō de Chriſto eſt rōne corporis, ideo ſit B. Virgo mater eius, & in vna ver

Part. 3. 290 t. d. 3. q. 2. a. 1. & 2 & d. 4. q. 2. a. 2. & 4. cōt. G. 5. & c. 34 & 44 & opu. 1. 3. ca. 22. & . 30 & opu. 6. c. 5. com. 4 q. 32. art. 4

li. 3. c. 2. 4. & 7.

tiur rõnem, an rõne corporis, an Chriſti B. Virgo ſit mater.

concl. m ¶Ad hoc dr̃, q̃ ly ex matre, in premiſſis aſſumptũ breuitatis cã aſſũptũ eſt, ut uno uocabulo exprimeretur modus, quo corpus Chri ſumptum eſt ex B. Virgine, ac ſi dixiſſet, Corpus Chri ſumptũ eſt ex B. Virgine (loco naturali gñationis, & p operationẽ naturalẽ mulieris ad cõceptionẽ, & ex materia nãli, quã explicauit ſubdẽdo, Et ex puriſſimis ſãguinib. &c. vbi patet nullã incidere ſuſpitionem petitionis principij. q.52.ar.4. q.31.ar.5. q.35.art.3

¶In reſp. ad tertiũ, aduerte ad crebrã repetitionẽ nõ neceſſarii cõcurſus ſeminis muliebris ad gñonẽ, & intellige Auctorẽ non ſenſiſſe, q̃ ſemẽ mulieris ſit excreſcentia uteri (ut Ariſtoteles putauit) ſed q̃ cõcurrat ad gñationẽ, non neceſſario tñ. Et pp̃ea apud Auctorem ex hoc ipſo, q̃ ſemẽ muliebre ordinatum eſt ad gñationẽ, licet nõ neceſſario, hr̃ rõ peccati molliciei in muliere uoluntarie ſeminante ſola: abutit. n. ſemine ad gñationẽ ordinato. lib. 3. c. 7. circa me.

ſet deſponſata mater Ieſu Maria, Ioſeph &c.

RESP. dcẽdm, q̃[m] B. Virgo eſt vera, & nãlis mr̃ Chri.[n] ſicut. n. ſupra dictum eſt,* corpus Chri, nõ eſt de cęlo allatũ, ſicut Valẽtinus hæreticus poſuit, ſed de Virgine matre ſumptũ, & ex puriſſimis ſanguinib. eius formatũ. Et hoc ſolũ reqrit ad rõnem matris, ut ex ſupradictis patet.* vñ B Virgo vere eſt mr̃ Chri.

AD PRIMVM ergo dcẽdm, q̃ (ſicut s. dictũ eſt) paternitas, ſiue maternitas, & filiatio, nõ cõpetũt in quacũq; gñatione, ſed in ſola gñatione viuẽtiũ: & iõ ſi aliqua inanimata ex aliqua materia fiãt, non pp̃ hoc cõſequit in eis relatio maternitatis & filiationis. ſed ſolũ in gñatione viuentiũ, q̃ proprie natiuitas dr̃.

AD II dcẽdm, q̃ ſicut Dama.* dicit in 3 li. natiuitas tpa is, qua Chrs eſt natus pp̃ nr̃am ſalutẽ, eſt quodãmodo ſm̃ nos, qm̃ natus eſt hõ ex muliere, & tpe cõceptionis debito Sup nos aũt, qm̃ nõ ex ſemine, ſed ex Spiritu ſancto, & ſancta Virgine, ſupra legẽ cõceptionis. ſic igit ex parte matris natiuitas illa fuit naturalis, ſed ex parte operationis Spũſſancti, fuit miraculoſa. vnde B. Virgo eſt uera, & naturalis mater Chriſti.

q.52.art.4 D. 661. & 3117. AD III dcẽdm, q̃ (ſicut ſupra dictum eſt*) reſolutio ſeminis fæminæ, non pertinet ad[d] neceſſitatem conceptus, & ideo reſolutio ſeminis non ex neceſſitate requiritur ad matrem.

SV. QVÆ. XXXV. ART. IIII.

Ferr. 4. cont. c. 34. 45. Medina. a. 4.

Titulus clarus ut ſonat.

Ferr. c. 191 3. d. 4. q. 2. art. 3. & 4. cõtr. c. 34. 43. & 45. h. Et op. 3. c. 229. ¶In corpore duæ ſũt concluſiones. Prima eſt. B. Virgo vere dr̃ mr̃ Dei. Scđa eſt. Hæreticum eſt negare B. Virginẽ eſſe matrem Dei. Prima concluſio pbat. Oẽ nomẽ ſignificans in concreto aliquã naturam, põt ſupponere p qualibet hypoſtaſi illius naturæ. ergo ly Deus, põt ſupponere pro hypoſtaſi diuinæ, & humanæ naturæ. ergo pſonæ illi ſuppoſitæ, uel nomine dei, uel hoīs, põt attribui qcqd rõne diuinæ, uel humanæ naturæ conuenit, ergo vere põt dici Deum cõceptum, & natũ de Virgine. ergo B. Virgo uere põt dici mater Dei. Añs patet. prima cõſeqñẽtia pbat, q̃a unio incarnationis facta eſt in hypoſtaſi. Scđa, ex eiſdẽ eſt euidens. Tertia pbat, q̃a concipi, & naſci attribuit hypoſtaſi ſm̃ naturam illam, in qua concipit, & naſcit: iã aũt ex dictis patet, hypoſtaſim Verbi a principio cõceptionis unitã naturæ humanæ. Quarta pbat, q̃a ex hoc aliqua mulier dr̃ alicuius mater, quòd eum cõcepit, & genuit. Can. 1. cõcil. Eph. 1. te. 1. cõc.

ARTICVLVS IIII

Vtrum beata Virgo debeat dici mater Dei.

AD QVARTVM ſic proceditur. Vr̃ q̃ B Virgo non debeat dici mater Dei. Non. n. dicẽdũ eſt circa diuina myſteria, niſi qđ ex ſacra ſcriptura[h] hr̃: ſed nũquã in ſacra ſcriptura legit, q̃ ſit mr̃, aut genitrix Dei, ſed q̃ ſit mater Chriſti, uel mater pueri, ut patet Mat. 1. ergo non eſt dicendum, q̃ B. Virgo ſit mater Dei.

¶2 Præt. Chrs dr̃ Deus ſm̃ diuinã naturã: ſed diuina natura ñ accepit initiũ eſſendi ex Virgine. ergo B. Virgo non eſt dicenda[h] mater Dei.

F ¶3 Præt. Hoc nomen Deus, cõiter pdicat de Patre, & Filio, & Spiritu ſancto: ſi ergo B Virgo ẽ mater[h] Dei, vr̃ ſequi, q̃ B. Virgo ſit mater Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, quod eſt incõueniẽs. non ergo beata Virgo debet dici mater Dei.

SED CONTRA eſt, q̃ in capitulis Cyrilli* approbatis in Epheſina ſynodo, legit: Si quis non confitetur Deũ eſſe ſcđm veritatem Emanuel, & pp̃ hoc G Dei genitricem ſanctã Virginẽ (genuit. n. carnaliter carnẽ factã ex Deo verbũ) anathema ſit.

RESP. dcẽdm, q̃ (ſicut ſupra dictum eſt*) omne nomẽ ſignificans in concreto naturam aliquã, poteſt ſupponere p qualibet hypoſtaſi illius naturæ. Cũ autem vnio incarnationis ſit facta in hypoſtaſi, ſicut ſupra dictum eſt,* manifeſtum eſt, q̃ H hoc nomẽ Deus, poteſt ſupponere pro hypoſtaſi hñte humanam naturam, & diuinã. Et iõ quicquid conuenit diuinæ naturæ, uel humanæ, poteſt attribui illi perſonæ ſiue ſecundũ q̃ pro ea ſuppon t nomẽ ſignificans diuinam naturã, ſiue ſm̃ q̃ pro ea ſupponit nomen ſignificans humanam naturam: concipi autem, & naſci, perſonæ attribuitur, & hypoſtaſi, ſecundum naturam illam, in qua cõcipitur, & naſcitur. Cũ igitur in ipſo principio conceptionis fuerit humana natura aſſumpta a diuina perſona ſicut prædictum eſt,* conſequens eſt, q̃ uere poſſit dici Deum eſſe conceptum, & natum de Virgine. Ex hoc aũt dicitur aliqua mulier alicuius mater, quòd eum concepit, & genuit,[m] vnde cõſequens eſt, quòd beata Virgo uere dicatur mater Dei:[n] ſolum enim ſic negare poſſet, beatam Virginem eſſe matrem Dei, ſi uel humanitas prius fuiſſet ſubiecta conceptioni, & natiuitati, quàm homo ille fuiſſet filius Dei, ſicut Photinus poſuit, uel humanitas non fuiſſet aſſumpta in unitatem perſonæ, uel hypoſtaſis verbi Dei, ſicut poſuit Neſtorius. Vtrumque aũt horum eſt erroneum, vnde hęreticum eſt negare beatam Virginem eſſe matrem Dei. q.33. ar.3 concl. m

F actus circunciſionis. Ratione uero ſimilitudinis in hoc, ꝙ eſt eſſe circunciſum corporaliter: quia Chriſtus fuit corporaliter circunciſus, cum in corporalibus ſm ſe non ſit uirtus, nec uitiũ nec unde malus, nec unde bonus redditur actus circunciſionis propter huiuſmodi corporalem ſimilitudinem factæ uideo, niſi ꝙ pro tãto malus eſſet pro quanto uanus eſſet: careret. n. neceſſitate, & pia utilitate. ſi ſolum pro corporea aſſimilatione fieret. Et ſi p quadã ueneratione Chri hoc fieret, an actus ſit religioſus, an ſuperſtitioſus, conſiderandum eſt. Et quidẽ ꝙ ſit ſuperſtitioſus teſtatur, quia corporalem cæremoniã inutilem contra cõem eccleſiæ morẽ, habẽtẽ mali ſpeciẽ exercet. Sed ꝙ cæremonia hæc licet ſit corporea nõ ſit uana, aut inutilis, inde apparet ꝙ nonnulla ueneratio eſt uacare aſſimilationi ad principẽ. In honore ſiquidem principum uocamus filios noſtros, ipſorũ principiũ nominibus, ut Iulios à Iulio, & Leones à Leone Nec ſuperſtitioſe ſimilis honor in ſanctos transfert: ſed ad uenerationẽ ſanctorũ ſpectare credimus, ꝙ filios noſtros ſanctorum nominibus appellemus Et propterea ſicut aſſimilari uelle ſanctis in nominibus, extra religionẽ nõ eſt, ſed ad uenerationẽ quãdã ſpectat, ita honorem hunc exhibere Chriſto, ut ẽt corporaliter aſſimiletur ſibi circunciſio hõ, nõ ſuperſtitionis uanitas, ſed ueneratio q̃dam eſt, ab hoibus humano more exhibita, & licet ẽ nõ ſm cõem eccleſiæ morẽ eſt tñ ſm illarũ eccleſiarum, quę ſunt indiæ ſub rege Dauid, qui uulgariter dicitur Preſte Ioanni, antiquum, uetuſtumque morem. qui & nunq̃ ab uniuerſali, aut Romana eccleſia damnatus apparet: & propterea licet alibi circunciſio iſta eſſet ſuperſtitioſa, non tamẽ vbi eſt conſueta. De mali autem ſpecie, quam præſeferre circunciſionem hoc tempore negari etſi non poteſt, dicitur tñ ꝙ

K ab omni ſpecie mali cauendum eſt, quando & ubi ſpeciem mali habet. Verum, ubi, & quando actus aliquis ceſſat habere mali ſpeciem, poteſt exerceri licite, nam comedere immolata idolis, ſpeciem mali habet, & ſecundum Apoſtoli doctrinam. 1. ad Cor. 8. & 10. quandoque eſt licitum, & quandoque illicitum: nam præſentibus infirmis eſt illicitum: quando autem, & ubi ſcandalum infirmorum nõ timetur, licitum eſt. Et ſecundum hoc, circunciſio hmõi, quia in eccleſiis illis non eſt in ſcandalum infirmorum, neque mali occaſio, ceſſat habere ibi mali ſpeciẽ. Et ſi obiiciatur, ꝙ licet tollatur per hoc ratio ſcandali apud illos: non tamen tolletur per hoc ratio ſcandali apud innumeras Chriſti eccleſias, quæ de indorũ circunciſione ſcandalizant. utpote iudaiſmi ſpeciem habente, non hic uel ibi, ſed ſimpliciter, & abſolute poſt pfectã euãgelii publicationẽ, cẽſendũ credo per Romanã eccleſiã eſſet, ut uel non toleraretur circunci-

Orig. ho. 14. in Luc. in pri no. to. 3.

circuncisio tali rōe cō ſueta. uel ſi toleranda iudicaretur, ut ſint ſe licita. tolleretur cō ſcan dali apud eccleſias a-lias. Et p hæc patet ſo lutio olum obiectio-rū. Hęc ſunt, q̃ de hac q. noua mihi occurre rūt, in qua libentius audirē apoſtolicæ ſe-dis ſnīam, q̃ propriā pferrem opinionem.

SV. QV. XXXVII. ART. II.

Titulus clarus eſt. ¶In corpore triplex rō imponendi nomina refert. Deinde rūdet q̄ſtio. Nomina debent imponi a ppríetatib. rerū, uel imponunt à circūſtā-tib. qūolibet, uel ſignificāt aliqđ gratuitū donū diuinitus illis datū. Primū declarat in noībus gñerū, & ſpérum. Sm̄, in ſingularium nominib. Tertiū, in nominibus diuinitus impoſitis. ¶Cōcluſio itaq; eſt. Conuenienter uocatū eſt nomē Chſi Ieſus, idest, ſaluator: quia fuit impoſitū diuinitus angelo nunciāte, & Chro hoc munus gr̄æ collatum eſt, ut eſſet ſaluator omniū.

parr. 2. 205 Opuſc. 60. ca p. 6.

A raret, & ſpūaliter nos faceret mori peccato, ita ēt, & circuncisionē, quæ eſt remediū originalis peccati, ſuſcepit abſq; hoc ꝙ hr̄et originale peccatum, ut nos à legis iugo liberaret, & vt in nobis ſpiritualē circuncisionem efficeret, vt. ſ. ſuſcipiendo figuram, impleret veritatem.

ARTICVLVS II.

Vtrum conuenienter fuerit Chriſto nomen impoſitum.

B AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ inconueniēter fuerit Chriſto nomē impoſitum. Veritas. n. euangelica dēt pręnūtiationi propheticę rūdere: ſed prophetæ aliud nomē de Chro prænuntiauerūt: dr̄ in Iſa. 7. Ecce uirgo cōcipiet, & pariet filiū, & uocabiť nomē eius Emanuel. Et 8 Voca nomē eius, accelera, ſpolia detrahe, feſtina prædari. Et 9. Vocabitur nomen eius admirabilis, conſiliarius, Deus fortis, pater futuri ſæculi, princeps pacis. & Zach. 6. dicitur, Ecce, vir, Oriēs nomen eius. ergo inconuenienter vocatum eſt nomen eius Ieſus.

C ¶2 Præt. Iſa. 62. dr̄, Vocabiť tibi nomē nouum, quod os dn̄i nominauit: ſed hoc nomen Ieſus non eſt nomē nouū, ſed pluribus fuit in ueteri teſtō impoſitum, ut patet ēt ex ipſa genealogia Chriſti Luc. 3. ergo videtur quòd inconuenienter vocatum eſt nomen eius Ieſus.

¶3 Præt. Hoc nomen Ieſus ſalutē ſignificat, vt patet per id, qđ dr̄ Matth. 1 Pariet filiū, & vocabis no-

D men eius Ieſum, ipſe. n. ſaluum faciet populū ſuū à peccatis eorū: ſed ſalus per Chrm nō eſt facta ſolum in circuncisione, ſed ēt in præputio, ut patet per Apoſt. Rom. 4. Incōuenienter ergo hoc nomē fuit Chriſto impoſitum in ſua circuncisione.

SED CONTRA eſt auctoritas ſcripturæ, in qua dr̄ Luc. 2. ꝙ poſtq̃ conſumati ſunt dies octo, ut circuncideretur puer, vocatum eſt nomē eius Ieſus.

RESP. dcđm, ꝙ noia dēnt proprietatibus rerū rūdere. Et hoc patet in nominib. generū, & ſpērū:

E quia ut dr̄ 4. Metaph. rō quā ſignificat nomē, eſt deſinitio, q̃ deſignat propriā rei naturā. Noīa aūt ſingulariū hoium ſp imponunť ab aliqua proprietate eius, cui nomen imponiť. Vel à tpe, ſicut imponuntur noīa aliquorū ſanctorū his, q in eorum feſtis naſcuntur. Vel a cognatione: ſicut cum filio imponitur nomen patris, uel alicuius de cognatione eius: ſicut propinqui Ioannis Baptiſtæ uolebant eum uocare nomine patris ſui Zachariam, non autem Ioannem: quia nullus erat in cognatione eiꝰ, qui uocaretur hoc nomine, ut dicitur Luc. 1. Vel ēt ab euentu: ſicut Ioſeph uocauit primogenitum

A ſuum Manaſſem, dicens, Obliuiſci fecit me Deus omnium laborum meorum. Geneſ. 41. Vel ēt ex aliqua qualitate eius, cui nomen imponitur: ſicut Geneſ. 25. dicitur, ꝙ quia, qui primus egreſſus eſt de utero matris, rufus erat, & totus in morē pellis hiſpidus, uocatum eſt nomen eius Eſau, quod interpretatur rubeus. Nomina autem, quæ imponuntur aliquibus diuinitus, ſemper ſignificant aliquod gratuitū donum eis diuinitus datum: ſicut Gen. 17. dictum eſt Abrahæ, Appellaberis Abrahā, quia patrem multarū gentium cōſtitui te. Et Mat. 16. dictū eſt Petro, Tu es Petrus, & ſuper hanc petrā ædificabo eccleſiam meam. Quia igitur Chro

B hoc munus gratiæ collatū erat, vt per ipſum omnes ſaluarentur, ideo ᵐ cōuenienter vocatū eſt nomē eius Ieſus, ⁿ id eſt, Saluator, angelo hoc nomē pręnuntiante, non ſolum matri, ſed etiam Ioſeph, qui erat futurus eius nutritius. concl.

AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ in omnibus illis nominibus quodammodo ſignificatur hoc nomē Ieſus, quod eſt ſignificatiuū ſalutis. Nā in hoc ꝙ dicitur, Emanuel quod interpretatur, nobiſcū Deus, deſignatur cauſa ſalutis, quæ eſt unio diuinæ, & humanæ naturæ in perſona filij Dei, per quam factum eſt, ut Deus eſſet nobiſcum, quaſi particeps

C noſtræ naturæ. Per hoc aūt ꝙ dr̄, Voca nomē eius, accelera, ſpolia detrahe, &c. deſignatur a quo nos ſaluauit, quia à diabolo, cuius ſpolia abſtulit, ſecūdum illud Coloſ. 2. Expolians principatus, & poteſtates, traduxit confidenter. In hoc aūt, ꝙ dr̄, Vocabiť nomen eius admirabilis &c. deſignatur uia, & terminus noſtræ ſalutis, inquantum. ſ. admirabili diuinitatis conſilio, & uirtute, ad hæreditatē futuri ſæculi pducimur, in quo erit pax perfecta filiorū Dei, ſub ipſo principe Deo. Quòd vero dicitur, Ecce uir, Oriens nomē eius, ad idem referť ad qđ primum, ſ. ad incarnationis myſterium, ſecundum ꝙ exortum eſt in tenebris lumen rectis corde.

D AD II dcđm, ꝙ his, qui fuerunt ante Chriſtum, potuit conuenire hoc nomen Ieſus ſecundum aliquam aliam rationem, puta, quia aliquam particularem & temporalem ſalutē attulerunt, ſed ſecundum rationē ſpiritualis, & uniuerſalis ſalutis hoc nomen proprium eſt Chriſto, & ſecundū hoc dicitur eſſe nomen nouum.

AD III dcđm, quòd ſicut Geneſ. 17. legitur, ſimul Abraham ſuſcepit nominis impoſitionem à Deo, & circuncisionis mandatum; & ideo apud Iu-

E dæos conſuetū erat, vt ipſo die circuncisionis nomina pueris imponerentur, quaſi ante circuncisionē perfectum eſſe non habuerint, ſicut ēt nūc pueris in baptiſmo nomina imponuntur. Vnde ſuper illud Prouerbio. 4. Ego filius fui patris mei, tenellus, & unigenitus coram matre mea, dicit gl. Quare Salomon ſe vnigenitum coram matre nominat, quem fratrem vterinum præceſſiſſe ſcriptura atteſtatur, niſi quia ille mox natus, ſine noīe quaſi numquam eſſet, de uita deceſſit? Et ideo Chriſtus ſimul cum fuit circuncisus, nominis impoſitionem accepit.

SVP. QVÆST. XXXVII. ART. III.

Titulus clarus eſt.

¶ In corpore onica concluſio reſponſiua quæſito: Chriſtus cō uenienter in templo oblatus eſt, cum oblatione. Probatur: Chriſtus voluit ſub lege fieri, & ex muliere natus primogenitus eſt. ergo cōuenienter, &c. antecedēs quo ad primam partem declaratur ex hoc: quia ut eos, qui ſub lege erant redimeret, & iuſtificationem ſpiritualē in membris ſuis impleret. Quo ad ſecundam eſt per ſe euidens. Cōſequentia probatur: quia in lege erant circa primogenitū duo pręcepta: alterum inquātum genitum, & alterum inquantum primogenitum, & utrūque in Chriſto ſeruatū eſt. Litera eſt clara.

part.3. 106 Opuſc.60. a.6.

¶ Sed circa rōnem in līa redditā de ſacrificio præcepto. Leuit. 12 quia. ſ. pro peccato ꝓlis offerebat, dubiū occurrit: tū quia peccatū originale prolis iā expiatū erat octauo die per circūciſionem: tū quia in textu illo expreſſe dr̄, Et orabit ꝓ ea ſ. matre, ſacerdos, & mundabitur, & nō dr̄, Orabit pro filio. male ergo in lra dicitur, ꝙ offerebatur pro peccato prolis.

¶ Ad huius euidentiā conſiderandum eſt, ꝙ litera illius textus, ut gloſſa ex Augu. dicit dupliciter legi poteſt. Primo, vt ly pro filio uel filia, referatur ad oblationem. Et hunc ſenſum ſecutus eſt Auctor ſequens Aug. ꝓbantē hunc ſenſum, ex verbis ſ. Lucæ dicētis: Cum inducerent puerū Ieſum parētes eius, ut facerent ſecundum conſuetudinem legis pro eo. Ex hoc enim, quòd dixit pro eo, & non pro matre, oſtendit, quòd illud quod tunc faciebant, pro puero faciebant: conſtat autem quòd tunc offerebant, ut prædixerat Euangeliſta. ergo. Alio modo, ly pro filio, aut filia, refertur ad purgationis terminationem, & ſecundum hunc ſenſum ab aliis exponitur, & remanet indeciſum pro quo fiat oblatio, an pro filio, an pro matre, quæ ibi mundari dicitur. Et quia litera illa utriuſque expoſitionis eſt capax quia poteſt cum utraqu: oratione, tam ſ. antecedente de termino purgationis, quā ſubſequente de oblatione, conſtrui ly pro filio, uel filia poſitum in medio utriuſque orationis, ideo ambiguum reſtabat ſenſus, quantum eſt ex litera. Libera uidetur cuique ſua opinio, quod, uel pro peccato prolis, uel matris offerebatur. Et quidem quòd pro peccato oblatio fieret, textus clare dicit. Et ideo dicere, quod pro ſola integu-

Ar.1. huius q. in corp. & ad 3.

F laritate corporea hoc fieret, alienum à litera eſt dicente, animal unum pro peccato, & aliud pro holocauſto offerri. Dicere autem ꝙ pro peccato matris quod non pariendo, ſed concipiendo commiſit, quia communiter aliquod ueniale peccatū in actu illo incurrunt, omnino irrationabile non eſt, ex litera tamen non habetur: quæ orationem quidem pro matre fieri mandat, oblationem autem non dicit fieri pro matre. Habetque contra ſe hæc opinio uerbum inductum ex Euangeliſta, quod poteſt gloſſari, quòd intelligitur ratione præſentationis primogeniti, & oblationis pro holocauſto. Cum inducerent eum ut faceret pro eo hæc ſecū dum conſuetudinem legis, ut ſic oblatio ꝓ peccato remaneat dubia pro quo fiat.

¶ Et licet hæc gloſſa non appareat conuincibilis de falſitate, ſi tamen patrum regulas ſequendo, in neutram declinare debemus partem, dicendum eſt, quòd pro filio, ſeu filia oblatio fiebat, & in holocauſtum, & pro peccato: tum quia euangeliſtę auctoritas indiſtincte tradit, quòd pro puero hæc faciebant: tum quia Augu. tanti facit hæc euangeliſtæ uerba, ut dicat cōuinci ex his uerbis oblationem fieri pro filio, ſeu filia: tum quia hoc etiam ſentit gl. ordinaria ibidem, uel ita illam ex Auguſtino allatam, & diui Thomæ accedit non poſt habenda auctoritas: pro matris autem peccato oblationem fieri nulla tradit ſcripturæ auctoritas, dicente expreſſe textu mundationem matris eſſe corpoream, dum dicit, Et rogabit pro ea ſacerdos, & ſic mundabitur à profluuio ſanguinis ſui, & non dixit à peccato: pro quo tamen offerri mandatur. concl. m

¶ Ad obiectionem autem, quòd originale peccatum iam expiatum erat per circunciſionem, dicitur, ꝙ quia peccatum originale plura in ſe cōtinet. ſ. maculam cum reatu æternæ, pœnæ damni, & fomitē, nō inconuenit pro peccato originali, emiſſio quo ad maculā cū reatu æternæ pœnæ damni, offerre ut expietur aliqualiter quo ad fomitem, ut ſcilicet proles minus prona ſit ad malū. Et tanto magis hoc erat tunc neceſſarium, quanto per circunciſionem minor gratia cōferebatur, quàm nunc per baptiſmū, ut ſic adiunctum hoc ſacrificium circunciſioni, accederetur ad gratiā baptiſmalē, uel propius ad illam, non ex opere aliquo ſacramētali, ſed ex deuotione & ideo blau ſacrificii, patre miſericordia cum largiente.

ARTICVLVS III.

Vtrum Chriſtus conuenienter fuerit in templo oblatus.

AD TERTIVM ſic proceditur. Vr̄ ꝙ inconuenienter fuerit Chriſtus in tēplo oblatus. Dicitur. n. Exo. 12, Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vuluam in filiis Iſrael; ſed G Chriſtus exiuit de clauſo uirginis utero, & ita matris uuluam non aperuit. ergo Chriſtus ex hac lege non debuit in templo offerri.

¶ 2 Præ. Illud, quod eſt ſemper h præſens alicui, non poteſt ei pręſentari, ſed Chriſti humanitas ſemper fuit Deo maxime præſens, utpote ei coniuncta in vnitate perſonæ. ergo nō oportuit, quòd corā domino ſiſteretur.

¶ 3 Præ. Chriſtus eſt hoſtia principalis, ad quam omnes hoſtiæ ueteris legis referuntur, ſicut figura ad ueritatem: ſed hoſtiæ h non debet eſſe alia hoſtia. ergo non fuit conueniens, ut ꝓ Chriſto alia hoſtia offerretur.

¶ 4 Præ. Inter legales hoſtias pręcipua fuit agnus, qui erat iuge ſacrificium, ut habetur Num. 28. vnde ēt Chr̄s dr̄ h agnꝰ, Io. 1. Ecce agnus Dei, magis ergo fuit conueniens, quòd pro Chriſto offerretur agnus, q̄ par turturū, uel duo pulli columbarū.

SED IN CONTRARIVM eſt, auctoritas ſcripturæ, quæ hoc factum eſſe teſtatur, Luc. 2.

RESP. dcd̄m, ꝙ ſicut dictum eſt, * Chriſtus uoluit ſub lege fieri, ut eos, qui ſub lege erant, redimeret, & ut iuſtificatio legis in ſuis membris ſpiritualiter impleretur. De prole autem nata, duplex præceptum in lege traditur. Vnum quidem generale, quo ad omnes, ut. ſ. completis diebus purificationis matris offerret ſacrificiū pro filio, ſiue pro filia, vt hr̄ Leuit. 12. & hoc quidem ſacrificium erat, & ad expiationem peccati, in quo proles erat concepta, & nata, & ad conſecrationem quandam ipſius: quia G tunc primo præſentabatur in templo, & ideo aliquid offerebat in holocauſtū, & aliqd pro peccato. Aliud aūt ꝓceptū erat ſpeciale i lege de primogenitis tā in hoīnibus q̄ in iumentis: ſibi n. dominus deputauerat omne primogenitū filiorū Iſrael, ꝓ eo, ꝙ ad liberationē populi Iſrael percuſſerat primogenita Aegypti, ab hoīe uſq; ad pecus, primogenitis filiorū iſrael reſeruatis. Et hoc mandatū ponitur H Exod. 13. in quo ēt pręfigurabatur Chr̄s, qui eſt primogenitus in multis fratribus, ut dr̄ Rom. 8. Quia igitur chriſtus ex muliere natus, erat quaſi primogenitus, & uoluit fieri ſub lege, hæc duo euangeliſta Lucas circa eū fuiſſe obſeruata oſtendit. Primo quidē id, qđ ꝑtinet ad primogenitos, cum dicit, Tulerūt illū in Hieruſalē, ut ſiſterēt eū dn̄o, ſicut ſcriptū eſt in lege dn̄i: quia omne maſculinū adaperiens uuluā, ſanctū dn̄o vocabitur. I Secundo illud, quod pertinet cōiter ad omnes, cū dicit, Vt darent hoſtiam, ſm̄ ꝙ dictū erat in lege dn̄i. par turturū, aut duos pullos columbarum.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ſicut Greg. Niſſenus dicit, Illud legis ꝓceptū in ſolo incarnato deo ſingulariter, & ab aliis differēter impleri vr̄. ipſe nāq; ſolus ineffabiliter cōceptus, ac icōprehenſibiliter editus, uirginalem uterū aperuit, nō antea K

connubio reſeratū, ſeruans, & poſt partū inuiolabiliter ſignaculū caſtitatis. Vñ ꝙ dicit, adaperiens vuluā, deſignat, ꝙ nihil antea inde intrauerat, vel exiuerat. Et per hoc ẽt ſpecialiter dr̃ maſculinus, quia nihil de ſemineitate culpæ portauit. Singulariter etiam ſanctus, quia terrenæ contagia corruptelæ, immaculati partus nouitate non ſenſit.

Ad II dcdm, ꝙ ſicut filius dei non ꝑꝑ ſeipsum factus eſt hō, & circūciſus in carne, ſed ut nos per grām faceret deos, & ut ſpūaliter circūcidamur, ſic ꝑꝑ nos ſiſtitur domino, ut diſcamus deo ꝑ entare noſmetipſos. Et hoc poſt circūciſionem eius factum eſt, ut oſtendat nemi. em niſi circunciſum vitiis, dignum eſſe diuinis conſpectibus.

Ad III dcdm, ꝙ ꝑꝑ hoc ipſum voluit hoſtias legales p o ſe offerri, qui erat vera hoſtia, ut figura veritati coniungeretur, & per ueritatem figura approbaretur, contra illos, qui deū legis negant a Chr̃o fuiſſe in euangelio prædicatū. Non. n. putādum eſt, ut Orig.[a] dicit, ꝙ filium ſuū bonus deus ſub lege inimici fecerit, quam ipſe non dederat.

Ho. 14. in Luc a medio illius. to. 4.

Ad IIII dcdm, ꝙ Leuit. 12. præcipitur, ut qui poſſent, agnum pro filio, aut filia, ſimul, & turturē, ſiue columbā offerrent, qui uero non ſufficerēt ad offerendū agnum, duos turtures, uel duos colūbarū pullos offerrent. Dominus ergo, qui cum diues eſſet, ꝑꝑ nos egenus factus eſt, ut illius inopia diuites eſſemus, ut dr̃ 2. ad Cor. 8. pro ſe pauperum hoſtiam voluit offerri: ſicut, & in ipſa natiuitate pannis inuoluitur, & reclinatur in præſepio. Nihilominus tñ, hmōi aues figuræ congruunt: turtur enim quia eſt auis loquax, prædicationem, & confeſſionē fidei ſignificat: quia vero eſt animal caſtū, ſignificat caſtitatem: quia vero eſt aīal ſolitarium, ſignificat contēplationē. Colūba vero eſt animal manſuetū, & ſimplex, manſuetudinem, & ſimplicitatē ſignificans. Eſt ẽt animal gregale: unde ſignificat vitam actiuam: & ideo hmōi hoſtia figurabat perfectionem Chriſti, & membrorum eius. Vtrumque ẽt animal propter conſuetudinem gemendi, præſentes ſanctorum luctus deſignat: ſed turtur, quæ eſt ſolitaria, ſignificat ſecretas orationum lachrymas. Columba vero, q̃ eſt gregalis, ſignificat publicas orationes eccleſiæ. Vtrumque uero animal duplicatum offertur, ut ſanctitas ſit nō ſolum in anima, ſed etiam in corpore.

Articvlvs IIII.

Vtrum mater dei conuenienter ad templum purganda acceſſerit.

Porr. o. 207 Opuſc. 60. ca. ſt.

SV. QV. XXXVII. ART. IIII.

Titulus clarus eſt. ¶ In corpore una cōcluſio. Mater Chriſti cōuenienter purgāda acceſſit. Probatur. Sicut gl̃a, a Chr̃o in matrē, ita, & humilitas. ergo ſicut Chr̃us ſub lege, ita, & mater. Aūs ꝓbat, q̄a humilib. dat gl̃a. Cōſequētia eſt euidēs: q̄a ad humilitatē matris ſpectare conſtat purgationem matris.

Ar. præc. ad 1.

Ad qvartvm ſic proceditur. Vr̃ ꝙ incōuenienter mater dei purganda ad tēplum acceſſerit:[a] Purgatio n. non vr̃ eſſe niſi ab imūditia: ſed in beata Virgine nulla fuit imūditia, vt ex ſ. dictis patet.[a] ergo non debuit, ut purganda ad templum accedere.

¶ 2 Præt. Leu. 12. dr̃. Mulier, q̃ ſuſcepto ſemine pepererit maſculū, immunda erit ſeptē diebus: & iō præcipitur ꝙ non ingrediatr̃ ſanctuarium, donec impleantr̃ dies purgationis eius: ſed beata Virgo pepit maſculū ſine virili ſemine.[b] non ergo debuit ad templum venire purganda.

¶ 3 Præt. Purgatio ab īmūditia ñ ſit niſi ꝑ gratiā: ſed ſacra veteris legis grām nō conferebant, ſed ipſa potius ſecum gr̃æ auctorem habebat. non ergo cōueniens fuit, vt ad templum purganda[b] ueniret.

Sed contra eſt, auctoritas ſcripturæ, quæ dr̃ Luc. 2. ꝙ impleti ſunt dies purgationis Mariæ ſecūdum legem Moyſi.

Resp. Dcdm, ꝙ ſicut plenitudo gr̃æ a Chr̃o deriuatr̃ in matrē, ita decuit ut mater humilitati filii cōformaretr̃: humilib. n. deus dat grām, ut dr̃ Iacobi 4. Et iō[m] ſicut Chr̃s licet nō eēt legi obnoxius, voluit tñ circūciſionē, & alia legis onera ſubire, ad demōſtrādū humilitatis, & obedientiæ exēplū, & vt approbaret legē, & ut calūniæ occaſionē iudæis, tolleret, ꝑꝑ eādē rōem voluit, & matrē ſuā implere legis obſeruātias, qbus tñ non erat obnoxia.[a]

Concl. m

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ licet beata Virgo nullam haberet immunditiam; voluit tñ purgationis obſeruantiam implere, non propter indigentiam, ſed propter legis præceptum: & ideo ſignanter euangeliſta dicit, quòd cōpleti ſunt dies purgationis eius ſecundum legem: ipſa enim ſecūdum ſe purgat one non indigebat.

Ad II dcdm, ꝙ ſignanter Moyſes vr̃ fuiſſe locutus ad excipiendum ab immunditia matrem dei, quę non peperit ſuſcepto ſemine. Et iō patet, quòd non obligabatur ad impletionem illius pręcepti, ſed voluntarie purgationis obſeruantiam adimpleuit, ut dictum eſt.[f]

In cor. [illegible]

Ad III dcdm, ꝙ legalia ſacramenta non purgabant ad immunditia culpæ, quę fit per gratiā, ſed hanc purgationem pręfigurabant: purgabant autē purgatione quadam carnali ab immunditia irregularitatis cuiuſdam, ſicut in ſecunda parte[†] dictum eſt. Neutrā tamen immunditiam beata Virgo contraxerat: & ideo non indigebat purgari.

1. 2. q. 102 ar. 5.

QVAESTIO XXXVIII.

De baptiſmo Ioannis, in ſex articulos diuiſa.

SV. QV. XXXVIII. ART. I.

Sot. 4. ſ. d. 2. q. 2. ar. 2. Palu. 4. d. 2. q. 2. Medina ſru 101. tiſnd

Titulus clarus eſt. ¶ In corpore vna cōcluſio. Conueniens fuit Ioannem baptizare. Probatur quadrupliciter. Litera ordinata, eſt & clara.

Deinde conſiderandum ē, de baptiſmo, quo Chriſtus baptizatus eſt. Et quia Chriſtus baptizatus eſt baptiſmo Ioannis, Primo conſiderandum eſt de baptiſmo Ioānis in cōi. Scdo, de baptizatiōe Chr̃i.

Circa primum quæruntur ſex.

¶ Primo, Vtrum conueniens fuerit, ꝙ Ioannes baptizaret.

¶ Secundo, Vtrum ille baptiſmus fuerit a deo.

¶ Tertio, Vtrum contulerit gratiam.

¶ Quarto, Vtrum alii præter Chriſtum illo baptiſmo debuerint baptizari.

¶ Quinto, Vtrum baptiſmus ille ceſſare debuerit Chriſto baptizato.

¶ Sexto, Vtrum baptizati baptiſmo Ioannis eſſent poſtea baptizandi baptiſmo Chriſti.

ARTICVLVS I.

Vtrum fuerit conueniens Ioannem baptizare.

Perr.e. 208 4.d.2.q.2. ar.2.ad 4.

AD PRIMVM ſic proceditur. Vr φ non fuerit conueniens Ioannem baptizare. Omnis eñi ritus ſacramentalis ad aliquam pertinet[h] legẽ: ſed Ioannes non introduxit nouã legẽ. ergo inconueniẽs fuit φ nouum ritũ baptizandi introduceret.

¶ 2 Præt. Ioannes fuit miſſus a deo in teſtimoniũ [h] tanq̃ ꝓpheta, ſm illud Luc. 1. Tu puer ꝓpheta Altiſſimi vocaberis: ſed ꝓphetæ, q fuerunt ante Chr̃m, nõ introduxerunt nouũ ritũ, ſed ad obſeruantiã legaliũ rituũ inducebant, ut patet Malch. vlt. Memẽtote legis Moyſi ſerui mei. ergo nec Ioãnes nouũ ritum baptizandi introducere debuit.

¶ 3 Præt. Vbi eſt alicuius rei ſuperfluitas, nõ eſt ad illud[h] aliqd addendũ: ſed iudæi excẽdebant in ſuperfluitate baptiſmatũ: dr̃. n. Marc. 7. φ phariſęi, et oẽs, iudęi niſi crebro lauent manus, nõ mãducãt, & a foro uenientes, niſi baptizent nõ comedunt, & alia multa ſunt, q̃ tradita ſunt illis ſeruare, baptiſmata calicũ, & vrceorũ, & æramẽtorũ et lectorũ. ergo inconueniens fuit, φ Ioannes baptizaret.

SED CONTRA eſt, Auctoritas ſcripturæ, Mar. 3 vbi præmiſſa ſanctitate Ioannis, ſubditur, φ exibãt ad eum multi, & baptizabantur in Iordane.

Concl.

RESP. dcẽdm, φ[m] conueniens fuit Ioannẽ baptizare ꝓp quatuor[n]. Primo quidem, qa oportebat Chr̃m a Ioanne baptizari, ut baptiſmũ cõſecraret ut Aug[*] dicit ſup Ioannẽ. Secundo, ut Chr̃s manifeſtaret. Vñ ipſe Ioannes baptiſta dicit Ioãnis primo, ut manifeſtet Chr̃s in Iſrael, ꝓpterea ueni ego in aqua baptizans: concurrentibus. n. turbis ad baptiſmũ annuntiabat Chr̃m: φ quidem facilius ſic factum eſt, q̃ ſi per ſingulos diſcurriſſet, vt Chryſ. [*] dicit ſuper Ioannem. Tertio, ut ſuo baptiſmo aſſuefaceret hoĩes ad baptiſmum Chriſti. Vñ Greg. † dicit in quadam Homil. φ ideo Ioannes baptizauit, ut præcurſionis ſuæ ordinem ſeruans, qui naſciturum dominum naſcendo præuenerat, baptizando quoque, baptizaturum præueniret. Quarto, ut ad pœnitentiam homines inducens homines præpararet ad digne ſuſcipiendum baptiſmũ Chr̃i. Vnde ibidem Beda dicit, φ quantum catechumenis nondum baptizatis poteſt doctrina fidei, tantum profuit baptiſma Ioannis ante baptiſma Chr̃i: quia ſicut ille prædicabat pœnitentiã, et baptiſmum Chr̃i prænuntiabat, & in cognitionem veritatis, quę mũdo apparuit attrahebat: ſic miniſtri eccleſiæ primo erudiunt, poſt peccata eorum redarguunt, demum in baptiſmo Chriſti remiſſionem peccatorum promittunt.

Habet̃ ex ſerm. 1. de bapt. c. 10.

Chry. ho. 16. in Ioã. ante me. to. 4.

cho. 7. in euan. patũ ante me.

AD PRIMVM ergo dcẽdm, φ baptiſmus Ioannis non[d] erat per ſe ſacramentum: ſed quaſi quoddam ſacramentale, diſponens ad baptiſmum Chr̃i: & ideo aliqualiter pertinebat ad legem Chriſti, non autem ad legem Moyſi.

D. 262.

AD II dcẽdm, φ Ioannes non ſolũ fuit ꝓpheta ſed pluſq̃ propheta, ut dicitur Matt. 11. fuit enim terminus legis, & initium euangelii: & ideo magis pertinebat ad eum, uerbo, & opere inducere hoĩes ad legẽ Chr̃i, q̃ ad obſeruãtiã veteris legis.

AD III dcẽdm, φ baptiſmata illa phariſæorũ erãt inania, utpote ad ſolam munditiam carnis ordinata: ſed baptiſmus Ioannis ordinabatur ad munditiam ſpiritualem: inducebat enim homines ad pœnitentiam, ut dictum eſt.[*] In cor. ar.

ARTICVLVS II.

Vtrum baptiſmus Ioannis fuerit à Deo.

SV. QV. XXXVIII. ART. II.

Perr.e 209 4.d.2.q.2. ar.1.q.3.

Sen. 4. 5. d. 2. q. 2. ar. 1.

Titulus, quæſtionẽ a dño phariſæis ꝓpoſitã mouet.

¶ In corpore unica eſt diſtinctio bimembris cũ concluſiõe bimẽbri. Diſtinctio eſt: Baptiſmus Ioannis, uel quo ad eius ritũ, uel quo ad eius effectũ. ẽ cõcluſio ẽ baptiſmus Ioannis quo ad ritũ erat a deo, quo ad ꝓpriũ effectũ fuit ab hoĩe. Probat̃ quo ad primã partẽ: quia ex inſtinctu Spiritusſancti baptizabat, dicente ipſo Ioa. 1. Qui me miſit baptizare in aqua. Quo ad ſcdam partem: qa nihil efficiebat, q hõ efficere nõ poſſet, hoc eſt, quia non conferebat aliquid ſpirituale.

AD SECVNDVM ſic ꝓcedi: tur. Vr φ baptiſmus Ioãnis non fuerit a deo. Nihil. n. ſacr̃ale, φ ẽ a deo, [h] denominat̃ ab homine puro, ſicut baptiſmus nouę legis non dr̃ Petri, uel Pauli, ſed Chr̃i: ſed ille baptiſmus denominat̃ a Ioanne ſm illud Matth. 21. Baptiſmus Ioannis, vñ erat, ẽ cœlo an ex hominibus? ergo baptiſmus Ioannis non fuit a deo.

¶ 2 Prę. Omnis doctrina de nouo a deo procedens, [h] aliqbus ſignis confirmatur: vñ & Dñs Exo. 4. dedit Moyſi ꝑtãtẽ ſigna faciendi. Et Heb. 2. dr̃, Cũ fides nr̃a principium accepiſſet enarrari à deo, per eos, qui audierũt in nos confirmata eſt, conteſtãte deo ſignis, & prodigiis: ſed de Ioanne Baptiſta dr̃ Ioã. 10. Ioannes ſignũ fecit nullũ. ergo vr̃ q baptiſmus, quo baptizauit, non eſſet a deo.

¶ 3 Pręt. Sacramenta, quæ ſunt diuinitus [h] inſtituta, aliquibus ſacripturæ præceptis continentur: ſed baptiſmus Ioannis non pręcipitur aliquo præcepto ſacrę ſcripturæ. ergo uidetur quod non fuerit a deo.

SED CONTRA eſt, quod dicitur Ioan. 1. Qui me miſit baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quẽ videris ſpiritum &c.

RESP. Dcẽdm, φ in baptiſmo Ioannis duo poſſunt conſiderari, ſcilicet ipſe ritus baptizandi, & effectus baptiſmi[m]. Ritus quidem baptizandi non fuit ex hominibus, ſed a deo, [n] qui familiari Spiritusſancti reuelatione Ioannem ad baptizandũ miſit. [p] Effectus autem illius baptiſmi fuit ab homine[q] qa nihil in illo baptiſmo efficiebatur, φ homo facere non poſſet. Vnde non fuit a ſolo deo, niſi inquantum deus in homine operatur. Concl. — Concl.

AD PRIMVM ergo dicendum, φ per baptiſmũ nouæ legis homines interius per Spiritumſanctũ baptizantur, φ facit ſolus deus. Per baptiſmum autem Ioannis, ſolum corpus mundabat̃ aqua. Vñ dr̃ Matth. 3. Ego baptizo uos in aqua, ille uos baptizabit in Spirituſancto. Et ideo baptiſmus Ioãnis denominatur ab ipſo: quia ſcilicet nihil in eo agebatur, φ ipſe non ageret. Baptiſmus autem nouæ legis non denominatur a miniſtro, qui principalem baptiſmi effectum non agit, ſcilicet interiorem emundationem.

AD II dcẽdm. φ tota doctrina, & operatio Ioãnis ordinabatur ad Chriſtum, qui multitudine ſigno-

ſignorũ,& ſuã,& Ioannis doctrinã confirmauit. Si A aũt Ioannes, ſigna feciſſet, hoĩes ex æquo Ioanni,& Chřo attẽdiſſent, & iõ ut hoĩes principaliter Chřo intenderent, nõ eſt datũ Ioanni, ut faceret ſignũ, iudæis tñ quęrentib. quare baptizaret, confirmauit ſuũ officiũ auctoritate ſcripturæ, dicens, Ego vox clamãtis in deſerto &c. vt dř Io. 1. Ipſa ẽt auſteritas uitæ, eius officium commẽdabat, quia ut Chryſoſt.* dicit ſupra Matth. mirabile, erat in humano corpore tantam patientiam videre.

Hom. 10. in Mat ante me. c. 2.

Ad III dcẽm, ꝙ baptiſmus ioannis non fuit ordinatus à Deo, niſi ut modico tp̃e duraret, pp cãs prædictas† Et iõ non fuit cõmendatus aliquo præcepto cõiter edito in ſacra ſcriptura, ſed familiari quadam reuelatione Spiritusſancti, ut dictũ eſt.* B

In ar. 1. huius quæſt.

Ex ar. 1. huius q.

ARTICVLVS III.

Vtrũ ĩ baptiſmo I oãis, grã daretur.

SV. QV. XXXVIII. ART. III.

Alb. Mag. 4. d. 2. a. 3.
Sot. 4. 5. d 2. q. 2. art. 2.
Palud. 4 d. 2. q. 2. art. 2.

Ferr. 3. 210 4. di. 2. q. 2 arti. 1. q. 1. cot.

Titulus clarus eſt. ¶ In corpore unica concluſio trimembris: Baptiſmus ioannis ñ cõferebat grãm ſed ꝑparabat ad eã triplicĩter. Probaĩ cõcluſio. primo, quo ad primas partes ſimul. Tota doctrina, & opatio ioannis, erat præparatoria ad Chřm, ꝑ quẽ conferenda erat grã. ergo baptiſmus ioannis non conferebat grãm; ſed ꝑparabat ad illam. Antecedens quo ad primã ei⁹ partẽ ex dictis patet, quo ad ſcdam vero Io. 1. Gra per Ieſum Chřm facta eſt. Cõſequentia vero ꝓbaĩ: quia miniſtri, ac inferioris artificis, non eſt inducere formã principalis artificis, ſed præparare ad illã. Deinde concluſio declaratur quo ad vltimã partẽ tripliciter, ſ. per doctrinam ad fidẽ per baptizationẽ ad ritũ baptiſmi, per pœnitentiã ad gratiã effectus baptiſmi. ¶ In rñſione ad primũ dĩa inter expoſitionẽ primã ex Beda, & tertiã ex Hier. eſt: qa. in prima ad duo baptiſmata referunĩ illa duo. verba. baptizare, & prædicare: primũ ad baptiſmũ Ioannis: ſcm ad baptiſmũ Chři. In tertia uero ad idẽ baptiſma. ſ. ioãni, referunĩ ambo, & uerificaĩ ꝙ diſpoſitiue in remiſſionẽ peccatorũ baptizabat. & prædicabat ad perfectionẽ gřæ p Chřm. Et ſi quæras nouitius, in quo ergo differt tertia à ſecunda expoſitione, ſ. ideaĩ, ꝙ tertia ordinem Ioannis Chřum reſpicit: & iõ illud idẽ qd Chřs perfecturus erat, ioannes inchoatiue facere dř. Scda aũt, ordinem baptiſmi dati a ioanne ad pœnitentiã reſpicit: & iõ dř, ꝙ, & baptizabat, & pdicabat baptiſmum ſuũ pœnitentiæ, hoc eſt, inducẽtem ad pœnitentiã, per quam fit remiſſio peccatorum.

Beda i homil. Circũ ciſionis in ter prin. & med. Eam habes i homil. totius anni.

Hom. 7. in euan. paulante me.

Ar. 1. hui⁹ quæſt.

Ad tertium ſic proceditur. Vř ꝙ ĩ baptiſmo Ioãnis grã dareĩ. Dř. n. Marci 1. Fuit Ioannes in deſerto[h] baptizans, & prædicãs baptiſmũ pęnitentiæ ĩ remiſſionẽ peccatorũ: ſed pœnitentia, & remiſſio peccatorũ eſt per grãm ergo batiſm⁹ ioannis gratiam conferebat. D

¶ 2 Præt. Baptizãdi a ioanne cõfitebanĩ pctã ſua, ut hř Matth 3 & Marc. 1. ſed cõfeſſio peccatorum ordinatur ad peccatorum[h] remiſſionem, quæ fit per grãm. ergo in baptiſmo ioannis gratia conferebatur.

¶ 3 Præt. Baptiſmus ioãnis propinquior erat baptiſmo Chři, q̃ circuncifio: ſed per circunciſionẽ remittebaĩ peccatũ originale: qa, ut* Beda dicit, idẽ ſalutiferæ curationis auxiliũ circunciſio in lege cõtra originales peccati vulnus agebat, qđ nunc baptiſmus agere reuelatę grę tp̃e conſueuit.[h] ergo multo magis baptiſmus ioannis remiſſionẽ peccatorum operabatur, quod ſine gratia fieri non poteſt. D

Sed contra eſt, ꝙ Mat. 3. dř, Ego quidẽ baptizo uos in aqua in pęnitentiã, Qđ exponẽs Greg.* in quadã Homil. dicit, ioãnes nõ in ſpũ, ſed ĩ aqua baptizat, qa peccata ſoluere nõ valebat; ſed grã eſt à Spũ ſancto, & p eã pctã tolluntĩ. ergo baptiſmus ioãnis grãm nõ cõferebat.

Resp. dcẽm, ꝙ ſicut dictum eſt,* tota doctrina, & operatio ioannis præparatoria erat ad Chriſtũ: ſicut miniſtri, & inferioris artificis eſt ꝑparare materiã ad formã, quã ĩducit principalis artifex. Gřa aũt cõferẽda erat hoĩbus per Chriſtũ, ſcm illud Io. 1. Gřa, & veritas per Ieſum Chřm facta eſt. Et iõ[m] baptiſmus ioannis grãm non cõferebat, ſed ſolũ ad gratiã præparabat tripliciter.[n] Vno qdẽ mõ, per doctrinã ioannis inducẽtẽ hoĩes ad fidẽ Chriſti. Alio mõ, aſſuefaciendo homines ad ritũ baptiſmi Chři. Tertio modo, per pœnitentiã, præparãdo hoĩes ad ſuſcipiendum effectũ baptiſmi Chriſti. A B

Concl. m

Ad primum ergo dcẽm, ꝙ in illis uerbis (vt Beda, dicit†) poteſt intelligi duplex baptiſmus. Vnus quidem, quem ioannes baptizando conferebat, q dř baptiſmus pœnitentię: quia. ſ. ille baptiſmus erat quoddam inductiuum ad pœnitentiã, & quaſi quędam proteſtatio, qua profitebantur hoĩes ſe pœnitentiam acturos. Alius autem eſt baptiſmus Chriſti, per quem peccata remittuntur, quẽ ioannes dare non poterat, ſed ſolum pręedicabat, dicẽs, ille uos baptizabit in Spiritusſancto. Vel poteſt dici, ꝙ prædicabat baptiſmũ pœnitẽtiæ, i. inducentẽ ad pœnitentiam, quę quidẽ pœnitẽtia ducit homines in remiſſionem peccatorũ. Vel põt dici, ꝙ per baptiſmũ Chriſti, ut Hier. dicit,* gratia datur, qua peccata gratis dimittuntur: quod aũt conſumatur per ſponſum, initiatur per paranymphum, ſ. p ioãnem. Vnde dř, ꝙ baptizabat & prædicabat baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum, non quia hoc ipſe perficeret, ſed quia præparando ad hoc homines diſponebat.

Sup. illud Mar. 1. fuit Ioãnes in deſerto baptizãs: Eſt c. 3. ſcm ordinẽ Bed.

Sup. illud Mat. 3. ꝓdicans baptiſ. pœn. tom. 9.

Ad II dicendum, ꝙ illa confeſſio peccatorum non fiebat ad remiſſionem peccatorum ſtatim per baptiſmum ioannis exhibendam: ſed cõſequendã per pœnitentiam conſequentem, & per baptiſmũ Chriſti, ad quem pœnitentia illa præparabat.

Ad III dicendum, quòd circunciſio inſtituta erat ad remediũ originalis peccati: ſed baptiſmus ioannis ad hoc nõ erat inſtitutus, ſed ſolum erat præparatorius ad baptiſmum Chriſti, ut dictum* eſt.* Sacramenta autem ex ui inſtitutionis, ſuũ habent effectum.

ſi corp. & ar. 1. huius quæſt.

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum alij præter Chriſtum baptiſmo Ioannis baptizari debuerunt. E

SV. QV. XXXVIII. ART. IIII.

Sot. 4. 5. d 2. q. 2 art. 3.

Titulus clarus eſt. ¶ In corpore una concluſio. Baptiſmo ioannis alij debuerũt baptizari. Probaĩ dupliciter. Iſta clara eſt.

Ferr. 0. 211 4. d. 2. q. 2. a. 1. q. 2.

Ad quartum ſic proceditur. Vř ꝙ baptiſmo ioannis ſolus Chriſtus debuerit baptizari: quia ſicut dictum eſt,* ad hoc ioannes baptizauit, ut Chriſtus baptizaretur, ſicut Auguſt.† dicit ſup ioãnem: ſed quod eſt proprium Chriſto, non debet aliis conuenire. ergo nulli alij debuerunt illo baptiſmo baptizari.

*art. 1.

tract. 13. in Io. in prin. & circa medium. t. 9.

¶ 2 Præt. Quicumque baptizatur, aut accipit aliqd a baptiſmo, aut baptiſmo aliquid confert; ſed a ba-

ptiſmo Ioãnis nullus aliquid accipere poterat (qa in eo gr̃a nõ conferebatur, vt dictũ eſt*) nec aliqs baptiſmo aliqd cõferre poterat, niſi Chr̃s, q tactu mũdiſſimæ ſuæ carnis aquas ſanctificauit. ergo vr̃, ꝙ ſolus Chriſtus baptiſmo Ioannis debuerit baptizari. *(Art. præc.)*

¶ 3 Præt. Si alij illo baptiſmo baptizabant, hoc non erat, niſi ut pparar̃etur ad baptiſmũ Chriſti: & ſic cõueniens videbatur, ꝙ ſicut baptiſm' Chr̃i oĩb. confert, & magnis, & paruis, & gẽtilibus, & iudęis, ita ẽt, & baptiſmus Ioannis cõferret: ſed non legit, ꝙ ab eo pueri baptizarent, nec ẽt gentiles: dr̃. n. Mar. 1. ꝙ egrediebant ad illum Iſraelitæ uniuerſi, & baptizabantur ab illo. ergo uidetur quòd ſolus Chriſtus à Ioanne debuerit baptizari.

SED CONTRA eſt, ꝙ dicitur Luc. 3. Factum eſt, cum baptizaretur omnis populus, & Ieſu baptizato, & orante, aperti ſunt cęli.

Concl. RESP. dcd̃m, ꝙ duplici de cã oportuit alios a Chr̃o baptizari baptiſmo Ioãnis. Primo quidẽ, vt Aug.* dicit ſuper Io. qa ſi ſolus Chr̃s baptiſmo Ioãnis baptizatus eſſet, non defuiſſent, q dicerent, baptiſmum Ioãnis, quo Chr̃s eſt baptizatus, digniorẽ eſſe baptiſmo Chriſti, quo alij baptizantur. Secundo, quia oportebat per baptiſmum Ioannis alios ad baptiſmum Chriſti præparari, ſicut dictũ eſt.* *(Tract. 4. in Io. a med. & trac. 5. i ter prin. & med. to. 9.)* *(Ar. 1. & 3. huius q.)*

AD PRIMVM ergo dcd̃m, ꝙ nõ pp hoc ſolũ fuit Ioãnis baptiſmus inſtitutus, ut Chr̃s baptizaret, ſed ẽt pp alias cãs, vt dictũ ẽ.* Et tñ ſi ad hoc ſolũ eſſet inſtitutus, vt Chr̃s eo baptizaret, oportebat prædictũ icõueniẽs vitari, alijs hoc baptiſmo baptizatis. *(Ar. 1. huius quæſt.)*

AD II dicendum, ꝙ alij, qui ad baptiſmum Ioannis accedebant, non poterant quidem baptiſmo aliquid conferre, nec tamen à baptiſmo gratiam accipiebant, ſed ſolum pœnitentiæ ſignum.

AD III dicendum, ꝙ qa ille baptiſmus erat pęnitentiæ, q̃ pueris nõ cõuenit, iõ baptiſmo illo pueri non baptizabant. Cõferre aũt gentibus uiã ſalutis, ſoli Chr̃o reſeruabatur, qui eſt expectatio gentium, vt dr̃ Geneſ. pen. ſed, & ipſe Chriſtus apoſtolis inhibuit gentilib. euangeliũ prædicare, ante paſſionẽ, & reſurrectionẽ: vnde multo minus cõueniebat per Ioannem gentiles ad baptiſmum admitti.

SV. QV. XXXVIII. ART. V.

Titulus clarus eſt. In corpe una cõcluſio: Baptiſmus Ioãnis non debuit ceſſare Chr̃o baptizato. Probatur quadrupliciter. ¶ In prima ratione ex Chryſ. aduerte nouitie, ꝙ ſi Chr̃o baptizato Ioannes ceſſaſſet, putari potuiſſet, ꝙ tãtæ Chriſti excellẽtiæ in baptiſmo manſtratæ inuidiſſet Ioannes, & ceſſando à baptiſmo uel dedignaretur ſubminiſtrare Chr̃o amplius per baptiſmũ in præparando ad ipſũ, uel ipſa ceſſatio indicaret ſuam minoritatem apparẽtem ex tã manifeſtata Chr̃i excellẽtia in baptiſmo. Vterq; ſiquidẽ motus, inuidiæ, ſ. & iræ poterat conſurgere, & ad ceſſationẽ inducere. Reliquã ſunt clara. *(Ferr. 0. 213 4. d. 2. q. 2 a. 1. q. 3. ad 1. Et q. 4. p totum.)* *(Trac. 4. in Ioan. iter med. & ti. to. 9.)*

ARTICVLVS V.

Vtrum baptiſmus Ioannis debuerit ceſſare Chriſto baptizato.

K AD QVINTVM ſic proceditur. Vr̃ ꝙ baptiſmus Ioannis ceſſare debuerit, poſtquam Chr̃s fuit baptizatus. Dr̃. n. Io. 1. Vt manifeſtet in Iſrael, ppea veni in aqua baptizans: ſed Chr̃o baptizato ſufficienter fuit manifeſtat', tũ p teſtimoniũ Io. tũ per deſcenſum colũbæ, tũ ẽt teſtimonio paternæ uocis. ergo videtur ꝙ non debuerit poſtea baptiſmus Ioannis durare.

¶ 2 Præt. Aug.* dicit ſuper Ioan. Baptizatus eſt Chriſtus, & ceſſauit Ioannis baptiſmus. ergo F vr̃ ꝙ Ioannes poſt Chriſtũ baptizatũ, nõ debuerit baptizare.

¶ 3 Præt. Baptiſmus Ioannis erat præparatorius ad baptiſmum Chriſti: ſed baptiſmus Chriſti incœpit ſtatim Chriſto baptizato: quia tactu ſuæ mundiſſimæ carnis uim regeneratiuam contulit aquis, vt Beda dicit. ergo uidetur quòd baptiſmus Ioannis ceſſauerit Chriſto baptizato.

G SED CONTRA eſt, ꝙ dr̃ Io. 3. ꝙ uenit Ieſus in iudęã terram, & baptizabat, erat aũt, & Ioannes baptizans: ſed Chriſtus nõ baptizauit, niſi poſtq̃ fuit baptizatus. ergo uidetur quòd poſtquam Chriſtus fuit baptizatus, adhuc Ioannes baptizabat.

Concl. RESP. Dcd̃m ꝙ baptiſmus Ioannis ceſſare non debuit Chriſto baptizato. Primo quidem, quia, vt Chryſ.* dicit, ſi ceſſaſſet Ioannes baptizare Chriſto baptizato, exiſtimaretur ꝙ zelo, uel ira hoc faceret. Secundo, quia ſi ceſſaſſet à baptizando, Chr̃o baptizante, diſcipulos ſuos in maiorẽ zelũ immiſiſſet. Tertio, qa perſiſtens in baptizando, ſuos H auditores mittebat ad Chr̃m. Quarto, quia (vt Beda dicit) adhuc permanebat vmbra ueteris legis, nec debuit pcurſor ceſſare, donec ueritas manifeſtaret. *(Ho. 28. in Io. nõ multũ remote a prin. t. 3.)*

AD PRIMVM ergo dcd̃m, ꝙ nondum Chriſtus erat plene manifeſtatus eo baptizato, & ideo adhuc neceſſarium erat, quòd Ioannes baptizaret.

AD II dcd̃m, ꝙ baptizato Chriſto ceſſauit baptiſmus Ioannis: non tamen ſtatim, ſed eo incarcerato. Vnde Chryſ.* dicit ſuper Ioannem, æſtimo propter hoc permiſſam eſſe mortem Ioannis, & eo ſublato de medio, Chriſtum maxime prædicare cœpiſſe, ut omnis multitudinis affectio ad Chri- I ſtum tranſiret, & non ultra his, quæ de utroque erant, ſententijs ſcinderetur. *(Ho. 28. in Io. non remote a prĩci. to. 3.)*

AD III dcd̃m, ꝙ baptiſmus Ioannis præparatorius erat, non ſolum ad hoc, ꝙ Chriſtus baptizaretur, ſed etiam ad hoc, quòd alij ad Chriſti baptiſmum accederent, quod nondum fuit impletum Chriſto baptizato.

ARTICVLVS VI.

Vtrum baptizati baptiſmo Ioannis, eſſent poſtea baptiſmo Chriſti baptizandi.

K AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ baptizati baptiſmo Ioannis, non fuerint baptizandi baptiſmo Chriſti. Ioannes n. non fuit minor apoſtolis, cum de eo ſcriptum ſit Matth. 11. Inter natos mulierũ non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta: ſed illi, qui baptizabãtur ab apoſtolis, non iterum baptizabantur, ſed ſolummodo addebatur eis impoſitio manuum. Dr̃. n. Act. 8. quòd aliqui baptizati tantum erant à Philippo in nomine domini Ieſu, tunc apo-

SV. QV. XXXVIII. ART. VI.

Alb. Mag. 4. d. 2. a. 7. S. Bon. 4. ſ. d. 2. q. 1. a. 2. Scot. 4. ſ. d. 2. q. 2. Riccar. 4. ſ. d. 2. q. 4. Duran. 4. ſ. d. 2. q. 4. Bacco. 4. ſ. d. 6. q. 1. Sot. 4. ſ. d. 2. q. 2. art. 4. *(Ferr. 0. 213 inf. q. 66. ar. 9. ad 2. Et 4. diſt. 2 q. 2. art. 4.)*

Titulus clarus. ¶ In corpore duo ſunt. Primo recitat opinio Magiſtri ſen. Scd̃o, ſoluit quæſito. Opinio Magiſt. diſtinguit duplicem diſpoſitionem baptizatorũ à Ioanne (vt patet in lfa) & quoſdam rebaptizandos baptiſmo Chriſti, & quoſdam nõ dicit.

¶ Quo ad ſẽm Auctor ſimpliciter dicit, ꝙ oẽs baptizati à Ioanne baptizandi erant baptiſ-

ſtoli, ſ. Petrus, & Ioannes, imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum ſanctum. ergo vr̃ ꝙ baptizati a Ioanne, nõ debuerint baptizari baptiſmo Chriſti.

¶2 Præt. Apoſtoli[a] fuerũt baptizati baptiſmo Ioannis: fuerunt .n. quidam eorum diſcipuli ioannis, vt patet Io. 1. ſed Apoſtoli[b] non vr̃ eſſe baptizati baptiſmo Chr̃i: dr̃. n. Ioã. 4. ꝙ Ieſus non baptizabat: ſed diſcipuli eius: ergo videtur ꝙ baptizati baptiſmo ioannis, non erant baptizandi baptiſmo Chriſti.

¶3 Præt. Minor eſt, qui baptizatur, quàm q̃ baptizat, ſed ipſe ioannes[b] nõ legitur baptizatus baptiſmo Chr̃i. ergo multo minus illi, q̃ a ioanne baptizabantur, indigebant baptiſmo Chr̃i.

¶4 Præt. Act. 19. dr̃, ꝙ Paulus inuenit quoſdã de diſcipulis, dixitq; ad eos, Si Spũm ſctm̃ accepiſtis credẽtes? At illi dixerunt ad eũ, Sed neque ſi Spũſſanctus eſt, audiuimus. Ille vero ait. In quo ergo baptizati eſtis? Qui dixerũt, In ioannis baptiſmate. Et ſeq̃r, ꝙ baptizati ſunt iterũ i noĩe dñi nr̃i Ieſu Chr̃i. ſic ergo vr̃, ꝙ quia Spũm ſanctũ[h] neſciebant, oportuit eos iterũ baptizari: ſicut Hier.* dicit ſuꝑ Ioel. & in epiſt. de viro vni* uxoris, & Amb. † in lib. de Spũſancto: ſed quidam fuerunt baptizati baptiſmo ioannis, qui habebant plenã notitiam Trinitatis. ergo non erant baptizandi iterum baptiſmo Chriſti.

¶5 Præt. Rom. 10. ſuper illud, Hoc eſt verbũ fidei, qđ prædicamus, dicit gl. Auguſ.* Vñ eſt iſta tanta uirtus aq̃, vt corpus tangat, & cor abluat, niſi faciente verbo, nõ q̃a dicit̃, ſed q̃a creditur? Ex quo patet, ꝙ uirtus baptiſmi depẽdet ex fide: ſed forma baptiſmi ioannis ſignauit fidẽ Chriſti, in qua nos baptizamur: dicit. n. Paulus Act. 19. ioannes baptizabat baptiſmo pœnitentiæ populũ, dicens, in eũ, q̃ uenturus eſt poſt ipſũ, vt crederẽt, hoc eſt in Ieſũ. ergo uidetur ꝙ non oportebat baptizatos baptiſmo ioãnis, iterum baptizari baptiſmo Chriſti.

A Sed contra eſt, ꝙ Aug.* dicit ſuꝑ io. Qui baptizati sũt baptiſmate ioãnis, oportebat ut baptizarent̃ baptiſmate Chr̃i.

*trac. 5. in Ioã. circa med. to. 9.

Resp. Dicendum, ꝙ ſm̃ opi. Magiſt. in 4. diſ. 4. ſent.* illi, qui baptizati ſunt a ioanne, neſciẽtes Spũm ſctm̃ eſſe, ac ſpem ponentes i illius baptiſmo, poſtea baptizati ſunt baptiſmo Chr̃i: illi uero, qui ſpẽ non poſuerũt in baptiſmo ioannis, & Patrẽ, & Filium, & Spũm ſctm̃ credebant, non fuerunt poſtea baptizati, ſed impoſitione manuum ab Apoſtolis ſuper eos facta, Spũm ſctm̃ receperũt. Et hoc quidem uerum eſt, quantum ad primã partem, quod multis auctoritatibus cõfirmat̃: ſed q̃tum ad ſecundam partem eſt penitus irrationabile quod dr̃. Primo quidẽ, qnia baptiſmus ioannis, neq; grãm cõferebat, neq. characterem imprimebat, ſed erat ſolũ in aqua, vt ipſemet dicit Matt. 3. Vñ baptizatis, fides, uel ſpes, quam habebant in Chr̃m, non poterat hũc defectũ ſupplere. Secũdo, quia qñ in ſacro omittit̃ quod eſt de neceſſitate ſacri, non ſolũ oportet ſuppleri, quod fuerat omiſſum, ſed oportet totaliter innouari. Eſt aũt de neceſſitate baptiſmi Chr̃i, ꝙ fiat nõ ſolũ in aqua, ſed ẽt in Spiritu ſancto, ſm̃ illud ioã. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non põt introire in regnum dei. Vnde[m] illis, qui tm̃ in aqua baptizati erãt baptiſmo ioannis, non ſolum erat ſupplendum, qđ deerat (vt. ſ. daretur eis Spiritusſanctus ꝑ impoſitionẽ manuum) ſed erant iterato totaliter baptizandi in aqua, & Spiritu.

*epi. 4. d. perag. ul

concl.

D Ad primum ergo dcd̃m, ꝙ ſicut Aug.* dicit ſuꝑ io. poſt ioãnẽ baptizatũ eſt: quia nõ dabat baptiſmum Chr̃i, ſed ſuum: quod ãt dabat̃ a Petro, & ſi quod datum eſt a Iuda, Chr̃i erat. Et ideo, ſi quos baptizauit Iudas, non ſunt iterum baptizandi: baptiſma. n. tale eſt, qualis eſt ille, in cuius ptãte dat̃, non qualis ille, cuius miniſterio dat̃. Et inde eſt ẽt, ꝙ baptizati a Philippo diacono, qui baptiſmum Chr̃i dabat, non ſunt iterum baptizari, ſed acceperunt manus impoſitionem per Apoſtolos, ſicut baptizati per ſacerdotes, confirmãtur per epiſcopos.

*trac. 5. in Io. ter pr à me. to

Ad II dcd̃m, ꝙ ſicut Auguſ.* dicit ad Seleuciam, intelligimus diſcipulos Chr̃i fuiſſe baptizatos, ſiue baptiſmo ioãnis, (ſicut nõnulli arbitrant̃) ſiue, ꝙ magis credibile eſt, baptiſmo Chr̃i, neque .n. miniſterio baptizandi defuit, ut hr̃et baptizatos ſeruos, per quos cęteros baptizaret, qui non defuit humilitatis miniſterio, qñ eis pedes lauit.

*epi. 108. medio pꝰ: pue. to. 2

Ad III dicẽdum, ꝙ ſicut Chr.* dicit ſuꝑ Mat. per hoc, Ego a te debeo baptizari, rñdit, ſine modo, oñditur ꝙ poſtea Chriſtus baptizauit ioannem. Et hoc dicit in quibuſdam libris apocryphis manifeſte ſcriptum eſſe. Certum tñ eſt, ut Hieronymus* dicit ſuper Matt. ꝙ ſicut Chriſtus fuit baptizatus in aqua a ioanne,

*hom. 4. ſ Mat. i op: imper. ſup illud: Sin: mõ, to. 2.
*Mat. 3. ſ p illđ. Sin mõ. to. 9

ita

---

baptiſmo Chriſti, & ꝓpe: ꝓ una parte cõſentit Magiſtro, pro alia contradicit, & probat uniuerſalẽ dupliciter. Primo, ex parte effectus inſeparabilis per fidẽ, ſpem, & charitatẽ. ſ. characteris, qui ꝑ Chr̃i baptiſmum imprimit̃. Secundo, ex parte eſſentialis partis ipſius baptiſmi, deficientis ſ. Spiritus. Omnia patent in litera.

¶ In rñſione ad ſm̃, & tertiũ, aduerte ꝙ de baptiſmo Chr̃i mãli paſſiue accepto a Ioãne, & Apoſtolis, non hr̃ clare in Scriptũra pars affirmatiua: ſed ꝓbabile eſt, ꝙ baptizati a Chr̃o fuerint, vt Ioannes impleret debitum ſuum, Ego à te debeo baptizari, & Apoſtoli baptizantes Chr̃i baptiſmo, primo fuerint baptizati, vt Aug. arguit, & bñ. Nec aliq̃d appareret obſtare: niſi forte verbum Chr̃i Act. 1. Ioannes baptizauit aqua, uos aũt baptizabimini Spiritusancto. Sed re uera, hoc nõ obſtat: tum quia per hoc nõ excludit̃, eos baptizatos eẽ baptiſmo Chr̃i licet de ioannis baptiſmo tm̃ mẽtio fiat: tum, quia in promptu nõ eſt quare ioãnis baptiſmi ſoliꝰ meminit Chriſtus: qui ſ. donum Spũſancti non diſtinguit̃ contra baptiſmum Chriſti, qui fit in aqua, & Spiritu, Io. 3. ſed cõtra baptiſmum ioannis, qui fiebat ſolum in aqua, ipſo ioãne teſte diſtinguente baptiſmũ ſuũ cõtra baptiſmum in Spũſancto, Matt. 3.

†ca. 1. Ioel. In nõ multum remote a ſi. to. 6
†Ambl 3. ca. 4. circa prin. to. 2.

¶ In rñſione ad quintũ, dubium occurrit: quia aliud eſt loq̃ de grã futura, & aliud ð Chriſto uenturo: potuit. n. grã pñs eſſe ex fide Chriſti uenturi, ut patet in ſanctis illis, q̃ ꝓſſeſſerũt Chr̃i aduẽtum: iſta autem pro eodẽ hẽt Chriſtũ uenturum, & gratiam futuram. incompaſſa ergo uidetur.

Eſt gl. Aug. trac. 80. in io a med o illius to. 9.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ iſta eſt intelligenda iuxta ſubiectã mãm. de qua eſt ſermo, ſ. de ſacramentis. Ex illa ſiquidem dicta ab Aug. poſita inter ſacra nouæ, & ueteris leg. ſ. ꝙ noſtra præſentis, uetera futuræ gratiæ ſunt ſigna, manifeſte ſequitur, ꝙ nr̃a p̃ſtãt Xpĩ, per quẽ gratia facta eſt, Io. 1. illa, uenturi Chriſti ſigna erãt. Et ꝓpterea ioannis baptiſma ſapiebat in hoc ſacra ueteris legis, ꝙ in noĩe uenturi Chr̃i dabat̃. ſi, & Paulus iuſſit in noĩe dñi nr̃i Ieſu Chriſti ſimpliciter, & abſolute, & nõ uenturi illos baptizari, qui ioannis baptiſmum ſuſceperant, Actuum 19.

ita Ioannes à Chriſto erat in Spiritu baptizandus.

Ad IIII dicendum, quòd nõ eſt tota cauſa, quare illi fuerunt baptizati poſt baptiſmum Io. quia Spiritum ſanctum nõ cognouerant, ſed quia non erant baptiſmo Chriſti baptizati.

Ad V dicendum, quòd ſicut dicit Aug. contra Fauſtũ Sacramenta noſtra ſunt ſigna præſentis gratiæ: ſacramenta uero veteris legis, fuerunt ſigna gratiæ futuræ. Vnde ex hoc ipſo, quòd ioannes baptizauit in noīe uenturi, datur intelligi quòd nõ dabat baptiſmum Chriſti, qui eſt ſacramentum nouę legis.

SVP. QV. XLVIII. ART. II.

Medina pro tota q̃ne

Titulus clarus eſt. ¶ In corpore unica concluſio: Conueniens fuit Chriſtum baptizari. Probatur tripliciter. Oĩa ſunt clara.

QVÆSTIO. II.

De baptizatione Chriſti, in octo articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de baptizatione Chri. Et circa hoc quæruntur octo.

¶ Primo, Vtrum Chriſtus debuerit baptizari.
¶ Scdo, Vtrũ debuerit baptizari baptiſmo ioãnis.
¶ Tertio, De tempore baptiſmi.
¶ Quarto, De loco.
¶ Quinto, De hoc quòd ei ſunt cæli aperti.
¶ Sexto, De Spũſancto apparente in ſpecie colũbæ.
¶ Septimo, Vtrum in columba fuerit uerum aĩal.
¶ Octauo, De uoce paterni teſtimonii.

ARTICVLVS I.

Vtrum fuerit conueniens Chriſtum baptizari.

Perr. a. 214 / 4. di. 2. q. 2. a. 3. q. 1. Et q. 3. a. 2. q. 3. cor. Et Mat. 3. op. co. ca. 9.

Creator eſt Trinitas, Pater, & Filius, & Spiritusſā ctus. Creatura vero parti eſt inuiſibilis, ſicut aïa, cui ternarius numerus attribuit: diligere. n. Deū tripliciter iubemur, ex toto corde, & ex tota aïa, & ex tota mente: parti viſibilis, ſicut corpus, cui quaternarius debetur, pp calidū, humidū, frigidū & ſiccum. Denarius ergo numerus, qui totam inſinuat diſciplinā, quater ductus, id eſt numero, q̃ corpori tribuit, multiplicatus, quadragenarium conficit numerū. & iō tpſ, quo, ingemiſcimus, & dolemus, quadragenario numero celebrat. nec tamen incongruum fuit, ut Chriſtus poſt ieiunium, G & deſertum, ad cōem uitā rediret: hoc. n. cōuenit uitæ, ſm quā aliqs cōtēplata alijs, tradit, q̃ Chrs dr aſſumpſiſſe, ut primo cōtēplationi vacet, & poſtea ad publicū actionis deſcendat, alijs cōuenien do. vii, & Beda dicit ſup Mar. * Ieiunauit Chrs, ne præcep um declinaret: mādacauit cum pctōribus, vt gratiam cernens, agnoſceres poteſtatem.

*Id habet formaliter Amb. li. 2. in Lu. inc. de Maria turbatę cō ſolatiōe in remota a prin. to. 5. 4 cōtra c. 55. ad 12. & op. 17. c. 15. & o. 20 li. 5. Ferr. o 224

SVPER QV. XL. ART. III.

Ferr. 4 cont. c. 51.

Titulus clarus. • In corpore vna concluſio. Decuit Chrm in hoc mūdo pauperē uitā ducere. Probatur quatuor rōnibus, quæ clare patent in litera.

¶ Circa quartā primā & tertiam notate domini pdicatores, & q; oportet pdicatores a curis tpalib9 rerū abſolutos eſſe, & nec apparere q; lucri cā pdicent. Et hoc q̃dē contra multos militat, q̃ ſtipendiū pdicant, q locū pdicandi, non ubi maior aïarū fructus, ſed vbi maius ſtipendium pſtetur, aut maior eleemoſyna ſperat, p ſe vel conuentu ſuo eligunt. Primum āt quantū noceat experientia teſtat: paulatim. n. pdicatio deſeritur a religioſis habētibus poſſeſſiones, q̃ iam ab Epis. Abbatibus, alusq; diuitibus clericis, ac religioſis deſerta vr. Sūt āt Ieſu Chri, ac Eccleſię præcipuum officiū, ad me cedē, atque quæſtum abſtineat.

¶ In rñſiōe ad primū nihil habes differētiā inter uoluntariam, & neceſſariam paupertatem, quoad occaſionem peccandi, ad uerte q; nūc vocat paupertas uoluntaria, quę ſolo uoto firmata eſt, ſed quę hēt per ſeuerantiam voluntariam: parum. n. pdeſt uouiſſe paupta-

Articvlvs iii.

Vtrum Chriſtus in hoc mundo debuerit pauperem uitam ducere.

AD TERTIVM ſic pcedit. Vr q; Chriſtus in hoc mūdo non debuerit pauperem uitam ducere. Chrs. n. debuit eligibiliſſimam uitā aſſumere: ſed [b]eligibiliſſima uita eſt, quę eſt mediocris iter diuitias, & paupertatē: dr. n. Prouer. 30. Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo neceſſaria. ergo Chriſtus non debuit pauperem uitam ducere, ſed moderatam.

¶ 2 Præ. Exteriores diuitiæ ad vſum corporis ordinant, quantū ad uictum, & ueſtitum: ſed Chrs in uictu & veſtitu cōmem vitam duxit, ſm modum aliorum, quibus conuiuebat.[h] ergo videtur quòd in diuitiis, & paupertate communem modū uiuendi ſeruare debuerit, & non vti maxima paupertate.

¶ 3 Præ. Chriſtus maxime homines inuitauit ad exemplum humilitatis, ſecundum illud Mat. 11 Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde: ſed humilitas[h] maxime commendatur in diuitibus: unde dr primæ ad Thimothę. vltim. Diuitibus huius ſæculi præcipe nō altum ſapere. ergo u. detur q; Chriſtus non debuerit ducere pauperem uitam.

F Sed contra eſt, q; dicit Mat. 8. Filius hominis non habet vbi caput reclinet: quaſi dicat, ſecundum Hieronymū. * Cur me propter diuitias, & ſæculi lucra cupis ſequi, cum tātę ſim paupertatis, ut nec hoſpitiolum quidem habeam, & tecto vtar non meo? Et ſuper illud Matthę. 17. ut non ſcandalizemus eos, uade ad G mare, dicit Hieronymū. † Hoc ſimpliciter intellectum: ædificat auditorem, dum audit tantæ dominum fuiſſe paupertatis, ut vnde tributa pro ſe, & Apoſtolo redderet, non haberet.

Respon. Dicendum, quòd [m]Chriſtum decuit in hoc mundo pauperem uitam ducere.* Primo quidem, quia hoc erat congruum prædicationis offi H cio, propter quod. ueniſſe ſe dicit Marc. 1. Eamus in proximos vicos, & ciuitates, vt & ibi prædicem: ad hoc enim veni. Oportet autem prędicatores uerbi Dei, ut omnino uacent prædicationi, omnino a ſæcularium rerū cura eſſe abſolutos: quòd facere non poſſunt, qui diuitias poſſident. vnde, & ipſe dominus Apoſtolos ad prędicandum mittens, dicit eis Matth. 10. Nolite poſſidere aurum, neque argentum: & ipſi Apoſtoli dicunt, Act. 6. non eſt æquum nos relin I quere uerbum dei, & miniſtrare menſis. Secundo, quia ſicut mortem corporalem aſſumpſit, [n]ut nobis vitam largiretur ſpiritualem, ita corporalem paupertatem ſuſtinuit, ut nobis diuitias ſpirituales largiretur, ſecundum illud ſecūdæ ad Cor. 8. Scitis gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti, quoniam propter uos egenus factus eſt, ut illius inopia diuites eſſetis. Tertio, ne ſi diuitias haberet, cupiditati, eius prædicatio aſcriberetur. uñ Hier. [d]dicit ſuper Matthæ. quod ſi diſcipulis eius diuitias habuiſſent, viderentur non cauſa ſalutis hominū, ſed cā lucri pdicaſſe, & eadē rō eſt de Chro. Quarto, ut tanto maior virtus diuinitatis eius K oſtenderetur, quāto per paupertatē uidebat abiectior. vnde dicitur in quodam ſermone Epheſini concilij: Omnia paupera, & uilia elegit, omnia mediocria, & plurimis obſcura, ut diuinitas cogno ceret orbē transformaſſe terrarum, propterea pauperculam elegit matrem, pauperiorem patriā, egens fit pecuniis: & hoc tibi exponat pſepe.

Ad primvm ergo dcdm, q; ſuperabundantia diuitiarum, & mendicitas, vitanda vident ab his, qui uolunt viuere ſm uirtutem, inquantū ſunt occaſiones peccandi. Abundantia nāque diuitiarū eſt ſuperbiendi occaſio: mendicitas autem eſt occaſio furādi, & mentiendi, aut etiam periurandi.

tem, & ægre ferre illa te incurrit. n. paupertas iſta in neceſſariā paupertatē, & tranſit de uoluntaria in inuitā. Nec ſufficit uolūtas perſeuerans ad paupertatē, ita tñ ut nō deſint oportunæ cōmoditates: eſt. n. uoluntas hæc ad paupertatis nomē, & nō ad paupertatis rē. Velle ſiquidē paupertatē, & nihil ſibi deeſſe. q; nō ſit uelle paupertatē, ex eo patet, q; Salomon etiā pponit, diuitias, paupertatē, & victui neceſſaria, & inter duo extrema mediū petit, q; appetit ſm rē ille, qui nihil uult ſibi deeſſe ſub paupertatis nomine. Oportet. n. paupem uoluntarie uelle. & nomen, & rem paupertatis p loco, & tpe. ut uelit ētiam cum caret opportunit, libenter penuriam pati: ſic. n. nullus erit peccati occaſio paupertas, Et qm hoc paucorū vr eſſet inde tanta vr orta, aut nutritā religioſorum imperfectio.

* In illud Mat. 8. Accedēs unꝰ ſcriba, ate illi. to. 9.

† circa cōmen. ad c. 17. Mat. to. 9.

Concl. m

* In illud Ma. 10. nolite poſſidere aurū to. 9.

Quia

Quia vero Chriſtus peccati capax non erat ꝓpter hanc cām, ex qua Salomon hoc vitabat Chriſto vitanda non erant: neq; tamen quælibet mendicitas eſt furandi, & periurandi occaſio, ut ibidem Salomon ſubdere vř, ſed ſola illa, quæ eſt contraria voluntati, ad quam vitandā homo furatur, & periurat: ſed paupertas voluntaria hoc periculum non habet, & talem paupertatem Chriſtus elegit.

Ad II dicendū, ꝙ cōi uita uti, quantum ad victum, & veſtitū, poteſt aliquis non ſolum diuitias poſſidendo: ſed ēt a mulieribus, & diuitibus neceſſaria accipiendo, quod ēt circa Chriſtū factum eſt: dř.n. Lucæ 8. ꝙ mulieres quędā ſequebantur Chriſtum, quæ miniſtrabant ei de facultatibus ſuis. ut enim Hiero.* dicit cōtra Vigilantium, conſuetudinis iudaicæ fuit, nec ducebatur in culpā more gētis antiquo, ut mulieres de ſubſtantia ſua uictum, atq; veſtitum præceptoribus ſuis miniſtrarent: ſed quia hoc ſcandalum facere poterat in nationibus, Paulus ſe abieciſſe cōmemorat, ſic ergo cōis uictus poterat eſſe ſine ſolicitudine impediente prædicationis officium: non autem diuitiarum poſſeſſio.

* hoc habetur formaliter c. 27. Mat. ſuper illud: Erant ibi mulieres tom. 9.

Ad III dicendū, ꝙ in eo, qui ex neceſſitate pauper eſt, humilitas non multū commēdať: ſed in eo, qui voluntarie pauper eſt (ſicut fuit Chriſtus) ipſa paupertas eſt maximæ humilitatis indicium.

Articvlvs IIII.

Vtrum Chriſtus in hac vita ſecundum legem conuerſatus fuerit.

Port. o. 225 Sup. q. 37. per totum & inf. q. 47 ar. 2. ad 1. Et 3. d. 14. art. 3. q. 6. ad 3. Et 4. diſt. 1. q. 2. art. 2. q. 3. Et op. 60. c. 13.

SVP. QVAE. XL. ART. IIII.

Titulus clarus.

¶ In corpore unica cōcluſio: Chriſtus in omnibus ſm legis præcepta cōuerſatus eſt. Hæc aūt concluſio primo ꝓbať, quo ad factū deinde quo ad conuenientiam. Quòd.n. Chriſtus in omnibus ſm legē de facto cōuerſatus fuerit, probatur ex illo facto, in quo tamquā in principio cōprehenduntur reliqua legalia, ſ. ex circunciſione, ut patet ex auctoritate Apoſtoli. Conuenientiam aūt quare Chriſtus ſeruare uoluit, oſtendit ex quatuor clatis in litera.

Ad qvartvm ſic proceditur. Videtur, ꝙ Chriſtus non fuerit cōuerſatus ſm legē. Lex.n. præcipiebat, ut nihil operis[h] in ſabbatho fieret, ſicut deus die ſeptimo requieuit ab oī opere qđ patrarat: ſed ipſe ī ſabbatho curauit hoīem, & ei mandauit ut tolleret lectū ſuū. ergo vř quòd non fuerit ſecundum legem conuerſatus.

¶ 2 Præt. Eadem Chriſtus fecit, & docuit, ſm illud Act. 1. cępit Ieſus facere, & docere: ſed ipſe Matt. 15. docuit, ꝙ oē, quod intrat in os, non coinquinat hominē, quod eſt[h] contra præceptum legis, quæ per eſum, & contactum quorūdā animalium, dicebat hominem immūdū fieri, ut patet Leui. 11. ergo videtur, quòd ipſe non fuerit ſecundum legem conuerſatus.

¶ 3 Præt. Idem iudicium vř eſſe facientis, & conſentientis, ſm illud Rom. 1. Non ſolū illi, qui faciunt, ſed, & qui conſentiunt facientibus: ſed Chriſtus conſenſit diſcipulis ſuis[h] ſoluentibus legē, in hoc, ꝙ ſabbatho ſpicas vellebant, excuſando eos, vt hř Matth. 12. ergo videtur, quòd Chriſtus non conuerſatus fuerit ſecundum legem.

Sed contra eſt, ꝙ dicitur Matth. 5. Nolite putare qm̄ ueni ſoluere legē, aut prophetas: qđ exponēs Chryſoſ.* dicit: Legē impleuit, primo quidem, nihil tranſgrediendo legalium, ſecundo iu-

* hom. 16. in Matt. 5. parum a prin. illius to. 2.

A ſtificando per fidem, quod lex per literam facere non ualebat.

Resp. Dicēdum, ꝙ Chriſtus[m] in oibus ſm legis præcepta cōuerſatus eſt.* In cuius ſignū ēt uoluit circuncidi: circunciſio.n. eſt quędā proteſtatio legis implendę, ſm illud Gal. 5 Teſtificor oi hoi circumcidenti ſe, qm̄ debitor eſt vniuerſæ legis faciēdæ. Voluit autē Chriſtus ſm legem conuerſari. primo quidem, ut legem veterē approbaret. ſecundo, vt eam obſeruando, in ſeipſo conſumaret, & terminaret, oſtendens q. ad ſe ipſum erat ordinata. tertio ut Iudæis occaſionē calumniandi ſubtraheret. quarto, ut hoies a ſeruitute legis liberaret, ſecun- **Concl.**

B dum illud Gal. 4. Miſit Deus Filium ſuum factum ſub lege, ut eos, qui ſub lege erant redimeret

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ dūs ſuper hoc ſe excuſat à trāſgreſſione legis tripliciter. Vno quidē modo, quia per præceptū de ſanctificatione ſabbathi nō interdicitur opus diuinū, ſed opus humanum: quamuis.n. deus die ſeptimo ceſſauerat a nouis creaturis condendis, ſemper tñ operatur in rerum conſeruatione, & gubernatione: ꝙ aūt Chriſtus miracula faciebat, erat operis diuini. Vñ ipſe dicit Ioan. 5. Pater meus, uſq modo operatur, & ego operor Secundo, excuſat ſe per hoc, ꝙ illo p̄-

C cepto nō prohibenť opera, quę ſunt de neceſſitate ſalutis etiam corporalis. vnde ipſe dicit Lucæ 13. Vnuſquiſq; ueſtrū ſabbatho nō ſoluit bouē ſuum, aut aſinū a p̄ſepio, & ducit adaquare? Et infra 14. Cuius veſtrum aſinus, aut bos ī puteū cadet, & nō cōtinuo extrahet illū die ſabbathi? Manifeſtū eſt aūt, ꝙ opera miraculorum, q̄ Chriſtus faciebat, ad ſalutē corporis, & aīæ pertinebant. Tertio, qa illo p̄cepto non prohibenť opera, quæ pertinent ad Dei cultū. vnde dř Matth. 12. An non legiſtis in lege, quia ſabbathis ſacerdotes in tēplo ſabbathum violant, & ſine crimine ſunt? & Ioan. 7. dicitur, ꝙ

D circunciſionē accipit homo in ſabbatho: ꝙ autem Chriſtus paralytico mandauit, ut lectum ſuū ſabbatho portaret, ad cultum Dei pertinebat, ideſt ad laudem virtutis diuinæ. Et ſic patet, quòd ſabbathum nō ſoluebat: quamuis hoc ei Iudæi falſo obijcerent, dicentes Ioannis 9. Non eſt hic homo a Deo, qui ſabbathum non cuſtodit.

Ad II dicendum, ꝙ Chriſtus voluit oſtendere per illa verba, ꝙ homo non redditur immundus, ſecundum animam ex vſu ciborum quorumcūque ſecundum ſuam naturam, ſed ſolum ſecundū quādam ſignificationem, quòd autem in lege quidam

E cibi dicuntur immundi, hoc eſt per quandam ſignificationem. vnde Auguſtinus,* dicit contra Fauſtum: ſi de porco, & agno requiratur, vtrum natura mundus eſt, dicimus quòd omnis creatura dei bona eſt, quadam vero ſignificatione agnus mundus, porcus immundus eſt.

Lib. 6. c. 7. non longe a prin. t. 6.

Ad III dicendum, quòd etiam diſcipuli, qui eſurientes, ſpicas ſabbatho vellebant, a tranſgreſſione legis excuſanť propter neceſſitatem famis: ſicut, & Dauid non fuit tranſgreſſor legis, quando propter famis neceſſitatē comedit panes, quos ei edere non licebat.

QVÆSTIO XLI.

De tentatione Chriſti, in quatuor articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt, de tentatione Chriſti.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum fuerit conueniens Chrm tentari.
¶ Secundo, De loco tentationis.
¶ Tertio, De tempore.
¶ Quarto, De modo, & ordine tentationis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum conueniens fuerit, Chriſtum tentari.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, q Chriſto tētari non conueniebat. Tentare enim eſt experimentū ſumere, quod quidē nō fit, niſi de re ignota: ſed virtus Chriſti erat nota et dæmonibus: dr̄.n. Luc. 4. q nō ſinebat demones loqui, quia ſciebant eū eſſe Chriſtū. ergo vr̄ q non decuerit Chriſtū tentari.

¶ 2 Præt. Chriſtus ad hoc uenerat, ut opera diaboli diſſolueret, ſm illud Ioan. 3. In hoc apparuit filius Dei, ut diſſoluat opera diaboli: ſed non eſt eiuſdem diſſoluere opera alicuius, & ea pati. & ita videtur inconueniens fuiſſe, q Chriſtus pateretur ſe tentari a diabolo.

¶ 3 Præt. Triplex eſt tentatio, ſ. a carne, à mūdo, & à diabolo: ſed Chriſtus non fuit tentatus, nec a carne, nec à mūdo. ergo nec ēt debuit tētari à diabolo.

SED CONTRA eſt, quòd dicitur, Matth. 4. Ductus eſt Ieſus a ſpiritu in deſertum, ut tentaretur a diabolo.

RESP. dicendum, q Chriſt tentari voluit. Primo quidē, vt nobis contra tētationes auxilium ferret. vnde Grego. dicit in hom. non erat indignum Redemptori noſtro, q tentari voluit, qui venerat occidi: ut ſic tentationes noſtras ſuis tentationibus vinceret, ſicut mortem noſtram, ſua morte ſuperauit. Secundo propter noſtram cautelam, ut nullus quantumcumque ſanctus ſe æſtimet ſecurum, & immunem a tentatione. vnde, & poſt baptiſmū tentari voluit: quia, ſicut Hilarius dicit ſuper Matthæ. in ſanctificatis maxime diaboli tentamenta craſſantur: quia victoria magis eſt ei exoptata de ſanctis. vnde, & Eccleſi. 2. dici-
F tur, Fili, accedens ad ſeruitutē Dei, ſta in iuſtitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Tertio, propter exemplum, ut ſcilicet nos inſtrueret qualiter diaboli tentationes vincamus. vnde Auguſtinus dicit in quarto de Trinita. quòd Chriſtus diabolo ſe tentandum præbuit, vt ad ſuperandas tentationes eius mediator eſſet, non ſolum per adiutorium, uerum etiam per exē-
G plum. Quarto, ut nobis fiduciam de ſua miſericordia largiretur. vnde dicitur Hebræorum 4. Non habemus pontificem, qui non poſſit compati infirmitatibus noſtris, tentatum autem per omnia, pro ſimilitudine abſque peccato.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſicut Auguſtinus dicit in 9. de Ciuitate dei, Chri-
H ſtus tantum innotuit dæmonibus, quantum voluit: non per id, quod eſt vita æterna, ſed per quædam temporalia ſuæ virtutis effecta, ex quibus quandam coniecturam habebant Chriſtum eſſe filium Dei. ſed quia rurſus in eo quædam ſigna humanæ infirmitatis videbant, non pro certo cognoſcebant eum eſſe filium Dei: & ideo
I eum tentare voluit. Et hoc ſignatur Matthæi. 4. vbi dicitur, quòd poſtquàm eſuriit, acceſſit tentator ad eum: quia vt Hilarius dicit, tentare Chriſtum diabolus non fuiſſet auſus, niſi in eo per eſuritionis infirmitatem, quæ ſunt hominis, recognoſceret. & hoc etiam patet ex ipſo modo tentandi, cum dixit, ſi filius Dei es. quod exponens Ambroſius dicit, quid ſibi vult talis ſermonis exorſus, niſi quia cognouerat Dei filium eſſe ven-
K turum, ſed veniſſe per infirmitatem corporis non putabat.

AD II dicendum, quòd Chriſtus venerat diſſoluere opera diaboli, nō poteſtatiue agēdo, ſed magis ab eo, & eius mēbris patiēdo, vt ſic diabolū vinceret iuſtitia, non poteſtate, ſicut Aug. dicit 13. de Trinita. q diabolus non potentia dei, ſed iuſtitia ſuperādus fuit:

SVP. QVAE. XLI. ART. I.

Medina ar. 1.

Porr. o 226 Opuſ. 60. c. 11. prin. — Titulus clarus. ¶ In corpore una concluſio: Chriſtus tentari voluit. Probatur quadrupliciter. Vbi in prima ratione conſpicere libet, q virtuoſa contra noſtras tentationes tentatio Chriſti fuit: ita q non ſolum exemplo (quod ad tertiam ſpectat rationē) ſed efficacia auxiliū nobis contra tentationes tentatus domin᷒ conferendo profuit: ſicut mortuus nos cōtra mortē muniuit. Modus autē q o, hoc confertur auxilium, cum de efficacia mortis eius inferius tractabitur, patebit: pro nunc ſufficiat, quòd ſaltem meritorie tentatus dominus opem contulit nobis.

¶ In tertia autem ratione percipe, quòd modus uincendi tentationes eſt, recurſus ad diuinas ſcripturas & eadem ratione ad ſanctorum exempla: hoc enim dominus in ſua pugna, ac victoria docuit, dū ſic pugnauit, & uicit.

Conſ. m Hom. 16 in euang. non longe a prin.

¶ In reſponſione ad primum circa notitiam dæmonum de Chriſto, duo ſunt videnda. Primum, qd dæmones ſenſerunt de Chriſto, quod inferius tractabitur in quæſt. de miraculis Chriſti. Secūdum eſt, quorſum ab Auctore hic afferatur notitia habita a dæmone de Chriſto, cuius Lucas meminit cap. 4. cum manifeſte pateat Euāgeliſtam loqui poſt uiſa miracula, hic autem eſt ſermo an miracula: nam poſt regreſſum a deſerto, cœpit Chriſtus prædicare, & miracula facere.

Cap. 3. in Matt. non longe a princ.

¶ Ad hoc dicitur, quòd coactus fuit Auctor ex tentationis actu & incertitudine notitiæ de Chriſto apud dæmones, loqui. Inſeruit autem uerbum Lucæ euangeliſtæ de ſcientia dæmonum in principio prædicationis Chriſti: quoniam licet Lucas dicat illa uerba inter narrandum de miraculis Chriſti, non tamen dicit, quòd tunc primo didicerint dæmones illū eſſe Chriſtum. Et propterea illud Lucæ verbū, quia ſciebant illum eſſe Chriſtum, ad præteritum tempus inculpabiliter, & rationabiliter ab Auctore relatū videtur. Viderunt ſiquidem dæmones, & quæ ab angelis in die natiuitatis Chriſti dicta ſunt, & quæ a paſtoribus geſta, & quæ à Magis duce ſtella, & quæ à Simeone, & Anna dicta ſunt: & poſtea Chriſti uerba ad matrem in templo, de Patre ſuo, & dicta a Ioanne Baptiſta de Chriſto. Ex quibus facile erat cognoſcere illum eſſe Chriſtum abſque aliis miraculis collatione præſertim facta cum prophetiis. Vnde uiſa iam lōga inedia, & quòd eſurit, tentauit noſſe, ſi filius Dei eſſet.

li. 4. c. 13 aliquantulū a princ. to. 3.

li. 9. c. 21 a prin. t. 5.

¶ In ratione ad tertium dubium occurrit, an uerū ſit omnē tentationē ab intrinſeco, eſſe pctm̄. vr̄ q non: quia naturalib᷒ nō meremur, nec demeremur: concupiſcentia autem carnis & illius delectatio naturalis eſt. nullū ergo pctm̄ eſt cōcupiſcētia aut delectatio carnis. Et confirmatur: quia certū eſt Chriſtum fuiſſe carnalē delectationē ſm̄ guſtum, uel tactum, cū comedebat, aut bibebat aliqd delectabile: puta bonū panem, bonum vinū, &c. non ergo omnis delectatio, ſenſibilis eſt peccatum.

Cap. 3. in Matt. non remote a prin.

Amb. l. 4 ſ Luc. c. 4 in ordi. in titul. de tentatione, Chri. t. 1.

¶ Ad hoc dr̄, q nulli᷒ mentis cōpos dicit, q omnis delectatio ſecūdū carnē, ſeu ſenſum ſit peccatū: oporteret .n. naturā ipſam eſſe malam, ſi delectatio naturalis eſſet mala. Vnde in ſtatu innocentiæ fuiſſent delectationes naturales abſque peccato ullo,

li. 13. c. 13. ſ prin. t. 3.

& in

& in Chriſto non eſt dubium, quòd cum fatigatus ex itinere ſedebat ſuper puteum, quies illa erat delectabilis feſſo corpori, & ſimiliter panis ſuo ſano palato erat ſuauis, & oculis lux ſolis amabilis, & ſic de aliis. Sed

thom. 16. in euang. nõ longe à prin.

aliud eſt loqui de concupiſcentia, & delectatiõe naturali, & aliud eſt loqui de concupiſcẽtia & delectatione aduerſus ſpiritum: naturalia ſiquidem vt ſic, exhorbitant à recta rõne, ac per hoc non tendũt aduerſus ſpiritum: ſed à ratione neceſſe eſt declinare eas, quę contrariæ ſpiritui ſunt. Quocirca concedendũ eſt, quòd nonnullum peccatum eſt, cum caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritum, ratione concupiſcentiæ ſeu delectationis aliquid præter rationem habentis, & non ratione naturalis appetitus aut delectationis. Tentatio ſit ab intrinſeco, quia ad uerſus ſpiritum eſt, non importat naturalem motũ abſolute, ſed præter rationem.

thom. 16. in euãg. q legiẽ Domin. 1. in quadrag.

*hom. 31. in Luc. in prin. to. 3.

Et ideo circa tentationem Chriſti conſiderandum eſt, quid propria uoluntate fecit, & quid à diabolo paſſus fuit, quòd n. tentatori ſe offerret, fuit propriæ voluntatis. vnde dr̃ Matth. 4. Ductus eſt Ieſus in deſertũ à ſpiritu, ut tentaretur à diabolo: quod Greg.* intelligendum dicit de Spirituſancto, ut ſ. illuc eũ ſpũs ſuus duceret, ubi eum ad tentandum ſpiritus malignus inueniret: ſed à diabolo paſſus eſt, ut aſſumeretur, uel ſupra pinnaculum templi, uel ẽt in montẽ excelſum ualde. Nec eſt mirũ (ut Greg.† dicit) ſi ſe ab illo permiſit in montem duci, qui ſe pmiſit à mẽbris ipſius crucifigi. Intelligitur aũt à diabolo aſſumptus, non quaſi ex neceſſitate: ſed quia (vt Orig.* dicit ſuper Luc.) ſequebatur eum ad tentationem, quaſi athleta ſponte procedens.

AD III dcẽdm̃, quòd ſicut Apoſtolus dicit, Chriſtus in omnibus tentari uoluit abſq; peccato. Tentatio autem, quæ eſt ab hoſte, poteſt eſſe ſine peccato: quia fit per ſolam exteriorem

D. 445.

ſuggeſtionem. Tentatio aũt, quæ eſt à carne, nõ põt eſſe ſine peccato: quia huiuſmodi tentatio fit p

† li. 19. de ciuit. Dei. c. 4. à me. to. 5.

delectationem, & concupiſcẽtiam. Et ſicut Aug.† dicit nonnullum peccatum eſt, quando caro concupiſcit aduerſus ſpũm. Ee ideo Chriſtus tentari uoluit ab hoſte, ſed non à carne.

SVPER QV. XLI. ART. II.

Perr. o. 227

Titulus clarus.

¶ In corpore unica concluſio Chriſtus conuenienter tentatus eſt in deſerto. Probatur tripliciter, primo ratione ſolitudinis: ſecundo, ratione myſterii, ut ſcilicet, hominem de mundo deſerto liberaret: tertio ratione inſtructionis, ut ſcilicet docere mur ad meliora tendẽtibus diabolum inuidere. Omnia clara ſunt.

*Ar. præc.

*hom. 13. in Matth. paulo poſt prin. to. 5.

¶ In reſponſione ad tertium perſpice diligẽter euangeliſtas, & inuenies manifeſte figmenta eſſe hæc, quæ in litera recitãtur de imaginatio monte, & templo dicitur autẽ ad literam, Chriſtus tentatus in deſerto, quia ibi incepit tẽtari vbi, & prima tentatio conſummata eſt.

ARTICVLVS II.

Vtrum Chriſtus in deſerto tentari debuerit.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd Chriſtus non debuerit tentari in deſerto. Chriſtus enim tentari uoluit propter exemplum noſtrũ ut dictum eſt: ſed exemplum debet manifeſte proponi illis, qui ſunt per exemplum informandi. non ergo debuit in deſerto tentari.

¶ 2 Præt. Chryſoſt.* dicit ſuper Matth. quòd tunc maxime inſtat diabolus ad tentandum, cum uiderit ſolitarios: unde, & in principio mulierem tentauit, ſine viro eam inueniens: & ſic videtur per hoc, quòd in deſertum iuit, ut tẽtaretur, quòd tentationi, ſe expoſuit cum ergo eius tentatio ſit noſtrum exemplum, uidetur quòd etiam

A alii debeant ſe ingerere ad tentationes ſuſcipiendas, quòd tñ uidetur eſſe periculoſum, cum magis tẽtationum occaſiones uitare debeamus.

¶ 3 Præt. Mat. 4. ponit̃ ſcd'a Chri tẽtatio, qua diabolus Chrm̃ aſſumpſit in ſanctã ciuitatem, & ſtatuit eũ ſuper pinnaculum templi: quòd quidem nõ erat in deſerto. nõ ergo tentatus eſt ſolum in deſerto.

SED CONTRA eſt, quòd dr̃ Marc. 19. quòd erat Ieſus in deſerto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & tentabatur a Satana.

RESP. Dcẽdm̃, quòd (ſicut dictum eſt*) Chrs̃ ppria uoluntate ſe diabolo exhibuit, ad tentandũ, ſicut B ẽt propria uoluntate membris eius ſe exhibuit ad occidendum, alioquin diabolus uenire ad eum non auderet. diabolus aũt magis attentat aliquem, cum eſt ſolitarius: quia, ut dr̃ Eccle. 4. ſi quiſpiam præualuerit contra unum, duo reſiſtunt ei. & ideo eſt, quòd Chriſtus in deſertum exiuit, quaſi ad campũ certaminis, ut ibi a diabolo tentaret.* Vñ Ambroſius* dicit ſuper Lucam, quòd Chriſtus agebatur in deſertum conſilio, ut diabolum prouocaret. nã niſi ille certaſſet, ſ. diabolus, non ſte uiciſſet, idest Chriſtus. Addit autem & alias rõnes, dicens hoc C Chriſtum feciſſe myſterio, ut Adam de exilio liberaret, qui, ſ. de paradiſo in deſertum eiectus eſt, & exemplo ut oſtenderet nobis diabolum ad meliora tendentibus inuidere.

*ar. præc. ad 2.

Concil. in

*lib. 4 in Luc. in tit. & ductu Ie ſu i deſertum & lõge a fine to. 3.

AD PRIMVM ergo dcẽdm̃, quòd Chrs̃ proponit̃ oĩbus in exemplum per fidem, ſm illud Heb 12. Aſpicientes in Auctorem fidei, & conſumatorẽ Ieſum. Fides autem (ut dr̃ Roma. 10.) eſt ex auditu, non autem ex uiſu. Quinimmo Io. 20. dr̃, Beati, quòd non uiderunt, & crediderunt. & ideo ad hoc, quòd tẽtatio Chriſti eſſet nobis in exemplum, non oportuit quòd ab hominibus uideretur, ſed ſufficiens D fuit, quod hominibus narraretur.

AD II dcẽdm̃, quòd duplex eſt tentationis occaſio. Vna quidẽ ex parte hoĩs, puta cum aliquis ſe peccato propinquum facit occaſiones peccandi non euitans. Et talis occaſio tentationis eſt uitanda, ſicut dictum eſt* Loth. Ge. 19. Ne ſteteris in oĩ regione circa Sodomam, Alia uero tentationis occaſio eſt ex parte diaboli, qui ſemp inuidet ad meliora tendentibus, ut Amb.† dicit. Et talis tẽtationis occaſio nõ eſt uitãda. Vnde dicit Chryſ. ſuper Mat. quòd nõ ſolũ Chriſtus ductus eſt i deſertũ a Spiritu, ſed omnes filii dei, habentes Spiritumſan E ctũ: non. n. ſunt contenti ſedere, otioſi, ſed Spiritusſanctus urget eos aliquod magnũ apprehẽdere opus, quòd eſt eſſe in deſerto, quãtũ ad diabolũ: quia non eſt ibi iniuſtitia, in qua diabolus delectat̃. Oẽ ẽt bonum opus eſt deſertum, quantũ ad carnem, & mundum: quia non eſt ſm uoluntatem carnis, & mundi. Talem autem occaſionem tentationis dare diabolo, non eſt periculoſum, quia magis eſt auxilium Spiritusſancti, qui eſt perfecti operis actor, quam impugnatio diaboli inuidentis.

*ar. præc. ad 5 & 2. 2. q. 88. ar. 4 ad 2.

† Amb. li. 4 in Luc. c. d ductu Ieſu in deſertũ non procul a fi. to. 5.

*ho. 5. in Mat. ope imperfecto, in par. a prin. to. 2.

AD III dcẽdm̃, quòd quidam dicunt omnes tentationes factas fuiſſe in deſerto: quorum quidem dicunt, quòd Chriſtus ductus eſt in ſanctam ciuita-

tem, non realiter, ſed ſm imaginariam uiſionem. quidam autem dicunt, quòd etiam ipſa ciuitas ſancta, id eſt, Hieruſalem, deſertum dicitur: quia erat derelicta a deo: ſed hoc non eſt neceſſarium, quia Marcus dicit, quòd in deſerto tentabatur a diabolo: non autem dicit, quod ſolum in deſerto.

SV. QVAE. XLI. ART. III.

Medina ar. 3.

Titulus clarus.

¶ In corpore via cõcluſio: q̃ conuenit poſt ieiuniũ Chřm tentari uoluit. Probatur tripliciter. Omnia clara ſunt.

¶ In rñſione ad ſm noli deſpicere expoſitionẽ Bedæ de tentationib. aliis añ illas tres nominatas: q̃ñ potuit ſepe diabolus uarias cot peas ſimilitudines formare ad tẽtãdũ Chřm, ſicut legimus, quòd ad tentandum Antonium tot formauit.

¶ In rñſione ad tertiũ, habes duas rãſiones. Alterã ex Amb. q̃ diabolus receſſit vſq; ad tps paſſionis p̃ ſua mẽbra apte pugnaturus: alterã, q̃ p̃ ſua mẽbra pugnãdo, reddidit ẽt tentans de triſtitia, & odio proximorũ: ex tentatio q̃ pe tot aduerſantiũ, & q̃ tentrũ eius mortem, tentatio erat Chři ad odio haben dũ illos, & cõtriſtãdũ d illis proſequentib.

Port. 0 228 q. præced. ar. 2.

*hom. 16. in euang. circa me.

ARTICVLVS III.

Vtrum Chriſti tentatio debuerit eſſe poſt ieiunium.

AD TERTIVM ſic proceditur. Vr q̃ Chři tentatio ñ debuerit eſſe poſt ieiunium. Di ctũ eſt.n.s̃.* q̃ Chřm[b] non decebat cõuer ationis auſteritas: ſed maximæ auſteritatis fuiſſe vr, q̃ quadraginta diebus, & quadraginta noctibus nihil comederit: quia ſin illis diebus nullum omnino cibũ ſumpſit, ut Greg.* dicit. ergo non uidetur, quòd debuerit huiuſmodi ieiunium tentationi præmittere.

¶ 2 Præt. Mat. primo dr, q̃ erat i deſerto quadraginta diebus, et quadraginta noctibus, &[b] tentabat a Satana: ſed quadragita diebus, & quadragita noct:b' ieiunauit. ergo vr, q̃ nõ poſt ieiuniũ, ſed ſimul dũ ieiunaret,[b] ſit tentatus a diabolo.

¶ 3 Præt. Chřs non legitur, niſi ſemel ieiunaſſe: ſed non ſolũ ſemel fuit tentatus a diabolo: dr.n. Luc. 4. q̃ conſumata omni tentatione, diabolus receſſit ab illo vſque ad tps.[b] ſicut ergo ſcdæ tentationi ñ præmiſit ieiuniũ, ita nec primæ p̃mittere debuit.

SED CONTRA eſt, q̃ dr Mat. 4. Cum ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, poſtea eſuriit, & tunc acceſſit ad eum tentator.

RESP. Dcẽm, q̃[m] conuenienter Chriſtus poſt ieiunium tentari uoluit.* Primo quidem pp exemplũ: quia cũ oibus (ſicut dictũ eſt*) immineat ſe cõtra tentationes tueri, p hoc q̃ ipſe añ tentationẽ futurã ieiunauit, docuit q̃ p ieiuniũ nos oportet contra tentationes armari, vñ inter arma iuſtitiæ Apł̃s ieiunia connumerat, ſcd̃e Ad Cor. 6. Secũdo, ut oſtenderet, q̃ ẽt ieiunantes diabolus aggreditur ad tentandum, ſicut alios, qui bonis operib. uacant: & ideo ſicut poſt baptiſmum, ita poſt ieiunium Chriſtus tentatur. unde Chry. dicit ſup Matthæum, ut diſcas q̃ magnũ bonum eſt ieiunium, et qualiter ſcutum eſt aduerſus diabolũ, & q̃m poſt baptiſmum non laſciuiæ, ſed ieiunio itẽdere oportet, ideo Chriſtus ieiunau t, non ieiunio ind gẽs, ſed nos inſtruens Tertio, quia poſt ieiunium ſecuta eſt eſuries, que dedit diabolo audaciam eum aggrediendi, ſicut dictum eſt.* Cum autem eſuriit Dominus (ut Hilarius dicit ſuper Mat.†) non fuit ex ſurreptione inediæ, ſed naturæ ſuæ hominem

Concil. 30

*ar. 2. huius q.

*hom. 13 in Math. paulo poſt prin. to. 2.

*ar. 1. ad 1 arg.

†ca. 3. io Matt. non

F dereliquit: non enim erat a Deo diabolus: ſed a carne uincendus. unde etiam ut Chryſ. dicit, non vltra proceſſit in ieiunando, q̃ Moyſes & Helias ne incredibilis uideretur carnis aſſumptio.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̃ Chriſtum non decuit conuerſatio auſterioris uitæ, ut ſe communem exhiberet illis, quibus prædicauit, nullus autem debet aſſumere prędicationis officium, niſi prius fuerit purgatus, & in uirtute perfectus, ſicut & de Chriſto dicitur, Actuum 1. quod cępit Ieſus facere, & docere: & iõ Chriſtus ſtatim poſt baptiſmum auſteritatem uitæ aſſumpſit, ut doceret poſt

G carnem edomitam, oportere alios ad p̃dicationis officium tranſire, ſm illud Apoſtoli, Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne fu te cum aliis prædicauero, ipſe reprobus efficiar.

AD II dcẽm, q̃ uerbum illud Marci, poteſt ſic intelligi, q̃ erat in deſerto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, quibus, ſ. ieiunauit: q̃ autem dicitur, Et tentabatur a Satana, intelligendum eſt, non in illis quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, quibus ieiunauit, ſed poſt illos eo q̃ Mat. dicit, quòd cum ieiunaſſet quadraginta diebus, & quadraginta noctibus poſtea eſuriit,

H ex quo ſumpſit Tentator occaſionem accedendi ad ipſum. unde, & quod ſubditur. Et angeli miniſtrabant ei, conſecutiue intelligendum eſſe oſtendit, ex hoc q̃ Matthęi quarto dr, Tunc reliquit eũ diabolus, ſ. poſt tentationem, & ecce angeli acceſſerunt, & miniſtrabant ei: quòd uero interponit Mar. eratque cum beſtiis, inducitur, ſecũdũ Chryſ.* ad oſtendendum quale erat deſertum, quia, ſ. erat inuium hominibus, & beſtiis plenum. Tamen ſecundum expoſitionem Bedæ* dominus tentabatur quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: ſed hos intelligendum eſt non de illis tentationibus viſibilibus, quas narrant Mat. & Lucas, quæ manifeſte factæ ſunt poſt ieiunium: ſed de quibuſdã

I aliis impugnationibus, quas forte illo ieiunii tẽpore Chriſtus eſt a diabolo paſſus.

AD III dcẽm, quòd ſicut Ambroſius* dicit ſuper Lucam, receſſit diabolus a Chriſto vſque ad tẽpus, quia poſtea non tentaturus, ſed aperte pugnaturus aduenit, tempore, ſ. paſſionis. Et tamen per illam impugnationem uidebatur Chriſtum tentare de triſtitia. & odio proximorum: ſicut in deſerto de delectatione gulę, & contemptu dei per idololatriam.

Iſge a pręf.* hom. 5. ſ Mat. in opere imperf. aote med. to. 2 & hom. 1. io Gene. a me. to. 1.

*hom. 15. io Matth. paulo a pri ci. to. 2.

*c. 1. Mat. io ca. 5. ſe cũdũ eius ord. to. 2.

*Lib. 4. in Luc. c. 4 ſ. tent. Chriſti. a med. to. 3.

K

ARTICVLVS IIII.

Vtrum fuerit conueniens ordo & modus tentationis. Chriſti.

ADQVARTVM ſic proceditur. Vr q̃ Chriſti non fuerit conueniens tentationis modus, & ordo. Tentatio. n. diabolo ad peccandum inducit: ſed ſi Chriſtus ſubueniſſet corporali fami[b] cõuertẽdo lapides i panẽ,

SVPER. QV. XLI. ART. IIII.

Port. 0 229

*Opu. 60. c. 12. circa med.

Titulus de modo, & ordine. Ordo ad ipſas tentationes ſtet ſe reſpicit quæ prima, quæ ſecũda, quæ tertia. Modus, & ordo ſimul ad ſingulas reſpicit tentationes quo ad modum procedendi, ordinemq; deducendi

nõ peccaſſet: ſicut nõ peccauit, cũ panes multiplicauit (qđ nõ fuit minus miraculum) ut turbæ eſurienti ſubueniret. ergo vr̃ quòd nulla fuerit illa tẽtatio.

¶2 Præt. Nullus pſuaſor conuenienter ſuadet contrariũ eius, qđ intẽdit: ſed diabol⁹ ſtatuẽs Chrm̃ ſ. pinnaculũ tẽpli, intendebat eũ ď ſupbia, ſeu vana gloria tẽtare, ergo incõuenięter pſuadet ei, ut ſe mittat deorsũ, qđ eſt cõtrariũ ſupbiæ, uel uanegliæ, q̃ ſemper q̃rit aſcẽdere.

¶3 Præt. Vna tẽtatio cõueniens eſt, ut ſit de uno peccato: ſed i tentatione, q̃ fuit in mõte, duo pctã pſuaſit, ſ. cupiditatem, & idololatriam. non ergo conueniẽs vr̃ fuiſſe tẽtationis mod⁹.

¶4 Præt. Tentationes ad peccata ordinan̄: ſed ſeptẽ ſũt uitia capitalia, ut in ſecũda parte habitũ eſt. nõ aũt tẽtauit, niſi de tribus, ſ. gula, uanagloria, & cupiditate. nõ ergo vr̃ ſufficiens tentationis modus fuiſſe.

¶5 Præt. Poſt uictoriã oium uitiorũ, remanet hoi tẽtatio ſuperbiæ, uel uaneglorię: qa ſupbia ẽt bonis operibus inſidiat, vt pereãt, ſicut dicit Auguſt. Inconuenienter ergo Matt. vltimã ponit tentationẽ cupiditatis in mõte, mediã aũt inanis gloriæ in tẽplo, pręſertim cũ Luc. ordinet econuerſo.

¶6 Pręt. Hieron. dicit ſup Matth. q̃ propoſitũ Chriſti fuit diabolũ humilitate uincere, nõ poteſtate. ergo nõ imperioſe, & obiurgando, cum repellere debuit, dicẽs, Vade retro Satana.

¶7 Præt. Narratio euangelij vr̃ falſum cõtinere. nõ.n. vr̃ poſſibile, q̃ Chr̃s ſupra pinaculũ tẽpli ſtatui potuerit, quin ab alijs uidereẽ: ſic q; aliquis mons tã altus inuenit̃, ut inde tot⁹ mũdus inſpici poſſit, ut ſic ex eo potuerint Chr̃o oĩa regna mũdi oſtendi. inconuenięter ergo vr̃ deſcripta Chriſti tentatio.

SED CONTRA eſt, ſcripturæ ſacrę auctoritas.

RESP. Dcđm, q̃ tẽtatio, q̃ eſt ab hoſte, fit p modũ ſuggeſtionis, ut Greg. dicit: nõ autẽ codẽ mõ põt aliqd oĩbus ſuggeri, ſed vnicuiq; ſuggerit̃ aliqd ex his, circa q̃ eſt affectus. Et iõ

A diabolus hominem ſpũalẽ, nõ ſtatim tentat de grauibus peccatis: ſed paulatim à leuioribus incipit, vt poſtmodũ ad grauiora pducat. vnde Greg. 31. Moral. exponẽs illud Iob 39. Procul odorat̃ bellũ, exhortationẽ ducũ, & vlulatũ exercit⁹, dicit: Bene duces exhortari dicti ſũt, exercitus ululare: qa prima uitia, deceptæ mẽti quaſi ſub quadã rõne ſe ingerunt, ſed innu-

B mera, q̃ ſequunt̃, dũ hãc ad omnẽ inſaniã pertrahũt, quaſi beſtiali clamore confundunt. Et hoc idẽ diabolus obſeruauit in tẽtatione primi hois. nã primo ſolicitauit mẽtẽ primi hois de ligni uetiti eſu, dicens Gen. 3. Cur pręcepit uobis Deus, ut nõ comederetis de omni ligno paradiſi? ſecũdo, de inani gloria, cũ dixit, Aperient̃ oculi ueſtri. tertio perduxit tentationẽ ad

C extremã ſuperbiã, cũ dixit, Eritis ſicut dij, ſcientes bonum, & malũ. Eũ hunc ẽt tentãdi ordinẽ ſeruauit in Chriſto. Nã primo tentauit ipſum de eo, quod appetunt quãtumcumq; ſpũales uiri, ſ. de ſuſtentatione corpalis naturæ per cibũ. ſecũdo proceſſit ad id, in quo ſpũales uiri qñq; deficiũt, ut ſ. aliqua ad oſtẽtationẽ operent̃, qđ pertinet ad inanẽ gloriã. tertio perduxit tẽ-

D tationẽ ad id, qđ iã nõ eſt ſpũaliũ uirorũ, ſed carnalium, ſ. ut diuitias, & gloriã mundi cõcupiſcant, uſq; ad cõtẽptũ Dei. Et iõ in primis duabus tẽtationibus dixit, Si filius Dei es, nõ aũt in tertia, q̃ nõ põt cõuenire ſpiritualib. viris, qui ſunt per adoptionẽ filii Dei, ſicut duę primę. His aũt tentationib. Chr̃s reſti-

E tit teſtimonijs legis, non ptãte uirtutis, ut hoc ipſo, & plus hominẽ honoraret, & aduerſariũ plus puniret, cũ hoſtis gñis humani nõ quaſi a Deo, ſed quaſi ab homine uinceretur, ſicut dicit Leo Papa.

AD PRIMVM ergo dcđm, q̃ uti neceſſariis ad ſuſtẽtationẽ, non eſt peccatũ gulæ, ſed qđ ex deſiderio hujus ſuſtentationis hõ aliqd inordinatũ faciat, ad uitiũ gulæ ptinere põt. Eſt aũt inordinatũ, q̃ aliquis, ubi põt recurſus hr̃i ad humana ſubſidia,

Arbitrandi ad incentiuum.

¶In corpore ſunt quatuor. Primo, ſ. communi modus, ac ordo tentationis ab hoſte ponitur, & ratio ſua eſt per uiã ſuggeſtionis eorum, ad quę homo eſt affectus: ordo eſt, ut à leuioribus incipiat ſpiritualestentare, & inde ad grauiora, inde ad grauiſſima. Probaturq; auctoritate Greg. Secundo, declaratur hæc ſeruata in tentatione primi hominis. Tertio, applicantur hæc ad tentationem Chriſti: & redditur inde ratio, quare i primis dixit, Si filius Dei es, & in tertia, nõ. Quarto, modus reſiſtendi ponitur, & laudatur, & ex honore humani generis, & ex hoſtis maiore pęna.

¶Circa hãc Chriſti tẽtationes aduertendũ eſt, q̃ tẽtationes erãt, & incitationes ad peccatum, ut in litera exponitur, & explorationes deitatis in Chriſto, ut uerba tentationis monſtrant. Si filius Dei es. ita q̃ in ordine ad filium Dei ſunt explorationes, in ordine ad purum hominẽ inductiones ſunt ad peccatum. Vtro q; autem modo ſunt tentationes, uel deitatis cognoſcẽdæ, vel peccato polluendi. Vnde Matth. 4. dicit. Sic tentat, ut exploret quod uerctur: ſic exploret, ut tentãdo decipiat. Et rurſus ſuadet eſuriem pane de lapidibus facto releuare, ut ex mutatione cognoſceret uirtutem, & ſi purus homo eſſet, panis oblectamento illuderet eſurientem patienti.

¶Et quia ut ſunt ſuggeſtiones ad peccandum, in litera tractantur, expedit de eis loqui, ut ſunt explorationes deitatis: memorans ſiquidem diabolus Trinitatis ſibi, ceteriſq; angelis reuelatę per fidem ante caſum: & inde coacte credens Patrem, & Filium, & Spiritumſanctum, unum eſſe deũ (ſicut etiam Chriſtiani damnati nunc credunt) cum audiſſet à Gabriele archãgelo, Filius Altiſſimi uocabitur, & in baptiſmo

Chriſti. Hic eſt filius dilectus, uidensque Chriſtum poſt ieiunium eſurire, quod de deitate audierat, ex ſuperbia ei in dubium uenit, ut gloſ. ibidẽ dicit, & ẽt quia filius Dei, non ſolum cõſubſtantialiter, ſed alio mõ dici potuiſſet. Exploraturus aũt de tãl Chriſti ab actu deitatis proprio, ſ. Dixit & facta ſunt, inchoauit, Dic ut lapides iſti panes fiant, ita q̃ non ſolum ex ſubſtantia facti, ſ. lapidis in panẽ, mutatione, ſed ex mõ faciẽdi proprio ſoli Deo, deitatẽ exploraret, nõ ex opere hoc modo tm̃, ſed ex ipſo appoſite in teſtificationem, q̃ filius Dei eſſet. Cogitabat enim, q̃ ſi p teſtimonio q̃ eſſe filius Dei, diceret Chr̃s ut lapis fieret panis, aut fieret panis aut nõ. Et ſi quidẽ fieret, iã explorata eſſet Chr̃i deitas apud dæmonem, qui percipiebat ſuo intellectu, an lapis fuiſſet cõuerſus in panẽ uere, an apparẽter, ex ſolo imperio, an applicando actiua paſſiuis (ut magi corã Pharaone ſerpẽtes fecerunt) cũ Deus nõ poſſit eſſe teſtis mẽdacii. Si aũt nõ fieret, induxiſſe. Chr̃m ad peccatum, quo attentaſſet facere miraculũ ſine neceſſitate, & nõ potuiſſet.

¶Et quia deluſa eſt ei⁹ exploratio, & detecta ſuggeſtio inopinata oĩa ſ. p auctoritatem Scripturæ: iõ ſecũdo tentat, explorando ſimiliter, & ſuggerendo, ſi filius Dei es, mitte te deorſum, appoſita auctoritate ſcripturæ, ex quo uidebat, q̃ Chr̃s Scripturę auctoritate utebatur. Similiter cogitans ſi id efficeret illæſus ad teſtandũ ſe filium Dei, exploraturũ fore illius deitatem a tempore abſque ulla neceſſitate, pro ſolo miraculo miracula in teſtimonium ſuę deitatis facientis. Si uero læderet, iam peccatũ hr̃et in aia, & in corpore, & inuentum eſſet: q̃ non eſſet Dei filius.

¶Sed dñs auctoritate ſcripturę omnem eius machinationem deluſit: pp qđ diabolus ad occultantem explorandi modum ſe transfu-

* 1.2.q.84 art.4.

* In reg. 3 nõ remo. a prin. t.1.

* Sup illud Mat. 4. nõ in ſolo pane uiuit homo. c. 9

* hom. 16. in euang. paulo poſt princ.

* Li. 31. Moral. c. 31. in princ.

* In ſerm. 1. de quadra paulo ante med.

pro ſolo corpore ſuſtentando, miraculosè ſibi cibum quærere uelit. Vnde, & dominus filijs Iſrael miraculoſe manna præbuit in deſerto, ubi aliunde cibus haberi non poterat, & ſimiliter Chriſtus in deſerto turbas pauit miraculoſe, ubi aliter cibi haberi non poterat: ſed Chriſtus ad ſubueniendum fami, poterat aliter ſibi prouidere quàm miracula faciendo: ſicut, & Ioannes Baptiſta fecit (ut legitur Matth. 3.) uel etiam ad loca proxima properando: & ideo reputabit diabolus, quod Chriſtus peccaret, ſi ad ſubueniendum fami miracula facere attentaret, ſi eſſet purus homo.

H Ad II dicendum, quòd per humiliationem exteriorem, frequenter quærit aliquis gloriam, qua exaltetur circa ſpiritualia bona. unde Auguſt. dicit in li. de ſermone domini in monte. Animaduertendũ eſt, nõ in ſolo rerum corporearum nitore, atque pompa, ſed etiam in ipſis ſordibus luctuoſis eſſe poſſe iactantiam. Et ad hoc ſignificandum diabolus Chriſto ſuaſit, ut ad quærendum gloriam ſpiritualem, corporaliter mitteret ſe deorſum.

Ad III dicendum, quòd diuitias, & honores mundi appetere peccatum eſt, quando huiuſmodi inordinate appetuntur. Hoc autem præcipue manifeſtatur ex hoc, quòd pro huiuſmodi adipiſcendis homo aliquid inhoneſtum facit: & ideo non fuit contentus diabolus perſuadere cupiditatem diuitiarũ, & honorum, ſed induxit ad hoc, quòd propter huiuſmodi adipiſcenda Chriſtus eum adoraret, quod eſt maximum ſcelus, & contra Deum: nec ſolũ dixit, Si adoraueris me: ſed addidit, Si cadens: quia ut dicit Ambroſ.* habet ambitio domeſticum periculum: ut enim dominetur alijs, prius ſeruit, & curuatur obſequio, ut honore dominetur: & dũ uult eſſe ſublimior, fit remiſſior. Et ſimiliter etiam in præcedentibus tentationibus, ex appetitu unius peccati in aliud peccatum inducere eſt conatus, ſicut ex deſiderio cibi, conatus eſt inducere in vanitatẽ, ſine cauſa miracula faciendi, & ex cupiditate

G gloriæ, conatus eſt inducere ad tentandũ Deũ, per præcipitiũ.

Ad IIII dicendum, quod (ſicut dicit Ambro.* ſuper Luc.) non dixiſſet ſcriptura, quod conſumata omni tentatione, diabolus receſſit ab illo, niſi in tribus præmiſſis eſſet omnium materia delictorum: quia cauſæ tentationum, cauſæ ſunt cupiditatum, ſ. carnis oblectatio, ſpes gloriæ, & auiditas potentiæ.

H Ad V dicendum, quod ſicut Augu. dicit in lib.* de conſenſu Euang. incertum eſt, quid prius factum ſit, utrum regna terræ prius demõſtrata ſint ei, & poſtea in pinnaculum templi locatus ſit, an hoc prius, & illud poſtea, nihil tamen ad rem, dum omnia facta eſſe manifeſtum ſit. Videtur autem Euangeliſtę diuerſum ordinem tenuiſſe: quia quandoque

I ex inani gloria uenitur ad cupiditatem, quandoque econuerſo.

Ad VI Dicendum, quod Chriſtus cũ paſſus fuiſſet tentationis iniuriam, dicente ſibi diabolo, Si filius Dei es, mitte te deorſum, non eſt turbatus, nec diabolũ increpauit. Quando uero diabolus, Dei ſibi vſurpauit honorem, dicens, Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me, exaſperatus eſt, & repulit eum

K dicens, Vade Sathana: ut nos illius diſcamus exemplo, noſtras quidem iniurias magnanimiter ſuſtinere, Dei autẽ iniurias nec vſque ad auditum ſufferre.

Ad VII dicendum, quod ſicut Chryſoſtom.* dicit, diabolus ſic Chriſtum aſſumebat in pinnaculum templi, ut ab omnibus uideretur, ipſe autem, neſciente diabolo ſic agebat, ut a nemine uideretur. Quod autem dicit, & oſtendit ei oia

tit, proponendo apertiſſima mala ſub ſpecie regni, Hæc oĩa tibi dabo ſi cadens adoraueris me, Hæc. n. quantum ex parte explorationis ſe tenent, nõ ea rõne propoſuit, ut ſi filius Dei eſſet hoc faceret: ſciebat. n. ualde contrariam filio Dei hanc adorationẽ: ſed ea rõne propoſuit, ut ſi filius Dei eſſet, non ferret tam nefandã propoſitionem: ſed ſtaderet auctoritatiue: Ego dẽo à te adorari, & ro pſumis ſuggerere, ſi cadens adoraueris me, & uel ſic exploratã ex eius ore hteri ſuã deitatem. Et propterea in tertia tentatione non propoſuit, ſi filius Dei es, ſed in mente retinuit, quod ſi filius Dei es, auctoritatiue refellendo propoſita manifeſtabis te filium Dei. Sed dñs increpationem eius, nõ omittens, ad ſcripturã de Deo adorando, tacens de ſeipſo ſeeõ tulit, & ſic explorationẽ oẽm deluſit: & cõſtitã, in quãtum hõ, ſeruauit ex propoſito totius mundi regno, nõ declinando ad quã ſuggeſtio illa, ut incitatiua ad malum, tendebat: ſciebat. n. quod regnandi gratia etiam religioniſ iura a mortalibus eſt credita.

¶ Nec ratio ei conſentaneam vr, ut tentationes iſte, quas uiſibiliter apparens dæmon exercuit (ut collocutiones manifeſtãt) his ſolis uerbis, quæ Matthæus euangeliſta narrat, fuerint contentæ: ſed multo eſſent fuſiores, ornatæque uerbis omiſſis ab euangeliſtis, ſubſtantialia tñ narrantibus.

¶ Circa rõnem ordinis harũ tentationũ in litera ex Gregorio aſſignatã, dubium occurrit: quia ratio illius ordinis, ſ. ut a leuioribus ad grauiora condeſcendat, tentatio ſpiritualis locũ hẽt, quando paulatim hoſtis uincit ſpiritualem animum. Ex quo enim uicit in minoribus, tẽtat ad grauiora: ſed ubi in minoribus ſuccubuit hoſtis, non patet illi aditus ad maiora, & quia dæmon fuit in prima tentatione ſuperat.* a Chriſto, non uidetur ad alias proceſſiſſe ex rõne aſſignata.

¶ Ad hoc dr, quod rõ illius ordinis ad tentandũ ſpirituales uiros, non eſt ſolum præſuppoſito caſu in prima tentatione, ſed ſimpliciter, & abſolute: nam ſi caſus interuenit, claſe patet ratio proceſſus ad grauiora. Si uero caſus non interuenit, nihilominus eadem ratione progredi debet tentatio: quia multi ſunt, qui in his, quæ minoris ſunt culpæ ex ſuo genere (ut peccata carnis) exhibent ſe conſtanter, qui tamẽ in peccatis ſpiritualibus, ut uana gloria, debiles inueniuntur. Et rurſum, quod gloriam non affectant, ad oblatum regnum mouentur, iuxta illud Iulij Cæſaris, Si iuſiurandum uiolandum eſt, regnandi gratia uiolandum eſt. Non diſſonat ergo reddita ratio ordinis tentationum, ab ipſa Chriſti uictoria.

¶ In rñſione ad primũ dubium occurrit, quod nõ recte uĩ opinatũ, quod ſi Chrs miraculum feciſſet, conuertendo lapidem in panẽ edendum a ſeipſo, quod peccaſſet. Nam ſcriptum eſt, quod de facto miraculoſe completa tentatione paſtus eſt, Angelis miniſtrantibus: ex hoc enim apparet, quod ſicut abſque peccato miraculum fecit de miniſterio angelorum, ita potuiſſet de conuerſione lapidis in panem.

¶ Ad hoc dr, quod aliud eſt loqui de Chriſto, & aliud loqui de puro homine. Nam de puro hoie loquendo, uerificatur, quod in lra dr, ſ. inordinatum eſſe, ut aliquis miraculoſe, cibum habere uelit, ubi ad humana ſubſidia recurſus põt hẽri. Et ex hac rõne putauit diabolus, quod Chrs ſi pur.* homo eſſet, peccatum incurreret, ad miraculũ recurrendo de conuerſione lapidis in panẽ. Sed loquẽdo de Chriſto, qui eſt uniuerſorũ dominus, abſque omni peccato poterat, & conuertendo lapidẽ in panem, & miniſterio angelorum, & quouis alio ſibi grato modo cibum habere.

¶ In reſponſione ad quintum miror, cur Auguſtinus dixerit incertum eſſe ordinem iſtarum tentationum, cum Lucas, licet tertiam apud Matthæum, ſecundo recitet, & ſecundam ultimo referat, non dicit tamen, quæ illarum prior fuerit, & propterea ex Luca nullus iſtarum tentationũ ordo cõprobari põt. Matthæus aũt expreſſe earum ordinẽ ſĩn tẽps explicat, ubi dicit, Iterum aſſumpſit eũ diabolus in montẽ excelſum. Cũ. n. ſemel

* li. 2. c. 19 circa med. to mo 3.

* lib. 4. in Luc. in ri. de 3. tẽtat. Chriſti, a med. to. 3.

* li. 4. c. de receſſu diaboli a Chro circa prin. to mo 5.

* li. 2. c. 16 circa medio. to. 4.

* Ho. 5. in Matth. circa med. in opere imperf. to. 2.

regna mūdi, & gloriā eorū, nō eſt intelligendū, ꝙ uideret ipſa regna, uel ciuitates eorum, uel populos, uel aurū, uel argētū: ſed partes terræ, in q̄bus unum quodq; regnū, uel ciuitas poſita eſt, diabolus Chriſto digito demonſtrabat, & uniuſcuiuſq; regni honores, & ſtatū, uerbis exponebat. Vel ſm̄ Orig oſtē dit ei quomodo ipſe per diuerſa uitia regnabat in mundo.

Hom. 30. in Luc. paulo a prin. hom. 5.

QVAESTIO XLII.

De doctrina Chriſti, in quatuor articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt, de doctrina Chriſti. Et circa hoc quæruntē quatuor.

¶Primo, Vtrum Chriſtus debuerit prædicare ſolum iudæis, an etiam gentilibus.

¶Secundo, Vtrum in ſua prædicatione debuerit turbationem iudeorum uitare.

¶Tertio, Vtrum debuerit prædicare publice, uel occulte.

¶Quarto, Vtrum debuerit docere ſolum verbo, uel etiam ſcripto.

¶De tempore autem, quo docere incępit, ſupra dictum eſt, *cum de baptiſmo eius ageretur.

q. 39. ar. 3.

ARTICVLVS I.

Vtrum conueniens fuerit Chriſtū iudæis & non gentibus prædicare

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ Chriſtus non ſolum iudæis, ſed etiam gentilibus debuerit prędicare. Dicitur enim Iſa. 49. Parum eſt ut ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Iſrael, & fęces Iacob conuertendas, ᵇdedi te in lucē gentium, ut ſis ſalus mea vſq; ad extremum terræ, ſed lumē, & ſalutem. Chriſtus præbuit per ſuam doctrinam. ergo videtur parum fuiſſe ſi ſolum iudæis, & non gentilibus prædicauit.

¶2 Præt. Sicut dicitur Matt. 7. Erat docens eos ſicut poteſtatem habēs: ſed maior poteſtas doctrinæ oſtenditur ᵇ in inſtructione illorum, qui penitus nihil audierunt, quales erant gētiles, unde Apoſtolus dicit Rom. 15. Sic prædicaui euangelium, non ubi nominatus eſt Chriſtus, ne ſuper alienum A fundamentum ædificarē. ergo multo magis Chriſtus prędicare debuit gentibus, q̄ iudæis.

¶3 Præt. Vtilior eſt ᵇ inſtructio multorum, q̄ unius, ſed Chr̄s aliquos gentilium inſtruxit: ſicut mulierem ſamaritanam, Ioan 4: & Chananæam, Matt. 15. Ergo vr̄ ꝙ multo fortius Chriſtus debuerit multitudini B gentium prædicare.

SED CONTRA eſt, ꝙ Dn̄s dicit Matt. 15. Non ſum miſſus niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael: ſed Ro. 10. dicitur, Quomodo prædicabunt niſi mi tantur? ergo Chriſtus non debuit prędicare niſi iudęis.

RESP. Dc̄m, ꝙ ᵐ conueniens fuit prædicatio nem Chriſti, tā per ipſum q̄ per Apoſtolos a principio ſolis iudęis exhiberi. ᵇPrimo quidē, ut oſtenderet per ſuum aduentum impleri promiſſiones antiquitus factas iudæis, non aūt gentilibus. Vn̄ C Apoſtolus dicit Rom. 15. Dico Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circuncifionis, i. apoſtolum, & prædicatorem iudæorum, pp ueritatem Dei, ad confirmandas promiſſiones patrum. Secundo, vt eius aduentus oſtenderetur eſſe a Deo. Quæ enim a Deo ſunt, ordināta ſunt dicitur Rom. 13. Hoc autem debitus ordo exigebat, ut iudęis, qui Deo erant propinquiores per fidem, & cultum vnius Dei, prius doctrina Chriſti proponeretur, & per eos tranſmitteretur ad gentes: ſicut etiam in cęleſti hierarchia, per ſuperiores angelos ad inferiores, diuinę illuminationes deueniunt. unde ſuper illud Matth. 15. Non ſum D miſſus niſi ad oues, quę perierunt domus Iſrael, dicit Hieron.* Non hoc dicit, quin, & ad gentes miſſus ſit: ſed quòd primum ad Iſrael miſſus eſt. Vnde Iſa. ultim. dicitur, Mittam ex eis, qui ſaluati fuerint, ſcilicet ex iudęis, ad gentes, & annunciabunt gloriam meam gentibus. Tertio, ut iudęis auferret calumniandi materiam. vnde ſuper illud Matth. 10. In uiam gentium ne abieritis, dicit Hieronym.* Oportebat primum aduentum Chriſti nunciari iudęis, ne iuſtam haberent excuſationem, dicentes, ideo ſe Dominum reieciſſe, quia ad gentes, & Samari- E tanos, apoſtolos miſerit. Quarto, quia Chriſtus per crucis uictoriam, meruit poteſtatem, & dominium ſuper gentes. Vnde dicitur Apoc. 2. Qui uicerit dabo illi poteſtatem ſuper gentes, ſicut, & ego accepi a patre meo. & Phil. 2. dicitur, ꝙ quia factus eſt obediens uſque ad mortem crucis, Deus exaltauit illum, ut in nomine Ieſu omne genu flectatur, & omnis lingua ei confiteatur: & ideo ante paſſionem ſuam noluit gentibus prędicari ſuam doctrinam: ſed poſt paſſionem dixit diſcipulis, Mat. vlt. Euntes docete omnes gētes. Propter quod, ut legitur Ioā. 12. cum imminēte paſſione, quidā gentiles uellent Ieſum uidere, reſpondit,

Concl.

*In illud uerbum Matt. 15. Non ſum miſs. to. 9.

* In illud Mat. 10. In uiam gentium. to. 9.

ſemel dixiſſet, Tūc, ſ. conſumata prima tētatione, aſſumpſit eū diabolus in ſanctā ciuitatem, &c. poſtea ſubdidit, iterū aſſumpſit in montē, aperte monſtrauit per ly iterū, ꝙ ſecundo aſſumpſit in montē, qui primo aſſumpſerat in ſanctā ciuitatem. Ac per hoc patet, ꝙ ordo rei geſtæ fuit ꝙ primo tentatus fuit in deſerto, ad quod non eſt aſſumptus a diabolo, ſed ductus eſt a Spirituſancto, vt tentaretē a diabolo: ſecundo tētatus ſupra tēplū, quo aſſūptus eſt a diabolo: & tertio in monte excelſo, quo iterū aſſumptus eſt a diabolo: nā ſi hæc in monte pręceſſiſſet illā ſupra tēplum, non dixiſſet Matthęus, iterum aſſumpſit eum diabolus in montem.

¶ Cum aūt audis aſſumptū dn̄m a diabolo, non intelligas portatū ſuper dorſum, aut collū diaboli, ſed ductū a diabolo. Sic.n. & Chriſtus aſſumpſit Petrum, & Iacobū, & Ioannē in montem, & transfiguratus eſt ante eos, ut dicitur Matth. 17.

SVP. QVÆ. XLII. ART. I.

Medina per totum q. 8

230 Titulus clarus.

Parr. 3. 1. diſt. 2. in expoſi. lit. circa me.

¶ In corpore vnica concluſio: Conueniens fuit Chr̄m per ſe, & Apoſtolos ī principio, hoc ē ipſa mortaliter uiuē: ie. ſolis iudæis prædicare. Probaē quadrupliciter. Oīa clara ſunt.

¶ In ſiſione ad ſm̄, extende illa quatuor, penes quæ poteſtas Chr̄i in docendo attendiē, ſ. ſm̄ miracula, ſm̄ efficaciam in perſuadendo, ſm̄ authoritatem in mō loquendi, ſm̄ rectitudinē uitæ: & adde quintum, ſm̄ excellentiā doctrinæ, & ſextum, ſm̄ irreprehenſibilitatem moralis uitę, quā docuit: excellentiā doctrinę eius, & manifeſtando Trinitatis imperium (pater manifeſtaui nomen tuū hoibus) & in aperiendo cęleſtia de fęlicitate cęleſti, de reſurrectione, &c. patet. Moralis aūt uita Matt. 5. de actibus excellentiſſimis uirtutum, qui beatitudines uocantur, & de deſiderabilibus ab hoīe in oratione dn̄ica, & de mō uiuendi talis. tantaque hī, & deinde per parabolas, aliaſq; euangeliſtas &c. ut experientia teſte uideamus Chriſtianā uitā plenam oīs boni moris, inimicā omni uitio, nec in aliquo culpabilem, in nullo ſuperſtitioſam, in nulla phātaſticam, ſi ſm̄ Chriſti doctrinam inſtituta fuerit.

dit, Niſi granu frumenti cadens in terrá mortuũ fuerit, ipſum ſolũ manet: ſi aũt mortuũ fuer.t, mul tũ fructũ affert. Et ſicut Aug.ᵈ dicit ibidẽ, ſe dicebat granum mortificandum in infidelitate iudæorum, & multiplicandum in fide populorum. *Tract. 51. in Ioan. circa med. illius tom. 9.*

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ Chriſtus fuit in lumen, & ſalutem gentium per diſcipulos ſuos, quos ad prædicandum gentibus miſit.

Ad II dcdm, ꝙ non eſt minoris poteſtatis, ſed maioris facere aliquid per alios, q̃ per ſeipſum: & iõ in hoc maxime poteſtas diuina in Chriſto monſtrata eſt, ꝙ diſcipulis ſuis tantã uirtutem contulit in docendo, ut gentes, quę nihil de Chriſto audierant, conuerterent ad ipſum. Poteſtatẽ aũt Chriſti in docendo attendiť, & quantũ ad miracula, quæ doctrinã ſuã confirmabat, & quantũ ad efficaciã perſuadendi, & quantũ ad auctoritatẽ loquentis: quia loquebať quaſi dñium habens ſuper legẽ cum diceret, Ego aũt dico uobis, & etiam quantũ ad uirtutem rectitudinis, quam in ſua conuerſatione monſtrabat, ſine peccato uiuendo.

Ad III dcdm, ꝙ ſicut Chrs non debuit a principio indifferenter gentilibus ſuã doctrinã cõicare, ut iudæis tamq̃ primogenito populo deditus ob ſeruareť, ita ẽt nõ debuit gentiles oino repellere, ne ſpes ſalutis eis præcluderetur. Et pp hoc, aliqui gentilium particulariter ſunt admiſſi, propter excellentiam fidei, & deuotionis eorum.

SVP. QVAE. XLII. ART. II.

Perv. o 231 Ca. 11. in fine to. 2. Titulus motus eſt propter publicas reprehenſiones exhibitas a Chriſto ſcribis, & phariſæis, cum eorum ſcandalo, ut patet in euangelio.

¶ In corpore unica eſt concluſio: Dominus non obſtante iudæorum offenſione publice docebat, & uitia eorum redarguebat. Probatur dupliciter. Primo, ratione, Q̃ñ aliqui ſua peruerſitate multitudinis ſalutem impediunt, non eſt a prædicatore, uel doctore eorum timẽda offenſio, ut multitudinis ſaluti prouideať: ſed ſcribæ, & phariſęi, & principes iudęorum, ſua malitia plurimũ impediebant populi ſalutem. ergo. maior probatur: quia ſalus multitudinis præponenda eſt paci quorumcumque ſingularium hominum. Minor probatur, tũ quia cõtra doctrinã Chriſti, per quam ſolam ſalus eſſe poteſt: tum quia prauis moribus, populi uitam corrumpebant. Secundo, probatur auctoritate ipſius Chriſti Matth. 15. Sinite illos &c.

¶ Aduerte diligentiſſime, & cautiſſime ꝙ tota ratio publicę reprehenſionis maiorum aſſignatur ſalus multitudinis, & propterea ubi maiores eſſent peſſimi, & ex eorum reprehenſione publica non ſperaretur populi ſalus, locũ non habet imitatio Chriſti: iniuſta enim eſſet huiuſmodi publica correctio.

¶ Et hoc bene ad ertant prędicatores, antequam ponant os in cælum, nec omittant diſtinguere inter maiores corrumpentes multitudinis uitam malis moribus, uel exemplariter tantum, uel incitatiue. Nam maiores, qui palam, uel ſub aliquo colore adulterantes, uel fornicantes, multitudinem ad hęc patranda ſolicitarent, ſi b dicto comprehenduntur canone, ut ſcilicet ſi ſit ſpes ſalutis ipſius multitudinis publice arguãtur. Hi enim ſunt, de quibus in reſponſione ad tertium dicitur, quòd auctoritatem ſenectutis in inſtrumentum malitię uertunt, publice peccando. *Concil. 20*

¶ Illi uero maiores, qui ſuis contenti ſũt peccatis publicis, ut concubinarii, & huiuſmodi, qui tenera non ſimpliciter, ſed quantum eſt ex ſuo exemplo, aliorũ mores corrumpunt, an ſint publice arguẽdi conſiderãdũ eſt. Nã ſi ex eorum exemplo multitudo ſimilia faceret, eſſent publice arguẽdi, ſi ſpes eſt emẽdationis ipſorũ, uel plebis, poſtquàm moniti ad partem nollent ceſſare, quod dico: quia iſti non ex malitia, ſed ex infirmitate peccant. Sed ſi moniti, cognita ruina populi ex ſuo exẽplo non curarent, arguendi cum populo eſſent publice, cum tali modeſtia ut ſalus uerisimiliter populi ſequi poſſit, ita tamen ut ſi prędicationis officiũ ſibi incũbit ex prælationis debito ſuper illos, non *Hom. 7. in Ezech. ali quantulũ à prin.*

Articvlvs II.

Vtrum Chriſtus debuerit iudæis ſine eorum offenſione prædicare.

Ad secvndvm ſic proceditur. Vr ꝙ Chrs debuerit iudęis ſine eorũ offenſione pdicare: qa, ut Aug.ᵃ dicit in li. de Agone Chriſtiano, in hoie Ieſu Chro ſe nobis ad exẽplũ vitę p̃buit filius Dei: ſed nos debemᵃ vitareᵇ offenſionẽ nõ ſolũ fideliũ, ſed ẽt infideliũ, ſm illud 1. ad Cor. 10. Sine offenſione eſtote iudæis, & gentibus, & eccleſiæ Dei. ergo vr, ꝙ ẽt Chriſtus in ſua doctrina offenſionem iudæorum uitare debuerit.

¶ 2 Præt. Nullus ſapiẽs dẽt facere vñ effectũ ſui operis impediat: ſed p hoc ꝙ ſua doctrina Chrs iudæos turbauit,ᵇ impediebať effectus eius doctrinæ: dr̃ n. Lucæ 11. ꝙ cũ Dñs phariſæos, & ſcribas reprehẽderet, cęperũt grauiter inſiſtere, & os eius opprimere de multis, inſidiãtes ei, & q̃rentes al q̃d capere ex ore eius, ut accuſarẽt eũ nõ ergo vr̃ cõueniens fuiſſe, ꝙ eos in ſua doctrina offenderet.

¶ 3 Prçt. Apſus dicit 1. Tim. 5.ᵇ Seniorem ne increpaueris, ſed obſecra vt patrem: ſed ſacerdotes, & principes iudæorũ erant illius populi ſeniores. ergo vr̃ ꝙ non fuerint duris increpationibus arguendi.

Sed contra ẽ, ꝙ Iſa. 8 fuerat pphetizatũ, ꝙ Chrs eſſet ĩ lapidẽ offenſionis, & petrã ſcãdali duabus domibus Iſrael.

Resp. Dcdm, ꝙ ſalus multitud nis eſt præferẽda paci quorumcumq; ſingularĩũ hoim: & iõ qñ aliqui ſua peruerſitate multitudinis ſalutẽ impediunt, nõ
G eſt timenda eorũ offenſio a pdicatore, uel doctore, ad hoc ꝙ multitudinis ſaluti prouideat. Scribæ aũt, & phariſæi, & principes iudæorũ ſua malitia plurimũ impediebant populi ſalutẽ: tũ, qa repugnabant Chri doctrinę, p quã ſolã poterat eſſe ſalus: tũ ẽ q a prauis ſuis moribus uitã populi corrũpebant. Et iõᵃ Dñs non obſtãte offenſione eorũ, publice ueritatẽ docebat, quã illi odiebãt, & eorũ uitia arguebat:ᵃ & iõ dr̃ Matt.
H 15. ꝙ diſcipulis Dño dicẽtibus, Scis quia iudæi audito hoc verbo, ſcandalizati ſunt? reſpondiť, Sinite illos, cęci ſunt, duceſque cęcorum: cęcus autem ſi cęco ducatum pręſtet, ambo in foueam cadunt.

Ad primvm ergo dcdm, ꝙ hõ ſic debet eſſe ſine offenſio ne oibus, ut nulli det ſuo facto, uel dicto minus recto occa
I ſionẽ ruinę: ſed cũ de ueritate ſcandalũ oritur, magis eſt ſuſtinendum ſcandalum, quàm ueritas relinquatur, ut Gregor.ᵃ dicit.

Ad II dcdm, ꝙ per hoc ꝙ Chrs publice ſcribas, & phariſęos arguebat, non impediuit, ſed magis promouit effectum ſuę doctrinæ. quia cum eorum uitia populo innoteſcebãt, mi
K nus auertebatur a Chriſto propter uerba ſcribarum, & phariſęorum, qui ſemper doctrinę Chriſti obſiſtebant.

Ad III dcdm, ꝙ illud verbũ Apoſtoli, eſt intelligẽdũ de illis ſenioribus, qui non ſolum ętate uel auctoritate, ſed ẽt honeſtate ſunt ſenes, ſm illud Nu. 11. Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenioribus Iſrael, quos tu noſti, ꝙ ſenes populi

non timeat illorũ ſcã dalum: qm̃ quaſi pa-ria ſunt corrumpere populi mores ſic & ex malitia. Si ãt prę-la tus eorum non eſt, ſu periorem illorum de beret prius conſulere Et hæc dico, ſi in ſpe cie deberet maiores reprehẽdere publice, ex infirmitate publi-ce concubinat tenen tes. Et horum ratio eſt: quia hic non agiẽ ex propoſito ad malũ multitudinis: & mul-titudini plerũq; ſuf-ficienter prouidetur, ſi in genere peccatũ illud reprehenditur, & q̃ non excuſantur ſequentes mala exem pla, & huiuſmodi. Si ãt ex eorum publico peccato ſalus nõ peri clitatur multitudi-nis, relinquendi ſunt ſuperioribus ſuis, ſi habent, uel ſibiipſis corrigendi in ſpecia-li ceſſat.n.ratio publi cæ correctionis agen dæ cum offenſione malorum.

Perr.o. 232 Opuſc.60. cap.14.

SVPER QV. XLII. ART. III.

Titulus clarus.

¶ In corpore eſt diſtinctio trimẽbris quo ad præcipalia mẽ bra: quia eius primum ſubdiſtinguitur, con-ſurgunt quatuor mẽ bra, ac p hoc quatuor concluſiones ſingulę iuxta ſingula mem-bra. Diſtinctio eſt: Do ctrina poteſt eſſe in occulto tripliciter, uel quo ad intentio-nem, & hoc dupliciter, aut ratione inui-diæ aut ratione im-munditiæ: uel quo ad diſcipulos, uel quo ad modum. Prima con-cluſio eſt: Doctrina Chriſti non fuit oc culta ſcd̃m intentionẽ rõne inuidiæ. Secun-da, Non fuit occulta ratione immunditiæ Tertia, Non fuit oc-culta quo ad paucita tẽ diſcipulorũ. Quar-ta, Fuit occulta, quo ad modum in quibuſ-dã reſpectu quorũdã, ſ. plebis immediate: quia mediantibus A-poſtolis reuelãda. Om nia clara ſunt in lr̃a. ¶ Et aduerte, q̃ aliter tam Chriſtus palam docuit, & in occulto nihil, ut ipſe teſtatus eſt: tum quia quicquid docuit, uoluit palam fieri: tũ, quia nihil alie nũ ab his, q̃ publice docuit ad partẽ tradi-

Tracta.96. circa fi.to. mo.6.

ſint. Si aũt auctoritatẽ ſenectu tis ĩ inſtrum malitię vertãt pu blice peccando, ſunt manife-ſle, & acriter arguẽdi: ſicut, & Daniel dixit Dan. 13. Inuete-rate dierum malorum &c.

ARTICVLVS. III.

Vtrum Chriſtus omnia publice doce re debuerit.

AD TERTIVM ſic proce-ditur. Vr̃ q̃ Chriſtus nõ oĩa publice docere debuerit. Legitur.n.multa ſeorſum diſci pulis dixiſſe, ſicut patet in ſer-mone cœnæ. unde & Matt. 10. dixit, Quod in aure audiſtis in cubilibus, prędicabitĩ tectis. [h] non ergo oĩa publice docuit.

¶ 2 Præt. Profunda ſapiẽtiæ nõ ſunt [h] niſi pfectis exponẽda, ſe cundũ illud 1. ad Cor. 2. Sapien tiã loquimur inter pfectos: ſed doctrina Chriſti cõtinebat pfundiſſimam ſapientiam. non ergo erat imperfectæ multitu-dini communicanda.

¶ 3 Præ. [h] Idẽ eſt, ueritatẽ aliquã occultare ſilentio, & obſcurita te uerborum: ſed Chriſtus ueri tatem, quam prædicabat, occul tabat turbis obſcuritate uerbo rũ: qa ſine parabolis nõ loque batad eos, vt dr̃ Mat. 13. ergo pa ri rõe poterat occultare ſilẽtio.

SED CONTRA eſt, q̃ ipſe di cit. Ioan. 18. In occulto locu-tus ſum nihil.

RESP. Dcd̃m, q̃ doctrina alĩ cuius põt eſſe in occulto tripli citer. Vno mõ, quantum ad in-tentionem docentis, qui inten dit ſuam doctrinam non mani feſtare multis, ſed magis occul tare: quod quidem contingit dupliciter, qñq, ex inuidia do-centis, qui uult per ſciam excel lere, & iõ ſciam ſuam non uult aliis cõicare, qđ in Chriſto lo-cum non habuit, ex cuius per-ſona dr̃ Sapien. 7. Quam ſine fictione didici, & ſine inuidia communico, & honeſtatem il-lius non abſcondo: Qñque ue-ro hoc cõtingit, pp inhoneſta-tẽ eorũ, q̃ docẽtur: ſicut Aug. dicit ſuper Ioan. q̃ quæda ſunt mala, quæ portare nõ põt qua-liſcumque pudor humanus. vn de doctrina hæreticorum dici-tur, Prou. 9. Aquæ furtiuæ dul ciores ſunt. Doctrina aũt Chri ſti nõ eſt neq, de errore, neq; đ immũditia, & iõ dñs dicit Mar. 4. Nunquid uenit lucerna, i. ve ra, & honeſta doctrina, ut ſub modio ponatur? Alio mõ, ali-qua doctrina eſt in occulto, qa paucis proponitur, & [m] ſic Chri ſtus etiã nihil docuit in occul-to: quia Chriſtus oẽm doctri-nã ſuam, uel turbę toti propo-ſuit, uel oĩbus ſuis diſcipulis ĩ cõi. Vnde Aug. dicit ſuper Io. Quis in occulto loquitur, qui coram tot hominibus loquitẽ, preſertim ſi hoc loquitur pau-cis, qđ per eos uelit innoteſce-re multis? Tertio modo, aliqua doctrina eſt in oc culto, quantum ad modum docendi. Et [p] ſic Chri-ſtus quędam turbis loquebatur in occulto, para-bolis utẽs ad annuntianda ſpiritualia myſteria, ad quæ capienda non erant idonei, uel digni. Et tamen melius erat eis, uel ſub tegumento parabo larum, ſpiritualium doctrinam audire, q̃ oino ea priuari. Harum tñ parabolarũ apertam, & nudã ueritatem Dominus diſcipulis exponebat, p quos deueniret ad alias, qui eſſent idonei, ſm̃ illud 2. Quę audiſti à me per multos teſtes, hęc commen-da fidelibus hominibus, qui idonei erũt, & alios docere, Et hoc ſignatum eſt, Num. 4. ubi mandañ, q̃ filii Aaron inuoluerent in uaſa ſanctuarii, quæ leuitę inuoluta portarent.

AD PRIMVM ergo dcd̃m, q̃ ſicut Hil. dicit ſu-per Mat. exponens illud uerbum inductum, non legimus Dominum ſolitũ fuiſſe noctibus ſermo-cinari, & doctrinã tradidiſſe in tenebris: ſed hoc dicit, quia omnis ſermo eius carnalibus tenebræ ſunt, & uerbum eius infidelibus nox eſt. Itaq; qđ ab eo dictũ eſt inter infideles, cũ libertate fidei, & confeſſionis eſt loquendum. Vel ſm̃ Hier. com-paratiue loquitur: quia uidelicet erudiebat eos in paruo Iudęæ loco reſpectu totius mundi, ĩ quo erat per Apoſtolorum prędicationem doctrina Chriſti publicanda.

AD II dcd̃m q̃ Dñs non omnia profunda ſuæ ſapientię ſua doctrina manifeſtauit, nõ ſolũ tur-bis, ſed nec etiã diſcipulis, quibus dixit Io. 16. Ad-hue multa habeo uobis dicere, q̃ nõ poteſtis por-tare modo: ſed tñ quæcumq; dignũ duxit aliis tra dere de ſua ſapiẽtia, nõ in occulto, ſed palã pro-poſuit, licet nõ ab oibus intelligeretẽ Vñ Aug. di cit ſuper Io. Intelligẽdum eſt ita dixiſſe Dñm, Pa lã locut' ſum mũdo, ac ſi dixiſſet, Multi me audie runt: & rurſus nõ erat palã, quia nõ intelligebãt.

AD III dcd̃m, q̃ turbis Dominus in parabolis loquebatur, ſicut dictum eſt, quia nõ erant digni nec idonei nudam veritatẽ accipere, quã diſcipu-lis exponebat. Quod autem dicitur, q̃ ſine para-bolis non loquebatur eis, ſm̃ Chriſ. intelligen-dum eſt quantum ad illum ſermonem, quãmuis alias ſine parabolis multa turbis locutus fuerit. Vel ſecundum Aug. in lib. de Quæſtionib. euãg.

Tract. 113. in Ioan in med. to. 9.

Can. 10. in Mat. parũ a medio.

Super verbũ Mat. citatũ in arg. to. 9.

Tract. 113 in Ioan. in med. illius. tom. 9.

Incer. ar. Homil. 47 in Mat. circa prin. illius. to. 2. ex Matth. e. 13. to. 4. in generali.

dit. Et oĩa ad literam cõſona inueniuntur, ſ. ſermo cœna, & do-mi plures, & in mon te transfigurationis &, Qđ in aure audi-ſtis, & Nicodemo, & & Samaritanę, & hu-iuſmodi. Sic.n. ſm̃ cõ munem ſolum in-tellectum: verificen-tur uerba domini ad pontificem inter rogantem de doctri na eius, & ſic cognita doctrina eius pu-blice tradita, nihil reſtabat examinan-dum: quia nihil alie num à publice tradi ta doctrina docuit.

Concl. m

Concl. p

Concl. f

hoc dicitur, nō quia nihil proprie locutus eſt, ſed quia nullum fere ſermonem explicauit, ubi non per parabolam aliquid ſignificauerit, quàmuis in eo aliqua proprie dixerit.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum Chriſtus debuerit doctrinam ſuam ſcripto tradere.

AD QVARTVM ſic proceditur. Vr̄ ꝙ Chriſtus doctrinā ſuā debuerit ſcripto tradere. Scriptura.n. inuenta eſt ad hoc, ꝙ doctrina cōmendet̄ memoriæ in futurū: ſed doctrina Chriſti duratura erat in æternū, ſm̄ illud Luc. 21. Cęlum, & terra tranſibunt, uerba autem mea non tranſibunt. ergo vr̄ ꝙ Chriſtus debuerit ſuam doctrinam[b] ſcripto mandare.

¶ 2 Præt. Lex uetus in [h] figura Chr̄i p̄ceſſit, ſm̄ illud Hebr. 10. Vmbrā habēs lex futurorū bonorū: ſed lex uetus à Deo fuit deſcripta ſm̄ illud Exo. 24. Dabo tibi duas tabulas lapideas, & legē, ac mandata, q̄ ſcripſi. ergo vr̄, ꝙ etiam Chriſtus doctrinam ſuā ſcribere debuerit.

¶ 3 Præt. Ad Chr̄m, qui uenerat illuminare his, q in tenebris, & umbra mortis ſedēt, ut dr̄ Luc. 1. pertinebat erroris occaſiones excludere, & uiā fidei aperire,[b] ſed hoc feciſſet, doctrinā ſuam ſcribēdo. dicit n. Aug. in 1. de cōſenſu euang. ꝙ ſolet nonnullos mouere, cur ipſe Dn̄s nihil ſcripſerit, ut alijs de illo ſcribētibus neceſſe ſit credere: hoc.n. illi, & maxime pagani quęrū-, qui Chr̄m culpare, aut blaſphemare nō audēt, eiq; tribuūt excellentiſſimā ſapiētiā, ſed tn̄ iā q hoī. Diſcipulos uero eius dn̄t magiſtro ſuo amplı⁹ tribuiſſe, q̄ erat ut eū filiū Dei dicerent, & uerbū Dei per qđ facta ſunt oīa. Et poſtea ſubdit, [c] Vn̄r parati fuiſſe hoc de illo credere, qđ de ſe ipſe ſcripſiſſet, nō qđ alij đ illo ꝑ ſuo arbitrio p̄dicaſſēt. ergo vr̄ ꝙ Chriſtus ipſe doctrinā ſuā ſcripto trader̄ debuerit.

SED CONTRA eſt, ꝙ nulli libri ab eo ſcripti habentur in canone ſcripturæ.

RESP. Dicendū, [m] conueniēs fuiſſe Chriſtū doctrinā ſuā nō ſcripſiſſe. [e] Primo quidē, ꝑp dignitatē ipſius Excellentiori.n. doctori excellētior modus doctrinæ debet: & iō Chrō tamq̄ excellētiſsimo doctori hic modus cōpetebat, ut doctrinā ſuā auditorū cordib⁹ imprimeret. Propter qđ dr̄ Matth. 7. ꝙ erat docēs eos, ſicut p̄tātē habens. Vn̄ ēt apud gētiles Pythagoras & Socrates, q fuerūt excellētiſſimi doctores, nihil ſcribere voluerūt. Scriptura.n. ordinat̄ ad impreſſionē doctrinæ in cordibus auditorū, ſicut ad finē.

G Secundo, ꝑp excellētiā doctrinæ Chr̄i, q̄ lı̄ıs cōprehēdi nō pōt, ſm̄ illud Io. vlt. Sūt, & alia multa, q̄ fecit Ieſus, q̄ ſi ſcribant̄ ꝑ ſingula, nec ipſum arbitror mūdū capere poſſe eos, q ſcribēdi ſunt libros: quos ſicut Aug. dicit, [i] nō ſpatio locorū credēdū eſt mundū capere nō poſſe: ſed capacitate legentiū cōprehēdi non poſſe. Si aūt Chr̄s ſcripto doctrinā ſuā mandaſſet, nihil

H altius de eius doctrina hoīes æſtimarēt, q̄ qđ ſcriptura cōtineret. Tertio, ut ordine quodā ab ipſo doctrina ad oēs perueniret, dū ipſe, ſ. diſcipulos ſuos immediate docuit, q poſtmodū alios uerbo, & ſcripto docuerūt. Si aūt ipſemet ſcripſiſſet, eius doctrina immediate ad oēs perueniſſet. vn̄, & de ſapientia Dei dr̄, Prou. 9. ꝙ miſit ancillas ſuas uocare ad arcē. Sciendum

I tn̄ eſt, ſicut Augu. [n] dicit in 1. de cōſenſu euang. aliquos gētiles exiſtimaſſe Chr̄m quoſdam libros ſcripſiſſe, cōtinētes q̄dam magica, qb⁹ miracula faciebat, q̄ diſciplina Chr̄iana cōdēnat. Et illi tn̄, q Chr̄i libros tales ſe legiſſe affirmant, nulla talia faciūt, qualia illū libris talib⁹ feciſſe mirant̄: diuino.n. iudicio ſic errāt, ut eoſdē libros ad Petrū, & Paulū dicāt tāq̄ epiſtolari titulo p̄notatos, eo, ꝙ i pluri-

K bus locis ſimul eos cū Chr̄o pictos uiderūt. Nec mirū, ſi à pingētib⁹ fingētes decepti ſunt: toto.n. tp̄e quo Chr̄s i carne mortali cū ſuis diſcipulis uixit, nōdū erat Paul⁹ diſcipulus eius.

AD PRIMVM ergo dcđm, ꝙ ſicut Aug. dicit i eodē libro, oībus diſcipulis ſuis tamq̄ membris ſui corporis Chr̄s caput ē. Itaq, cū illi ſcripſerūt, q̄ ille oſ̄dit, & dixit, nequaquā dcđm ē,

SVP. QVÆS. XLII. ART. IIII.

Pitr. 0 233 Ad Heb. 8. lect. 2. in fi. TItulus clarus. ¶ In corpore duo. Primo uidetur quæſito unica concluſione. Secundo, referuntur quædam ex Aug. Cōcluſio eſt: Conueniēs fuit Chriſtum doctrinam ſuam non ſcripſiſſe. Probatur tripliciter.

¶ Vbi aduerte ī prima ratione ex dignitate doctoris digniſſimū modum docendi concludente, duo. Primū eſt, ꝙ modus docendi diſtinguit̄ in duo, ſ. uerbo, uel ſcripto. Et excellentior ponitur modus docendi ſolo uerbo, ea ratione, q̄a immediatius perducitur ad finem: cum.n. finis doctoris ſit imprimere doctrinā ſuā in mentibus auditorum, qui ſolo uerbo id facit, excellentiori modo efficit, quā qui uerbo in ſcriptis relata, idem efficeret. Secundum eſt, ꝙ Socratem nihil ſcripſiſſe, ſub proprio nomine intelligēdum eſt: q̄n Lib. 1. c. 7. ante med. tom. 4. tradit ipſum ſub Aeſopi nomine. Aeſopi fabulas ſcripſiſſe, coactus, ut ipſe aiebat ad hoc a ſuo dæmone: in cuius ſignum Plato in Phædone Socratem introducit moriturū, non ſe continuaſſe ab Aeſopo conſtructuro fabulam.

¶ Sed occurrit hic dubium: quia tertia iō aduerſatur primæ: nā tertia fundatur ſuper ordine, quo Chriſti doctrina peruenire debet ad omnes. ſ. mediantibus quibuſdā: Eod. lib. 1. de conſenſu euange. cāp. 7. circ. med. to. 4. prima autem fundat̄ ſuper immediatione inter doctorem, & diſcipulum. Hæc.n. ſibi inuicem aduerſari patet. nam ſi immediate, ergo non ordine quodam: & ſi ordine quodam, ergo nō immediate.

Concl. ¶ Ad hoc dicit̄, quòd utraq; ratio uera, & efficax eſt ad diuerſos relata. Nam prima ratio reſpicit doctrinam Chriſti reſpectu diſcipulorum, qui ex proprio Chriſti ore edocti ſunt. tertia autem reſpicit doctrinam Chriſti reſpectu uniuerſorum, quocumque tempore à Chriſto diſcunt. Et reſpectu illorum immediatio excellentior eſt, ut prima ratio ſonat: reſpectu autem uniuerſorum ordo excellentior eſt, ut ad alios mediantibus quibuſdam perueniat doctrina, ut tertia aſſumit ratio. Nulla ergo eſt controuerſia inter rationes ſane intellectas.

¶ In hac concluſione aduerte, quòd non minima eſt concluſionis ratio, ut Chriſtus etiam in docendi modo, monſtraret ſe eſſe uerum Deum. Solius quippe eſſe Dei comprobatur experientia, & auctoritate, docere uniuerſum orbem ea, quæ religionis, atque morum, totiuſque uitæ etiam poſt corporis mortem futuræ abſque ſcriptura propria, reuelando, ac tradendo, quæ ab alijs ſcribenda ſunt. Sic enim uidemus Deum, & naturalia per lumen naturale nos docere, iuxta illud: Multi dicunt, Quis oſtendit nobis bona? & reſponderunt, Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui domine, &c. quo lumine ſunt illuſtrati, qui bene de natura, de moribus, & huiuſmodi ſcripſerunt, & ſupernaturalia nobis tradere per lumen infuſum, ut credimus de prophetis, qui ſcripſerunt. Similiter enim Ieſus Chriſtus per ſeipſum, & exterius, & interius docuit Apoſtolos, qui lumine infuſo fulti ſcripſerunt: aperuit enim illis ſenſum, ut intelligerent ſcripturam, & Spiritusſancti lumine mentes eorum illuſtrauit, ut docerent uerbo, & ſcripto reliquos. Decuit ergo Chriſtum nihil ſcribere, ut ex hoc ſua doctrina Dei doctrina mōſtraretur.

Tract. ult. in euang. Io. non p cul a fine, tom. 9.

Lib. 1. c. 9. & 10. to. 4.

¶ Eſt etiam ex eodem dictatis capite alia

ratio.

ratio, ut. ſ. cóprobaret ſe Deũ ex mõ docendi, ſcribendo in cordibus hoīum, & non in tabulis materialibus, iuxta illud Hier. 30. Ecce, dies ueniunt, &c. & ſcr. bõ in cordib. eorũ, & cóprobaret doctrinã ſuam eſſe doctrinam ſpũs, & uitę, & non literę, & mortis. Reſeruaoim ſibi quippe Dñs Ieſus docendi modũ per internum lumen gr̄ę tamq̃ Deo proprium ſciens, non debebat ſcripturę doctrinam ſuam credere, quaſi ſcriptura illa perdita, doctrina ſua periiſſet, quam ipſe ſeruat itus per interaũ eſt lumen, vſque in ęternum.

¶ Deinde ex Auguſt. quorundam gentiliũm cęcam opinionem refert de ſcriptis à Chriſto, tribus adiunctis opinionibus. Prima eſt ex contentis in libro: quia contraria ſunt Chriſtianę diſciplinę. Secunda eſt, ex utentibus ipſis libris: quia nõ illa, quę Chriſtus fecit, facere poſſunt. Tertia eſt ex titulo: quia ad Paulum, qui non erat diſcipulus.

SVP. QV. XLIII. ART. I.
Medina ex totã qõnẽ.

Titulus clarus.
¶ In corpore vna concluſio. Conuenientiſſimum fuit Chrm miracula facere. Probatur: Miracula fiũt, & ad confirmationẽ doctrinę ſupernaturalis, & ad teſtificandum Deum in facientẽ miracula: ſed hęc præcipue habent locum in Chriſto. ergo. Et confirmatur auctoritate Io. 5. & 10. Omnia clara ſūt.

Porr. o.
234
Opuſ. 2. c. 7. Et opu. 3. c. 135 Et opu 11. ar. 17. Et. op. 60. ca. 15. princ.

ꝙ ipſe non ſcripſerit: qñquidẽ membra eius id operata ſunt, quod dictante capite cognouerunt: quicquid.n. ille de ſuis factis, & dictis nos legere voluit hoc ſcribendum illis, tamquã ſuis manibus imperauit.

Ad ii dicendũ, ꝙ q̃a lex uetus in ſenſibilibus figuris dabat, iõ ēt conuenienter ſenſibilibus ſignis ſcripta fuit: ſed doctrina Chri, quæ eſt lex ſpiritus vitæ, ſcribi debuit non atramẽto, ſed ſpiritu Dei uiui, non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis ſpiritualibus, vt Apoſtolus dicit 2. ad Cor. 3.

Ad iii dcđm, ꝙ illi, q ſcripturę apoſtolorũ de Chr̄o credere noluerunt, nec ipſi Chriſto ſcribẽti credidiſſent, dequo opinabantur, ꝙ magicis artibus feciſſet miracula.

QVAESTIO XLIII.

De miraculis a Chriſto factis in generali, in quatuor articulos diuiſa.

Deinde conſiderandum eſt de miraculis a Chriſto factis. Et primo in gñali. Scđo in ſpãli de ſingulis miraculorũ gñribus. Tertio, in particulari de transfiguratione ipſius. Circa primũ quęrunr̄ quatuor.

¶ Primo, Vtrum Chriſtus debuerit miracula facere.

¶ Secundo, Vtrum fecerit ea uirtute diuina.

¶ Tertio, In quo tempore incęperit miracula facere.

¶ Quarto, Vtrum per miracula fuerit ſufficienter oſtenſa eius diuinitas.

ARTICVLVS I.

Vtrum Chriſtus, debuerit facere miracula.

Ad primvm ſic ꝓcedit̃. Vr̄ ꝙ Chr̄s miracula facere non debuerit. Factũ.n. Chr̄i verbo ipſius debuit cõcordare: ſed ipſe dicit Mat. 16. Generatio mala, & adultera ſignum quærit, & ſignum non dab tur ei, niſi ſignum Ionæ prophetæ. non ergo debuit miracula facere.

¶ 2 Præ. Sicut Chr̄s in ſecundo aduentu venturus eſt in uirtute magna, & Maieſtate, ut dr̄ Matt. 25. ita in primo aduentu uenit in infirmitate ſm illud Iſa. 53. Virum dolorum, & ſciẽtẽ infirmitatẽ: ſed operatio miraculorum magis pertinet ad uirtutem q̃ ad infirmitatem. ergo fuit conueniens: ꝙ in primo aduentu miracula faceret.

¶ 3 Præt. Chr̄s uenit ad hoc, ut hoĩes ſaluaret per fidẽ, ſm illud Hebræ. 12. Aſpicientes in auctorem fidei, & conſumatorẽ Ieſum: ſed miracula diminuunt meritũ fidei: vñ Dñs Io. 4. dicit, Niſi ſigna, & prodigia videritis, non creditis. ergo non videtur, ꝙ Chr̄s debuerit miracula facere.

Sed contra eſt, ꝙ ex perſona aduerſariorum dicitur Ioan. 11. Quid facimus, quia hic homo multa ſigna facit?

Resp. Dicẽdum, ꝙ diuinitus conceditur homini miracula facere ꝑꝑ duo. Primo quidẽ, & principaliter, ad confirmandam ueritatem, quam aliquis docet: quia.n. ea, quæ ſunt fidei, humanam rationem excedunt, non poſſunt per rationes humanas probari, ſed oportet ꝙ probenẽ per argũ diuinæ uirtutis, ut dum aliquis facit opera, quę ſolus Deus facere põt, credantur ea, quæ dñr eſſe a Deo: ſicut cum aliquis defert literas anulo regis ſignatas, creditur ex uoluntate regis proceſſiſſe, quod in illis continetur. Secundo, ad oſtendendã præſentiam Dei in hoie per gratiã Spiritusſancti, vt dum, ſ. hõ facit opera Dei, credatur Deus habitare in eo per grãm. vnde dr̄ Gal. 3. Qui tribuit nobis Spiritumſanctum, operatur virtutes in nobis Vtrumq; aũt circa Chriſtum erat hoibus manifeſtandum, ſ. ꝙ Deus eſſet in eo per gratiam, non adoptionis, ſed unionis, & ꝙ eius ſupernaturalis doctrina eſſet a Deo: & iõm conuenientiſſimũ fuit, ut miracula faceret vñ ipſe dicit Ioan. 10. Si mihi non uultis credere, operibus credite. Et Io. 5. Opera, quę dedit mihi pater ut faciat, ipſa ſunt, quæ teſtimonium perhibent de me. Concluſio

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ hoc quod dicit, Signum non dabitur ei, niſi ſignum Ionę prophetæ, intelligendum eſt, vt Chryſ. dicit, ꝙ tunc non acceperunt tale ſignum, quale petebant, ſ. de cœlo, non ꝙ nullum ſignum eis dederit: uel quia ſigna faciebat, non propter eos, quos ſciebat lapideos eſſe, ſed ut alios emendaret: & ideo non eis, ſed aliis illa ſigna dabantur. Homil. 54. in Nat. ante me. to. 2

Ad ii dicendũ, ꝙ licet Chriſtus uenerit in infirmitate carnis quod manifeſtatur per paſſiones: uenit tamen in uirtute Dei, quod erat manifeſtandum per miracula.

Ad iii dcđm, ꝙ miracula intantum diminuũt meritum fidei, inquantum per hoc oſtenditur duritia eorum, qui nolunt credere ea, quæ ſcripturis diuinis probantur, niſi per miracula. Et tñ melius eſt eis, ut uel per miracula cõuertantur ad fidem, q̃ ꝙ omnino in infidelitate ꝑmaneant: dr̄ enim 1. ad Cor. 14. ꝙ ſigna data ſunt infidelibus, ut ſ. conuertantur ad fidem.

ARTICVLVS II.

Vtrum Chriſtus fecerit miracula diuina uirtute.

Ad secvndvm ſic proceditur Vr̄ ꝙ Chriſtus fecerit miracula diuina uirtute. Virtus.n. diuina eſt oĩpotens: ſed uidetur ꝙ Chriſtus non fuerit omnipotens in miraculis faciendis: dr̄.n. Mat. 6. ꝙ nõ

SVP. QV. XLIII. ART. IIII.

Titulus clarus.
¶ In corpore duo fiunt. Primo, reſpondetur quęſito: Chriſtus fecit miracula uirtute diuina. Probatur: quia uera miracula ſola uirtute diuina fieri poſſũt & con.

Porr. o
235
3. di. 15. q. 4. ar. 3. co. Et d. 16. q. 1. ar. 3. co & ad 4. Et 4. di. 5. q. 1 artic. 1. Et opuſ. 11. c. 17.

& confirmaẽ auctoritate Leonis. Secundo, eñdet tacitæ qõni. Quid de humanitate Chri, numquid faciebat miracula? & dicit, q utraq; natura agebat miracula: cõtione in alterius, ſ. diuinæ. Et declarat modũ, & quoad naturas quia humanitas erat inſtrũ diuinitatis, & quoad actionẽ: qa humana actio uirtutem accepit a natura diuina: q ex ſuperius explanatis clara ſunt.
¶ Reſponſionem quoque ad tertium, ex Luc. 11. cap. habes.

poterat ibi, ſ. in patria ſua, uirtutẽ ullã facere. ergo vr̃ q non fecerit miracula uirtute diuina.
¶ 3 Præ. Dei non eſt orare: ſed Chr̃s aliqñ in miraculis faciendis orabat, ut patet in ſuſcitatione Lazari Ioã. 11. & in multiplicatione panum, ut patet Mat. 14. ergo vr̃ q non fecerit miracula uirtute diuina.
¶ 3 Præt. Ea, quæ uirtute diuina fiunt, nõ poſſunt uirtute alicuius creaturæ fieri: ſed ea, quæ Chr̃s faciebat, poterant fieri in uirtute alicuius creaturæ: vñ & phariſæi dicebãt, q in Beelzebub principe dæmoniorũ eijciebat demonia. ergo vr̃ q Chr̃s non fecerit miracula uirtute diuina.

Sed contra eſt, q Dominus dicit Ioan. 14. Pater in me manens, ipſe facit opera.

Resp. Dcđm, q ſicut in prima parte habitũ eſt, * uera miracula ſola uirtute diuina fieri poſſunt: quia ſolus Deus põt mutare nãæ ordinẽ, qđ pertinet ad rõem miraculi. vñ Leo Papa dicit in. epiſt.† ad Flauianũ, q in Chr̃o ſunt duæ nãæ, una. ſ. diuina, quæ fulget miraculis, altera. ſ. humana, quę ſuccumbit iniurijs. Et tñ una earum agit cũ cõ. one alterius, inquantũ, ſ. humana natura eſt inſtr̃m diuinæ actionis, & actio humana uirtutem accepit a natura diuina, ſicut ſupra habitum eſt.*

Concl. m 1. p. q. 110. ar. 4.
Epiſt. 10. c. 4. parũ a prin.
q. 13. ar. 3.

Ad primvm ergo dcđm, q hoc, qđ dr̃, non poterat ibi ullã uirtutẽ facere, non eſt referendũ ad potentiã abſolutã. ſed ad id, qđ põt fieri congruẽter: non. n. congruũ erat, ut inter incredulos operareẽ miraculo. Vñ ſubdiẽ, Et mirabaẽ pp incredulitatẽ eorum, ſm quẽ modũ dr̃ Gen. 18. Num cęlare potero Abrahã, quæ geſturus ſum? & 19. Non potero facere quicquam, donec ingrediaris illuc.

Ad ii dcđm, q, ſicut Chryſo. * dicit ſuper illud Matt. 14. Acceptis quinq; panibus, & duobus piſcibus, aſpiciẽs in cęlũ, benedixit, & fregit, oportebat credi de Chr̃o qm̃ a patre eſt: & q ei æqualis eſt: & iõ ut utrũque oſtẽdat, nunc qdẽ cũ poteſtate, nũc aũt orans miracula facit, & in minoribus qdẽ reſpicit in cęlũ, puta in multiplicatione panũ, in maiorib. aũt, q̃ ſũt ſolius Dei, cũ poteſtate agit, puta qñ peccata dimiſit, mortuos ſuſcitauit, q ãt dr̃ Io. 11. q in ſuſcitatione Lazari oculos ſurſum leuauit, non pp neceſſitatẽ ſuffragij, ſed pp exemplum hoc fecit. Vnde dicit, Propter populum, qui circunſtat dixi credant, quia tu me miſiſti.

Homil. 50 in Matt. a prin. to. 2.

Ad iii dcđm, q Chr̃s alio mõ expellebat dæmones, q̃ uirtute dæmonũ expellanẽ. Nã uirtute ſuperiorũ dæmonũ, ita dæmones a corporibus hoium expellunẽ, q tñ remanet dñiũ eorum, quantum ad aiam: non. n. contra regnũ ſuũ diabolus agit: ſed Chr̃s dæmones expellebat nõ ſolũ a corpore, ſed multo magis ab aia: & iõ Dñs blaſphemiam phariſæorũ dicentium eum in uirtute dæmoniorum dęmonia eijcere reprobauit. primo quidẽ p hoc, q ſatanas contra ſeipſum non diuidit. ſecundo, exẽ

F plo aliorũ, qui dæmonia eijciebant per ſpiritum Dei. tertio, qa dæmoniũ expellere non poſſet, niſi ipſum uiciſſet uirtute diuina quarto, a nulla conuenientia in operibus, nec in effectu erat ſibi, & ſatanæ, cum ſatanas diſpergere cuperet quos Chriſtus colligebat.

Articvlvs iii.

Vtrum Chriſtus incepit facere miracula in nuptijs.

Ad tertivm ſic pcedit. Vr̃ q Chr̃s nõ icęperit miracula facere in nuptijs, mutã-
G do aquã in uinũ. Legitur. n. in lib. de infantia Saluatoris, q Chr̃s in ſua pueritia multa miracula fecit: ſed miraculum de cõuerſione aquæ in uinũ fecit in nuptijs trigeſimo, uel trigeſimoprimo anno ſuæ ætatis. ergo videtur q non incęperit tunc miracula facere.
¶ 2 Præ. Chr̃s faciebat miracula ſm uirtutẽ diuinã: ſed uirtus diuina in eo a principio ſuę cõ-
H ceptionis erat; ex tunc. n. fuit Deus, & homo. ergo videtur q a principio miracula fecerit.
¶ 3 Præ. Chr̃s poſt baptiſmũ, & tentationẽ cępit diſcipulos cõgregare, ut legiẽ Matt. 4. & Io. 1. ſed diſcipuli pcipue congregati ſunt ad ipſum pp miracula, ſicut dicit Luc. 5. q Petrum uocauit obſtupeſcentẽ pp miraculũ, quod fecerat in captura piſciũ. ergo vr̃ quòd ante mi-
I raculum quod fecit in nuptijs, fecerit alia miracula.

Sed contra eſt, q dr̃ Ioã. Hoc fecit initium ſignorum Ieſus in Cana Galilææ.

Resp. Dcđm, q miracula facta ſunt a Chriſto pp confumationẽ doctrinæ eius, & ad oſtẽdendã uirtutẽ diuinã in ipſo: & iõ quantum ad primum non debuit ante miracula face-
K re, q̃ docere inciperet: non ãt debuit incipere docere ante pfectã ætatẽ, ut ſ habitũ eſt,* cũ de baptiſmo eius agereẽ. Quãtum aũt ad ſm, ſic debuit per miracula deitatem oſtendere, vt crederetur ueritas humanitatis ipſius & ideo ſicut dicit Chryſoſt.* ſuper Ioan. decẽter non incępit ſigna facere in prima ætate: æſtimaſſent. n. phantaſma eſſe incarnationem, & ante opportunum tempus cruci eum tradidiſſent.

SVP. QVAE. XLIII. ART. III.

Titulus clarus, occaſionẽ ex euangelij uerbis habens.
¶ In corpore una concluſio: Chriſtus incępit miracula facere in nuptijs. Probatur: Miracula Chri. ſunt, uel ad confirmandã doctrinam eius, uel ad monſtrandam eius deitatem facta: ſed propter utrumque debuit in ætate perfecta incipere miracula. ergo. Aſſumptum ex primo articulo patet. Minor, quo ad utramque partem probatur clare, & ſigillatim, in litera.
• Vbi ſcito, quòd ex huiuſmodi ratione, licet non habeatur ſini quod miracula Chriſti incęperunt in ætate perfecta, quando incępit docere, hoc eſt, poſt baptiſmum Ioannis, iuxta uerbum Petri Actu. 1. Incipiens a baptiſmo Ioannis, quia tamen nullum legitur miraculum ante nuptias factum, & Ioannes Baptiſta toto illo primo anno monſtrauit eum, & Ioannes euangeliſta in anniuerſario die quo nuptias celebratas credit eccleſia, dicit, Hoc initium ſignorum fecit Ieſus, &c. ſatis rationabiliter affirmatur, quòd illud fuit primũ miraculũ ſimpliciter. q Chriſtus fecit: quod ẽt cõfirmatur ex eo, q Ioannes euangeliſta nõ eſt proſecutus ſm, & tertium miraculũ in Cana Galilęę, quod proſequendũ erat, ſi primũ nõ ſimpliciter, ſed in Cana Galilææ ſcribere ſe propoſuiſſet, & non potius initium ſignorũ ab oĩbus exercitatum diſcribere ſe monſtraſſet.
¶ Et hoc idẽ patet, ex eo, q ſubiungit euangeliſta. Et manifeſtauit gloriã ſuã. nõ dicit in Cana Galilææ ſed ſimpliciter, & abſolute,

Parr. 4. di. 44. in expoſitione lit. Et opuſ. et. ar. 18. Et Io. 1. le. 22. & c. 2. le. 1. ſi. & ca. 15. le. 5. ſin.
Concl. m
q. 39. ar. 3.
Homi. 20. in Ioan. parum ante med. to. 3.

Homil. 16. in Io. circa med. illius to. 3.

ſolute. Et manifeſtauit gloriam ſuam ꝑ culdubio prius latentem: quia miraculis adhuc non claruerat illius natura diuina, q tunc cœpit miraculis corruſcare.

SVP. QV. XLIII. ART. IIII.

Ferr. 43. cont. c. 6.

Titulus clarus.

¶ In corpore unica concluſio: Miracula quæ Chriſtus fecit ſufficiētia erāt ad manifeſtandā deitatem ipſius ſm tria, ſubſtātiā, modū, & doctrinam: probatur ſingillatim clare.

¶ Vbi aduerte, ꝙ Auctor breuiter pertranſit: ſed ſi fuerint hæc tria bene conſiderata maximā cōtinent efficaciam: & primū quidem quo ad reſurrectionem mortuorū & illuminationem cæcorum conſtat ſublatis fallacijs, à ſolo Deo fieri poſſe: ſm ſe

Gre. ho. 5. in euan. in prin.

† Chry ho. 12. in Ioā. paulo a principio. to. 3.

inexcogitabile eſt, ꝙ etiā dæmoni conuenit teſtiū ſr omnimodā conuenit intelligentiā. Ita ꝙ ſi hæc tria ſimul ponantur impoſſibile eſt, quin Deū fateamur Chriſtum: quo n. uſurpāti ſibi diuinum nomen, & tem falſo, aſſuiſſet Deus in tot operibus deitatis proprijs teſtis mendacij?

Li. 2. c. 17. a me. to. 4.

¶ Aduerte ex li. 1. Cōtra Gen. c. 6. ꝙ aut cōceditur hēm feciſſe miracula relata in euangelio, aut non. Si conceditur habetur illius deitas, vt patet ex prędictis illis tribus coniunctis, ſi non conceditur, tunc habetur etiā illius deitas: ex hoc maximo miraculo cū ꝙ pauperculus iuuenis, indoctus ex gente exoſa, (Iudæus. ſ.) perſecutionem cum tot ludibrijs & mortē turpiſſimā paſſus derelictus, dicē, ſe Deū habitus fatuus, à Iudęis, ab Herode, à Pilato abſq; miraculis promittens mortem & mala omnia, poſt mortem ſuā per pauperes piſcatores, indoctos exoſos omnibus, morti obnoxios &c. abſq; miraculis contra totum mundum idola colentem pugnans ſuperauerit Vacate. ergo, & uidete, quā ego ſum deus.

Ferr. c.
237
3. di. 15. q. 1. art. 1. & di. 6 q. 1. a. 3. cor. Et 1. cont. c. 6 Et lib. 4. c. 55. ad 8 Et quol. 2. a. 6 ad 4. Et io. 15. lect. 5.

AD PRIMVM ergo dicēdum, ꝙ ſicut Chriſ. * dicit ſuper Ioan. ex uerbo Ioānis Baptiſtæ dicētis Vt manifeſtet Iſrael, ꝓpea ueni ego in aqua baptizās, manifeſtū eſt, ꝙ illa ſigna, quæ quidam dicunt in pueritia à Chriſto facta, mēdacia, & fictiones ſunt. Si. n. à prima ætate miracula feciſſet Chriſtus, neq; Ioānes eum ignoraſſet, neque reliqua multitudo indiguiſſet magiſtro ad manifeſtandum eū.

AD II dicendum, ꝙ Dei virtus operabat in Chriſto, ſm ꝙ erat neceſſarium ad ſalutē humanā, pp quam carnē aſſūpſerat: & idō ſic miracula fecit uirtute diuina, ut fidei de veritate carnis eius, ꝑiud. ciū nō fieret.

AD III dicendum, ꝙ hoc ipſum ad laudem diſcipulorum pertinet, ꝙ Chrūm ſecuti ſunt, cū nulla eum miracula facere vidiſſent, ſicut Gre. * dicit i quadam hom. Et vt Chryſ. † dicit, tūc ſigna maxime neceſſarium erat facere, qñ diſcipuli iam cōgregati erant, & deuoti, & attēdentes his, quæ fiebant. Vñ ſubditur, Et crediderunt in eū diſcipuli eius nō qa tūc primū crediderunt, ſed quia tunc diligentius, & perfectius crediderunt. Vel diſcipulos uocat eos, q futuri erant diſcipuli: ſicut exponit Aug. * in lib. de conſenſu euangeliſtarum.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum miracula per Chriſtum facta ſufficienter eius diuinitatē oſtenderint

AD QVARTVM ſic ꝓcedit. Vr ꝙ miracula, quę Chriſtus fecit, nō fuerint ſufficiētia ad oſtendēdam humanitatem ipſius. Eſſe. n. Deum, & hoiem, proprium eſt Chriſto: ſed miracula, quę Chriſtus fecit, ēt ab aliis ſūt facta. ergo uidetur, ꝙ nō fuerint ſufficientia ad oſtēdendam diuinitatem ipſius.

¶ 2 Præ. Virtute diuina nihil eſt maius: ſed aliqui fecerunt maiora miracula, q̄ Chriſtus: dicit enim Io. 14. Qui credit in me, opera, q̄ ego facio, & ipſe faciet & maiora horum faciet, ergo uꝛ ꝙ miracula, quę Chriſt fecit non fuerint ſufficientia ad oſtendēdam diuinitatē ipſius.

¶ 3 Præt. Ex particulari non ſufficienter oſtendit vniuerſale: ſed quodlibet miraculorū Chriſti fuit quoddam particulare opus. ergo ex nullo eorum potuit manifeſtari ſufficienter diuinitas Chri, ad quam ꝑtinet uniuerſalē uirtutem hr̄e de oibus.

SED CONTRA eſt, ꝙ Dñs dicit Io. 5 Opera, q̄ dedit mihi Pr ut faciā, ipſa teſtium perhibēt de me.

RESP. Dicendum, ꝙ miracula, quæ Chriſtus fecit, ſufficientia erant ad manifeſtandam diuinitatem ipſius, ſm tria. Primo quidem, ſecundum ipſam ſpeciem operum, quæ tranſcendebant omnē ꝑtātem creatæ uirtutis: & ideo non poterant fieri niſi uirtute diuina. Et propter hoc cęcus illuminatus dicebat Io. 9. A ſæculo non eſt auditum, qa aperuit quis oculos cęci nati: niſi eſſet hic à Deo, nō poterat facere q̄cquam. Secundo, propter modum miracula faciēdi: quia. ſ. quaſi ex propria poteſtate miracula faciebat: nō autem orando, ſicut alii. Vñ dicitur Luc. 6 ꝙ uirtus de illo exibat, & ſanabat oēs Per quod oſtenditur, ſicut Cyrillus dicit, ꝙ non accipiebat alienam uirtutem: ſed cum eſſet naturaliter Deus propriam uirtutē ſuper infirmos oſtendebat, & propter hoc, innumerabilia miracula faciebat. uñ ſuper illud Mat. 8. Eijciebat ſpiritus uerbo, & oēs male habētes curauit, dicit Chrſ. * Intende quantam multitudinem curatam tranſcurrunt euangeliſtæ, non unumquodque cucratū enarrantes, ſed uno uerbo pelagus ineffabile miraculorum inducētes. Et ex hoc oſtendebat, ꝙ haberet virtutē coæqualē Deo patri, ſm illud Io. 5. Quæcunque Pater facit, hæc & Filius ſimiliter facit. Et ibidem, Sicut Pater ſuſcitat mortuos, & uiuificat, ſic, & Filius hominis, quos uult uiuificat. Tertio ex ipſa doctrina, qua ſe Deum dicebat, quę niſi uera eſſet, nō cōfirmaret miraculis diuina uirtute factis, & ideo dicitur Mat. 1. Quęnam doctrina hęc noua, quia in poteſtate ſpiritibus immundis imperat, & obediunt ei?

Concl.

Homil. 28 i Mat. paulo a prin. to. 2.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ hæc erat obiectio gētilium. Vñ Aug. * dicit i epiſtola ad Voluſianū: nulla, inquiūt, cōpetētibus ſignis tātæ maieſtatis indicia claruerunt: carnalis illa purgatio, qua ſcdæmones effugabat, debilium cura, reddita uita defunctis, ſi, & alia cōſiderent, Deo parua ſunt. Et ad hoc rñdet Aug. * Fatemur, & nos talia quidem feciſſe prophetas: ſed, & ipſe Moyſes; & cæteri prophetæ dominum Ieſum prophetizauerunt, & ei gloriā magnā dederunt. Qui ꝓpea talia. & ipſe facere uoluit, ne eſſet abſurdū, ꝙ per illos fecerat, ſi ipſe ēt ñ faceret: ſed tñ, & aliqd ꝓprium facere debuit, naſci de virgine, reſurgere à mortuis, cęlum aſcēdere, hoc Deo, q parum putat qd plus expectet ignoro. Nō hoie aſſumpto alium mundum facere debuit, vt eum eſſe crederemus, per quē factꝰ eſt mund, ſed nec maior mūdus, nec iſti æqualis in hoc fieri poſſet. Si āt minorem faceret infra iſtum, ſilr hoc quoq; parum putaret. q̄ā alii fecerūt, Chriſtus excellētꝰ fecit. Vñ ſuper illud Io. 15. Si opera non feciſſem eis, q̄ nemo alius fecit, &c. dicit Auguſ. * Nulla io operibus Chriſti uñr eſſe maiora, q̄ ſuſcitatio mortuorum, quod ſcimus ēt anti-

Epi. 3. poſt med. illius to. 2.

Epiſto. 3. a med. illius to. 2.

Tractatu 91. in Io. ſuper illud Maiora de mōſtrabit illis. to. 9. li. 3. Tri. c. 6. circa medium, to. 3

antiquos feciſſe prophetas. Fecit tñ aliqua Chrs, q̃ nemo alius fecit: ſed rñdeſ nobis, & alios feciſſe, q̃ nec ipſe, nec alius fecit: ſed qui tam multa uitia, & malas valetudines, vexationeſq; mortalium tanta ptāte ſanaret, nullus oino legiſ antiquorum: vt.n. taceam quos iubendo, ſicut occurrebāt, ſaluos ſingulos fecit, Marcus dicit, φ quocumque loco introibat in vicos, aut in uillas, aut ciuitates, in plateis ponebāt infirmos, & deprecabanſ eum, vt vel fimbriā veſtimenti eius tangerēt, & quotquot tangebant eū, ſalui fiebāt. Hæc nemo alius fecit in eis: ſic.n. intelligendū eſt, qđ ait in eis, non inter eos, aut corā eis, ſed prorſus in eis, qa ſanauit eos. Nec tñ alius quicūque in eis talia opa fecit, qm̃ quiſqs alius hō aliquid eorum fecit, ipſo faciente fecit: hoc autem ipſe non illis facientibus fecit.

Trac. 71. in Ioan. a med. to. 9.

Ad II dicendum, φ Aug.ª exponens illud uerbum Io. inqrit, q̃ ſint iſta opa maiora, q̃ credentes in eum erant facturi, an forte φ ægros ipſis trāſeū tibus ēt eorū umbra ſanabat? maius eſt.n. φ ſanet umbra q̃ umbria. Veruntñ qñ iſta Chrs dicebat, verborū ſuorū facta, & opa commendabat. Cū.n. dixit, Pr in me manens ipſe facit opera, quæ opera tunc dicebat, niſi verba, quæ loquebaſ? Et eorū idē verborum fructus erat fides illorum. Veruntamē euangelizantibus diſcipulis, nō tā pauci q̃ illi erāt: ſed gentes ēt crediderūt. Nōne ab ore ipſius diues ille triſtis abſceſsit: & tamen poſtea, quod ab illo auditū non fecit vnus, fecerūt multi, cū per diſcipulos loquereſ? Ecce maiora fecit pdicatus a credētibus, q̃ locutus eſt audientibus. Verum hoc adhuc mouet, φ hæc maiora per Apoſtolos fecit: nō aūt ipſos tm̃ ſignificans ait, Qui credit in me, opa, quę ego facio, & ipſe faciet. Audi ergo, & intellige, Qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipſe faciet. Prius ego facio, deinde & ipſe faciet: qa facio vt faciat. Quæ opera, niſi vt ex impio iuſtꝰ fiat, qđ utiq; in illo, ſed nō ſine illo Chrs opaſ. Prorſus maius hoc eſſe dixerim, q̃ creare cęlū, & terrā: cęlum .n. & terra tranſeūt, prædeſtinatorū āt ſalus, & iuſtificatio permanebit: ſed, & in cœlis angeli ſunt opera Chri, nūqđ ēt his operibꝰ maiora facit, qui cooperaſ Chro ad ſuam iuſtificationē? Iudicet qui pōt utrū maius ſit iuſtos creare, q̃ impios iuſtificare. Certe ſi æqualis eſt utrūque potentiæ, hoc maioris eſt miæ, ſed oia opa Chri intelligere, vbi ait, Maiora horū faciet, nulla nos neceſſitas cogit: horum .n. forſitan dixit, quæ illa hora faciebat. Tunc aūt verba fidei faciebat: & vtique minus eſt verba iuſtitię, prędicare, quod fecit pręter nos, quàm impios iuſtificare, qđ ita facit in nobis, vt faciamꝰ & nos.

Ad III dicendum, quòd quando aliquod particulare opus, proprium eſt alicuius agentis, tūc per illud particulare opus probatur tota uirtus agentis, ſicut cum ratiocinari ſit proprium hominis, oſtenditur aliquis eſſe homo ex hoc ipſo, quòd ratiocinatur circa quodcumque particulare propoſitum. Et ſimiliter cum propria uirtute miracula facere ſit ſolius dei, ſufficienter oſtēſum eſt, Chriſtum eſſe deum, ex quocumque miraculo quod propria uirtute fecit.

QVAESTIO XLIIII.

De ſingulis miraculorum ſpeciebus, in quatuor articulos diuiſa.

Deinde conſiderādum eſt, de ſingulis miraculorum ſpeciebus.

¶Et primo. De miraculis, quæ fecit circa ſpirituales ſubſtantias.

¶Secundo, De miraculis, quę fecit circa cœleſtia corpora.

G ¶Tertio, De miraculis, quæ fecit circa homines.

¶Quarto, De miraculis, quæ fecit circa creaturas irrationales.

Articvlvs I.

Vtrum miracula facta per Chriſtū circa ſpirituales ſubſtantias fuerint conuenientia.

Ad primvm ſic proceditſ. Vr φ miracula quæ fecit Chriſtus circa ſpūales ſubſtantias, nō fuerint cōuenientia. H Inter ſpūales.n. ſubſtantias ſancti angeli præpollēt dæmonibus: qa, ut Aug.ª dicit in 3. de Tri. ſpūs vitæ rōalis deſertor, atque peccator, regiſ per ſpiritum vitæ rōnalē piū, & iuſtū: ſed Chrs non legitur aliqua miracula feciſſe circa angelos bonos.ᵇ ergo nec etiam circa dæmones aliqua miracula facere debuit.

¶2 Pręt. Miracula Chri ordinabanſ ad manifeſtandam diuinitatē ipſius: ſed diuinitas Chri nō erat dæmonibus manifeſtāda,ᵇ qa per hoc impeditū fuiſſet myſteriū paſsionis eius. ſm illud 1. Cor. 2. Si cognouiſſent, nunq̃ Dñm gloriæ crucifixiſſent. ergo non debuit circa dæmones aliqua miracula facere.

¶3 Præt. Miracula Chri ad gloriā dei ordinabantur. unde dr Mat. 9. φ videntes turbę paralyticū ſanatum a Chriſto, timuerūt, & glorificauerunt deū, qui K dedit ptātem talem hoibꝰ: ſed ad dæmones nō pertinet glorificare deū, quia nō eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris, vt dicitſ Eccl. 15. unde, & ſicut dr Mar. 1. & Luc. 4. non ſinebat dæmonia loqui ea, q̃ ad gloriam ipſiꝰ pertinebant ergo uidetur non fuiſſe cōueniens, φ circa dęmones aliqua ᵇ miracula faceret.

¶4 Pręt. Miracula a Chro facta, ᵇ ad ſalutē hoium ordinantur:

SVP: QV. XLIIII.

ARTIC. I.

Medina per totā qōnē.

¶ Scdo, ſtũet q̃eſti tu, ſumendo argm̃ primo mõ, duplici cõcluſione. Prima eſt: Chrs nõ pbauit diſcipulis reſurrectionẽ ſuã p argumenta. Scda ẽ Chrs pbauit eis reſurrectionẽ ſuã p argm̃ tale (hoc eſt ſm qđ) ſ. per ſacrã ſcripturã. P. tnia cõcluſio pbat̃, q̃a deerant principia argumẽti nota diſcipulis. ſcda pbat̃ ex Euãgelio Luc. ult.
¶ Vbi ſcito, q; plures poſt reſurrectionẽ uſus eſt dñs hoc argumẽto. ſ. cũ diſcipulis cũtib⁹ in Emaus & cũ Apoſtolis, aperiẽdo illis ſẽſũ, ut intelligerẽt ſcripturas & uerbis allatis ſa
¶ Tertio, ſtũet q̃ſito accipiẽdo argm̃ ſecũdu mõ, una cõcluſione: Chris ſuã reſurrectionẽ multis argumẽtis cõuenientibus declarauit. pbat̃ dupliciter: quia hoc fecerit, & ex parte eorum, & ex parte officii prædicandi.

ferr. a. 306

3. d. 21. q. 2. ar. 3. & 4. Et op. 3. c. 245. Et op. 60 c. 21.

Lib. 1. de fi. c. 5. non procul a prĩ.

Ho. 26. in Euã. in prin. illius

concluſ.
In Rhet. ad Alexã. drum, ca. a medio, to. 6.

Lib. 1. tex. 20 to. 1.

concl. p

tur ſecundo modo argumentum, ſic dicitur Chrs ſuam reſurrectionẽ argumentis declaraſſe. inquã F tũ per quædã euidentia ſigna, ſe vere reſurrexiſſe oſtẽdit, vnde in græco, vbi nos habemus, in multis argumentis, loco argumenti, ponitur tecmirio, qđ eſt ſignum euidens ad probãdũ: quę quidẽ ſigna reſurrectionis Christus oſtendit diſcipulis propter duo. primo quidẽ, quia nõ erant corda eorum diſpoſita, ad hoc ꝙ de facili fidẽ reſurrectionis acciperẽt, vnde ipſe dicit eis Luc. ulti. O ſtulti, & tardi corde ad credendũ, & Mar vltimo exprobauit illis incredulitatẽ eorũ, & duritiã cordis. Secũdo, vt per huiuſmodi ſigna eis oſtenſa, efficacius eorũ teſtimonium redderetur, ſm illud 1. Io. 1. Quod vidimus, & audiuimus, & manus noſtræ contrectauerunt, hoc teſtamur.

In corpore.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ Amb. ibi loquit̃ G de argumentis, ſm rõne humanã procedentibus, quæ inualidi ſunt ad ea, quæ ſunt fidei oſtendẽda, ſicut oſtenſum eſt.†

Ad II dicẽdum, ꝙ meritũ fidei eſt ex hoc, ꝙ homo ex mandato dei credit, quod non videt: vnde illa ſola rõ meritũ excludit, quæ facit videri p ſciẽtiã id, quod credendo proponitur, & talis eſt rõ demonſtratiua. Huiuſmodi aũt rões Christus nõ induxit ad reſurrectionem ſuam declarandam.

In ſolutione præc. ad 2.

AD III dicendum, ꝙ ſicut dictũ eſt † meritũ beatitudinis, qđ cauſat fides, non totaliter excluditur, niſi homo nollet credere, niſi ea, quę videt: ſed H quòd aliquis ea, quæ non uidet, credat per aliqua ſigna uiſa, non totaliter fidẽ euacuat nec meritum eius: ſicut, & Thomas, cui dictum eſt, Quia uidiſti me, credidiſti, aliud uidit, & aliud credidit, uidit vulnera, & credidit Deum. Eſt autem perfectioris fidei, qui non requirit huiuſmodi auxilia ad credẽdũ: vnde ad arguendum defectum fidei in quibuſdam Dominus dicit Ioan. 4. Niſi ſigna, & prodigia videritis, nõ creditis. Et ſm hoc põt intelligi, ꝙ illi, qui ſunt tam prompti animi, vt credãt deo etiã ſignis non viſis, ſint beati per comparationem ad illos, qui non credunt niſi talia videant.

bię, de angelo, q eũ duxit, & reduxit: et tñ angeli nõ habẽt vera corpora naturaliter ſibi vnita, qđ reqrit̃ ad reſurrectionẽ: nõ ergo ſigna, q̃ Chrs diſcipulis exhibuit, fuerũt ſufficientia ad reſurrectionem eius manifeſtandam.

¶ 2 Præt. Chrs reſurrexit reſurrectione glorioſa, id eſt, habens ſimul humanã naturã cũ gloria: ſed q̃dã Chrs oſtẽdit diſcipulis, ꝙ vñr eſſe cõtraria naturæ humanę (ſicut ꝙ ab oculis eorũ euanuit, & ꝙ ad eos ianuis clauſis itrauit) q̃dã aũt vñr eſſe cõtraria glorię, puta ꝙ mãducauit, & bibit, & ꝙ habuit vulnerũ cicatrices. ergo vr̃ ꝙ illa argumẽta nõ fuerint ſufficientia neq; cõuenientia ad fidem reſurrectionis oſtendendam.

¶ 3 Præt. Corpus Chri nõ erat tale poſt reſurrectionẽ, vt tãgi deberet ab hoie mortali, vnde, & ipſe dixit Magdalenę Ioã. 20. Noli me tãgere: nondũ n. aſcendi ad patrẽ meum. non ergo fuit cõueniens, ꝙ ad manifeſtandam veritatem reſurrectionis ſuæ, ſeipſum diſcipulis palpandum exhiberet.

¶ 4 Præt. Inter dotes glorificati corporis, pcipua vr̃ eſſe claritas, q̃ tñ i reſurrectione nullo argumẽto oſtẽdit. ergo vr̃ ꝙ iſufficiẽtia fuerint illa argumẽta ad manifeſtãdã qualitatẽ reſurrectionis Chri.

¶ 5 Præt.* Angeli in teſtes reſurrectionis inducti ex iſta diſſonãtia euãgeliſtarũ, iſufficiẽtes vñr. Nã apud Mat. Angel' ſup lapidẽ reuolutũ, apud Marcũ vero, intus angelus deſcribit̃ viſus à mulierib' ingreſſis monumẽtũ. Et rurſus ab iſtis vnus, a Ioãne duo ſedẽtes, à Luca vero duo ſtãtes deſcribunt̃ icõueniẽtia ergo vñr teſtimonia reſurrectionis.

SED CONTRA eſt, ꝙ Chrs, q eſt dei ſapientia, ſuauiter, & cõueniẽter diſponit oia, vt dr̃ Sap. 8.

RESPON. Dicẽdũ, ꝙ Chrs reſurrectionẽ ſuã dupliciter manifeſtauit, f. teſtimonio, & argumẽto ſiue ſigno. et vtraq; manifeſtatio in ſuo genere fuit ſufficiẽs. Eſt. n. vſus duplici teſtimonio ad manifeſtãdã ſuã reſurrectionẽ diſcipulis: quorũ neutrũ põt refelli. Quorũ primũ eſt teſtium angelorũ, q̃ mulieribus reſurrectionẽ annũtiauerũt, vt patet p oẽs euãgeliſtas. Aliud aũt eſt teſtium ſcripturarũ, quas ipſe pponſuit ad oſtẽſionẽ ſuæ reſurrectionis vt dr̃ Luc. vlt. Argumẽta ẽt fuerunt ſufficientia ad oſtendendã verã reſurrectionẽ, & glorioſam. Quòd aũt fuerit vera reſurrectio, oſtẽdit vno mõ, ex parte corporis. Circa quod, tria oſtẽdit. Primo qđ ꝙ eſſet corpus verũ, & ſolidum, non corpus phantaſticum vel rarum, ſicut eſt aer. Et hoc oſtendit per hoc, ꝙ corpus ſuum palpandum præbuit: unde ipſe dicit Luc. ultim. Palpate, & videte, qa ſpiritus carnem, & oſſa non habet, ſicut me uidetis habere. ſecundo oſtendit ꝙ eſſet corpus humanũ, oſtendendo eis ueram effigiem, quam oculis intuerentur. tertio oſtendit eis, quòd eſſet idem numero corpus, quod prius habuerat, oſtendẽdo eis uulne-

ſecundo de teſtimonio ſcripturarũ. Vbi quo ad teſtium angelorũ, põt addere, quod in die Aſcenſionis angeli teſtimoniũ phibuerũt reſurrectioni Chr., annunciando illius locum, & ſm aduentũ ita ꝙ teſtium angelorũ habemus non ſolũ per mulieres, ſed ad ipſos diſcipulos immediate. Secũda aũt pars cõcluſionis declarat̃ quo ad duo oſtenſa: primo quo ad ueram reſurrectionem: ſecundo quo ad gloriam illius ſatis ordinate in litera. In qua clara ſunt omnia.

Argumentum ſupplementum.

Eccleſ.

ARTICVLVS VI.

Vtrum argumenta, quæ Chriſtus induxit, ſufficienter manifeſtauerint reſurrectionem eius.

SVP. QV. LV. ART. VI.

Medina ar. 6.

Locis ſupra art. 6. a. l. ſu. citatis.

Titulus clarus.

¶ In corpore eſt vna cõcluſio reſpõſiua, quæſito. Vtraque manifeſtatio reſurrectionis, ſ. p teſtium, & per argũ id eſt ſignũ ſenſibile fuit ſufficiens in ſuo genere, hoc eſt altera in genere teſtimonii, altera in genere ſigni ſenſibilis.

¶ Et intellige ſufficiẽtiã ad cauſandã certitudinem fidei, nõ certitudinem ſcientiæ. Manifeſtatur cõcluſio quo ad primã partem, primo de teſtimonio angelorum,

AD SEXTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ argumenta, quæ Chrs inducit, nõ ſufficienter manifeſtauerint veritatem reſurrectionis eius. Nihil enim oſtẽdit Chriſtus diſcipulis poſt reſurrectionẽ, quod etiam angeli hominibus apparentes, vel nõ oſtẽderint, vel oſtendere nõ potuerint: nã angeli frequenter in humana effigie ſe hoibus oſtenderunt, & cum eis loquebant̃, & cõuerſabantur, & comedebãt, ac ſi eſſent homines veri, ſicut patet Geneſ. 18. de angelis, quos Abrahã ſuſcepit hoſpitio, & in libro To- K

A vulnerũ cicatrices: vnde ut legiť Luc. vlt. dixit eis. Videte manus meas, & pedes meos, q̃a ego ipſe ſũ. Alio mõ, oſtendit eis ueritatem ſuæ reſurrectionis ex parte aiæ, iterato corpi unitæ. Et hoc oñdit per opa triplicis uitæ. Primo qdẽ, ꝑ opus uitæ nutritiuæ, in hoc, ꝙ cũ diſcipulis mãducauit, & bibit, vt legitur Luc. vlt. Scdo ꝑ opera uitæ ſenſitiuæ, in hoc, ꝙ diſcipulis ad interrogata rñdebat, & pñtes ſalutabat, in quo oñdebat ſe, & uidere, & audire. Tertio, ꝑ opera vitę intellectiuę, in hoc ꝙ eis loquebať, & de ſcripturis differebat. Et ne qd deeſſet ad pſectionẽ manifeſtationis, oñdit ẽt ſe hñe diuinã nãm, B ꝑ miraculũ qđ fecit in piſcib. capiendis, & ulteri' ꝑ hoc ꝙ eis uidentib. aſcẽdit in cęlũ: q̃a ut dr̃ Io. 3. Nemo aſcendit in cęlũ, niſi q̃ deſcendit de cęlo, Filius hoĩs q̃ eſt in cęlo. Gloriã ẽt ſuæ reſurrectionis oſtẽdit diſcipulis ꝑ hoc ꝙ ad eos ianuis clauſis intrauit: ſm̃.n. ꝙ Greg. dicit in Hom. palpandã carnẽ Dñs præbuit, quã ianuis clauſis introduxit, vt eſſe poſt reſurrectionẽ oſtẽderet corpus ſuũ, & eiuſdẽ naturæ, & alterius gloriæ: ſimiliter ẽt ad ꝓprietatẽ gloriæ ptinebat, ꝙ ſubito ab oculis eorũ euanuit, C vt dr̃ Luc. vlt. q̃a ꝑ hoc oſtendebatur, ꝙ in poteſtate eius erat uideri, & non uideri: qđ pertinet ad conditionẽ corporis glorioſi, vt ſup.* dictũ eſt.

Hom. 26. in Euã. nõ remote a prin.

Q. 54. ar. 1 ad 2. arg. & art. 3. ad 2. arg.

Ad primvm ergo dcđm, ꝙ licet ſingula argumẽtorũ nõ ſufficerent ad manifeſtandã perfectẽ Chri reſurrectionẽ, tñ oĩa ſimul accepta pfectẽ Chri reſurrectionẽ manifeſtant: maxime pp ſcripturæ teſtimoniũ, & angelorũ dicta, & ẽt ipſius Chri aſſertionẽ miraculis cõfirmata: angeli aũt apparentes nõ aſſerebant ſe hoĩes eſſe: ſicut aſſeruit Chr̃s vere ſe hoĩem eſſe. Et tñ aliter Chr̃s mãducauit, & aliter angeli: nã quia corpa ab angelis aſſumpta, nõ erãt corpa uiua, uel aiata, nõ erat uera comeſtio, licet eſſet uera cibi cõtritio, & traiectio in interiorẽ par D tẽ corpis aſſumpti: vnde, & angelus dixit Tob. 12. Cũ eſſem uobiſcũ, uidebar quidẽ uobiſcũ mãducare, & bibere, ſed ego cibo inuiſibili utor, ſed q̃a corpus Chri vere fuit aiatũ, uera fuit ei' comeſtio. vt. n. Aug. † dicit 13. de Ciui. Dei, nõ ptás, ſed egeſtas edendi, corporibus reſurgentiũ auferetur: vnde ſicut Beda* dicit, Chriſtus manducauit ptãte, nõ egeſtate.

Li. 13. c. 22 circa fi. t. 5

**Ca. 97. in Luc. parũ ante med. to. 2.*

Ad ii dicẽdũ ꝙ (ſicut dictũ eſt) argumenta quędã inducebantur a Chr̃o ad probandã veritatẽ humanæ naturæ, q̃dã uero ad probandã gloriã reſurgẽtis. Conditio aũt naturæ humanæ, ſm̃ ꝙ in ſe cõſiderať (quantũ. ſ. ad ſtatum pñtem) contrariať cõditioni glorię ſm̃ illud 1. ad Corin. 15. Seminať in infirmitate, ſurget in virtute. & iõ ea, quæ inducunť E ad oſtendẽdã conditionẽ gloriæ, vñr hñe contrarietatẽ ad naturã, nõ ſimpliciter, ſed ſm̃ ſtatum pñtẽ, & econuerſo: vnde Greg. * dicit in Hom. ꝙ duo mira, & iuxta humanã rõnẽ ſibi ualde contraria, Dñs oſtendit, dum poſt reſurrectionem corpus ſuũ, & incorruptibile, & tamen palpabile demonſtrauit.

Ho. 26. in Euan. paulo a prin.

Ad iii dcđm, ꝙ (ſicut Aug. * dicit ſuper Ioan.) hoc quod Dñs dixit, Noli me tangere, nõ dũ.n. aſcẽdi ad Patrem meũ, ſic dictũ eſt ut in illa fœmina figuraretur eccleſia de gentibus, q̃ in Chrm nõ credidit, niſi cũ aſcendiſſet ad patrẽ: aut ſic in ſe credi uoluit Ieſus, hoc eſt ſic ſe ſpiritualiter tangi, ꝙ ipſe, & pr unũ ſunt. Eius quippe intimis ſen ſib. quodãmodo aſcendit ad patrẽ, q̃ ſic in eo profecerit, vt patri agnoſcat æqualẽ. ꝗc aũt carnaliter adhuc in eũ credebat, quẽ ſicut hoĩem flebat: ꝙ aũt Maria alibi legiť Chr̃m tetigiſſe, qñ ſimul cũ aliis mulieribus acceſſit & tenuit pedes eius, q̃ſtionẽ non facit, vt Seuerianus dicit: ſiquidẽ illud de figura eſt, hoc de ſexu, illud de diuina grã, hoc de humana natura; vel ſicut Chryſ. *dicit, uolebat hæc mulier adhuc cum Chriſto conuerſari, ſicut & ante paſſionem, & præ gaudio nihil magnum cogitabat, quam uis caro Chriſti multo melior facta fuerit reſurgendo. Et iõ dixit; nondũ aſcendi ad patrẽ meum, quaſi dicat, non æſtimes me iã terrenã uitã agere: ꝙ. n. in terris me uides, hoc eſt, q̃a nõdũ aſcendi ad patrẽ meũ, ſed in promptu eſt ꝙ aſcendã; vnde ſubditur, Aſcẽdo ad patrem meum, & patrem ueſtrum.

Trac. 121. a med. illius tom. 9.

Ho. 85. in Io. ſuper il lud. noli me tãgere. to. 3.

Ad iiii dcđm, ꝙ ſicut Aug. * dicit in Dialog. ad Oroſium, Clarificata carne Dñs reſurrexit, ſed noluit in ea clarificatione diſcipulis ſuis apparere, q̃a C non poſſent oculis ſuis talem claritatẽ proſpicere: ſi. n. antequã moreret pro nobis, & reſurgeret, qñ transfiguratus eſt in monte diſcipuli ſui eum uidere non potuerunt, quanto magis glorificata carne Dñi, eum uidere non potuerunt? Eſt ẽt conſiderandum, ꝙ poſt reſurrectionẽ Dñs hoc præcipue uolebat oſtendere, ꝙ idẽ ipſe eſſet, qui mortuus fuerat, quòd multum poterat impedire, ſi eis ſui corporis claritatẽ oſtẽderet, nam immutatio, quæ fit ſm̃ aſpectũ, maxime oſtẽdit diuerſitatem eius, quod vr̃: quia ſenſibilia cõia, inter quę eſt unum, & multa, uel idẽ, & diuerſum, maxime diiudicat, uiſus: ſed ante paſſionẽ, ne infirmitatem paſſionis eius diſci D puli deſpicerent, intendebat Chriſtus eis gloriam maieſtatis ſuę oſtendere, quam maxime demõſtrat claritas corporis. Et ideo ante paſſionem, gloriam ſuam demonſtrauit diſcipulis per claritatem, poſt reſurrectionem autem per alia indicia.

In dial. 65. q. q. 14. in prin. to. 4.

Ad v dcđm, quòd ſicut Aug. † dicit in li. de Conſenſu Euang. poſſumus intelligere unum angelũ uiſum a mulieribus, ſm̃ Matth. & Mar. ut eas ingreſſas in monumẽtũ accipiamus, in aliquod. ſ. ſpatiũ, quod erat aliqua maceria communitum, atq; ibi vidiſſe angelum * ſedentem a dextris, quod dicit Marcus. Deinde dũ introſpicerent locum in quo iacuerat corpus Domini, viſi s ab eis alios duos ange E los, primo quidẽ ſedentes (vt dicit Ioan.) & poſtea eos ſurrexiſſe, vt ſtantes uiderentur, ut dicit Lucas.

lib. 3. c. 24. tom. 4.

** S. prẽ lapidẽ reuolutũ a monumento, ſicut dicit Matth. ut hoc ſit ſedentem.*

QVAETIO LVI.

De reſurrectionis Chriſti cauſalitate, in duos articulos diuiſa.

Deinde conſiderandum eſt de cauſalitate reſurrectionis Chriſti.

Et circa hoc quæruntur duo.

¶ Primo, Vtrum reſurrectio Chriſti ſit cauſa noſtræ reſurrectionis.

¶ Secundo, Vtrum reſurrectio Chriſti ſit cauſa noſtræ iuſtificationis,

SVP QVÆ. LVI. ART. I.

Ferr. 4. cont. c.
Al dina. a. t.

per. 8.
308

Titulus clarus. In corpore una eſt concluſio: Reſurrectio Chri eſt cā uiuificatiua reſurrectionis. Probatur tripliciter. Primo ratione principij in quolibet genere. &c. ſcdo auctoritate Apoſtoli: tertio ex cōſonantia uerbi incarnati. Oia clara & diſtincta ſūt in lra. ¶ In ſolutione ad tertiū, aduerte q humanitas Chriſti, quæ eſt organum coniunctum perſonaliter uerbo Dei, eſt uelut uniuerſale inſtrum Dei ad miracula facienda, ut ex ſuperius dictis hr. Determinatur aūt ad eſſe inſtrum ad hoc, uel illud opus miraculoſum, p aliquā ipſius conditionē: ita q ex hoc q paſſa eſt, intelligim cōicatā ſibi per quādam appropriationē uirtutem remiſſiuā peccatorum, & ex hoc q reſurrexit, cōicata ſimiliter eſt ſibi uirtus reſuſcitatiua mortuorū, & ſic de alijs ſimilib. inſtrumentalibus actionibus, q humanitati Chri tribuunt inſtrumentaliter, Deo aūt principaliter. ſic. n. reſurrectio Chri dr cā nīæ reſurrectionis: qm p ipſam: ut dictū eſt, Chrs hō iuſtium efficax cōſtitutus eſt ad reſuſcitandos homines in uitam æternam.

4 d. 43. a. 2 q 1E. 4. c6. c. 78. Et ue ... ad 7. I t op. 3. c. 236. Et ... op. 60. c. 21 Et t. co. 15 lec. t.

*caul. par. 3. a med.

Damaſ. li. 4. c. 28

ARTICVLVS I.

Vtrum reſurrectio Chriſti ſit cauſa reſurrectionis corporum.

AD PRIMVM ſic procedit. Vr q reſurrectio Chriſti non ſit cā reſurrectionis corporū. Poſita. n. cā ſufficiēti, neceſſe eſt h effectū poni. ſi ergo reſurrectio Chri eſt cā ſufficiens reſurrectionis corporum, ſtatim eo reſurgente omnes mortui reſurgere debuerunt.

¶ 2 Præt. Cā reſurrectionis mortuorum eſt diuina iuſtitia, ut ſ. corpa ſimul præmient, uel puniant cū aīabus, ſicut cōicauerunt in merito, uel pctō, ut dicit Diony. ult. c Cęleſt. Hier. & ēt Damaſ. dicit in 3. li: h ſed iuſtitiā Dei neceſſe eſſet impleri, ēt ſi Chrs nō reſurrexiſſet. ergo ēt Chro nō reſurgente, mortui reſurgerēt. non ergo reſurrectio Chriſti eſt cauſa reſurrectionis corporum.

¶ 3 Præ. Si reſurrectio Chriſti ſit cā reſurrectionis corporū, aut eſſet cā exēplaris, aut cā effectiua, aut meritoria: ſed nō ē h cā exēplaris: qa reſurrectionē corporum Deus operabi ſ. ſm illud Io. 5. ſicut pr ſuſcitat mortuos: Deus aūt nō indiget inſpicere ad aliqd exēplar extra ſe. ſilr ēt nō eſt cā effectiua: qa cā efficiēs nō agit niſi p cōtactū, uel ſpūalē, vel corpalē: manifeſtū eſt aūt q reſurrectio Chri nō hēt contactū corporalē ad mortuos, q reſurgent, pp diſtātiā tpis, & loci: ſilr ēt h nec contactū ſpūalē, q eſt per fidem, & charitatem, quia ēt infideles, & peccatores reſurgent. neq; ēt eſt cā meritoria: qa Chrs reſurgens iam non erat uiator, & ita nō erat in ſtatu merendi. & ita nullo modo reſurrectio Chriſti uidetur eſſe cauſa noſtræ reſurrectionis.

¶ 4 Præt. Cum mors ſit priuatio uitæ, h nihil vr eſſe aliud deſtruere mortē, q̄ reducere uitam, quod ptinet ad reſurrectionē, ſed Chriſtus moriēdo, mortem noſtrā deſtruxit. ergo mors Chriſti eſt cauſa noſtræ reſurrectionis. non ergo eius reſurrectio.

SED CONTRA eſt, q ſuper illud 1. ad Cor. 15. Si Chriſtus prædicat q reſurrexit à mortuis, &c. dicit Gl. Qui eſt cauſa ſufficiens reſurrectionis noſtræ.

RESP. Dcdm, q illud, q eſt primum in quolibet gnē, eſt cā oīum, quæ ſunt poſt, vt dr in 2. Metaph.* Primū aūt in gnē nrę reſurrectionis fuit reſurrectio Chri, ſicut ex ſupradictis † patet: vnde oportet q reſurrectio Chri ſit cā nrę reſurrectionis. & hoc eſt qd Apoſt. dicit 1. ad Corin. 15. Chrs reſurrexit à mortuis primitiæ dormiētiū, qm quidē p hominē mors, & p hominem reſurrectio mortuorū: & hoc rationabiliter. nā principium humanæ uiuificationis eſt verbum Dei, de quo dr in Pſ. 35. Apud te eſt fons uitæ, vñ, & ipſe dicit Io. 5. ſicut pater ſuſcitat mortuos, & uiuificat, ſic, & Filius quos vult uiuificat. Habet autem hoc naturalis ordo rerum diuinitus inſtitutus, ut quælibet cā primo operetur i id, quod eſt ſibi propinquius, & per illud operet in alia magis remota: ſicut ignis primo calefacit aerē ſibi propinquū, per quē calefacit corpa diſtantia, & ita ſic Deus primo illuminat ſubſtātias ſibi ppinquas, p quas illuminat magis remotas, ut Dion. † dicit 13. c. Cęl. Hier & ideo uerbū Dei primo tribuit uitā immortalē corpori ſibi naturaliter unito, & p ipſum operatur reſurrectionem in omnib. alijs.

li. 2. cō. 4.
† Quæſt. 53 art. 3

Cap. 14. nō multū procul a prin. Concl. m

AD PRIMVM ergo dicendū, q (ſicut dictum eſt*) reſurrectio Chriſti eſt cauſa noſtræ reſurrectionis per virtutem Verbi uniti, quod quidem operatur ſecundum uoluntatem. & ideo non oportet, q ſtatim ſequatur effectus, ſed ſecundum diſpoſitionē uerbi Dei, ut. ſ. primo conformemur Chriſto patienti, & morienti in hac uita paſſibili, & mortali, deinde perueniamus ad *percipiendum ſimilitudinem reſurrectionis ipſius.

In corp. ar.
*Alias participandū.

AD II dicēdū q iuſtitia Dei eſt cauſa prima reſurrectionis noſtræ: reſurrectio autem Chriſti eſt cā ſecundaria, & quaſi inſtrumentalis. Licet aūt uirtus principalis agentis non determinetur ad hoc inſtrumentum determinate, tamē ex quo per hoc inſtrumentū opatur, inſtrum illud eſt cauſa efficiēs, ſic ergo diuina iuſtitia, quantū eſt de ſe, nō eſt obligata ad reſurrectionē noſtram cauſanda per reſurrectionē Chriſti: potuit. n. alio modo nos Deus liberare, q̄ per Chriſti paſſionem, & reſurrectionem ut ſupra* dictum eſt. Ex quo tamen decreuit hoc modo nos liberare: manifeſtum eſt, q reſurrectio Chriſti eſt cauſa noſtræ reſurrectionis.

Q. 46. ar. 2. & 3.

AD III dcdm, q reſurrectio Chriſti non eſt, pprie loquendo cauſa meritoria noſtrę reſurrectionis: ſed eſt cauſa efficiens, & exemplaris. Efficiens quidē, inquantum humanitas Chriſti ſecundum q̄ reſurrexit, eſt quodammodo inſtrumentum diuinitatis ipſius, & operatur in uirtute eius, vt ſupra dictū eſt. † Et ideo ſicut alia, quę Chriſtus in ſua humanitate fecit, uel paſſus eſt, ex uirtute diuinitatis eius ſunt nobis ſalutaria (vt ſup. dictū eſt*) ita, & reſurrectio Chri eſt cā efficiēs nīæ reſurrectionis virtute diuina, cuius proprium eſt mortuos uiuificare, quæ quidem uirtus præſentialiter attingit oia loca, & tpa, & talis contactus uirtualis ſufficit ad rationem huius efficientiæ. Et quia (vt dictū eſt †) primordialis cauſa reſurrectionis humanæ, eſt diuina iuſtitia, ex qua Chriſtus habet ptātē iudiciū facere, inquantum filius hominis eſt, uirtus effectiua reſurrectionis eius ſe extendit, nō ſolum ad bonos, ſed ēt ad malos, qui ſunt eius iudicio ſubiecti. Sicut aūt reſurrectio corporis Chriſti, ex eo q corpus illud eſt perſonaliter Verbo unitum, eſt prima tpe ita etiam eſt prima dignitate, & perfectione, ut dicit gl. 1. ad Cor. 15. Semper autem id, quod eſt per-

Q. 13. ar. 2. & 3.
*q. 48. ar. 6
In ſol. prp. ad 2.

feſtiſſi. um,

fectiſſimum, eſt exemplar eius, quod eſt minus ꝑfectum ſecundum ſuũ modũ, & ideo reſurrectio Chriſti eſt cauſa exẽplaris noſtræ reſurrectionis. Quod quidem neceſſariũ eſt, non ex parte reſuſcitantis, qui nõ indiget exẽplari, ſed ex parte reſuſcitorũ, quos oportet illi reſurrectioni conformari, ſm illud Phi. 3. Reformabit corpus humilitatis noſtræ, cõfiguratũ corpori claritatis ſuæ. Licet aũt efficiẽtia reſurrectionis Chri ſe extẽdat ad reſurrectionẽ tã bonorũ, q̃ malorum: exẽplaritas tamen eius ſe extendit proprie ſolum ad bonos, q ſunt facti cõformes filiationis ipſius, ut dr̃ Ro. 8.

B Ad IIII dicendum, ꝙ ſm rationẽ efficientiæ, quæ dependet ex uirtute diuina cõiter, tam mors Chri, quã etiã reſurrectio, eſt cauſa tam deſtructionis mortis, quã reparationis uitæ: ſed ſm rationẽ exemplaritatis, mors Chri, ꝑ quam receſſit a uita mortali, eſt cauſa deſtructionis mortis noſtræ: reſurrectio uero eius, per quã inchoauit uitam immortalẽ, eſt cauſa reparationis vitæ noſtræ: paſſio tñ Chri eſt inſuꝑ cã meritoria, vt ſupra dictũ eſt.*

Q. 48. Ar. 1.

ARTICVLVS II.

Vtrũ reſurrectio Christi ſit cauſa reſurrectionis animarum.

C AD SECVNDVM ſic proceditũ. Vr̃ ꝙ reſurrectio Chri nõ ſit cã reſurrectionis aiarum. Dicit. n. Aug.* ſuper Ioã ꝙ corpora reſurgunt per diſpenſationẽ humanã, ſed aiæ reſurgũt per ſubſtantiam dei: ſed reſurrectio Chriſti non pertinet ad ſubſtantiã dei, ſed ad diſpẽſationẽ humanam. ergo reſurrectio Chri, & ſi ſit cauſa reſurrectionis corporũ, non tamen videt̃ eẽ cauſa reſurrectionis aiarũ.

D ¶ 2 Præt. corpus nõ agit in ſpiritũ: ſed reſurrectio Chriſti ꝑtinet ad corpus eius, qđ cecidit ꝑ mortẽ: ergo reſurrectio Chriſti nõ eſt cã reſurrectionis aiarũ.

¶ 3 Præt. Quia reſurrectio Chri eſt cã reſurrectionis corporũ oĩum corpora reſurgẽt, ſm illud 1. ad Corin. 15. Oẽs qđẽ reſurgemus: ſed nõ oĩum aiæ reſurgẽt: q̃a qđã ibunt in ſupplicium æternum, vt dr̃ Matth. 25. ergo reſurrectio Chriſti nõ eſt cauſa reſurrectionis animarũ.

E ¶ 4 Præter. Reſurrectio aiarum fit ꝑ remiſſionẽ peccatorũ: ſed hoc factũ eſt ꝑ Chri paſſionem ſm illud Apoc. 1. Lauit nos à peccatis noſtris ĩ sãguine ſuo. ergo reſurrectionis aiarũ magis ẽ cã Chri paſſio, q̃ eius reſurrectio.

SED CONTRA eſt, ꝙ Apo. dicit Rom. 4. Reſurrexit ꝑꝑ iuſtificationẽ noſtrã: q̃ nihil aliud eſt q̃ reſurrectio animarũ. Et ſuper illud Pſ. 29. Ad ueſperũ demorab ĩ fletus, dicit gloſ. ꝙ reſurrectio Chriſti eſt cauſa reſurrectionis noſtræ, & animæ in pñſenti, & corporis ĩ futuro.

RESPON. Dcđm, ꝙ (ſicut dictũ eſt*) reſurrectio agit in uirtute diuinitatis, q̃ qđẽ ſe extẽdit, nõ ſolũ ad reſurrectionẽ corporũ, ſed ẽt ad reſurrectionẽ aiarũ: à deo. n. ẽ, & ꝙ aĩa uiuat ꝑ gratiã, & ꝙ corpus uiuat ꝑ aiam. Et ideo reſurrectio Chri habet inſtrumentaliter uirtutẽ effectiuã, nõ ſolũ reſpectu reſurrectionis corporũ, ſed ẽt reſpectu reſurrectionis animarũ: ſimiliter ẽt habet rõnem exẽplaritatis reſpectu reſurrectionis aiarũ. quia Chro reſurgẽti debemus ẽt ſm aiam cõformari, vt ſicut, ſm Apo. Rõ. 6. Chrs ſurrexit a mortuis per gloriã patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus, & ſicut ipſe reſurgens ex mortuis iam non moritur, ita & nos exiſtimemus nos mortuos eſſe peccato, ut iterum uiuamus in illo.

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ Aug.* dicit reſurrectionẽ aiarũ fieri ꝑ dei ſubſtantiã, quãtũ ad participationẽ. q̃a ſ. participãdo diuina bonitatẽ, aiæ fiunt bonæ, & iuſtæ, nõ aũt participãdo quãcũq; creaturã: vñ cũ dixiſſet, Aiæ reſurgunt ꝑ ſubſtantiã dei, ſubdit: participatione n. dei fit aia beata, nõ participatione aiæ ſanctæ: ſed participando gloriã corporis Chri, efficiunt̃ corpora noſtra glorioſa.

Ad II dcđm, ꝙ efficientia reſurrectionis Chriſti pertingit ad animas, non per propriam uirtutem ipſius corporis reſurgentis: ſed per uirtutẽ diuinitatis, cui perſonaliter unitur.

Ad III dcđm, ꝙ reſurrectio aiarũ ꝑtinet ad meritũ, qđ eſt effectus iuſtificatoris: ſed reſurrectio corporũ ordinat̃ ad pœnã, uel pmĩũ, q̃ ſunt effectus iudicantis. Ad Chrm aũt nõ pertinet iuſtificare oẽs, ſed iudicare, & ideo omnes reſuſcitat ſm corpus, ſed nõ omnes ſecundum animam.

Ad IIII dcđm, ꝙ in iuſtificatione aiarũ duo concurrunt. ſ. remiſſio culpæ, & nouitas uitę per gratiam. Quantũ ergo ad efficiẽtiã, q̃ eſt ꝑ uirtutẽ diuinã, tã paſſio Chri q̃ reſurrectio eſt cã iuſtificationis quo ad vtrũq;: ſed quantũ ad exẽplaritatẽ ꝓprie, paſſio, & mors Chri, eſt cã remiſſionis culpæ, ꝑ quã morimur peccato; reſurrectio aũt Chri, eſt cã nouitatis uitæ, quæ eſt ꝑ gratiam, ſiue iuſtitiam. Et ideo Apoſt. dicit Rom. 4. ꝙ traditus eſt. ſ. in mortem, propter delicta noſtra, ſcilicet tollenda, & reſurrexit propter iuſtificationẽ noſtrã: ſed paſſio Chriſti eſt ẽt cauſa meritoria, ut dictũ eſt.*

QVAESTIO LVII.

De aſcenſione Christi, in ſex articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt de aſcenſione Chriſti.

SVP. QV. LVI. ART. II.

Medina ar. 2.

Titulus clarus eſt. Intelligit n. de reſurrectione aiæ, eſſe amorte peccati: mors enim animæ peccatum eſt, & uita eius eſt gratia dei.

¶ In corpore ſunt duæ concluſiones. Prima eſt: Reſurrectio Chri habet uirtutem inſtrumẽtaliter effectiuã reſpectu reſurrectionis animarũ. & nõ ſolũ corporũ. Probatur: Reſurrectio Chriſti agit in uirtute deitatis, extendentis ſed non ſolum ad uitã corpoream, ſed animæ ergo.

¶ Aduerte hic, q. conſequentia, ſeu rõ iſta preſupponit ſupradicta de potentia, ſeu omnipotentia humanitatis Chriſti, q. ſ. extẽdat ſe poteſtas eius inſtrumentalis ad q̃cũque mirabilia opera exceptis his. quæ ſpectant ad primã rerum creationem, &c. ubi latius patuit. Suppoſita. n. adæquatione organi, gratia naturæ ſubiecti ꝙ tenet argumentum. uirtus deitatis principalis extendit ſe ad uitam corporũ. & animarũ. ergo uirtus inſtrumẽtalis humanitatis extendit ſe ad eadem.

¶ Secũda concluſio eſt: Reſurrectio Chri eſt cã exemplaris reſurrectionis aiarũ. Probatur. quia Chro reſurgenti debemus ſe ſm animam conformari. Et hoc declaratur auctoritate apoſtoli quo ad duo ſcilicet nouitatem uitæ. & quo ad uitationem ulterioris mortis.

SVP. QV. LVII. ART. I.

Titulus clarus.

¶ In corpore una concluſio: Conueniẽs fuit Chriſtũ non remanere in terris, ſed aſcẽdere in cœlũ. Probat. Locus debet eſſe ꝓportionatus locato, etc. clare patet in litera

Locis ſup a ar. 1. no.

* Trac. 23. in Euang. Ioan. ante med. to. 9.

Art. præc. a 1 j.

conclus.

Tract. 23. in Ioan. circa principium & medium to. 9.

Eodem loco nuas ſcilicet.

* Aliàs iuſtificatio • nis.

Art. præc. ad 3. arg.

Et circa hoc quæruntur ſex.

¶Primo, Vtrum fuerit conueniens Chriſtum aſcendere.

¶Secundo, Secundum quam naturam conueniat ſibi aſcenſio.

¶Tertio, Vtrum propria virtute aſcenderit.

¶Quarto, Vtrum aſcenderit ſuper omnes cœlos corporeos.

¶Quinto, vtrum aſcenderit ſuper omnes ſpirituales creaturas.

¶Sexto, De effectu aſcenſionis.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum fuerit conueniens, Chriſtum aſcendere.

AD PRIMVM ſic proceditur. Vr ꝙ non fuerit conueniẽs Chrm̃ aſcendere. Dicit.n.Phil.*
Par.o 310 3.d.22.q.1 a.1.Et op. 3.c.247.Et opuſ 60.c. 23.princ. *l.2.cõ.64 65.66.to.2
in 2.de Cæl.ꝙ illa, quæ optimo mõ ſe habent, poſſi dent ſuũ bonũ ſine motu; ſed h Chriſtus optime ſe habuit: quia, & ſm diuinam naturam eſt ſummũ bonum, & ſecundum humanam naturã, eſt ſummè glorificatus ergo ſuum bonum habet ſine motu: ſed aſcenſio eſt quidam motus. ergo non fuit conueniens, quòd Chriſtus aſcenderet.

¶2 Præt. Oẽ qđ mouet, mouet pp aliquid h meli⁹: ſed Chro non fuit melius eſſe in cęlo q̃ in terra: nihil.n.accreuit ſibi p hoc, ꝙ fuit in cælo; neq; quãtum ad aiam, neque quantum ad corpus. ergo vr, quòd Chriſtus non debuerit in cœlum aſcẽdere.

H ¶3 Præt. Filius dei humanã nãm aſſumpſit ad noſtrã ſalutẽ: h ſed magis fuiſſet ſalutare hoibus, ꝙ ſemper conuerſaretur nobiſcum in terris: vñ ipſe dixit diſcipulis ſuis Luc.17. Venient dies, qñ deſideretis videre vnũ diem Filij hominis, & non videbitis. videtur ergo, quòd non fuerit conueniens Chriſtum aſcendere in cœlum.

¶4 Præt. Sicut Greg.* dicit 14 Mor. corpus Chri h
li.14.c.31. a med.
in nullo mutatũ fuit poſt reſurrectionẽ: ſed nõ immediate poſt reſurrectionẽ aſcendit in cœlum: qa ipſe dicit poſt reſurrectionẽ Io.20. Nondum aſcendi ad patrem meum. ergo vr ꝙ nec poſt quadraginta dies aſcẽdere debuerit.

SED CONTRA eſt, ꝙ Dñs dicit Io.20. Aſcendo ad patrem meum, & patrem veſtrum.

* Alias p.
RESP. Dcdm, ꝙ locus debet eſſe proportionatus locato. Chriſtus aũt poſt reſurrectionem, vitã immortalem, & incorruptibilem inchoauit. Locus autem, in quo nos habitamus, eſt locus gñationis, & corruptionis; ſed locus cœleſtis eſt locus incor
concl. m
ruptionis, & iõ m non fuit conueniens, ꝙ Chriſtus poſt reſurrectionem remaneret in terris, ſed conueniens fuit, quòd aſcenderet in cœlum. n

AD PRIMVM ergo dicendũ, ꝙ illud optime ſe habens, quod ſine motu poſſidet ſuum bonũ, eſt ipſe deus: quia eſt omnino immutabilis, ſecundum illud Malach.3. Ego deus, & non mutor. Quælibet autem creatura eſt mutabilis, aliquo mõ, vt patet
lib.8.c.14. 13.3 †Q.2.a.1.
per Aug.* 8. ſuper Gen. ad literam. Et quia natura aſſumpta a filio dei, remanſit creatura (vt patet ex his, quæ ſupra † dicta ſunt) non eſt inconueniẽs, ſi ei aliquis motus attribuatur.

AD II dicendum, ꝙ p hoc, ꝙ Chrs aſcẽdit in cœ
F lũ, nil ei accreuit, quãtũ ad ea q̃ ſunt de eſſẽtia gloriæ, ſiue ſm corpus, ſiue ſm aiam, tñ accreuit ei aliqd quantũ ad loci decentiã. qđ eſt ad bene eẽ gloriæ: non ꝙ corpus eius aliquid, aut perfectionis, aut conſeruationis acquireret ex corpore cęleſti: ſed ſolummõ pp quandã decentiã: hoc aũt aliquo mõ ptinebat ad eius gloriã. Et de hac decẽtia gaudiũ quoddã habuit, nõ qdẽ, ꝙ tũc de nono de hoc gaudere inciperet, qñ in cælũ aſcendit: ſed qa nouo mõ de hoc gauiſus eſt, ſicut de re impleta: vñ ſuper illud Pſ.15. Delectationes in dextera tua uſque in finem, dicit gl. Delectatio, & lætitia erit mihi in conſeſſu tuo, humanis obtutibus ſubtractio.

G Ad III dcdm, ꝙ licet præſentia corporalis Chri fuerit ſubtracta fidelibus per aſcẽſionem, pñtia tñ diuinitatis ipſius ſp adeſt fidelibus, ſm ꝙ ipſe dicit Matt.vlt. Ecce, ego vobiſcum ſum vſque ad cõſummationem ſæculi. Qui.n.aſcendit in cœlos, nõ deſerit adoptatos, vt Leo Papa dicit: ſed ipſa aſcenſio Chri in cœlum, qua corporalem ſuam pñtiam nobis ſubtraxit, magis fuit utilis nobis, q̃ pñtia corporalis fuiſſet. Primo quidẽ, pp fidei augmentum quæ eſt de nõ viſis: vñ ipſe Dñs dicit diſcipulis ſuis Io.16. ꝙ Spũſſanctus adueniens arguet mundũ de iuſtitia, ſ. eorum, qui credunt, vt Aug.* dicit ſuper Tra.95.in ioan. ante med.to.9.
Io. Ipſa qppe fideliũ cõparatio, infideliũ eſt vituperatio: vñ ſubdit, qa ad patrẽ vado, & iã nõ videbitis me, beati.n. qui nõ vident, & credunt. Erit igit vra iuſtitia, de qua mundus arguet, qm̃ in me, quẽ nõ videbitis creditis. ſecũdo, ad ſpei ſubleuationem: vnde ipſe dicit Io.14. Si abiero, & præparauero vobis locum, iterum veniã, & accipiã vos ad meipſũ, vt vbi ego ſum, & vos ſitis. Per hoc enim, ꝙ Chrs humanam naturam aſſumptam, in cœlo collocauit, dedit nobis ſpem illuc perueniendi, quia vbi fuerit corpus, illuc congregabuntur, & aquilæ, vt dicitur Matth.24. vnde & Mich.2. dicitur. Aſcendit pandens iter ante eos. tertio ad erigẽdum charitatis affectum in cæleſtia, vnde dicit Apoſt. Coloſ.3. Quæ ſurſum ſunt quęrite, vbi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens, quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram, vt enim dicitur Matt.6. Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt, & cor tuum. Et quia Spirituſſanctus eſt amor, ſ. nos in cœleſtia rapiens, ideo Dñs dicit diſcipulis Io.16. Expedit vobis vt ego vadam, ſi enim non abiero, paracletus non veniet ad vos, ſi autem abiero, mittam eum ad vos, quod exponens Aug.* ſuper Io. dicit, Non poteſtis capere Tra.94.in ioan poſt med.to.9.
Spiritum, quandiu ſecundum carnem noſſe perſi
K ſtitis Chriſtum. Chriſto autem diſcedente corporaliter, non ſolum Spirituſſanctus, ſed, & Pater, & Filius illis affuit ſpiritualiter.

AD IIII dcdm, ꝙ licet Chriſto reſurgẽti in vitam immortalem congrueret locus cœleſtis, tñ aſcenſionẽ diſtulit, vt veritas reſurrectionis cõprobaretur, vnde dr Act.1. quòd poſt paſſionem ſuam præbuit ſeipſum viuum diſcipulis. in multis argumẽtis p dies quadraginta. Vbi dicit quædã gl.* ꝙ Gl.ord.ib.
qa p quadragita horas mortu⁹ fuerat, quadraginta diebus ſe viuere cõfirmat. Vel per quadraginta

*Alias typus.

dies tempus* præſentis ſæculi, quo Chriſtus in ecclesia conuerſatur, poteſt intelligi: quia homo cōſtat ex quatuor elementis, & eruditur contra tranſgreſſionem decalogi. A

SVP. QV. LVII. ART. II.

Titulus, ut ſonat ſumendus eſt.

per.e. 319 3. d. 22. q. 3. ar. 1. ad 2. Et opu. 3. c. 247.

¶ In corpore ponitur vna diſtinctio bimēbris cū ſuis concluſionibus. Diſtinctio eſt circa ly ſm q., & concluſiones ſunt claræ. Vbi nota in hac materia, q ſicut ſuppoſitū diuinum paſſum eſt ſm naturā humanā, ut ly ſm, dicit conditionē patientis, ita pſona filii Dei eſt ille, q aſcendit in cœlum ſm nām humanā, ut naturā aſcendentem, & ſm naturam diuinā, ut cauſam aſcenſionis.

ARTICVLVS II.

Vtrum conueniat Chriſto aſcendere in cœlum ſecundum diuinam naturam.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr q aſcendere in cęlum conueniat Chro ſm diuinā naturā. Dr. n. in Pſ. 46. Aſcendit Deus in iubilatione, & Deut. 33. Aſcenſor cœli, auxiliator tuus: ſed iſta dſr de Deo ēt ante Chriſti incarnationē ergo Chriſto conuenit aſcendere in cœlum, ſecundum quòd Deus. B

¶ 2 Præt. Eiuſdē eſt aſcendere in cęlū, cuius eſt deſcendere de cęlo, ſm illud Io. 3. Nemo aſcēdit in cęlum, niſi q de cęlo deſcendit, & Eph. 4. Qui deſcēdit, ipſe eſt, & qui aſcendit: ſed Chriſtus deſcendit de cœlo, non ſm q homo, ſed ſecundum q Deus: non enim humana eius natura ante in cœlo fuerat, ſed diuina. ergo videtur quòd Chriſtus aſcenderit in cęlum, ſecundum quòd Deus. C

¶ 3 Præt. Chrs ſua āſcenſione aſcendit ad Patrē: ſed ad patris æqualitatē non peruenit, ſecundum q hō ſi. n. dicit, pater maior me eſt, ut habetur Io. 14. ergo uidetur q Chriſtus aſcendit ſm quòd Deus.

SED CONTRA eſt, q Eph. 4. ſuper illud, q aūt aſcēdit, q d eſt niſi quia, & deſcēdit, dicit gl. Cōſtat q ſm humanitatē Chriſtus deſcendit, & aſcendit.

Et gl. interlinearis.

RESP. dcēm, q ly ſm, duo pōt notare, ſ. cōditionē aſcendentis, & cauſam aſcenſionis. Et ſi qdē deſignat conditionē aſcendentis, tunc aſcendere non pōt conuenire Chriſto ſm conditionē diuinæ naturæ, tū, q a nihil eſt diuinitate altius, quo poſſit aſcēdere: tū ēt, q a aſcenſio eſt motus localis, qui diuinę naturę non cōpetit, quæ eſt immobilis, & in localis: ſed per hunc modum aſcenſio competit Chro ſm humanā naturam, quæ continetur loco, & motui ſubiici pōt: unde ſub hoc ſenſu poterimus dicere, quòd Chs aſcendit in cœlum ſm q hō, non ſm q Deus. Si vero ly ſm q, deſignet cauſam aſcēſionis, cum p Chriſtus ex uirtute diuinitatis in cęlum aſcenderit, non autem ex uirtute humanæ naturæ, dicendum eſt, q Chriſtus aſcendit in cœlum, non ſecundum quòd homo, ſed ſm q Deus, q unde Aug. dicit in ſermon. de Aſcenſione, De nro fuit, q filius dei pependit in cruce, ſed de ſuo, q aſcēdit. D E

ſecul. m

aucl. p

In ſerm. 3 & eſt t. 6. in ordi. a med. eto.

AD PRIMVM ergo dicendū, q auctoritates illæ, prophetice dſr de deo, ſm q erat incarnādus: poteſt tamen dici, q aſcendere, et ſi non proprie cōueniat diuinæ naturæ, pōt ſi ei metaphorice conuenire, prout. ſ. dr, in cor hominis aſcendere, quando cor hominis ſe ſubijcit, & humiliat deo. Et eodem modo metaphorice dicitur aſcendere, reſpectu cuiuslibet creaturæ, ex eo quòd eam ſubijcit ſibi. A

AD II dicendum, quòd ipſe idem eſt, qui aſcendit, & qui deſcendit, dicit enim Aug. in li. de Symbolo. Quis eſt, qui deſcendit? Deus homo: quis eſt qui aſcendit? idem ipſe Deus homo. deſcenſus tñ duplex attribuitur Chriſto, unus quidem, quo dicitur deſcendiſſe de cœlo, qui quidem attribuitur deo homini, ſecundum q Deus: non. n. eſt iſte deſcenſus intelligēdus ſecundum motum localē, ſed ſm exinanitionem, qua cū in forma Dei eſſet, ſerui formā ſuſcepit; ſicut. n. dicitur exinanitus non ex eo, quod ſuā plenitudinē amiſerit, ſed ex eo quòd noſtram paruitatem ſuſcepit, ita dicitur deſcendiſſe de cœlo, non quòd cœlum deſeruerit, ſed quia naturam terrenam aſſumpſit in vnitatē pſonæ. Alius autem eſt deſcenſus, quo deſcendit in inferiores partes terræ, ut dicitur Eph. 4. Qui quidem eſt deſcenſus localis, vnde competit Chriſto ſecundum conditionem humanæ naturæ. B

l. 4. c. 7. circa princip.

AD III dcēm, quòd Chriſtus dicitur ad patrē aſcendere, inquantum aſcendit ad conſeſſum paternæ dexteræ: quod quidem cōuenit Chriſto aliqualiter ſecundum diuinam naturam, aliqualiter autem ſecundum humanam, ſecundum quòd infra dicetur. C

ARTICVLVS III.

Vtrum Chriſtus aſcenderit propria virtute.

SV. QVÆ. LVII. ART. III.

Medina. art. 3. per. e. 312

Opu. 3. ca. 247. Et op. 60. c. 23.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videſ, q Chriſtus non aſcenderit propria virtute. Dr enim Marci vltim. quòd Dominus Ieſus poſtquam locutus eſt diſcipulis, aſſumptus eſt in cœlum. Et Actu. 1. dicitur, Videntibus illis eleuatus eſt, & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum: ſed illud, quod aſſumitur, & eleuatur, ab alio uidetur moueri. ergo Chriſtus non propria virtute, ſed aliena ferebatur in cœlum. D

Titulus clarus. ¶ In corp. art. eſt concluſio: Chriſtus aſcendit propria uirtute: primo q dem diuina, ſecundo aūt aīæ glorificatæ, mouentis corpus, ut patet. Declaratur concluſio, diſtinguendo in Chriſto naturā, diuinā. ſ. & humanā, & ſub diſtinguendo virtutem humanam in uirtutem naturæ, & uirtutem gloriæ, & excluſa uirtute naturali affirmando duas opiniones de radice virtutis gloriæ ut vel ex beſtuctu cæleſtis, ſ. vel ex parte beatitudinis animæ. Et prætermiſſa prima opinione, quia beatitudo animæ in Dei participatione conſiſtit, infertur concluſio quo ad omnes ſui partes clariſſima, ita quòd expoſitione non eget. ¶ Aduerte hic q cum dr, Chrm ppria uirtute glorificatæ aīæ aſcendiſſe in cęlū, non intelligitur, q ſi de ip ſo letali moto aſcenſionis, ut ſit te glorificatæ aīæ potentia non ut ille, iuncta ſ. ſcalis, alia có eſt intentus tractanda.

¶ 2 Præt. Corpus Chriſti fuit terrenū, ſicut, & corpora noſtra. corpori autem terreno, contra naturā eſt ferri ſurſum. nullus autē motus eſt ex propria virtute eius, quod contra naturam mouet. ergo Chriſtus nō aſcendit propria uirtute in cœlum. E

¶ 3 Præ. Propria uirtus Chri eſt uirtus diuina, ſed motus ille nō vr fuiſſe ex virtute diuina: q a cū uirtus diuina ſit infinita motus ille fuiſſet in inſtāti, & ſic nō potuiſſet uidentibus diſcipulis eleuari in cælū, ut dr Act. 1. ergo uidetur q Chriſtus nō aſcenderit propria uirtute.

SED CONTRA eſt, q dr Iſ. 63

Iſte formoſus in ſtola ſua gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ. Et Greg. dicit in Hom. Aſcenſionis, Notãdũ eſt, ꝙ Helias in curru leg1t aſcendiſſe, vt videlicet aperte demõſtraret, q2 hõ purus adiutorio indigebat alieno. Redemptor aũt noſter non curru, non angelis ſubleuatus legit: quia qui fecerat omnia, ſuper omnia ſua uirtute ferebatur.

Hom. 29. in Euang. circa med.

Resp. dicẽdũ, ꝙ in Chr̃o eſt duplex natura, diuina, & humana: vnde ſm̃ vtrãq; naturã põt accipi propria virtus eius: ſed ſm̃ humanam naturã põt accipi duplex virtus Chr̃i. Vna quidẽ naturalis, quę procedit ex principijs naturæ, & [m] tali virtute manifeſtũ eſt, ꝙ Chriſtus in cęlum nõ aſcendit. [n] Alia aũt virtus gloriæ, ſm̃ quã Chr̃s in cęlũ aſcendit. Cuius quidẽ uirtutis rõnem, quidã accipiunt ex natura quintæ eſſentiæ, q̃ eſt lux, vt dñt, quã ponunt eſſe de cõpoſitione humani corporis, & per eã elemẽta contraria cõciliari in vnũ: ita ꝙ in ſtatu huius mortalitatis natura elemẽtaris in corporib. humanis dñatur, & ĩõ ſm̃ naturã elementi p̃dominãtis, corpus humanũ naturali virtute deorſũ fert̃. In ſtatu aũt gloriæ p̃dominabit̃ natura cæleſtis, p cuius inclinationẽ & virtutẽ corpus Chr̃i, & alia ſanctorũ corpora ferent̃ in cęlũ: ſed de hac opinione, & in t. parte [*] habitũ eſt, & infra magis agẽt in tractatu de reſurrectione † cõi. Hac aũt opinione p̃termiſſa, alij aſſignant rõnẽ p̃dictæ virtutis ex parte aĩæ glorificatæ, ex cuius redundantia glorificabit̃ corpus, ut Aug. [*] dicit ad Dioſc. Erit. n. tanta obediẽtia corporis glorioſi ad aĩam beatam (vt ſicut Aug. † dicit 22. de Ciuit. Dei) vbi volet ſpũs, ibi ꝓtinus erit corpus, nec volet aliq̃d ſpũs, qđ nec ſpũm poſſit decere, nec corpus. Decet aũt corpus glorioſum, & immortale eſſe in loco cæleſti, ſicut dictũ eſt. [*] Et iõ ex virtute aĩæ volẽtis, corpus Chr̃i aſcẽdit in cælũ: ſicut aũt corpus efficit̃ glorioſũ participatione aĩę, ita, ut Aug. † dicit ſuper Io. participatione Dei fit aĩa beata: vñ prima origo aſcenſionis in cælum eſt virtus diuina. ſic igit̃ [p] Chr̃s aſcendit in cęlũ ꝓpria virtute, primo quidẽ virtute diuina, ſcđo virtute animæ glorificatæ mouentis corpus, prout vult. [q]

Concl. m

1. p. qu. 76. art. 7.
† Non cõpleuit.

Epi. 56 ante med. † l. 22. c. vl. nõ remote a prin. c. 5.

Art. 1.

Trac. 23. in Ioan. inter prin. & medũ. to. 9.
Concl. p

Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ ſicut Chriſtus dicitur propria uirtute ſurrexiſſe, & tamen eſt ſuſcitatus a patre, eo ꝙ eadem eſt uirtus Patris, & Filij, ita ẽt Chriſtus ex propria virtute aſcendit in cœlum, & tamen à patre eſt eleuatus, & aſſumptus.

Ad II dicẽdũ, ꝙ rõ illa probat, ꝙ Chr̃s nõ aſcendit in cælum propria uirtute, q̃ eſt naturæ humanæ naturalis: aſcẽdit tñ in cælũ ꝓpria uirtute, quæ eſt uirtus diuina, & propria uirtute, quæ eſt animæ beatæ. Et licet aſcendere ſurſum, ſit cõtra naturã humani corpis ſm̃ ſtatũ pñtem, in quo corpus non eſt oĩno ſubiectum ſpiritui: tñ non erit cõtra naturã, neq; uiolentum corpori glorioſo, cuius tota natura eſt omnino ſubiecta ſpiritui.

Ad III dicẽdũ, quòd etſi virtus diuina ſit infinita, & infinite operetur quantum eſt ex parte operãtis, tñ effectus uirtutis eius recipitur in reb. ſm̃ earũ capacitatẽ, & ſm̃ Dei diſpoſitionẽ. Corpus autẽ non eſt capax, ut in inſtanti localiter moueatur: F quia oportet, ꝙ cõmetiat ſe ſpatio ſm̃ cuius diuiſionẽ diuiditur tempus, vt dĩ 6. [*] Phyſi. Et iõ nõ oportet, ꝙ corpus motum à Deo, moueatur in inſtanti: ſed mouetur ea uelocitate, qua Deus diſponit.

li. 6. tex. 37. 38. & 39. to. 2.

Articvlvs IIII

Vtrum Chriſtus aſcenderit ſuper omnes cælos.

Ad qvartvm ſic proceditur. Vr̃ ꝙ Chriſtus nõ aſcẽderit ſuper oẽs cœlos. Dr̃. n. in Pſ. 10. Dñs in tẽplo ſancto ſuo, Dominus in cælo ſedes eius, qđ aũt eſt in [h] cælo, nõ eſt ſupra cęlum. ergo Chriſtus non aſcendit ſuper omnes cœlos.

G

¶ 2 Præt. Super oẽs cælos nõ eſt aliquis [h] locus, ut probat̃ in primo de cœlo, [*] ſed oẽ corpus oportet eſſe in loco. ergo corp9 Chr̃i nõ aſcẽdit ſup oẽs cælos.

¶ 3 Præt. Duo corpora [h] nõ pñt eſſe in eodẽ loco. Cum igit̃ nõ ſit trãſitus de extremo in extremu, niſi per medium, uidetur ꝙ Chriſtus nõ potuiſſet aſcẽdere ſuper oẽs cœlos, niſi cælum diuideret̃, quod eſt impoſſibile.

¶ 4 Præt. Act. 1. dr̃ ꝙ nubes ſuſcepit eũ ab oculis eorũ, ſed nubes ñ pñt eleuari ſ. cælũ [h] ergo Chr̃s non aſcendit ſuper oẽs cælos.

H

¶ 5 Præt. Ibi credimus Chr̃m in perpetuũ permãſurũ, quo aſcẽdit, ſed qđ cõtra naturã eſt, nõ põt eſſe ſempiternum, quia id, quod eſt ſm̃ naturam, eſt ut in pluribus, & ut frequentius. Cũ ergo contra naturã ſit [h] corpori terreno, eſſe ſupra cœlum, videtur, quòd corpus Chriſti ſupra cœlum non aſcenderit.

I

Sed contra eſt, ꝙ dr̃ Eph. 3. Aſcendit ſuper omnes cęlos, ut adimpleret omnia.

Resp. dicẽdũ, ꝙ quanto aliqua corpora perfectius participant bonitatẽ diuinã, tanto ſũt ſuperiora corporali ordine, q̃ eſt ordo localis: vnde uidemus ꝙ corpora, quæ ſunt magis formalia, ſunt naturaliter ſuperiora (vt patet per Phil. in 4. Phyſ. & in 2. [*] de Cælo) per formã. n. unumquodque corpus participat diuinum eſſe, ut patet in 1. Phyſ. † Plus aũt participat de diuina bonitate corpus p gloriã, q̃ quodcumq; corpus naturale per formã ſuę naturæ. Et [m] inter cætera corpa glorioſa, manifeſtũ

K

Sup. Quæ. LVII. Art. IIII.

Ferr. 4. cont. c. 87.
Medina. ar. 4.

per. c.

Titulus ut ſonat intelligendus eſt.

3. d. 22. q. 3. a. 3. q. 1. & 4. cont. c. 87. Et opu. 6. c. 9.

¶ In corpore una eſt concluſio. Conuenientiſſimum eſt Chriſto, ꝙ ſit ſuper omnia corpora conſtitutus in alto. Probat̃. Quanto aliqua corpora perfectius participant bonitatẽ diuinã, tanto ſũt ſuperiora localiter: ſed corpus Chriſti glorioſum perfectius participat, &c.

li. 1. tex. 69 to. 2.

¶ Aduerte hic, Auctorem opinari Chriſtũ ſm̃ corpus eſſe ſupra cœlos oẽs, ſic ꝙ planta pedis eius eſt ſupra ſuperficiem conuexam ſupremi cœli, hoc. n. concludit, & ratio in corpore allata, ꝙ quãto corpus eſt perfectius, tanto eſt ſuperius ſecũdum locum, & hoc expreſſe explicatur in rñſione ad ſm̃ dcđo. Nihil prohibet corp9 Chr̃i eẽ extra totã cõnexiõ cœlorum corporeorum, & non eſſe in loco continente. Et hoc ideo dictum ſit, ut ſciant dicẽtes corpus Chriſti ſic eſſe ſupra omnes cælos, ꝙ ẽ in ſuprema parte ſupremi cæli, ꝙ non ſequũtur doctrinã Auctoris, ex hoc enim ſequitur manifeſte, ꝙ non eſt ſuperius ſupremo cælo. & quod non eſt extra totam continentiam cælorum corporeorum, quorum primum continuatur corpori articuli, ſecundum auctorem reſponſioni ad ſecundum.

¶ Sed occurrit hic Duran. in tertio ſenten. diſtinct. 22. artic. ult. obijciens contra hãc poſitionẽ: quia ſequeretur quòd Chriſtus, nec ſe, nec alia uideret corporali uiſione, quia uiſio fit per diaphanum mediũ, quod ſupra connexum ſupremi cæli non inuenitur.

l. 2. de anima tex. 70.

¶ Ad hoc dicitur, ꝙ ſicut ſupra naturæ ordinem corpus Chriſti locatur ſupra conuexum

†li. 1. text. 81. tom. 2.

concl. m

xerú cęli ſupremi, ita ſupra nãæ ordiné exercet uiſio corporalis abſq; diaphano medio cõtinuo vſq; ad oculum.

D.241.

¶ Mirũ eſt aũt de ſic obiicientibus ad concludendu Dicãt quęſo quõ iã Chrs q̃ alii ſancti poſt reſurrectioné ſi infra connexũ cęli continentur, auditioné incorporalé exercebunt, cũ auditus fiat p medium aerem, qui ibi nõ eſt, nec cęlũ ſuplet uicé aeris: qũi non inquantum diaphanus aer mediat in auditu, ut patet ex hoc q absq; diaphanu in actu audimus, in tenebr s cõſtituris nobis, & ſonãte, & ſono. & rurſus cęli quaſi ære fuſi ſũt vt non poſſint percusſi, &c. Mittamus hęc ſupernaturalia futuri ſęculi ſcientiæ futuri ſæculi.

D.329. & 330.

eſt, q corpus Chri maiori reful A get gloria. vñ cõuenientiſſimũ eſt ſibi, q ſit ſ.ᵈ oĩa corpora cõſtitutũ in alto.ⁿ & iõ ſup illud Eph. 4. Aſcendens in altũ, dicit gl. Loco, & dignitate.

AD PRIMVM ergo dcẽm, q ſedes Dei dr̃ eſſe in cœlo, nõ ſicut in cõtinete, ſed magis ſicut in cõtento. vñ nõ oportet aliq̃ partẽ cęli eo ſuperiorẽ eſſe, ſed ipſum eſſe ſup oẽs cęlos, ſicut & i Pſ. 8. dr̃, Eleuata eſt magnificentia tua, ſuper cęlos, Deus. B

AD II dcẽm, q locus habet rõnem continentis. vñ primũ cõtinens hab t rõem primi locãtis, qđ eſt primũ cęlũ. intm̃ igit̃ corpora indigent eſſe in loco p ſe tnquantũ indigent cõtineri a corpore cęleſti. Corpora aũt glorioſa, & maxime corp⁹ Chri, nõ indiget tali cõtinẽtia: qa nihil recipit a corporib. cęleſtibus, ſed a Deo mediãte aĩa. vñ nihil prohibet, corpus Chri eſſe extra totã continentiã cęleſtium corporũ, & nõ eſſe in loco continẽte: nec tñ oportet, q extra cęlũ ſit vacuũ, qa nõ eſt ibi locus. Nec C eſt ibi aliqua potẽtia ſuſceptiua alicuius corporis ſed potẽtia illuc pueniẽdi, eſt in Chro. Qđ aũt Ariſtoteles* probat 1. de Cælo q extra cælum non eſt corpus, intelligendum eſt de corporibus in ſolis nãlibus conſtitutis, ut per probationes apparet.

Li.1. corp. 19.10.2.

AD III dcẽm, q q̃uis de natura corporis nõ ſit, q poſſit eſſe in eodẽ loco cũ alio corpore: tñ põt hoc Deus facere p miraculũ, qđ i eode loco poſſit eſſe cũ alio corpore, ſicut, & fecit, ut corpus Chri de clauſo vtero beatæ Virginis exiret, q intrauit ianuis clauſis ad diſcipulos, ſicut dicit beatus Gre. D † Corpus ergo Chri ſimul põt eſſe cũ alio corpore in eodem loco, non ex proprietate corporis: ſed p virtutẽ diuinam aſſiſtentem, & hoc operantem.

Ho. 26. in Euan. non procul a prin.

AD IIII dcẽm, q nubes illa, non præbuit adminiculũ Chro aſcendenti per modũ vehiculi: ſed apparuit in ſignum diuinitatis, ſm q gloria Dei Iſrael apparebat ſuper tabernaculum in nube.

AD V dcẽm, q corpus glorioſum non habet ex principiis ſuæ naturæ, q poſſit in cęlo, aut ſupra cęlum eſſe, ſed habet hoc ex aĩa beata, ex qua recipit gloriam. Et ſicut motus glorioſi corporis ſurſum, non eſt violentus, ita nec quies violẽta: vnde nihil prohibet eam eſſe ſempiternam.

ARTICVLVS. V.

Vtrum corpus Chriſti aſcenderit ſuper omnem creaturam ſpiritualẽ.

Par. 3. 302 Infr. q. 58. ar. 3. corp. Et Pſ. 8. fi. Et Eph. 1. lect. 3. fi.

AD QVINTVM ſic pcedit̃. Vr̃ q corpus Chri non aſcenderit ſuper oẽm creaturã ſpũalẽ. Eorũ. n. q̃ non dñr ſm vnam rõem, ʰ non põt cõuenienter fieri cõparatio: ſed locus nõ eadẽ rõne attribuit̃ corporibus, & ſpũalibus creaturis, ut patet ex his, quę dicta ſunt in prima parte. ergo vr̃ q nõ poſſit dici corpus Chri aſcendiſſe ſuper oẽm creaturam ſpiritualem.

¶2 Prę. Aug.* dicit in li de Vera relig. qʰ oĩ corpori ſpũs pręfertur: ſed nobiliori rei ſublimior debet̃ locus. ergo vr̃, q Chriſtus non aſcenderit ſuper oẽm ſpiritualem creaturam.

Ca. 55. aliquãtulum a prin. 10.

¶3 Præt. In oĩ loco eſt aliquod B corpus, cũ nihil ſit vacuum in natura. Si ergo nullũ corpus obtinet altiorẽ locũ, quã ſpũs in ordine naturaliũ corporũ, nullus ʰ locus erit ſuper oẽm ſpũalem creaturam non ergo corpus Chriſti potuit aſcendere ſuper omnem ſpiritualem creaturam.

SED CONTRA eſt, q dr̃ Eph. 1. Conſtituit illum ſupra omnem principatum, & poteſtatem, & ſupra omne nomen qđ C nominatur, ſiue in hoc ſæculo ſiue in futuro.

Sed contra eſt, ꝙ Dion. dicit. 1. c. Eccle. Hierar. [*] quòd malis non eſt fas, nec tangere ſymbola, ideſt ſacramentalia ſigna. Et in epiſtola ad Demophilum [a] dicit, Talis, ſcilicet peccator, audax uidetur, ſacerdotalibus manum apponens, & nõ timet, neque uerecundatur, diuina præter diuinitatem exequens, & deum putans ignoraret, q̃ ipſe in ſemetipſo cognouit, & decipere ęſtimat falſo nomine patrẽ ab ipſo appellatũ, et audet immũdas infamias (nõ dicam oỡnes) ſup diuina ſigna Chr̃i formiter enũtiare.

Reſp. Dcẽm, ꝙ aliquis in agendo peccat, ex hoc quòd operatur, non ſecũdum ꝙ oportet, ut patet per Philoſophum

¶In corpore duæ concluſiones ſunt. Prima eſt: Mali exhibẽtes ſe miniſtros dei. & eccleſiæ in diſpenſatione ſacrorum, peccant. Secunda eſt ꝙ hoc peccatũ eſt ex ſuo genere mortale. Prima probatur: Quicumque operatur, non ſm̃ quòd oportet, peccat, in operando: ſed miniſter malus ſacrã operatur, non ſecũdum quòd oportet. Probatur: quia miniſtri ſacramentorum debent eſſe iuſti: quia miniſtri debent conformari domino, ut teſtantur auctoritates ſcripturæ. Secũda uero concluſio probatur: quia hoc peccatũ pertinet ad irreuerẽtiam dei, & contaminationem ſacramentorum. Quæ particula declaratur, ꝙ intelligitur non ex parte ipſorum ſacramentorum (quoniam ipſa ſunt incontaminabilia) ſed ex parte ipſi[9] peccatoris, ſacrilegiũ committentis.

¶Circa fundamentũ huius proceſſus, dubium occurrit, ex eo quòd bonitas requiritur ad miniſtrũ ſacramentorum, ſecundum quandam decẽtiam, & conuenientiam, ut in præcedẽti articulo ad tertiũ, & hic dicitur. Nõ eſt autem rationabile, ꝙ negatio conditionis requiſitæ ſecundũ decentiam conſtituat peccatum mortale, cum uideamus conditiones requiſitas ad bene eſſe actuum moralium, nec etiam ueniale conſtituere peccatum. Et hoc etiã teſtaƭ maxima ex morali philoſophia adducte in lr̃a de circũſtantiis actionum humanarum. Non enim dicit peccatum eſſe, ſiquis operatur, non ſecundum quòd melius aut quando melius, aut ſicut melius, &c. ſed non ſecundum quòd oportet, aut quando oportet, aut ſicut oportet, &c. Nam ly oportet neceſſitatem denotat, ut per hoc intelligamus, peccatum tunc interuenire, quando neceſſariæ conditiones omittuntur, & non ſi conditiones ad bene eſſe omittantur, aut earum contrariæ immiſceantur. Et ſi dicatur, quòd bonitas non eſt conditio ad bene eſſe miniſtri ſacramenti, ſed eſt cõditio debita (ut in precedenti articulo litera explicauit) debitum autem extra neceſſaria non eſt, & propterea cuiuſcumque debiti omiſſio peccatum conſtituit. adhuc militat ratio, quòd non ſit peccatum mortale, qm̃ debitum actui humano non ſm̃ neceſſitatem, ſed ſm̃ quandam decentiam, etſi poſſit ſua abſentia conſtituere pc̃tm̃ non tñ tanti uis eſt, ut poſſit conſtituere pc̃tm̃ mortale ea rõne, quia ſola indecentia non habent rationẽ peccati mortalis. Nec obſtat, ꝙ indecentia hmõi ad irreuerentiã dei, & contaminationem ſacrorum ſpectat, tum quia non quodlibet ſpectans ad hæc, eſt peccatum mortale, ut patet de multis irreuerentiis erga deum & ſacra, quas negamus eſſe peccata mortalia, ut patet de comedentibus in eccleſia, aut iocoſũ aliquid dicentibus audiendo Miſſam & huiuſmodi, tum quia huiuſmodi indecentia, non niſi reductiue ad irreuerentiam dei, & contaminationem ſacramentorũ ſpectat: directe enim ipſius hominis malam diſpoſitionem ponere uidetur. Eſt enim diſpoſitio quędam ipſius operantis magis, quàm operationis, uideturque magis peccatum conſtituere præſumptionis, quã ſacrilegii.

¶Ad hoc dr̃, ꝙ actio ſacramentalis poteſt ſumi dupliciter: uel ſecundum rationem operis operati, & ſic non exigit bonitatẽ, uel malitiam miniſtri, niſi ſecundum quandam decentiam, & propterea ſic: bonus, ſiue malus ſit miniſter, ſacramentum ue-

F rum, & efficax eſt: uel ſecundum rationem operis operãtis. Et ſic exigit neceſſario bonitatẽ in miniſtro ad hoc, ut recta ſit, & ratio aſſignata eſt in lr̃a, & magis aſſignabitur cogens ratio in lr̃a in reſponſione ad primum. Oportet. n. actionem ſacramentalem, ſi non ſolum in ſe recta eſſe debet, ſed etiam ſecũdum ꝙ exit a miniſtro, ut ſit conſona ſecundum rectam ratiõnẽ, & decentiam eſt miniſter, & ſacris, quæ miniſtrat. Et ex parte quidẽ conformitatis ad deum, poſita eſt ratio in hoc corpore articuli. Ex parte uero cõformitatis ad ſacra, ponitur ratio in reſponſione ad primũ, & hinc patet ratio prima obiectionem.

¶Ad ea uero, quæ obiciuntur directe cõtra rõnem peccati mortalis in hoc actu, dicitur quòd debitum ſecundum decentiam ad opus operatum, eſt debitum ſecundum neceſſitatem ad opus operantis miniſtri. & ꝓpterea non eſt mirum ſi eius abſentia pc̃tm̃ mortale conſtituat.

¶Et cum adhuc obiicitur ex eo, quòd nõ quęlibet irreuerentia ſacramentorum eſt mortalis, reſpondetur hoc uerum eſſe ꝓpter imperfectionem aliquorum actuum irreuerentialium. In quolibet namque genere mortalis peccati, imperfectio act[9] excuſat a mortali: miniſtrare autem ſacramenta indigne non eſt actus imperfectus in genere ſacrilegii: nec, ut ultima infert obiectio, reductiue tantum ad ſacrilegium ſpectat: ſed directe ad contaminationem ſacramentorum pertinet. poſſunt enim ſacramenta ſecundum ſe incontaminabilia, dupliciter contaminari, ſcilicet, uel ut egrediuntur a miniſtro, uel ut applicantur ad aliqd. Et hoc ſecundo modo ſacrilegium eſt, uti ſacramento ad alium finem, ut ſortilegi faciunt. Primo autem modo ſacrilegus eſt malus miniſter, a quo exit ſacramentalis actio indigne, quã tum enim eſt ex parte ipſius miniſtri mali, maculatur actio illa, quoniam tractatur ut prophana, ſeu non ſancta: hæc eſt ratio in hac litera aſſignata: quam ſi uis plenius intelligere, perſpice uigorem eius ex auctoritate Apoſtoli dicentis de euchariſtia. Qui manducat, & bibit indigne, iudicium ſibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus. Vbi rationem peccati

K mortalis aſſignauit, ex hoc quod manducans, non diiudicat corpus domini: hoc eſt non diſcernit corpus domini ab aliis cibis, ſed ſumit ipſum ut cibum prophanum, quoniam ſumit ipſum indiſpoſitus ad illum, utpote indigne. idem enim accidit in malo miniſtro: nam miniſtrans indigne ſacramentum, non diiudicat ſacramentum, dum non diſcernit illud, ut a ſe egreditur a prophanis, ſed ſe habet ad ſacramentalem actionem, ut prophanam, dum indigne illam exercet. hoc enim eſt contaminare ſacramenta ex parte ipſius miniſtrantis, ſeu recipientis, & præſumptio miniſtri mali non eſt qualiſcumque, ſed ſacrilega præſumptio, ſicut, & præſumptio audientis indigne recipere ſacramenta, ſacrilega eſt.

¶Circa utramque concluſionem, aduerte diligenter, & caute conditiones in eis appoſitas in litera. Quarum prima eſt, quòd miniſtrans exhibeat ſe miniſtrum dei, & eccleſiæ ſecũda, eſt ꝙ miniſtret ſacramentum, tertia eſt, quòd tale peccatum eſt mortale, non quomodolibet, ſed ex ſuo genere. Docet enim ꝑ hæc Auctor requiri ad hoc, quòd huiuſmodi peccatũ ſit mortale

[*] Ca. 1. eccle. hie. de ad hn.

[a] Incipit hæc epiſtola: Hebræorum hiſtoriæ tradũt. parum ante med.

in lib. Ethi.† Dictũ eſt autẽ conueniens eſſe, vt ſacramẽtorum miniſtri ſint iuſti, quia miniſtri debent dño conformari, ſcdm illud Leuit. 19. Sancti eritis, qm̃ ego ſanctus ſum, & eccleſi. 10. Secundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius: & ideo ᵐ non eſt dubium, quin mali exhiben-
G tes ſe miniſtros Dei, & eccleſiæ in diſpẽſatione ſacramentorũ, peccẽt. ᵈ Et quia hoc peccatum pertinet ad irreuerentiam Dei, & cõtaminationem ſacrorum, quãtum eſt ex parte ipſius peccatoris (licet ſacramenta ſecundum ſeipſa incontaminabilia ſint) conſequens eſt, ꝙ tale peccatũ ex genere ſuo ſit mortale.ⁿ

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ opera charitatis non ſunt aliqua conſecratione ſanctificata, niſi ſicut quædam iuſtitiæ partes:* & iõ homo, qui ſe exhibet Deo miniſtrũ in operibus charitatis, ſi ſit iuſtus, amplius ſanctificat̃: ſi vero ſit peccator, ꝑ hoc ad ſanctitatem diſponitur: ſed ſacr̃a in ſeipſis ſanctificationẽ quandam habẽt per myſticam conſecrationem: & ideo præexigitur ĩ miniſtro ſanctitas iuſtitiæ, ut congruat ſuo miniſterio: & iõ incõgrue agit, & peccat, ſi in peccato exiſtens ad tale miniſterium accedat.

AD II dcẽdm, ꝙ ille, qui ad ſacr̃m accedit, ſuſcipit ſacramẽta a miniſtro eccleſiæ, non inquantum eſt talis perſona, ſed inquantum eſt miniſter eccleſiæ: & ideo quamdiu ab eccleſia toleratur in miniſterio, ille, qui ab eo ſuſcipit ſacramentũ, non cõicat peccato eius, ſed cõmunicat eccleſiæ, quę eum tanquam miniſtrum exhibet, Si uero ab eccleſia non toleret̃ (puta cum degradatur, uel excommunicatur, uel ſuſpendit̃ur) peccat, qui ab eo accipit ſacramentum: quia cõmunicat pec-
H cato ipſius.

AD III dcẽdm, ꝙ ille, qui eſt in peccato mortali, non eſt perplexus ſimpliciter, ſi ex offõ ei incumbat ſacr̃a diſpenſare: qa põt pænitere de peccato, & licite miniſtrare. Non eſt aũt incõueniens, ꝙ ſit perplexus ſuppoſito quodam, ſcilicet quòd uelit remanere in peccato. In articulo tamẽ neceſſitatis nõ peccaret baptizãdo in caſu in ᵈ quo

---

duo. primo, quòd exhibeat ſe miniſtrum: ſecundo, quòd tale miniſterium ſit actio ſacramentalis: ita quòd ſi alterum horũ defuerit, nõ habes hinc mortale peccatum in miniſterijs ſacris. Docet rurſus, ꝙ ſi aliqua adminiſtratio ſacramenti à malo miniſtro exercitata imperfectionem actus compatitur, nõ erit peccatum mortale: licet mali miniſtri adminiſtratio ſacramentalis habeat ex ſuo genere peccatum mortale.

† Ex lib. 2. ethic. c. 3. & 6. habetur põt. Et li. 3. cap. 7. to. 5. art. præce. ad 3.

¶ Aduerte ſecundo, ꝙ duabus exiſtentibus rationibus peccati in huiuſmodi miniſterio (ſcilicet ex parte difformitatis miniſtri ad Deum, cuius eſt miniſter, & ex parte contaminationis ſacramentorũ, quæ adminiſtrantur) Auctor in hoc corpore articuli ex prima ratione probauit miniſterium mali miniſtri eſſe peccatum, ex ſecũda autem ratione probauit illud eſſe peccatum mortale. Tantam autem differẽtiam inter has rationes inſinuauit, quòd ſecunda vſus eſt in reſponſione ad primum, vt cauſa propria, primâ autem rationem non tanti fecit. De vtraq; autem diffuſior erit ſermo, & ambarũ efficaciæ magis patebunt.

D. 892.

* Al. ſed ipſa pertinẽt ad iuſtitiæ ſanctitatẽ, ſi ut quædam iuſtitiæ partes.

¶ In reſpõſione ad primum, aduerte, & percipe Auctorem vti regula illa poſterioriſtica, ſi affirmatio eſt cauſa affirmationis, negatio eſt cauſa negationis, dum ex hoc, ꝙ ſacramenta ſunt opera conſecrationis ſanctificata, infert in miniſtro præexigi ſanctitatem iuſtitiæ, & ex hoc quòd opera charitatis non ſunt aliqua conſecratione ſanctificata, infert in Dei miniſtro reſpectu eorum non exigi ſanctitatem iuſtitiæ: manifeſte enim ex hoc ſignificat, hanc eſſe propriam cauſam mortalis peccati, uel non mortalis peccati in adminiſtrationibus ſacris, quoniam regula illa in ſolis proprijs cauſis tenet. ita quòd cum quæſtio aliqua de peccato mortali in operationibus ſacris contingit ex parte malitiæ miniſtri, intuendum eſt, an illa operatio, ad quã quis malus exhibet ſe miniſtrum, ſit aliqua conſecratione ſanctificata (quales ſunt omnes actus ſacrorum ordinum) an non ſit conſecrata. Et ſi eſt de numero conſecratarum, concluditur hinc mortale peccatum in malo miniſtro, & ſi non eſt de numero cõſecratarum, excuſatur hinc miniſter malus à mortali peccato. Et eſt ſemper ſermo de miniſtro malo, malitia peccati mortalis in ſe exiſtentis.

¶ Hanc doctrinam, quia diffuſe tractaui in quolibetis, ne eadem repetantur, modo pertranſeo: unum tantum adijciens, quòd uidetur mihi modo actum prædicandi eſſe de numero actuum conſecratorum: quia eſt actus, ad quem miniſter conſecratur: nam eius miniſter ex officio eſt epiſcopus primo, & ſecundario ſacerdos. Nec obſtat, actum iſtum ex inſtitutione eccleſiæ appropriatum eſſe ſacro ordini, quoniam inſtitutio eccleſiæ, uel diuina ad differentiam originis ſpectat, & non ad differentiam formalem: extrahere ſiquidem hominem ab eccleſia, ſacrilegium formaliter eſt. licet ex inſtitutione eccleſiæ actus iſte ſubſtratus ſit ſacrilegio. Et ſimiliter cõmedere ſemel in die (ut fit in Quadrageſima) abſtinentia formaliter eſt. quamuis ex eccleſiæ ſtatuto ſub abſtinentiæ ſpecie poſitum ſit. Et ſimiliter in propoſito licet prædicatio ex auctoritate eccleſiæ facta, ſit actus ordinis, ſub ſpecie tamen actuum ordinis formaliter comprehenditur: ac per hoc inter opera conſecrata computanda eſt, ea ratione: quia ad ipſam ſicut, & ad alios
F actus ordinis conſecrari oportet miniſtrum. Et propterea ſecundum doctrinam hinc habitam miniſter malus prædicans, mortaliter peccat, ſicut qui indigne adminiſtrat alios actus ſacrorum ordinum.

¶ In rñſione ad ſcm̃, aduerte ꝙ non loquitur lr̃a de inducente I dignum miniſtrum ad ſacri exhibitionẽ: ſed de accipiente ſacramentum ab indigno miniſtro: quod iõ dixerim, quia alia qõ eſt, an liceat accipere ſacramentũ ab indigno miniſtro, & alia qõ eſt, an liceat inducere ad adminiſtrationem ſacri miniſtrum indignum. Prima qõ hic ſoluit, de ſecunda nihil dr̃: ſed facile ſolui poteſt ſecunda, dicendo, ꝙ licet, nunq̃ liceat inducere hominem ad peccandum, uel tñ licet iniquitate alteri*. Et ꝓpea in duob. caſibus licet inducere I dignum miniſtrũ ad exhibitionem ſacramenti. Primus eſt ſi miniſter tenetur ad huiuſmodi exhibitionem: quia nemo peccat petendo actum ſibi debitum a ſuo debitore Et hac ratione excuſantur, qui a ſuo curato tenente cõcubinam, ſacramenta petunt. Secundus eſt articulus neceſſitatis, ex parte petentis cũ diſpoſitione præparationis ex parte miniſtri: hoc eſt, quòd miniſter ſit paratus miniſtrare ſacramentũ, & hõ egeat illo: eadẽ ſiquidem ratione, qa D. 567.
I licitum eſt indigenti petere mutuum ab uſurario, licitũ quoq; eſt indigenti petere ſacrm ab indigno parato ad miniſtrãdũ.

¶ In eadem rñſione circa acceptionem ſacramenti à miniſtro excommunicato, &c. nota primo, quod hęc doctrina intelligit̃ ceſſante extrema neceſſitate baptiſmi. Excipit. n. ipſe Auctor In 4. ſent. diſt. 4. caſum neceſſitatis, quo. ſ. poſſet quis a iudæo, uel pagano baptiſmum recipere. Secundo, quod hodie ex indulto concilij Conſtantienſis ſub Martino quinto, licitum eſt ab excommunicatis miniſtris recipere ſacramenta, niſi in duobus caſibus, hoc eſt ſi nominatim denunciatus fuerit excommunicatus, aut ſuſpenſus, &c. uel ſi propter iniectionem manꝰ uiolentę in clericum notorie conſtiterit in excommunicationem incidiſſe, ut refert dominus Antoninus archiepiſcopus Florent. in ſuæ ſummæ parte tertia tit. 26. c. 3.

¶ In reſponſione ad tertium, circa illud, In articulo tamen neceſſitatis non peccaret baptizando, &c. dubium primo occurrit propter relatas a Durando rationes ad oppoſitum in 4. ſen. di.
K 5. ar. 2. Et prima eſt, contra excuſationem ex articulo neceſſitatis. quia caſus euitabilis ſolo uoluntarie proprie arbitrio non conſtituit articulum neceſſitatis: ſed ſic eſt in propoſito. quia indignus miniſter poteſt ſtatim conteri, ſi uult, & tranſire de malo in bonum: ac per hoc non eſt caſus neceſſitans miniſtrum, cum indignitate ad baptizandum. Secunda uero ratio contra excuſationem ex perſona non miniſtri tendit: quia quicumque baptizat, ſiue uetula, ſiue paganos, baptizat ut miniſter principalis agentis, qui eſt Chriſtus: eſt enim miniſter de neceſſitati ſacri baptiſmi, ſicut, & forma, & materia. Falſum eſt ergo, quòd baptizans in neceſſitate non exhibeat ſe miniſtrum eccleſiæ: ac per hoc, non inde excuſatur ſi indignus baptizat.

¶ Dubium ſecundo eſt, an Auctor in litera intendat excuſare ſacerdotem indignum in articulo neceſſitatis baptizantem, tam.

tam ſi baptizet cum ſolennitate quam ſi ſine ſolennitate, vel intendat ſolum excuſare baptizantem ſine ſolennitate. Et eſt ratio dubij: quia in litera hac nulla ſit mentio de ſolennitate, & conſequenter uĩ excuſari, utroque modo baptizans, dummodo baptizet ut ſubueniat neceſſitatem patienti in caſu, in quo laicus poſſet; ſic.n. in litera dĩ. In oppoſitũ aũt eſt quod ab Auct. dĩ in 4. ſent. de baptizante cũ ſolennitate.

¶Dubiũ tertio occurrit, quo pacto poteſt ſtare doctrina hęc cũ ſuperius dictis, ſ. mi-
q.67.ar.3. & 4. niſtratio ſacri eſt ex ſuo gñe peccatũ mortale, ſi miniſter ſit indignus. Nã ſi ſic eſt, ſiue miniſtrans illud miniſtret ex officio, ſiue ex caſu neceſſitatis, ſiue quauis alia ra-
Porret.n. 356 tione, ſemper ſequit, ꝙ actum exercet, qui
4.d.5.q.2. art.3. ex ſuo gñe eſt peccatum mortale: puta cõtaminare ſacra, quantum ex ipſo eſt. Conſtat.n.ꝙ in cæteris actibus, qui de ſuo genere ſunt peccata mortalia, variata conditio agentis non excuſat à mortali, ut patet de adulterio, furto, & alijs. Aut igitur hoc non eſt mortale
c.9.cœl.hierar. parum ante med. ex genere: aut quilibet indigne miniſtrans, peccat mortaliter.

¶Ad euidentiam horum, ſciendum eſt, ꝙ præſentis doctrinæ ſẽſus eſt in articulo neceſſitatis, in quo laico licet baptizare, ſi ſacerdos baptizet (procul dubio ſine ſolennitate) non peccat: quã-
†q.prę.a.3 uis in peccato mortali ſit. Et ratio aſſignatur: quia tunc non gerit perſonam miniſtri ex officio, quem probatum eſt oportere eſſe iuſtum: ſed gerit pſonam miniſterialiter ſubuenientis neceſſitatẽ patienti. Vnde ad rõnem primã in primo dubio allatã, dĩ ꝙ neceſſitas excuſans malũ miniſtrũ, nõ eſt neceſſitas impoſſibilis contritionis, ut argũ intelligit: qm̃ in inſtanti poteſt quis contritionem habere de infinitis peccatis: ſed eſt neceſſitas cogens hominem baptizaturũ ad exhibendum ſe, non ut miniſtrũ ex officio. ex hoc namque quòd miniſtet ibi concurrit, non ut miniſtet ex officio neceſſitate hoc exigente, à peccato excuſatur. Et per hoc patet ſolutio ſecundæ rationis: diſtinctum ſiquidem eſt de miniſtro, uel ex officio, uel ex articulo neceſſitatis. Et licet quicumq; baptizet, ſit miniſter Chriſti, & eccleſiæ altero modo, non tamen ſemper eſt miniſter ex officio, de quo ſolo probatum eſt, quod oportet eſſe iuſtum.

¶Et per hoc patet ſolutio ſecundi dubij: nam ſi articulus neceſſitatis pateretur miniſtrum, cum ſolennitate baptizare, non eſſemus in caſu, in quo laicus poſſet baptizare. Et rurſus, ſi, cum ſolennitate baptizaret, manifeſte conſtat, quòd exhiberet ſe, ut miniſtrũ ex officio. Ex utroq; ergo capite, hoc eſt ex caſu, in quo laicus poſſet baptizare, & ex hoc quod dicitur, ꝙ non exhiberet ſe ut miniſtrum ex officio, manifeſtè patet, ꝙ Auctor nõ intendit excuſare hm̃õi ſacerdotem, niſi in caſu, in quo cogitur ſine ſolennitate baptizare.

¶Ad tertiũ dubiũ dicitur, ꝙ quia baptizans in articulo neceſſitatis deficit à perfecta ratione miniſterij (quoniam non miniſtrat ex officio) ideo operatio ſua imperfectum quid eſt in genere adminiſtrationis ſacramentorũ non ex parte obiecti (hoc eſt ſacramenti) ſed ex parte agentis, hoc eſt miniſtri: non enim exit operatio tunc à miniſtro ex officio, ſed à nudum miniſterium præbente: ex huiuſmodi autem imperfectione actus ex-
A cuſatur à mortali, quoniam adminiſtratio exiens ab indigno, habet rationem mortalis, pro quanto exit ab agente, & non aliter, ut in litera patet. Ex hoc enim fit, ut quia adminiſtratio huiuſmodi non exit ab agente proprio (hoc eſt miniſtro ex officio) non exeat etiam cum culpa mortali. Et propterea dicendum eſt, quòd adminiſtratio ſacramenti ab indigno miniſtro
q.8. art.7. ex officio, eſt mortale ex ſuo genere, ſi ex elatiate uerborũ excludendæ ſunt obiectiones: ſi tamen abſolute dicatur, ꝙ indigni adminiſtratio eſt peccatum mortale ex ſuo genere: uerum dicitur, quoniam ſub intelligitur a proprio miniſtro.

¶Nec obſtat obiectio de adulterio, & huiuſmodi, quoniam conditio agentis in hoc ſacrilegio concurrit, ut pars integratiua rationis formalis pecca-
*q.præſ.arti.3. ti mortalis ex ſuo genere: ita ꝙ ſicut ad rationem furti non ſufficit, quòd ſit acceptio rei alienæ, ſed oportet, quòd ſit inuito domino, ita ad tale ſacrilegium non
Concl.m ſufficit, quòd ſit adminiſtratio ab homine malo, ſed exigitur quòd ſit etiam à miniſtro ex officio, ut ſic. Et ratio eſt aſſignata in litera: quia ſanctis miniſterijs, non niſi ſanctis conuenit miniſtret, qui, per ſe loquendo, non eſt niſi miniſter ex officio.

etiã poſſet laicus baptizare: ſic enim patet, ꝙ non exhiberet ſe miniſtrum eccleſię, ſed ſubueniret neceſſitatem patienti: ſecus eſt aũt in alijs ſacramentis, quę non ſunt tantæ neceſſitatis, ſicut baptiſmus, ut infra patebit.

B

ARTICVLVS VII.

Vtrum angeli poſſunt ſacramenta miniſtrare.

AD SEPTIMVM ſic procedĩt. Vĩ ꝙ angeli poſſint ſacrã miniſtrare. Quicquid.n. põt miniſter inferior, [h] poteſt, & ſuperior: ſicut quicquid poteſt diaconus, poteſt ſacerdos, ſed nõ conuertitur, ſed angeli sũt ſuperiores miniſtri in ordine
C hierarchico, q̃ ẽt quicumq; homines, ut patet p Diony. in lib. Cæle. hier. ergo cum homines poſſint miniſtrare in ſacramẽtis, vĩ ꝙ multo magis angeli.

¶2 Pręt. Homines ſancti [h] aſſimilanẽ angelis in cælo, ut dicitur Matth. 22. ſed aliq ſancti in cęlo exiſtentes, poſſent miniſtrare in ſacramentis: qa character ſacramẽtalis eſt indelebilis, vt dictũ eſt. † ergo uidetur, ꝙ ẽt angeli poſſint ĩ ſacrĩs miniſtrare.

¶3 Præ. Sicut ſ̃. dictum eſt, * diabolus eſt caput malorũ, & mali ſunt mẽbra eius: ſed p malos poſſunt miniſtrari ſacramẽta. [h] ergo uidetur quòd etiam per dæmones.

SED CONTRA eſt, ꝙ dĩ Heb. 5. Oĩs pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus cõſtituitur in his, q̃ ſunt ad Deũ: ſed angeli boni, uel mali non ſunt ex hominibus. ergo ipſi nõ conſtituunẽ miniſtri in his, q̃ ſunt ad deũ. i. in ſacramẽtis.

RESP. Dcd̃m, ꝙ (ſicut ſ̃. dictũ eſt) tota uirtus ſacrorum a paſſione Chriſti deriuatur, quę eſt Chriſti, ſ̃m ꝙ eſt hõ: cui in natura conformantur hoĩes, nõ aũt angeli, ſed potius ſecundum paſſionem dicitur modico ab angelis minoratus, ut patet Hebr. 2. & ideo [m] ad homines pertinet diſpenſare ſacramenta, & in eis miniſtrare, non autem ad angelos. [n] ſciendum tamen, ꝙ ſicut Deus uirtutem ſuam non alligauit ſacramentis, quin poſſit ſine ſacramentis effectũ ſacramentorum conferre, ita etiam virtutẽ ſuã nõ alligauit

D

SVPER QVÆSTIO. LXIIII. ARTIC. VII.

Sot. 4. 5. d. 1. q. 5. art. 7.

IN titulo eſt ſermo de angelis quo ad naturam, ſiue boni, ſiue mali ſint. Et rurſus eſt ſermo de poteſtate ordinaria, hoc eſt an ſecundum communem curſum ordinis inſtituti à Deo, angeli poſſint miniſtrare ſacramenta.

¶In corpore articuli, quatuor ſunt. Primo reſpondetur quæſito. deinde ad bonitatem doctrinæ, tractatur de poteſtate delegabili ipſis angelis: ubi tria dicuntur, ut patebit.

¶Quo ad primum, concluſio eſt: angeli non poſſunt miniſtrare ſacramenta. Probatur: Tota virtus ſacramentorum deriuatur a Chriſto patiente. ergo ad homines, & non ad angelos pertinet miniſtrare ſacramenta. Conſequentia probatur ex duobus. Primo, ex diſſimilitudine naturæ: quia ſ. Chriſto homi-
E nes non angeli aſſimilantur in natura. Secundo, quia Chriſtus patiens inquantum patiens, fuit minor angelis: miniſter autem non debet eſſe maior principali agente, ut contingeret in propoſito, ſi ſancti angeli eſſent ordinarie miniſtri Chriſti patientis. Secunda concluſio eſt, quòd poteſt conferri angelis ꝙ adminiſtrent ſacramenta. Probatur, quia Deus non alligauit uirtutem ſuam miniſtris eccleſię, ſicut nec ſacramentis. Tertia concluſio eſt de exercitio adminiſtrationis ſacramentorum à bonis angelis: Si adminiſtrarent ſancti angeli ſacramẽtum aliquod, deberet haberi pro uero ſacramento. Probatur: quia ſancti angeli ſunt nuntij ueritatis. Quarta eſt: Si dæmones aliquid huiuſmodi facerent, habẽdum eſſet pro falſo: quia ſunt ſpiritus mendacij.

¶Aduerte hoc in loco, ꝙ circa primam concluſionem Scotus in 4. ſentent. diſtin. 6. quæſt. 1. opinatur oppoſitum, tenens, ꝙ omne ſuppoſitum intellectualis naturæ poteſt ſacramentũ aliquod cõferre, ſaltẽ baptiſma. Et ratio ſua eſt: quia põt abluere

aqua hominem proferendo verba debita, & habere intentionẽ faciendi quod facit eccleſia hæc, n. tria requiruntur, & ſufficiũt ad miniſtrum, & hæc omnia poteſt angelus in aſſumpto corpore exercere.

¶ Rationabilior autem Auctoris poſitio, ex allatis in litera innititur: fundata. n. eſt ſuper auctoritate Apoſt. ad Hebr. 5. ubi Pontificem oẽm hominem declarat. vnde magnum argũ aſſumitur ad propoſitum, q̃ ſi maximũ miniſterium eccleſiç ſoli homini cõuenit, ita q̃ angelis denegatur (quale eſt pontificatus) multo magis minima miniſteria eccleſiæ, angelis denegantur. Fundatur, & ſuper rõne, qua miniſtri debent aſſimilari principali agenti. Rõ autem Scoti deficit in hoc manifeſte, q̃ æquiuoce utitur locutione. Locutio. n. requiſita ad miniſtrum ſacri, eſt actus uitalis loquentis: locutio autẽ angeli in corpore aſſumpto, eſt motus corporis non uiuentis, vt patet. Poteſt quoque dici, q̃ deficit in alio, ſcilicet q̃ applicatio ſacramenti debet fieri per inſtrumentum cõiunctum primo, & mediante illo per inſtrumentũ ſeparatũ, quod hic non habet locum. Et quamuis hoc non multum urgeat, primus tñ defectus cogit. Et quia primus defectus inuenitur in omni ſuppoſito rationali extra humanam ſpeciem, ideo oportet hominem eſſe, qui miniſtret ſacramenta. Et ſic patet q̃ minor Scoti eſt falſa, uniuoce ſumendo rationem uerborum: aut maior eſt falſa, ſi prolationem uerborũ ſumat quouis modo præter principalẽ defectũ prius dictũ, ſ. q̃ oportet baptizantem eſſe Chriſti miniſtrum, ac per hoc Chriſto homine non maiorem, ſed conformem in natura.

Per. 357 Sup. q. 60. a. 8. cor. Et 4. d. 6. q. 1. a 2. q. 1. & d. 7. q. 1. a. 2. q. 1. ad 3 Et d. 8. q. 2 a. 4. q. 3. ad 1. & d. 30. q. 1. a. 3. ad 3.

SVP. QV. LXIIII.

ART. VIII.

Scot. 4. ſ. d. 6. q. 5.
Ricc. 4. ſ. d. 6. q 2. art. 1
Durand. 4. ſ. d. 6. q. 2.
Sot. 4. ſ. d. 1. q. 3. art. 8.

Titulus clarus eſt. ¶ In corpore unica concluſio: Intentio miniſtri exigitur ad

*q. 65. a. 3. & 4.

eccleſiæ miniſtris, q n ét angelis poſſit virtutẽ tribuere miniſtrãdi in ſacris. Et qa boni angeli ſunt nuntij veritatis, ſi aliqđ ſacrale miniſteriũ à bonis angelis pficeref, eſſet ratũ hñdũ: qa dret cõſtare hoc fieri voluntate diuina, ſicut q̃dã tẽpla dñr angelico miniſterio conſecrata. Si vero dæmones, q ſunt ſpiritus mendacij, aliquod ſacramẽtale miniſterium exhiberẽt, non eſſet ratũ habendum.

AD PRIMVM ergo dicendũ, q̃ illud, qđ faciunt hoĩes inferiori modo, ſ. p ſenſibilia ſacra, q̃ ſunt pportionata naturæ ipſorũ, faciunt angeli tamquã ſuperiores miniſtri ſuperiori modo, ſ. inuiſibiliter purgando, illuminando, & perficiendo.

AD II dcđm. q̃ ſancti, q ſunt in cælo, ſunt ſimiles angelis, quãtum ad participationẽ gloriæ, non aũt quantum ad cõditionẽ naturæ, & per cõſequẽs, neq; quantum ad ſacramenta.

AD III dcđm, q̃ mali hoĩes nõ hñt, q̃ poſſint miniſtrare in ſacris, ex hoc, q̃ per malitiã sũt membra diaboli, & iõ non ſeqtur q̃ diabolus, qui eſt eorũ caput, magis hoc poſſit.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum intentio miniſtri requiratur ad perfectionem ſacramenti.

AD OCTAVVM ſic proceditur. Vr̃ q̃ intẽtio miniſtri non reqratur ad perfectionẽ ſacri. Miniſter. n. in ſacro inſtrãliter operatur: ſed actio nõ pficitur[h] ſm intẽtionem inſtri, ſed ſm intentionẽ principalis agẽtis ergo intentio miniſtri non reqrit ad perfectionem ſacri.

¶ 2 Præt Nõ põt hoĩ eſſe nota[h] intentio alterius. Si igit intẽtio miniſtri reqrat ad pfectionẽ ſacri: nõ poſset homini ad ſacrm accedenti eſſe notum, q̃ ſacrm ſuſcepiſſet: & ita nõ poſſet hře certitudinem ſalutis, præcipue cum quędam ſacramenta ſint de neceſſitate ſalutis, ut infra dicetur.*

¶ 3 Pręt.[h] Intentio hominis nõ poteſt eſſe ad id, circa quod nõ eſt attẽtus: ſed aliquando illi, qui in ſacramẽtis miniſtrant, non attendunt ad ea, quæ dñt, uel faciunt, alia cogitantes. ergo ſecundum hoc non perficeretur ſacramentum, propter intentionis defectum.

G SED CONTRA eſt, q̃ ea, quæ ſunt præter intentionem, ſunt caſualia: quod non eſt dicẽdũ de operatione ſacramentorũ. ergo ſacramenta requirunt intentionem miniſtri.

RESP. Dcđm, q̃ qñ aliquid ſe habet ad multa, oportet quòd per aliquid determinetur ad vnum, ſi illud effici debeat. Ea uero, quæ in ſacramentis aguntur, poſſunt diuerſimode agi, ſicut [m] ablutio aquæ, q̃ fit in H baptiſmo, põt ordinari, & admũditiã corpalem, & ad ſanitatẽ corporalem, & ad ludũ, & ad multa alia hmõi: & ideo oportet q̃ determinetur ad unum, i. ad ſacramentalem effectum p intentionem abluentis. Et hęc intentio exprimitur p uerba, quæ in ſacramentis dicuntur, puta cum dicit, Ego te baptizo in nomine Patris, &c.[n]

I AD PRIMVM ergo dcđm, q̃ inſtrumentum inanimatũ non habet aliquam intentionem reſpectu effectus, ſed loco intentionis eſt motus, quo mouer à principali agente: ſed inſtrumẽtum animatum (ſicut eſt miniſter) non ſolũ mouetur, ſed ẽt quodãmodo mouet ſeipſum, in quantũ, ſua uoluntate mouet mẽbra ad operandũ: & iõ reqritur eius intẽtio, qua ſe ſubijciat principali agenti, ut. ſ. intendat facere, quod facit Chri- K ſtus, & eccleſia.

AD II dcđm, q̃ circa hoc eſt duplex opinio. Quidã. n. dicũt, quòd requiritur mentalis intentio in miniſtro, quæ ſi deſit, non perficitur ſacrm: ſed hunc defectum in pueris (qui nõ hñt intentionẽ accedendi ad ſacramẽtũ) ſupplet Chriſtus, q interi[o] baptizat, i adultis aũt, q in-

F perfectionem ſacramenti. Probatur: quando aliquid ſe habet ad multa, oportet quòd determinetur ad vnum, ut illud fiat: ſed ea, quæ aguntur in ſacramentis, ſe habent ad multa, niſi per intentionem miniſtri determinẽtur ad unum. ergo &c. Proceſſus totus clare patet in litera. Et confirmatur: quia verba ſacramentalia exprimunt miniſtri intentionem.

¶ In reſponſione ad ſecundum nota primo nomine pro claritate literæ, Auctorem referendo primã opinionem, narrare ipſam, primo quo ad hoc, quòd requiritur mentalis intentio, ita quòd ſi deſit, non perficitur ſacramentum: ſecundo, quo ad hoc, quòd ſtante caſu, quo huiuſmodi imperfectio ſacramẽti accideret (ſiue adultus, ſiue puer eſſet, qui ſacramentũ ſic defectuoſum ſuſciperet) ſupplemẽtum aliunde ſortiretur, & puer quidem à Chriſto, adultus autem ex propria fide, & deuotione. Poſtea reprehendit Auctor, hanc opinionem: quia non poteſt ſaluare ſupplemẽtum characteris. Concl.

¶ Aduerte ſecundo, quòd altera opinio ibidem ſubiuncta, & approbata, non eſt intelligenda, ut uerba ſonant: puta quod non requiratur in miniſtro intentio propria mentalis, ſed ſufficit intentio eccleſiæ per uerba expreſſa, quicquid intendat ipſe miniſter interius: hic enim ſenſus contradicit expreſſe doctrinæ Auctoris in ultimo huius quæſtionis articulo dicentis, quòd ſi miniſter non intendat ſacrm conferre, talis peruerſitas tollit ueritatem ſacramenti, & infertus in q. 68. artic. 7. ad ſecundum dicentis, Si in adulto deeſset intentio ſuſcipiendi ſacramentũ, eſset rebaptizandus, ſed ſenſus huius literæ ex propoſito, ad quod loquitur Auctor ſumendus eſt. Aduertẽdum eſt. n. q̃ hæc oĩa dñr hic pro ſolutione difficultatis motæ in arg. ſ. ſi mentalis intentio miniſtri exigeretur nullus eſſet certus ſe eſse uere baptizatum: ad hãc. n. certitudinem noſtram.

tendunt ſacr̃m ſuſcipere, ſupplet illũ defectũ fides, & deuotio: ſed hoc ſatis poſſet dici, quantũ ad vltimũ effectũ, q̃ eſt iuſtificatio à pctis, ſed quantũ ad effectũ, q eſt res, & ſacr̃m, ſ. quantũ ad characterẽ, nõ vr̃ ꝙ per deuotionẽ accedẽtis poſſit ſuppleri: qa character nũquam imprimitur. niſi ꝑ ſacr̃m. & iõ alii melius dñt, ꝙ miniſter ſacramenti agit in perſona toti' eccleſię, cuius eſt miniſter. In uerbis ãt, q̃ ꝓfert, exprimit̃ intentio eccleſiæ, q̃ ſufficit ad ꝑfectionẽ ſacr̃i, niſi cõtrariũ exterius exprimat̃ ex parte miniſtri, uel recipientis ſacramẽtũ.

AD III dcd̃m, ꝙ licet ille, q aliud cogitat, nõ habeat actualẽ intentionẽ, hẽt tñ intentionem habitualẽ, * q̃ ſufficit ad ꝑfectionẽ ſacr̃i: puta cum ſacerdos accedens ad baptizandũ, intendit facere circa baptizandũ, ꝙ facit eccleſia. unde ſi poſtea in ipſo exercitio actus, cogitatio eius ad alia rapiat̃, ex uirtute primæ intentionis, pficit̃ ſacr̃m: q̃uis ſtudioſe curare debeat ſacr̃i miniſter, ut ĩ actualem intentionẽ adhibeat: ſed hoc non eſt totaliter poſitũ in hoïs ptãte: quia prę ter intẽtionem, cum homo uult multum intendere, incipit alia cogitare, ſecundum illud Pſal. 139. Cor meum dereliquit me.

ARTICVLVS IX.

Vtrum fides miniſtri ſit de neceſſitate ſacramenti.

AD NONVM ſic ꝓcedit̃. Vr̃ ꝙ fides miniſtri ſit de neceſſitate ſacr̃i. Sicut. n. dictũ ẽ,' ᵇ ĩtentio miniſtri ẽ neceſſaria ad ſacr̃i ꝑfectionẽ: ſed fides intentionẽ dirigit, ut Aug. † dicit cõtra Iulianũ. ergo ſi deſit uera fides ĩ miniſtro, nõ pficit̃ ſacr̃m.

¶ 2 Præt. Si miniſter eccleſiæ ueram fidẽ non habeat, vr̃ eſſe hęreticus: ᵇ ſed hæretici ut ur̃, non pñt ſacr̃a conferre: dicit. n. Cyprianus in epiſtola * contra hęreticos, Omnia quæcumque faciunt hęretici, carnalia ſunt, & inania, & falſa: ita ut nihil eorum quæ illi geſſerint, a nobis probari debeat, & Leo papa dicit in epiſtola † ad Leonem Auguſtum, manifeſtum eſt per cru- A deliſſimã, & inſaniſſimam ueſaniã, in alexandrina ſede omniũ cæleſtiũ ſacrorũ lumẽ extinctũ, intercepta eſt ſacrificii oblatio, defecit chriſmatis ſanctificatio, & parricidalib. manib. impiorũ, oïa ſeſe ſubtraxere myſteria. ergo uera fides miniſtri eſt de neceſſitate ſacramenti.

¶ 3 Præt. Illi, qui non habẽt uerã fidẽ, vñr eſſe per excõicationẽ ab eccleſia ſeparati: dr̃. n. in B ſecũda canonica Ioannis. Siqs uenit ad vos. & hanc doctrinã non affert, nolite eũ recipere in domũ, nec Aue dixeritis ei, & ad Tit. 3. Hæreticum hominem poſt primã, & ſecũdã correctionẽ deuita: ſed excõicatus ñ vr̃ ʰ poſſe conferre eccleſiæ ſacr̃m, cum ab eccleſia ſit ſeparatus, ad cuius miniſteriũ ꝑtinet ſacrorũ diſpẽſatio. ergo vr̃ ꝙ uera fides C miniſtri, ſit de neceſſitate ſacr̃i.

SED CONTRA eſt, ꝙ Aug. * dicit contra Petilianum donatiſtam: Mementote, ſacr̃is dei nihil obeſſe mores malorum hominum, quòd illa, uel non ſint, uel minus ſancta ſint.

RESP. Dcd̃m, ꝙ ſicut ſupra dictum eſt, † quia miniſter in ſacramentis inſtrumentaliter operatur, non agit in uirtute propria, ſed in uirtute Chriſti. Si D cut autem pertinet ad propriã uirtutem hominis charitas, ita, & fides. unde ᵐ ſicut non requiritur ad perfectionem ſacramenti, quòd miniſter ſit in charitate, ſed poſſunt etiam peccatores ſacramenta conferre, ut ſupra dictum eſt, * ita non requiritur ad perfectionem ſacramenti fides eius: ſed infidelis poteſt uerum ſacramentum præbere, dummodo cetera ad- E ſint quæ ſunt de neceſſitate ſacramenti. ᵃ

AD PRIMVM ergo dicendũ, quòd põt contingere ꝙ aliquis patiatur defectum fidei circa aliquid, & non circa ueritatẽ ſacramenti, quod exhibet: puta ſi aliquis credat iuramentum eſſe in omni caſu illicitum: & tamen credat baptiſmum efficaciam habere ad ſalutem, & ſic talis infidelitas, non impedit intentionem conferendi ſacramentum. Si uero patia-

noſtram de ſuſceptis ſacr̃is intelligendum eſt ſufficere intentionem eccleſiæ ꝑ uerba miniſtri expreſſã, niſi per miniſtrũ, aut ſuſcipientem contrarium exprimat̃: ita quòd non intendit Auctor, ꝙ hæc ſufficiant ad perfectionẽ ſacr̃i ſimpliciter, ſed ad perfectionem ei', ſcd̃m humanam certitudinem: per hoc enĩ euitatur inconuenientẽ quod quilibet incertus poſſet dici de ſuſceptis ſacramentis.

¶ In reſponſione ad tertium, aduerte q̃d Auctor communicãs (ut puto) in uocabulis communiori illius tẽporis uſui (quæ intẽtionem quidem, ſed non actualem, habitualem uocabat) dixit hic intẽtionem habitualem, & ſtatĩ ſubnexit ſenſum intentum: puta, cum ſacerdos accedit &c.

* Alias actualem.

¶ Et hæc propterea dixerim, ut ſcias nõ latuiſſe Auctorem differentiam inter habere aliquid in actu, uel in habitu, uel in uirtute, & ꝙ intẽtio requiſita ad ſacramẽta non ſufficit ꝙ ſit ſecundum habitũ, ſed oportet, ꝙ ſit ſecundum uirtutem: quod ut melius intelligas, accipe exemplum. habens habitum iuſtitiæ, tunc actualiter intendit iuſtum, quando actualiter attendit ad ius reddendum, tunc uero habitualiter intendit iuſtum, cum retinet habitum iuſtitiæ, etiam ſi dormiat: tunc autem uirtualiter intendit iuſtum dum uacat quidem reddendo iuri (puta quia ſedet ad tribunal, ut faciat ſicut cõſueuit, ſeu iudicis officium) & nihil de iure cogitat, ſed mens eius euagatur ad impertinẽtia: ita quòd etiam ſi non haberet habitũ iuſtitię, ex ſolo hoc ꝙ acceſſit ad iudicis officium faciendum in omnibus q̃ exercet iudicium, quãtumcunque euagetur, ſemper intendit iuſtum uirtualiter, ea ratione, quia ſemper perſeuerat, uirtus primę intentionis, qua primo propoſuit facere iudicis officium. Et huiuſmodi intẽtio non irrationabiliter uocatur habitualis: quia per modũ habitus perſeuerat, nam, & dormiente, & diſtracto homine perſeuerat.

Porr. 358

4. diſ. 6. q. 1. a. 3. q. 2.

* Ar. præ.

† Id habet Augu. in præfa. ps. 31. non lõge añ me. to. 8.

* li. 1. epiſ. 12. nõ remote a fi. Incipit cũ ſimul Icõ ſilio.

† Leo in epi. q̃ incipit. Lſas clementię .ux.a me.

¶ Et hæc eſt, quæ ſufficere dicitur ad ſacramenta, & uere ſic eſt: ſufficit. n. ad confectionem euchariſtiæ, quòd ſacerdos uadat ad altare, ut dicat Miſſã, etiam ſi per totam Miſſã euagetur mens eius.

¶ Aduerte ſecundo documentum Auctoris, ſ. ꝙ ſtudioſe dẽt miniſter operã dare ut etiam actualiter intendat &c. non eſſe intelligendum in actu ſignato, ſed in actu exercito. Non enim ſtudendum eſt, ut habeamus hoc in mente actualiter ego intendo conficere, ſed ſtudendũ ut actualiter mens noſtra ad ea, quę ſunt conſecrationis, attendat, puta ad ꝓlationem diſtinctã formæ, ad reuerentem contrectationem materiæ ad futuram tunc ineffabilem pſentiam diuinæ gr̃æ in ſacro uel ẽt ipſius Chriſti, quo ad euchariſtiã: hoc eſt n. cõſecrare cũ actuali intentione in actu exercito.

* li. 1. c. 47. circa fin. to. 7.

* ar. 5. huius quæſ. & q. 62. arti. 1. & 2.

SVP. QV. LXIIII. ARTIC. IX.

Sor. 4 ſ. d. 1. q. 5. ar. 9

Titulus clarus ẽ. ¶ In corpore una eſt concluſio cũ uno corollario. Cõcluſio eſt: Ad perfectionem ſacramenti, non exigitur fides miniſtri. Probatur: Miniſter in ſacramentis operatur non propria ſed Chriſti uirtute. ergo ſicut non requiritur ad perfectionem ſacramenti miniſtri charitas, ita nec ei' fides. Conſequentia probatur: quia fides pertinet ad perfectionem miniſtri, ſicut, & charitas. Quam non requiri probatur ex eo, ꝙ mali homines poſſunt miniſtrare ſacramenta. Corollarium eſt: Infidelis poteſt eſſe miniſter ſacramenti.

Concluſio

* ar. 5. & 6. huius qo.

¶In rñſiõib. argumẽ totũ, memento eorũ quæ diximus in art. 6 de ſuſcipientib. ſacramẽta ab indignis qñ peccant. Et iuxta illa intellige, q hic dicunt, addendo q̃ ꝓci ſi manifeſte ab eccleſia ſi in articulo neceſſitatis ſacrm baptiſmi conferrent, non peccarent, imo tenẽtur in tali caſu baptiſmũ conferre, abſque ſolennitate tñ. Nec ꝓpterea ſacerdotes efficerent̃ irregulares ratione ſuperius dicta: qa nõ miniſtri ex officio pſonã agerent, ſed miniſterialiter ſubuenientis neceſſitatem patienti.

Art. 8. hu ius queſt.

• In rñſione ad ſcm̃ aduerte incidenter q̃ purgatio Cypriani martyris, d̃ qua Aug. loqr̃, ñ niſi uenialis pcti fuit, tñ, qa cum charitate ſtabat error ille, ut Auguſtini uerba ſonant: tñ, qa tpe illo ñ erat ꝑ eccleſiã determinata efficacia ſacrorũ per miniſtros extra eccleſiam.

*c. 16. uſq; ad mediũ to. 3.

tur fidei defectũ circa ipsũ ſacramentũ q̃ exhibet, licet credat per id, q̃ agit̃ exterius, nullũ ſequi interiorẽ effectũ, nõ tñ ignorat q̃ eccl'a catholica intẽdit per hmõi q̃ exterius agunt̃, ꝓbere ſacrm̃. vñ nõ obſtãte infidelitate, põt intendere facere id, q̃ facit eccl'a, licet æſtimet id nihil eſſe. Et talis intẽtio ſufficit ad ſacrm̃: qa ſicut ſupra dictũ eſt, †miniſter ſacri agit in ꝑſona totius eccl'ę, ex cuius fide ſupplet̃ id, q̃ deẽ fidi miniſtri.

Ad II dcm̃, q̃ hæreticorũ q̃dã in collatione ſacrorũ, formã eccl'æ non ſeruant, & tales neq; ſacrm̃ conferunt, neq; rẽ ſacri: q̃dã uero ſeruant eccleſiæ formã, & tales cõferunt q̃dẽ ſacrm̃, ſed non conferunt rẽ ſacri: & hoc dico, ſi ſunt manifeſte ab eccl'a pręciſi: qa ex hoc ipſo q̃ aliquis accipit ſacra ab eis, peccat, & per hoc impedit̃ ne effectũ ſacri conſequat̃. unde Aug. dicit in lib. de fide ad Petrũ: Firmiſſime tene, & nullatenus dubites, extra eccl'am baptizatis, ſi ad eccleſiam nõ redierint, baptiſmo cumulari ꝑniciẽ.

†epi. 65. a me. illius.

Et per hunc modũ dicit Leo papa, †in ſede alexandrina ſacrorũ lumẽ eſſe extinctũ, ſ. quantũ ad rem ſacri, non ãt quantũ ad ipſum ſacrum. Cyprianus ãt nullo mõ ſacrm̃ conferre hæreticos poſſe, credebat: ſed in hoc eius ſñia nõ tenetur, unde Aug. dicit martyrẽ Cyprianũ qui apud hęreticos, uel ſchiſmaticos datũ baptiſmũ nolebat cognoſcere, tanta merita uſq; ad triũphũ martyrii ſecuta ſunt, ut charitatis, qua excellebat luce, obũbratio illa fugaretur, & ſi quid purgandum erat, paſſionis falce tolleretur.

*quæ. præce. ar. 5.

Ad III dcm̃, q̃ ptãs miniſtrandi ſacra ptinet ad ſpiritualem characterem, qui indelebilis eſt, ut ex ſupradictis patet. & ideo per hoc, q̃ aliquis ab eccleſia ſuſpenditur, uel excommunicatur, uel ẽt degradatur, non amittit poteſtatem conferẽdi ſacramentum, ſed licentiam utendi hac ptãte: & iõ ſacrm̃ quidem confert, ſed tamen peccat conferendo: & ſimiliter ille, qui ab eo accipit ſacramẽtum. et ſic non percipit rem ſacramenti, niſi forte per ignorantiam excuſetur.

Perver. o.

358

ARTICVLVS X.

Vtrum intentio recta miniſtri requiratur ad perfectionem ſacramenti.

Infr. q. 74 ar. 2. ad 2. Et 4. di. 4. q. 1. art. 2. q. 2. & di. 11. q. 1. ar. q. 13. ad 1. & diſt. 10. q. 1. art. 3. ad 3. *ar. 8. & 9.

AD DECIMVM ſic proceditur. Vr̃, q̃ intentio recta miniſtri requiratur ad perfectionẽ ſacramenti. Intentio enim miniſtri[h] debet cõformari intentioni eccl'ę, ut ex dictis patet. *ſed intẽtio eccleſię ſemper eſt recta. ergo de neceſſitate ad ſacramenti perfectionem requiritur intentio recta miniſtri.

F ¶2 Pręt. Peruerſa intentio[h] deterior eſſe videtur, ꝗ intentio iocoſa. ſed intentio iocoſa tollit ſacramentum: puta ſi aliqs non ſerio, ſed ludo aliquẽ baptizaret. ergo multo magis peruerſa intentio aufert ſacramentum: puta ſi aliqs aliquẽ baptizaret, ut poſtmodum eum occideret.

G ¶3 Præt. Peruerſa intentio facit[h] totũ opus uitioſum, ſcd̃m illud Luc. 12. Si oculus tuus fuerit nequã, totũ corpus tuũ, tenebroſum erit: ſed ſacra Chriſti non poſſunt inquinari per malos homines, ſicut Augu. dicit contra Petilianũ. ergo vr̃, q̃ ſi ſit peruerſa intentio miniſtri non ſit ibi uerum ſacramentum.

H SED CONTRA eſt, quòd peruerſa intentio pertinet ad malitiam miniſtri: ſed malitia miniſtri non tollit ſacramentum. ergo nec peruerſa intentio.

RESP. Dcd̃m, q̃ intentio miniſtri poteſt peruerti dupliciter. Vno modo reſpectu ipſius ſacramenti: puta cum aliquis non intendit ſacramentum cõferre, ſed deriſorie aliquid agere. & talis peruerſitas tol-

I lit ueritatem ſacramenti, præcipue quando ſuam intentionem exterius manifeſtat.[p] Alio modo poteſt peruerti intentio miniſtri quantum ad id, quod ſequitur ſacramentum: puta ſi ſacerdos intendat aliquam feminam baptizare, ut abutatur ea: uel ſi intendat cõficere corpus Chr̃i, ut eo ad veneficia vtatur: et qa prius non dependet a poſteriori, inde eſt quod talis intentionis peruerſitas ueritatem ſacramenti nõ tollit, ſed

K ipſe miniſter ex tali intẽtione grauiter peccat.[q]

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd eccleſiæ intentio recta eſt, & quantum ad ſacramenti perfectionem, & quantum ad ſacramenti uſum: ſed prima rectitudo perficit ſacramentum, ſecunda operatur ad meritum. & ideo miniſter qui conformat intentionem ſuam eccleſiæ, quantũ ad primã rectitudinem, non autem quantũ ad ſecundam, perficit

qui-

SVP. QVÆ. LXIIII. ART. X.

Sot. 4. ſ. d. 1. q. 5. a. 10.

TItulus clarus. ¶In corpore articuli eſt diſtinctio bimẽbris in ſingulis cõcluſionib⁹. Diſtinctio eſt: Intentio miniſtri pt ꝑuerti dupliciter: uel reſpectu ſacri, uel reſpectu alicuius alterius. Prima cõcluſio iuxta primũ membrũ eſt: Peruerſa intentio reſpectu ſacri, tollit ueritatẽ ſacri. Hanc cõcluſionem Auctor ñ ꝓbat in l'ra: ſed ut manifeſtã relinquit ex ꝓmiſſis, ſ. q̃ intentio miniſtri exigitur ad ſacrm̃ hmõi. n. peruerſitas tollit intentionem miniſtri. Secũda cõcluſio iuxta ſcm̃ mẽbrũ ẽ: Peruerſa intentio miniſtri circa cõſequutiua, non tollit ueritatẽ ſacri. Probat̃: qa pri⁹ ñ dependet a poſteriori. ¶In rñſione ad ſcm̃, aduerte q̃ intẽtio ludicra, ſeu iocoſa in collatione ſacri, poteſt inueniri dupliciter, uel relata ad ipſũ ſacramentum, uel relata ad finem, aut motiuum, quod adminiſtret ſacrm̃. Exẽplum primi, ſiquis ñ intendendo facere q̃ facit eccleſia, ſed facere actũ exter. orem ſimilem actui, quem facit eccleſia: uel deriſorie, uel delectationis ſocialis gr'a aliquos baptizaret: huiuſmodi. n. iocoſa intentio tollit ueritatem ſacri: quia tollit intentionem miniſtri, & de tali loquitur Auctor in litera. Exemplum ſecũdi, ſi quis ſocialis delectationis gratia aliquos baptizaret, intendens tamen facere quod facit eccleſia, ſicut econtra ſi quis delectationis gratia permitteret ſe baptizari. Huiuſmodi enim intentio iocoſa non tollit ueritatem ſacramenti: ſicut nec ſi fuiſſet intentio auara: puta ſi propter pecuniam conferret, aut ſuſciperet quis baptiſma. Et ratio eſt: quia iocoſitas talis non tollet intentionem miniſtri reſpectu ſacramenti.

Concl. m

Concl. p

quidem ſacramentum, ſed non eſt ſibi ad meritū.

Ad II dcd̄m, φ intentio ludicra, vel iocoſa, excludit primā rectitudinem intentionis, per quā perficitur ſacramentū: & ideo non eſt ſimilis rō.

Ad III dcd̄m, φ peruerſa intentio puertit opus intendentis, non aūt opus alterius: & iō ex puerſa intētione miniſtri, puertitur id qđ agit in ſacris inquātum eſt opus eius, nō inquātū eſt opus Chriſti, cuius eſt miniſter. Et eſt ſile, ſi miniſter alicuius hominis, praua intētione deferret pauperib. eleemoſynā, quā dominus recta intentione mādaret.

QVAESTIO. LXV.

De numero ſacramentorum, in quatuor articulos diuiſa.

SV. QVÆ. LXV. ART. I.

Alb. Mag. 4. d. 1. art. 2.
Ferr. 4. cont. c. 58.
S. Bon. 4. 5. d. 2. q. 3.
Scot. 4. 5. d. 2. q. 1.
Sot. 4. 5. d. 1. q. 6. art. 1

Titulus clarus eſt. ¶In corpore vna concluſio: Conuenienter ponuntur ſacramenta eccleſiæ ſeptem. Manifeſtatur hęc cōcluſio dupliciter, primo ſecūdū ppriā doctrinā, ſ'do, iuxta aliorum traditionem.

¶Quo ad primū diſtinguit duos fines ſacrorum: unus eſt pfectio holis in his, quæ Chriſtiani ſunt cultus: alter eſt remediū peccatorū. Et probat ſic concluſionē: ſacra eccleſiæ ad utrūque dictū ſunt conuenienter ponuntur, in numero ſeptenario. ergo &c. Antecedēs manifeſtatſ primo reſpectu primi finis (diſcuſſo progreſſu numerādo ſeptem pfectiones opportunas cultui Chſiano, q ſūt vita, robur, conſeruatio, curatio, reſtitutio ptās, & propagatio, & aſſignādo ſingulorū rōnem, vt in lra clare patet. Deinde declaratſ antecedens reſpectu ſecundi finis, aſſignādo ſeptem defectus, q clare patent in litera.

¶Quoad ſm. clarē apparet recitata, poſitione abſque alia expoſitione.

Ferr. 4. 360 4. dt. 2. q. 1 ar. 2. Et 4. cō. c. 58, Et 1. cor. prin.

* c. 2. eccl. hier. p. 3.

* li. 19. c. 13 a med. t. 6

DEINDE conſiderandum eſt de numero ſacrorum. Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶Primo, Vtrum ſint ſeptem ſacramenta.

¶Secundo, De ordine eorū ad inuicem.

¶Tertio, De cōparatione eorū.

¶Quarto, Vtrū omnia ſint de neceſſitate ſalutis.

ARTICVLVS I.

Vtrum debeant eſſe ſeptem ſacramenta eccleſiæ.

AD PRIMVM ſic pceditur. Vr̄ φ non debeant eſſe ſeptem ſacra. Sacra. n. efficaciam hn̄t ex uirtute diuina, & ex uirtute paſſionis Chriſti: ſed una eſt uirtus diuina, & una Chr̄i paſſio: una. n. oblatione conſumauit in ſempiternū ſanctificatos, ut dr̄ Hebr. 10. ergo nō debuit eſſe, niſi vnū ſacramētum.

¶2 Pręt. Sacr̄m ordinatſ contra defectū peccati: hic aūt eſt duplex, ſcilicet pena, & culpa. ergo ſufficeret eſſe duo ſacra.

¶3 Præt. Sacra pertinent ad actiones eccl'aſticę hierarchię, ut per Diony.* patet: ſed, ſicut ipſe dicit, tres ſunt actiones hierarchicę, ſcilicet purgatio, illuminatio, & perfectio. ergo non debent eſſe, niſi tria ſacramēta.

¶4 Præt. Aug. dicit 19. contra Fauſtum,* ſacra nouæ legis ſunt numero pauciora, q̄ ſacramenta veteris legis: ſed in ueteri lege nō erat aliquod ſacrum, quod rn̄deret confirmationi, & extremę unctioni, ergo neque hæc debent numerari inter ſacra nouę legis.

2. 2. q. 154. ar. 3.

¶5 Præt. Luxuria non eſt grauius inter cętera peccata, ut patet ex his, q̄ in ſecūda parte dicta ſunt: * ſed contra alia peccata non inſtituitur aliquod ſacramentum. ergo neque conrra luxuriam debuit inſtitui ſacramentum matrimonij.

6 SED CONTRA Vr̄ φ ſint plura ſacramenta. Sa

A cramenta. n. dr̄ quaſi quædā ſacra ſigna: ſed multæ aliæ ſanctificationes fiunt in eccleſia, ſm ſenſibilia ſigna, ſicut aqua bn̄dicta, conſecratio altaris, & alia hmōi. ergo ſunt plura ſacramenta q̄ ſeptē.

* li. 1. de ſacr. par. 12. cap. 10.

¶7 Præt. Hug.* de ſancto Victore dicit, φ ſacramēta ueteris legis fuerunt oblationes, decimę, & ſacrificia: ſed ſacrificium eccleſiæ eſt unum ſacramētum, quod dicitur euchariſtia. ergo etiam oblationes, & decimę debent dici ſacramenta.

¶8 Præt. Tria ſunt genera peccatorum, originale, mortale, & ueniale: ſed contra originale peccatū ordinatur baptiſmus, contra mortale autem, pęni B tentia. ergo deberet eſſe aliud præter ſeptem, qđ ordinetur contra veniale.

* q. 62. a. 5 & q. 63. a. 6

RESP. Dicendum, quòd (ſicut ſupra* dictum eſt) ſacramenta eccleſiæ ordinantur ad duo, ſcilicet ad perficiendum hoīem, in his, quæ pertinent ad cultum Dei, ſm religionem Chriſtianæ uitę, & etiā in remedium contra defectum peccati; Vtroq; aūt mō conuenienter ponuntur ſeptem ſacra. *Concl.* Vita. n. ſpūalis conſormitatem aliquam habet ad uitā corporalem, ſicut, & cetera corporalia conformitatē quandam ſpiritualium habent. In uita aūt corpo C rali, dupliciter aliquis perficitur. Vno modo, quantum ad perſonam propriam, alio modo per reſpectum ad totam communitatem ſocietatis, in qua uiuit: quia homo naturaliter eſt animal ſociale. Reſpectu autem ſuiipſius perficitur hō in uita corporali dupliciter. Vno modo per ſe, acquirendo. ſ. aliquam vitæ perfectionem: alio modo per accidens; ſ. remouēdo impedimenta uitę, puta ęgritudines, uel aliquid huiuſmodi. Per ſe autem perficitr̄ corporalis uita, tripliciter. Primo quidem per generationē, per quā hō incipit eſſe, & uiuere: & loco huius in ſpūali uita eſt baptiſmus, q eſt ſpūalis re D generatio ſecundum illud ad Tit. 3. Per lauacrum regenerationis, &c. Secundo, per augmentū, quo aliquis perducitur ad perfectam quantitatē, & virtutē: & loco huius in ſpūali vita, eſt confirmatio, in qua datur Spiritusſanctus ad robur. vnde dicitur diſcipulis iam baptizatis Luc. vlt. Sedete in ciuitate, quoaduſq; induamini uirtute ex alto. Tertio per nutritionē, qua cōſeruatur in hoīe uita, & virtus. Et loco huius, in vita ſpūali eſt euchariſtia: unde dr̄ Io. 6. Niſi manducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, nō habebitis uitam in uobis. & hoc quidem ſufficeret homi E ni, ſi haberet, & corporaliter, & ſpūaliter impaſſibilē uitam: ſed quia homo incurrit interdū, & corporalem infirmitatem, & ſpūalē, ſ. peccatum, ideo neceſſaria eſt homini curatio ab infirmitate quæ quidem eſt duplex. una quidem, eſt ſanatio, quę ſanitatē reſtituit, & loco huius in ſpūali uita eſt pęnitentia, ſm illud Pſ. 40. Sana aīam meā, quia peccaui tibi. Alia autem eſt reſtitutio ualetudinis priſtinæ per couuenientem diætam, & exercitiū, & loco huius in ſpirituali uita eſt extrema vnctio, q̄ remouet peccatorum reliquias, & hoiem paratū reddit ad finalē gloriā: unde dr̄ Iac. 5. Et ſi in peccatis ſit, dimittentur ei. Perficitur aūt homo in ordine ad totam communitatem dupliciter. uno mō

per hoc, ꝙ accipit ptãtem regendi multitudinē, & exercendi actus publicos. Et loco huius in ſpũali uita eſt ſacrm̃ ordinis, ſm̃ illud Hebr. 7. ꝙ ſacerdotes hoſtias offerunt nõ ſolũ pro ſe, ſed ẽt ꝓ populo. Scđo, quantũ ad naturalē propagationē, qđ fit ꝑ matrimoniũ tã in corporali, q̃ in ſpũali vita, eo ꝙ eſt nõ ſolũ ſacrm̃, ſed naturæ officiũ. Ex his ẽt patet ſacrorum numerus, ſm̃ ꝙ ordinanť cõtra defectũ peccati. nã baptiſmus ordinať contra carẽtiã uitæ ſpũalis: confirmatio contra infirmitatem aĩ, q̃ in nuper natis inueniť: eucharistia contra labilitatē animi ad peccandũ: pęnitẽtia cõtra actuale peccatũ, poſt baptiſmũ cõmiſſum: extrema unctio contra reliquias peccatorũ, q̃. ſ. non ſunt ſufficienter ꝑ pęnitentiã ſublatæ, aut ex negligentia, aut ex ignorantia: ordo contra diſſolutionē multitudinis: matrimoniũ in remediũ cõtra concupiſcentiã ꝑſonalem, & contra defectum multitudinis, q per mortē accidit. quidã uero accipiunt numerũ ſacrorum ꝑ quandã adaptationē ad virtutes, & ad defectus culparum, & pęnalitatum, dicẽtes, ꝙ fidei rñdet baptiſmus, & ordinať contra culpã originalē: ſpei extrema unctio, & ordinať contra culpã venialem: charitati eucharistia, & ordinať contra pęnalitatē malitiæ: prudentiæ ordo, & ordinať cõtra ignorantiã: iuſtitiæ pęnitẽtia, & ordinať contra peccatũ mortale: temperantiæ matrimoniũ, & ordinať contra concupiſcentiã: fortitudini confirmatio, & ordinatur contra infirmitatē.

AD PRIMVM ergo dcđm, ꝙ idē agens principale utiť diuerſis inſtrumentis ad diuerſos effectus, ſm̃ congruentiam operum. Et ſimiliter uirtus diuina, & paſſio Chriſti operantur in nobis ꝑ diuerſa ſacramẽnta, quaſi per diuerſa inſtrumenta.

Ad II dcđm, ꝙ culpa, & pęna diuerſitatem hñt, & ſm̃ ſpeciem, inquãtum ſunt diuerſæ ſpecies culparum, & pęnarum, & ſecũdũ diuerſos hoĩum ſtatus, & habitudines. Et ſm̃ hoc, oportuit multiplicari ſacramenta, ut ex dictis* patet.

*In cor. a.

AD III dcđm, ꝙ in actionib. hierarchicis conſiderãtur, & agentes, & recipientes, & actiones. Agentes aũt ſunt miniſtri eccleſiæ, ad quos ꝑtinet ordinis ſacrm̃. Recipientes aũt ſunt illi, qui ad ſacrm̃ accedunt, qui producuntur ꝑ matrimonium. Actiones aũt ſunt purgatio, illuminatio, & ꝑfectio: ſed ſola purgatio non põt eſſe ſacrum nouæ legis, qđ grãm confert: ſed ꝑtinet ad quædam ſacramentalia, quę ſunt catechiſmus, & exorciſmus. Purgatio autem, & illuminatio ſimul, ſecundum Diony.* pertinent ad baptiſmũ, & ꝑꝑ recidiuum ſecundario pertinent ad penitentiam, & extremã unctionem. Perfectio autem quantum ad uirtutē quidem (quæ eſt quaſi perfectio formalis) pertinet ad confirmationem, quantum autem ad conſecutionem finis, pertinet ad eucharistiam.

*c. 5. par. 1 circa fin.

AD IIII dicendum, ꝙ in ſacro confirmationis datur plenitudo Spiritusſancti ad robur: in extrēma aũt unctione præparatur homo, ut recipiat immediate gloriam: quorum neutrum competit ueteri teſtamento. & ideo nihil potuit his ſacris in veteri lege reſpondere: nihilominus tamen ſacramẽ

F ta in ueteri lege plura fuerunt numero, propter diuerſitatem ſacrificiorum, & cæremoniarum.

AD V dcđm, ꝙ contra concupiſcentiã venereorũ, oportuit ſpãliter remediũ adhiberi ꝑ aliqđ ſacramentum: primo quidē, quia ꝑ hmõi cõcupiſcẽtiã nõ ſolũ vitiatur perſona, ſed ẽt natura: ſecũdo, propter uehementiam eius, quæ rõnem abſorbet.

AD VI dcđm, ꝙ aqua benedicta, & aliæ cõſecrationes non dñr ſacra: quia non perducunt ad ſacri effectum, q eſt gratiæ conſecutio: ſed ſunt diſpoſitiones quædam ad ſacramenta, uel remouendo prohibens, ſicut aqua benedicta ordinatur contra

Concl. p

G inſidias dęmonum, & contra peccata uenialia, uel etiam idoneitatem quãdam faciendo ad ſacramẽti perfectionem, & perceptionem, ſicut conſecrať altare & vaſa, propter reuerentiam eucharistiæ.

AD VII dcđm, ꝙ oblationes, & decimæ erãt tam in lege naturæ, q̃ in lege Moyſi ordinatæ, non ſolũ in ſubſidium miniſtrorũ, & pauperũ, ſed ẽt in figurã: & iõ erant ſacra: nunc aũt non remanſerũt inquantum ſunt figuralia; & iõ non ſunt ſacramẽta.

AD VIII dcđm, ꝙ ad deletionē uenialis peccati nõ requiritur infuſio gratiæ. vnde cũ in quolibet ſacro nouæ legis grã infundatur, nullũ ſacrm̃ nouæ legis inſtituiť directẽ cõtra ueniale, qđ tolliť ꝑ

H q̃dã ſacralia: puta ꝑ aquã benedictã, & alia hmõi: qdã tñ dicunt extremã unctionem cõtra ueniale peccatum ordinari: ſed de hoc ſuo loco* dicetur.

*Nõ complevit morte præuentus.

ARTICVLVS II.

Vtrum ſacramenta conuenienter ordinentur ſecundum modum prædictum.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videť ꝙ incõuenienter ſacramenta ordinentur ſm̃ modum prædictum, † Vt. n. Apoſtol. dicit primæ Corinth.

I 15. ᵇPrius eſt quod eſt animale, ᵇdeinde quod ſpirituale: ſed per matrimonium gñatur homo prima generatione, quę eſt animalis: per baptiſmum autē regñatur homo ſecunda generatione, quæ eſt ſpiritualis. ergo matrimonium debet pręcedere baptiſmum.

¶ 2 Præ. Per ſacramentum ordinisᵇ aliquis accipit poteſtatem agendi actiones ſacramẽtales:

K ſed agens eſt prior ſua actione. ergo ordo debet pręcedere, & baptiſmum, & alia ſacramẽta.

¶ 3 Pręt. Eucharistia eſt ſpirituale nutrimentum, cõfirmatio autem cõparatur augmento. Nutrimẽtũ aũtᵇ eſt cauſa augmenti, & per conſequens prius eo. ergo eucharistia eſt prior confirmatione.

¶ 4 Præt. Pœnitentia pręparat hominem ad eucharistiam: ſed

SVP. QVÆ. LXV. ART. II.

S. Bona. 4. ſ. d. 2. q. 3. Scot. 4. ſ. d. 2. q. 2. Sot. 4. ſ. d. 2. q. 6. ar. 2.

Porret. a. 36 t 4. d. 2. q. 1. a. 3. Et d. 7. q. 1. a. 1. q. 3 Et Eph. 5. fin. Art. præc.

IN titulo intellige, per ordinem, ſecundum modum prędictum, ordinem, quo numerata ſunt ſacramenta in præcedenti articulo, uidelicet baptiſma, cõfirmatio, eucharistia, pœnitentia, extrema vnctio, ordo, & matrimonium. Quæritur enim, an ſic conuenienter ordinentur.

¶ In corpore prima concluſio eſt: Inter ſacramenta ultimo ponuntur ordo, & matrimonium, matrimonium tamen poſt ordinem. Probatur concluſio. quo ad primam partem: quia ſicut unum eſt prius multitudine, ita ſacramenta, quæ ordinantur ad perfectionem unius perſonæ, ſunt naturaliter priora his, quæ ordinantur ad perfectionē multitudinis: ſed reliqua ſacramenta ſunt unius perſonæ, hæc

hæc aũt duo deſpiciunt multitudinem. ergo. Quo ad ſecundã autem partem probatur. q. matrimonium minus participat de ſpirituali uita, quàm ordo.

¶ Secunda concluſio eſt: Pœnitentia, & extrema vnctio poſteriora ſunt baptiſmo, confirmatione, & euchariſtia, poſterior tñ eſt extrema vnctio, pœnitẽtia. Probat hæc cõcluſio quo ad primã partẽ: priora ſunt, q per ſe ordinantur ad ſpũalem pfectionem vnius, q̃ illa, quę ordinant p accidens: ſed, &c. Quo ad ſecundã aũt partẽ: quia prior naturaliter eſt inchoatio ſanationis, quę fit per pœnitentiã, cõſumatione illius, qua facit extrema vnctio.

Ar præce. ¶ Tertia cõcluſio eſt: Inter tria prima ſacra baptiſmus primũ, cõ

Ar. præce. firmatio ſcm, euchariſtia tertiũ obtinet locũ. Probat: qa prius

Concl. no eſt ſpũalis gñatio, deinde formale robur, demũ cõſecutio finis.

¶ In q̃ſtione ad quartũ, dubiũ occurrit, an iuſtus, id eſt, ſine peccato mortali exiſtẽs, teneantur ſemel in anno confiteri. Et eſt rõ dubij: quia hinc apparet q non, cũ dr̃ q talis non indigeret pœnitentia ad ſacrm̃ euchariſtiæ. In oppoſitum autem eſt, quia

Concl. p præce. eum eccleſiæ ẽ ad oẽs vtriuſq; ſexus io annus diſcretionis conſtitutos.

¶ Ad hoc eſt dicẽdũ, q homo ſine peccato mortali exiſtens, non tenetur ad confitendum ſemel in anno: quia non comprehenditur ſub his, quos præceptũ illud eccleſiæ aſtringit: qm̃ pceptum eccleſiæ de confeſſione ſemel in anno, non eſt niſi determinatio pcepti diuini de confeſſione: ita q Deus præcepit con

D. 574. feſſionem, Eccleſia aũt determinat pceptũ illud ad tale tp̃s, ad totiens &c. puta ſemel in anno &c. Sed præceptum diuinum

Alias, confeſſionẽ. non obligat ad cõfeſſionem hoĩem ſine mortali peccato. ergo determinatio illius præcepti, per eccleſiã non obligat talẽ hominẽ. Et ſtat vis rõis in hoc, q nullus comprehenditur ſub præcepto eccleſiæ, qui nõ comprehenditur ſub præcepto diuino, qđ per ſe notũ eſt eſſe veriſſimũ ex eo, q præceptum eccleſię ſe habet ad diuinũ præceptũ, vt cõtractio, & limitatio quædã: q aũt diuinũ præceptum de confeſſione, obliget ſolos hoĩes in peccato mortali, probaẽ & ex hac litera fulta authoritate ſacræ ſcripturæ, & ex calce præcedentis articuli, vbi dictũ eſt, nullũ ſacrm̃ directe ordinari cõtra peccatũ ueniale: & quicquid ſit de extrema vnctione, conſtat hoc verum eſſe de ſacramento pœnitentiæ, & ex communi theologorum doctrina inter conditiones confeſſionis ponente, q ſit integra, q non niſi de mortalibus intelligi poteſt. Et confirmatur: quia canon ipſe expreſſe dicit, q quilibet confiteatur, peccata ſua omnia, quod eſt impoſſibile intelligi, niſi de mortalibus. Ipſa ergo verba canonis teſtantur, quòd ad ſolos exiſtentes in peccato mortali diriguntur.

[b] diſpoſitio pręcedit perfectionem. ergo pœnitentia debet præcedere euchariſtiam.

¶ 5 Præ. Quod eſt propinquius fini ultimo, eſt poſterius: ſed extrema unctio inter oĩa ſacra, ꝓpinquior eſt vltimo fini beatitudinis ergo debet habere vltimum locum [b] inter ſacramẽta.

In contrarium eſt, q cõiter ordinantur ab omnibus ſacramẽta, ſicut prius dictũ eſt.*

Resp. Dcdm̃, q rõ ordinis ſacrorum apparet ex his, quę ſ. †dicta ſunt. Nã ſicut vnum eſt prius, q̃ multitudo, ita [m] ſacra, q̃ ordinantur ad perfectionem vnius pſonę nãliter, pcedũt ea quæ ordinanẽ ad perfectionẽ multitudinis.* & iõ vltimo inter ſacra ponuņẽ ordo; & matrimoniũ, q̃ ordinanẽ ad multitudinis perfectionẽ: matrimonium tñ poſt ordinẽ, eo q minus participat de rõne ſpũalis vitæ, ad quã ordinanẽ ſacra.[r] Inter ea vero, quę ordinanẽ ad pfectionẽ vnius perſonæ, naturaliter ſunt priora illa, quæ per ſe ordinanẽ ad perfectionẽ ſpiritualis uitæ, q̃ illa, q̃ ordinanẽ per accidens, [s] ſ. ad remouendũ accidens nociuũ ſuperueniẽs: cuiuſmodi ſunt pęnitentia, & extrema vnctio. Poſterior tñ eſt naturaliter extrema vnctio, q̃ cõſeruat ſanationẽ, q̃ pęnitẽtia, quę inchoat. Inter alia uero tria manifeſtum eſt, q baptiſmus, qui eſt ſpiritualis regeneratio, eſt [d] prius: & deinde confirmatio, quæ ordinatur ad formalem perfectionem virtutis, & poſtmodũ euchariſtia, q̃ ordinatur ad perfectionẽ *finis.

Ad primum ergo dicendũ, q matrimonium, ſm̃ q ordinatur ad aĩalem vitam, eſt naturæ officium: ſed ſm̃ q habet aliquid ſpiritualitatis, eſt ſacrũm: & quia minimum habet de ſpiritualitate, ultimo ponitur inter ſacramenta.

Ad II dcdm̃, q ad hoc q aliquid ſit agens, præſupponiẽ q ſit in ſe perfectum: & ideo

A priora ſunt ſacramenta, quibus aliquis in ſeipſo perficitur, quàm ſacramentum ordinis, quo aliquis conſtituitur perfector aliorum.

Ad III dicendum, q nutrimentum, & præcedit augmen

B tum, ſicut cauſa eius, & ſubſequitur augmentum, ſicut conſeruans hominem in perfecta quantitate, & uirtute: & ideo poteſt euchariſtia præmitti cõfirmationi, vt Diony. facit in li. de cęleſt. hierar. & poteſt poſtponi, ſicut Magiſter facit in 4. ſententiarum.

Ad IIII dcdm̃, q rõ illa recte procederet, ſi pœnitentia ex neceſſitate requireretur, ut

C præparatoria ad euchariſtiam: ſed hoc non eſt uerum: nam ſi aliquis eſſet ſine peccato mortali, non indigeret pęnitentia ad ſumptionem euchariſtię. Et ſic patet, q per accidens pęnitentia præparat ad euchariſtiã, ſ. ſuppoſito peccato: vnde dicitur 2. Paral. vlt. Tu domine iuſtorum, non poſuiſti pęnitentiam iuſtis.

Ad V dcdm̃, q extrema vn-

D ctio pp rationem inductam,* eſt vltimum inter ſacramenta, quæ ordinantur ad perfectionem vnius perſonę.

Articvlvs III.

Vtrum ſacramentum euchariſtiæ ſit potiſſimum inter ſacramenta.

Ad tertium ſic proceditur. Vr̃ q ſacrũm euchariſtiæ non ſit potiſſimum inter ſacra. Bonum enim cõe potius eſt,[h] quàm bonum vnius, ut di

E citur 1. Ethi.* ſed matrimoniũ ordinatur ad bonum commune ſpeciei humanæ, per viam generationis: ſacramentum autem euchariſtiæ ordinatur ad bonum proprium ſumentis. ergo non eſt potiſſimum ſacramentorum.

¶ 2 Præt.[h] Digniora ſacra eſſe vĩr, quæ per maiorem miniſtrũ conferunẽ: ſed ſacrm̃ confirmationis, & ſacramentum ordinis non conferuntur, niſi

Svp. Qv. LXV. Art. III.

Ferr. 4. cont. c. 74.
Sot. 4. ſ. d. 1. q. 6. ar. 3.

Titulus clarus.

¶ In corpore duo fiunt. Primo, reſpondetur quæſito vna concluſione: Sacramentum euchariſtiæ eſt potiſſimum inter oĩa ſacra. Probatur triplicitet, vt patet in litera. Secũdo, comparantur reliqua ſacramenta inter ſe, & multa dicuntur ſatis clare.

¶ Dubium tñ unum reſtat in hac litera, circa id, quod dr̃, q extrema vnctio pparat ad euchariſtiam: oppoſitum enim apparet ex eo, q extrema unctio datur poſt uiaticum. In argu.

¶ Ad hoc dicitur, quòd Author loquitur de effectu extremæ unctionis ſecundum ſe: cum ſit enim ſanatio quædam, ſecundum ſe ordinaẽ ad perfectam cum Chriſto coniunctionem aĩæ, quæ per euchariſtiam fit: ſtatus autem poſtponendi extremam unctionem, aliunde ſumitur, de quo infra.

Ferr. a. 262
4. di. 7. q. 1 art. 1. q. 3. co. Et di. 5. q. 1. ar. 1. q 1. Et 4. cõ. cap. 74. Et ver. q. 27. ar. 4. co. 6. *li. 1. Eth. ca. 2. in fi. rom. 5.

¶ In reſponſione ad ſecundum, dubium quoque occurrit, quomodo fideles per confirmationem deputentur ad ſpeciale officium, ſpectans ad officium principis, cum dictum ſit, cõfirmationem conferre robur, quod conſtat non eſſe officium ſpe

ctans

ſtans ad principem. ¶ Ad hoc dr, ꝙ qa cõfirmatio datur in robur confitẽdi fidẽ Chriſti crucifixi, qui eſt gentibus ſtultitia, & iudæis ſcandalũ, confirmatio eſt velut cõſtitutio militis. Nã militares aſtꝰ pugilũ fidei in robuſta confeſſione cõſiſtunt. võ quia officiũ militare eſt officiũ ſpectãs ad principẽ (eius eſt .n. condere milites, atq; ipſos ducere) idõ in litera dr, ꝙ confirmatio eſt in officiũ ſpectãs ad pricipem.

per epm, q̃ eſt maior miniſter, q̃ ſimplex ſacerdos, per quẽ cõfertur euchariſtiæ ſacrum. ergo illa ſacramẽta ſunt potiora. F

¶ 3 Prꝑt. Sacra tanto ſunt potiora, quãto maiorẽ uirtutẽ hñt: ſed q̃dã ſacraᵇ imprimũt charactẽrẽ, ſ. baptiſmus, cõfirmatio, & ordo, qđ non facit euchariſtia. ergo illa ſacra ſũt potiora.

¶ 4 Præt. illud vr̃ eſſe potius, ex quo alia dependent, & nõ ecõuerſo: ſed ex baptiſmo depẽdet euchariſtia: non.n. põt aliquis euchariſtiam accipere, niſi fuerit baptizatus. ergo baptiſmus eſt potior euchariſtia.

Ca. 3. eccl. hierar. nõ remote a prin. SED CONTRA eſt, ꝙ Dion.* dicit 3. c. eccle. hierar. ꝙ nõ cõtingit aliquẽ pfici pfectione hierarchica, niſi per diuiniſſimã euchariſtiam. ergo hoc ſacramentum eſt potiſſimum omnium aliorum.

Concl. RESP. Dcđm, ꝙᵃ ſimpliciter loquẽdo, ſacrm̃ euchariſtiæ eſt potiſſimũ inter alia ſacra.ᵃ quod quidẽ tripliciter apparet. Primo quidẽ, ex eo ꝙ continetur in ſacris: nã in ſacro euchariſtiæ continetᷣ ipſe Chriſtus ſubſtantialiter, in aliis aũt ſacris cõtinetur quædã uirtus inſtrũalis participata a Chriſto, vt quæſt. 62. ar. 4. ad 3. ex ſupra dictis patet:* ſp aũt, quod eſt per eſſentiã, potius eſt eo, quod eſt per participationẽ. Secundo, hoc apparet ex ordine ſacrorum adinuicẽ: nã oĩa alia ſacra ordinari vñr ad hoc ſacrm̃, ſicut ad finẽ. Manifeſtũ eſt.n. ꝙ ſacrm̃ ordinis ordinatᷣ ad euchariſtiæ conſecrationẽ: ſacrm̃ vero baptiſmi ordinatᷣ ad euchariſtiæ receptionẽ. In quo ẽt perficitur aliquis per confirmationẽ, vt non vereatᷣ ſe ſubtrahere a tali ſacro: per pœnitentiã ẽt, & extremã vnctionẽ præparatur hõ ad digne ſumendum corpus Chriſti. Matrimoniũ ẽt ſaltẽ ſua ſignificatione attingit hoc ſacrm̃, inquantũ ſignificat coniunctionẽ Chr̃i, & eccleſiæ: cuius unitas p ſacrm̃ euchariſtiæ figuratᷣ: vñ, & Apoſtolus dicit Epheſ. 5. Sacrm̃ hoc magnũ eſt, ego aũt dico in Chr̃o, & in eccleſia. Tertio, hoc apparet ex ritu ſacrorũ. Nam fere oĩa ſacra in Euchariſtia conſummantᷣ, vt Dion. Ca. 3. eccl. hierar. circa princ. dicit 3. eccl. hierar. ſicut patet, ꝙ ordinati cõicãt, & ẽt baptizati, ſi ſint adulti.ᵇ Aliorũ aũt ſacrorum Concl. p cõparatio adinuicẽ, põt eſſe multiplex.ᶜ Nã in via neceſſitatis, baptiſmus eſt potiſſimũ ſacrorũ: in uia aũt perfectionis ſacrm̃ ordinis: medio aũt mõ, ſe habet ſacrm̃ confirmationis. Sacrm̃ vero pœnitentiæ, & extremæ unctionis ſunt inferioris gradus Art. 2. huius quæſt. a pdictis ſacris, qa ſicut dictũ eſt,* ordinantᷣ ad vitã Chriſtianã, non p ſe, ſed quaſi per accidens, ſ. in remediũ ſuperuenientis defectus: q̃ tñ extrema vnctio cõparatᷣ ad pœnitentiã, ſicut confirmatio ad baptiſmũ, ita, ſ. ꝙ pœnitentia eſt maioris neceſſitatis, ſed extrema vnctio eſt maioris perfectionis.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ matrimoniũ ordinatur ad cõe bonum corporaliter: ſed bonũ commune ſpirituale totius eccleſiæ continetur ſubſtantialiter in ipſo euchariſtiæ ſacramento.

AD II dcđm, ꝙ per ordinẽ, & confirmationem deputantur fideles Chriſti ad aliqua ſpecialia officia, quæ pertinent ad officium principis: & ideo tradere hmõi ſacra, pertinet ad ſolum epiſcopum, qui eſt quaſi princeps in eccleſia. Per ſacramentũ uero euchariſtiæ non deputatur homo ad aliquod officium, ſed magis hoc ſacramentum eſt finis omnium officiorum, ut dictum eſt.* In coc. ar.

AD III dicendum, ꝙ character ſacralis, ſicut ſupra dictum eſt,† eſt quædã participatio ſacerdotii Chriſti. vnde ſacramentum quod ipſum Chriſtũ coniungit homini, eſt dignius ſacramento, quod imprimit Chriſti characterem. q. 63. ar. 3. G

AD IIII dcđm, ꝙ ratio illa procedit ex parte neceſſitatis: ſic.n. baptiſmus, cũm ſit maxime neceſſitatis, eſt potiſſimum ſacrorum: ſicut ordo, & confirmatio habent quandam excellentiam ratione miniſterii, & matrimoniũ rõne ſignificationis: nihil enim prohibet aliquid eſſe ſecundum quid dignius, quod tamen non eſt dignius ſimpliciter.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum omnia ſacramenta ſint de neceſſitate ſalutis. H

SVP. QV. LXV. ART. IIII. Sot. 4. ſ. d. 1. q. 6. a. 4. Titulus clarus. ¶ In corpore ponitᷣ vna diſtinctio bimembris de neceſſario ad finẽ, cũ ſingulis cõcluſionibus. Diſtinctio eſt: Neceſſariũ ad finẽ eſt, uel ſimpliciter, vel oc cõmodius. Prima cõcluſio eſt primo mõ neceſſitatis. Tria ſacra ſunt neceſſaria ad ſalutẽ, ſ. baptiſmus abſolute pœnitentia ſuppoſito peccato mortali poſt baptiſmũ, & ordo reſpectu eccleſiæ. Secũda cõcluſio eſt. Reliqua ſacra ſunt neceſſaria, ſecũdo modo. ¶ Aduerte hic, ꝙ cũ ordo ponitᷣ neceſſarius ſimpliciter ad ſalutem eccleſiæ eſt ſermo de eccleſia ſimpliciter, & abſolute, & non de parte aliqua eccleſiæ, quæ eccleſiæ nomen, & rationem non niſi defectiue haberet, puta de collegio monialium, aut monachorum, ſeu eremitarũ ſine clericis: hæc.n. ſui defectum manifeſtant eo ipſo, ꝙ ſine ſacramentorum miniſtro ſunt.

363 Perret. p to. 363 4. di. 7. q. 1 art. 1. q. 2. & q. 3. art. 2. q. 1.

AD QVARTVM ſic proceditur. Vr̃ ꝙ oĩa ſacramenta ſint de neceſſitate ſalutis. Illud enim quod non eſtᶦ neceſſarium, vr̃ eſſe ſuperfluum, ſed nullum ſacrm̃ eſt ſuperfluum: quia Deus nihil facit fruſtra. ergo omnia ſacramenta ſunt de neceſſitate ſalutis.

¶ 2 Prꝑt. Sicut de baptiſmo dr̃, Niſi qs renatus fuerit ex aquã, & Spirituſancto, non põt introire in regnũ Dei, ita de euchariſtia dr̃ Ioan. 6. Niſi manducaueritis carnem filii hoĩs, & biberitis eius ſanguinẽ, non habebitis vitã in uobis.ʰ ergo ſicut baptiſmus eſt ſacrm̃ neceſſitatis, &ʰ ita euchariſtia. I

¶ 3 Præ. Sine ſacro baptiſmi põt aliquis ſaluus fieri, dummodo non contemptus religionis, ſed neceſſitas ſacrm̃ excludat, vt infra dicetur: ſed in quolibet ſacroʰ contemptus religionis impedit hominis ſalutem. ergo pari ratione omnia ſacra ſunt de neceſſitate ſalutis. K q. 68. art. 1 & 2.

SED CONTRA eſt, ꝙ pueri ſaluanturᵈ per ſolum baptiſmum, ſine aliis ſacramentis. D 269.

RESP. Dicendum, ꝙ neceſſarium reſpectu finis, de quo nunc loquimur, dicitur aliquid dupliciter. Vno modo, ſine quo non poteſt haberi finis: ſicut cibus eſt neceſſarius vitæ humanæ. Et hoc, eſt ſimpliciter neceſſarium ad finem. Aliõ mõ, dr̃ eſſe neceſſarium id, ſine quo non habetur finis ita

conuenien-

cõueniẽter, ſicut equus neceſſarius eſt ad iter: hoc aũt non eſt ſimpliciter neceſſarium ad finem.[m] Primo igit̃ modo neceſſitatis, ſunt tria ſacramẽta neceſſaria.[n] duo quidem pſonæ ſingulari: baptiſmus quidem ſimpliciter, & abſolute, pęnitentia autẽ ſuppoſito peccato mortali poſt baptiſmũ: ſacrum autem ordinis eſt neceſſarium eccleſiæ: quia ubi non eſt gubernator, populus corruet, ut dicit̃ Prouer. 11. Sed[p] ſecundo modo ſunt neceſſaria alia ſacramenta[q]: nam confirmatio quodammodo perficit baptiſmum, extrema unctio pęnitentiam: matrimoniũ uero, eccleſiæ multitudinem per propagationem conſeruat.

concl. m — *Concl. p*

Ad primum ergo dcd̃m, ꝙ ad hoc ꝙ aliquid non ſit ſuperfluum, ſufficit, quòd ſit neceſſarium primo, uel ſecũdo modo & ſic ſunt neceſſaria omnia ſacramenta, ſicut dictum eſt*.

In cor. ar.

Ad II dcd̃m, ꝙ illud uerbum domini eſt intelligendum de ſpirituali manducatione, & non de ſola ſacramentali, ut Aug.* exponit ſuper Ioan.

Trac. 26. & 27.

Ad III dcd̃m, ꝙ licet omniũ ſacramentorũ cõtemptus ſit ſaluti contrarius: non tamen eſt contemptus ſacramenti, ex hoc ꝙ aliquis non curat accipere ſacramentum, quod non eſt de neceſſitate ſalutis: alioquin omnes, qui non accipiunt ordinem, & qui non contrahunt matrimonium, cõtemnerent huiuſmodi ſacramenta.

QVÆSTIO LXVI.

De pertinentibus ad ſacramentum baptiſmi, in duodecim articulos diuiſa.

Deinde conſiderandum eſt, de ſingulis ſacramentis i ſpeciali. Et primo, d̃ baptiſmo. Secũdo, de confirmatione. Tertio, de euchariſtia. Quarto, de pęnitentia. Quinto, de extrema unctione. Sexto, de ordine. Septimo, de matrimonio.

Circa primum occurrit duplex conſideratio. Prima, de ipſo baptiſmo. Secunda: de pręparatoriis ad baptiſmum.

Circa primũ quatuor cõſiderãda occurrũt. Primo, de his q̃ ptinẽt ad ſacrum baptiſmi. Secũdo, de miniſtro huius ſacri. Tertio, de recipiẽtib' hoc ſacrum. Quarto, de effectu huius ſacri.

Circa primum quęruntur duodecim.

¶Primo, Quid ſit baptiſmus, vtrum ſcilicet ſit ablutio.

¶Secundo, De iuſtitutione huius ſacramenti.

¶Tertio, Vtrũ aqua ſit propria materia huius ſacramenti.

¶Quarto, Vtrum requiratur aqua ſimplex.

¶Quinto, Vtrũ hęc ſit cõueniẽs forma huius ſacramẽti, Ego te baptizo i nomine Patris, & Filij, & Spiritusſancti.

¶Sexto, Vtrũ ſub hac forma poſſit aliqs baptizari, Ego te baptizo in nomine Chriſti.

¶Septimo, Vtrum immerſio ſit de neceſſitate baptiſmi.

¶Octauo, Vtrum requiratur trina immerſio.

¶Nono, Vtrum baptiſmus poſſit iterari.

¶Decimo, De ritu baptiſmi.

¶Vndecimo, De diſtinctione baptiſmatum.

¶Duodecimo, De comparatione baptiſmatum.

ARTICVLVS I.

Vtrum baptiſmus ſit ipſa ablutio.

Ad primum ſic pcedit̃. Vr̃, ꝙ baptiſmus nõ ſit ipſa ablutio. Ablutio.n. corporalis tranſit:[h] baptiſmus autẽ permanet. ergo baptiſmus nõ eſt ipſa ablutio, ſed potius regñatio, & ſigillũ, & cuſtodia, & illuminatio, ut Damaſ.* dicit i 4. lib.

¶2 Præt. Hugo de ſctõ Vict.† dicit, ꝙ baptiſmus[h] eſt aqua diluẽdis criminib. ſanctificata p uerbũ Dei: aqua autem non eſt ipſa ablutio, ſed ablutio eſt quidam vſus aquæ, ergo &c.

¶3 Præt. Aug. dicit* ſup Ioã. Accedit verbum[h] ad elementũ, & fit ſacrum: elementũ aũt eſt ipſa aqua in ſacramento baptiſmi. ergo baptiſmus eſt ipſa aqua, non autem ablutio.

Sed contra eſt, ꝙ dr̃ eccl. 34. Qui baptizat̃ a mortuo, & iterũ tãgit mortuũ, qd pficit lauatio ei'? vr̃ ergo ꝙ baptiſmus ſit ipſa ablutio, ſiue lauatio.

Resp. Dcd̃m, ꝙ in ſacr̃o baptiſmi eſt tria cõſiderare, aliqd ſ. qd̃ eſt ſacrum tm̃, aliqd aũt qd̃ eſt res, & ſacrum, aliqd vero qd̃ eſt res tantũ. Sacramentũ tantũ eſt aliquid viſibile exterius exiſtens, quod ſcilicet eſt ſignũ interioris effectus: hoc enim pertinet ad rationem ſacramenti: exterius autem ſuppoſitũ ſenſui, eſt, & ipſa aqua, & eius vſus, q eſt ablutio. quidam ergo exiſtimauerunt, ꝙ ipſa aqua ſit ſacramentum, quod quidem ſonare videntur verba Hugo.* de ſancto Victore. Nã ipſe i[m] cõmuni definitione ſacramenti dicit, ꝙ

Damaſ. li. 4. c. 10. circa me. — † Hugo li. 2. d̃ ſacra. in part. 6. capit. 2. in prin. — Tract. 80. i Ioã. poſt med. to. 9.

SVP. Q. LXVI. ART. I.

Sot. 4. ſ. d. 3. q. un. ar. 1.

Titulus ut ſonat ſumendus eſt.

¶In corpore duo fiũt. Primo diſtinguuntur tria conſiderabilia in baptiſmo, deinde ſingillatim manifeſtãt aperiendo eorũ quodlibet. Et primum quidem clare patet in litera. De ſecundo autem duo ultima, ſcilicet res, & ſacramentum. & res tantum, in calce corporis articuli patent. Primum uero: ſcilicet, ſacramentum tantum habet aliquid manifeſtum, ſcilicet, quod eſt exterius quoddam ſenſibile ſignum interioris effectus: quod etiam probatur, quia hæc eſt ratio ſacramẽti. Habet autem aliquid ambiguum, an ſcilicet hoc externũ ſenſibile ſit ipſa aqua, an ablutio. Et eſt ratio dubii, quia ambo hæc ſenſibilia inueniuntur materialiter concurrere, & neceſſario exigi ad baptiſmum, nam neque aqua, ſine ablutione, neque ablutio, ſine aqua ad baptiſmum ſufficeret ex parte materiæ. Et propterea refert Auctor primo opinionẽ, quæ uidetur Hugonis, ꝙ eſt aqua, & reprehendit ipſam, tali ratione: Vbi perficitur ſanctificatio, ibi perficitur ſacramentum: ſed in aqua non perficitur ſanctificatio. ergo in aqua non perficitur ſacramẽtum. Maior probatur: quia ſacramenta nouæ legis ſanctificationem operantur. Deinde approbat opinionem Magiſtri ſententiarum, ſcilicet ꝙ baptiſmus eſt ablutio, quam ſic probat. In aqua baptiſmali eſt quidam ſanctificationis uirtus inſtrumentalis, non permanens, ſed fluens in hominẽ, qui eſt ueræ ſanctificationis ſubiectum. ergo ſacramẽtum perficitur in applicatione aquæ ad hominem, quæ eſt ablutio.

Porr. o. — 364 — 4. diſt. 3. ar. 1. Et 4. cont. c. 60.

¶Circa hanc partem dubium occurrit de uigore, ac ueritate huius proceſſus, ſeu rationis: quia ſi maior illa eſt uera, ſcilicet ibi pficitur ſacramentum, ubi perficit̃ ſanctificatio, & propterea infertur, in aqua non pficitur ſacramentũ: quia in illa non perficitur ſanctificatio (non enĩ aqua per baptiſmum ſanctificatur) eadem ratione poteſt inferri, quòd ablutio non eſt ſacramentum, quia in ea non perficitur ſanctificatio: ablutio enĩ non ſanctificatur per baptiſmum, ſed homo, qui abluitur.

¶Ad hoc dicimus, ꝙ maior quidem eſt uera: ſed diuerſa ratio ſubſumptorum, ſcilicet aquæ, & ablutionis, facit, ut recte inferatur, aquam non eſſe ſacramentum, & non teneat illatio de ablutione, aqua enim, & ablutio differunt in hoc, quòd aqua eſt res permanens, ablutio uero eſt res ſucceſſiua. Et quia vnumquodque eſt in aliquo ſecundum modum recipientis, ideo conſequenter differunt in modo ſanctificationis. Nam ſi in aqua perficeretur ſanctificatio, ſequeretur quòd aqua eſſet ſancta: quia eſt in ſe quoddam permanens, ac per hoc ꝓ ſe ipſa

Poſita arg. 2. ẽ contra.

Concl. n

ſeipſa ſanctificaretur. Si uero ponitur quòd in ablutione perficitur ſanctificatio, non ſequitur ꝙ ipſa ablutio fiat ex huiuſmodi ſanctificatiõe ſancta: quia ablutio non eſt ſui ipſius, ſed abluti: nec eſt in ſeipſa, ſed ĩ abluto, ac per hoc, nõ ea ratione ſanctificationẽ ſortiſ, vt ſui ipſius ſit, ſed vt abluti ſit: hoc eſt, ut ablutus ſanctificetur ꝑ ipſam deferentem ſanctificationem in ablutũ. Et (ut uno uerbo dicaſ) qa ablutio importat terminum, qui abluitur, perfici ſanctificationem in ablutione intelligitur ſecũdum ſuum terminum, ſeu in incluſo termino: quod de aqua non poteſt intelligi: quia ſignificat rem permanentem, & non rẽ trãſeuntem in alium, ſicut eſt ablutio. Vnde & in litera probatur, ablutionem, & non aquam eſſe ſacramentum: quia virtus inſtrumentalis ibi exiſtens eſt quædam ſanctitas fluens in hominem, qui baptizatur: fluens autem non eſt aqua, ſed ablutio.

Li. 4. diſ. 3. in princ.
Concl. p

F eſt materiale elemẽtũ, & in definitione baptiſmi dicit, ꝙ eſt aqua: ſed hoc nõ videſ eſſe verũ. *cum enim ſacrã nouæ legis ſanctificationem quandã operentur, ibi perficitur ſacramentũ, ubi perficitur ſanctificatio. In aqua autẽ perficitur ſanctificatio, ſed eſt ibi quædã ſanctificationis virtus inſtrumentalis, nõ ꝑmanens, ſed fluẽs in hominẽ, qui eſt ueræ ſanctificatiõis G ſubiectũ: & ideo ſacrm̃ non ꝑficitur in ipſa aqua, ſed in applicatione aquæ ad hominẽ, q̃ eſt ablutio: & iõ Magiſter* i 3. diſ. 4. ſentẽ. d cit, ꝙ baptiſmus eſt ablutio corporis exterior, facta ſub forma ꝓſcripta verborũ. Res aũt, & ſacrũ, eſt character baptiſmalis, q eſt res ſignificata per exteriorem ablutionẽ, & eſt ſignũ ſacramentale in H teriorís iuſtificationis, quæ eſt res tantũ huius ſacramenti, ſ. ſignificata, & non ſignificans.

Ad primum ergo dicẽdũ, ꝙ id, quod eſt ſacrm̃ tantum in baptiſmo, tranſit: permanet autem, & id, quod eſt ſacramẽtũ, & res, ſcilicet character, & id, quod eſt res tantum, ſcilicet interior iuſtificatio: ſed character permanet indelebiliter, ut ſupra dictum eſt, * iuſtificatio autem permanet, ſed amiſſibiliter. † Damaſ. ergo baptiſmum I definiuit, non quantum ad id, quod exterius agiſ, quod eſt ſacramentum tantũ: ſed quantum ad id, quod eſt interius. vnde poſuit duo pertinentia ad characterem, ſcilicet ſigillũ, & cuſtodiã, inquantũ ipſe character qui ſigillum dicitur, quantum eſt de ſe, cuſtodit animam in bono: duo etiã poſuit pertinentia ad vltimam rem ſacramenti, ſcilicet regenerationẽ, quæ ad hoc pertinet, ꝙ ꝑ baptiſmũ homo inchoat nouã uitã iuſtitiæ, & illuminationẽ, q̃ pertinet ſpecialiter ad fidẽ, per quam homo ſpiritualẽ uitam accepit, ſecundũ illud Abac. 2. Iuſtus ex fide uiuit. Baptiſmus aũt eſt quædam fidei proteſtatio: K vnde dr̃ fidei ſacrm̃: & ſimiliter Dion. baptiſmum definiuit per ordinẽ ad alia ſacrã, dicens 2 c. eccleſ. hierar. ꝙ eſt quoddam principium ſanctiſſimorũ mandatorum ſacræ actionis, ad eorũ ſuſceptiuam opportunitatem, formans noſtros aiales habitus. Et iterũ *in ordine ad cæleſtem gloriam, quę eſt vltimus finis ſacrorum, cum ſubdit, ad ſupercæleſtis quietis anagogen, noſtrum iter faciens. & iterum quantũ ad principiũ ſpũalis uitæ, per hoc, qđ ſubdit, † ſacræ & diuiniſſimę nr̃æ regñatiõis traditio.

q. 63. ar. 5.
† loco citato in arg.

cap. 2. eccl. hierar. nõ procul a princip.
* eodẽ loco nunc dicto.

† eod. c. ꝓ dicto. paulũ a princ. al cot. art.

Ad II. dicendũ, ꝙ ſicut dictũ eſt.* opinionem Hugonis de ſancto Victore, in hac parte ſequi nõ oportet: poteſt tamen uerificari, ut baptiſmus dicatur eſſe aqua: qa aqua eſt materiale baptiſmi principium, & ſic erit prædicatio per cauſam.

Ad III dicendum, ꝙ accedente uerbo ad elementum, fit ſacrũm, non quidem ipſo elemento, ſed in homine, cui adhibetur elemẽtũ per uſum ablutionis: & hoc etiam ſignat uerbum, qđ accedit ad elemẽtum, cum dicitur, Ego te baptizo &c.

ARTICVLVS II.

Vtrum baptiſmus fuerit inſtitutus poſt Chriſti paſſionem

SV. QVAES. LXVI. ART. II.
Sot. 4 ſ. d. 3 q. uni. a. 2.
Car. 4. d. 3. q. 5. con. 3.

Titulus clarus eſt. In corpore ponitur una diſtinctio bimembris: inſtitutio baptiſmi põt intelligi quo ad duo, uel quo ad ipſum ſacrum uel quo ad obligationem accipiendi ipſũ ſacrum. Et ponuntur ſingulæ cõcluſiones iuxta ſingula mẽbra. Prima concluſio eſt. Baptiſmus inſtitutus eſt, quo ad ipſum ſacrum, qñ Chriſtus eſt baptizatus. Probatur: quia nũc habuit uim regeneratiuã. Secunda concluſio eſt. Baptiſmus inſtitutus fuit: quo ad neceſſitatem utendi illo poſt Chriſti paſſionem, & reſurrectionem. Probatur dupliciter, ut clare patet in litera.

Porr. 0. 365
4. diſt. 3. ar. ti. 5. Et diſ. 8. q. 1. ar. 3. q. 3. ad 2.

Ad secundvm ſic proceditur. Vr ꝙ baptiſmus G fuerit inſtitutus poſt Chriſti paſſionẽ. Cã. n. præcedit effectũ: ſed paſſio Chriſti operatur ĩ ſacris nouę legis. ergo paſſio Chri ꝓcedit inſtitutionẽ ſacrorum nouæ legis, & ꝓcipue intentionem baptiſmi, cũ Apoſtolus dicat Rom. 6. Qu cũque baptizati ſumus ĩ Chrõ Ieſu, ĩ morte ipſi' baptizati ſum' &c.

¶ 2 Præt. Sacrã nouę legis efficaciã habẽt ex mandato Chriſti: ſed Chriſtus mandatum baptizandi dedit diſcipulis poſt paſſionem, & reſurrectionẽ ſuam, dicens, Euntes docete oẽs gentes, baptizantes eos in noie patris, &c. vt habetur Matt. ult. ergo uiꝛ ꝙ poſt paſſionem Chriſti baptiſmus fuerit inſtitutus.

¶ 3 Pr. Baptiſmus ẽ ſacrũm neceſſitatis, * ut ſupra dictum eſt, & ita uiꝛ, ꝙ ex quo baptiſmus inſtitutus fuit, hoĩes obligarentur ad baptiſmũ: ſed ante paſſionem Chriſti, hoĩes nõ obligabantur ad baptiſmũ: quia adhuc circũciſio ſuã uirtutẽ habebat in cuius locum ſucceſſit baptiſmus. ergo viꝛ ꝙ baptiſmus non fuerit inſtitutus ante paſſionẽ Chri.

q. præce. artic. 4.

Sed contra eſt, ꝙ Augu.* dicit in quodam ſermone de epiphania, Ex quo Chriſtus in aqua mergitur, ex eo oium peccata abluit aqua: ſed hoc fuit ante Chriſti paſſionem. ergo videtur ꝙ baptiſmus ante Chriſti paſſionem fuerit inſtitutus.

In ſer. 1. dominicæ infra oct. epiphan. à me. to. 10.

Resp. Dicendum, ꝙ, ſicut dictũ eſt ſupra,* ſacrã ex ſui inſtitutione habent, ꝙ conferant grãm: uñ tũc uiꝛ aliquod ſacrũm inſtitui, qñ accipit uirtutẽ K producendi ſuum effectum. Hanc aũt uirtutem accepit baptiſmus, quando Chriſtus eſt baptizatus: unde tunc uere baptiſmus inſtitutus fuit, quantum ad ipſum ſacramentum: ſed neceſſitas utendi hoc ſacramento, indicta fuit hominibus poſt paſſionẽ, & reſurrectionem: *tũ qa in paſſione Chriſti terminata ſunt figuralia ſacramẽta, quib. ucceſſit baptiſmus, & alia ſacramenta nouæ legis: tum ẽt, qa per baptiſmũ configuraſ hõ paſſioni, & reſurrectioni Chriſti, inquantũ moritur pctõ, & incipit nouã iuſtitię uitã: & iõ oportuit Chrm̃ prius pati, & reſurgere, q̃ hominibus indiceretur neceſſitas ſe configurandi morti & reſurrectioni eius.

q. 62. ar. 1.
D. 683.
concl. m

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ etiam ante paſſionem Chriſti baptiſmus habebat efficaciam à

Chriſti

Chri paſſione, inquantū eā pfigurabat: aliter tñ q̃ ſacra veteris legis. nā illa erant figuræ tm̄, baptiſmus aūt ab ipſo Chro virtutē habebat iuſtificādi, per cuius uirtutem ipſa ēt paſſio ſalutifera fuit.

Ad II dicendū, q hoies non debebant multiplicibus figuris arctari* per Chrm, q uenerat ſua veritate figuras impletas auferre: & iō ante paſſionē ſuā baptiſmū inſtitutū non poſuit ſub pcepto, ſed uoluit ad eius exercitiū hoies aſſuefieri, & pcipue in populo Iudæorum, apud quem oia facta figuralia erant, vt Aug.* dicit contra Fauſtū. Poſt paſſionē vero, & reſurrectionē, non ſolum iudęis ſed ēt gentilibus ſub præcepto neceſſitatē baptiſmi impoſuit, dicens, Euntes docete omnes gētes.

[Al. aggrauari.] [Li. 4. ca. 2. circa med. præcipue, tom. 6.]

Ad III dcd̄m, q ſacra non ſunt obligatoria, niſi qñ ſub pcepto ponunt: qđ quidē nō fuit ante paſſionē, vt dictū eſt:* qđ.n. dñs ante paſſionē Nicodemo dixit Io. 3. Niſi qs renatus fuerit ex aqua, & Spūſancto, nō pōt introire in regnū Dei, magis vr ad futurū reſpicere, q̃ ad præſens tempus.

[In cor. art.]

SV. QVAES. LXVI. ART. III.
Alb: mag. 4. d. 3. a. 4. Scot. 4. ſ. d. 3. q. 3. Sot. 4. ſ. d. 1. q. vſ. a. 3 Palud. 4. d. 3. q. 3.

[Ferr. 0. 365 4. d. 3. ar. 3 q. 1. Et di. 17. q. 3. ar. 4. q. 3. Et 4 con. c. 59. Et quol. 1. ar. 10. cor. Et Io. 3. *Dam. li. 4. c. 10. circa med.]

Titulus clarus eſt. ¶ In corpore una cōcluſio: Aqua eſt ppria materia baptiſmi. Quæ cōcluſio abſolute pbat ex inſtitutione diuina. Quo ad cōgruentiam vero probat in litera quadrupliciter, in qua oia clara ſunt.

Articvlvs III.

Vtrum aqua ſit propria materia baptiſmi.

Ad tertivm ſic procedi tur. Vr q aqua non ſit propria materia baptiſmi. Baptiſmus.n. ſm Dion. & Dam. habet* vim illuminatiuā: ſed illuminatio maxime cōpetit igni. ergo baptiſmus magis debet fieri in igne q̃ in aqua: pſertim cum Ioan. Baptiſta pnuntians Chriſti baptiſmum, dicat; Ille vos baptizabit in Spirituſancto, & igne.

C

¶ 2 Præt. In baptiſmo ſignificat ablutio pctōrum: ſed multa alia ſunt ablutiua, q̃ aqua: ſicut vinū, & oleū, & hmōi alia: ergo ēt in his pōt fieri baptiſmus. non ergo aqua eſt propria materia baptiſmi.

D

¶ 3 Præt. Sacra eccleſiæ fluxerūt de latere Chri pendentis in cruce, vt ſ. dictū eſt:* ſed inde fluxit non ſolū aqua, ſed ēt ſanguis. ergo vr q ēt in ſanguine poſſit fieri baptiſmus: q ēt vr magis conuenire cū cauſa, & effectu baptiſmi: quia dicitur Apocal. 1. Lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo.

[† quæ. 62. ar. 5.]

¶ 4 Præ. Sicut Aug. & Beda dñt, Chrs tactu ſuę mūdiſſimæ carnis vim regeneratiuā, & purgatiuā cōtulit aquis: ſed nō ois aqua cōtinuat cū aqua Iordanis, quā Chrs tetigit ſua carne. ergo vr q ñ i oi aqua poſſit fieri baptiſmus, & ita aqua, inquantū huiuſmodi, non eſt propria materia baptiſmi.

E

¶ 5 Pręt. Si aqua ſm ſe eſſet propria baptiſmi materia, non oporteret aliqd aliud fieri circa aquā, ad hoc, q in ea baptiſmus fieret: ſed in ſolenni baptiſmo aqua, in qua debet celebrari baptiſmus, exorcizatur, & benedicitur. ergo videtur q aqua ſecundum ſe non ſit propria baptiſmi materia.

Sed contra eſt, q dominus dicit Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spirituſancto, non poteſt introire in regnum Dei.

Resp. Dcd̄m, q ex inſtitutione diuina, aqua eſt propria materia baptiſmi: & hoc conuenienter.

A

ter.* Primo quidē, quantum ad ipſam rōem baptiſmi, qui eſt regeneratio in ſpūalem uitā, quod maxime cōgruit aquæ. vñ, & ſemina, ex quibus generant oia viuentia. ſ. plantæ, & aialia, humida ſunt, & ad aquā ptinent. Propter quod, quidā philoſophi poſuerunt aquā oim rerum principium. Secūdo, quantū ad effectus baptiſmi, quibus cōpetunt aquæ proprietates, quæ ſua humiditate lauat, ex quo conueniens eſt ad ſignificandā, & cauſandam ablutionē peccatorū: ſua frigiditate ēt tēperat ſuperfluitatē caloris, & ex hoc cōpetit ad mitigandā concupiſcentiā fomitis: ſua diaphanitate eſt luminis ſuſceptiua: vñ cōpetit baptiſmo inquantū eſt fidei ſacrm. Tertio, quia conuenit ad repręſentandū myſteria Chriſti, quibus iuſtificamur. Vt.n. dicit Chryſ.* ſuper illud Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit &c. ſicut in quodā ſepulcro, in aqua ſubmergentibus nobis capita, uetus hō ſepelit, & ſubmerſus deorſum occultat & deinde nouus ruiſus aſcendit. Quarto, quia rōe ſuæ cōitatis, & abundantiæ eſt conueniens materia neceſſitati huius ſacramenti: poteſt enim ubique de facili haberi.

B

[Hom. 24 in Ioan. a med. 10. 1.]

Ad primvm ergo dcd̄m, q illuminatio ptinet ad ignē actiue. Ille aūt, q baptizat, nō efficit illuminans, ſed illuminatus p fidē, quæ eſt ex auditu, vt dr Ro. 10. Et iō magis cōpetit aqua baptiſmo, q̃ ignis: quod aūt dr, baptizabit uos in Spūſancto, & igni, pōt p ignē, vt Hier.† dicit, intelligi Spūſanctus, q ſuper diſcipulos in igneis linguis apparuit, vt dr Act. 2. Vel per ignē pōt intelligi tribulatio, vt Chryſ.* dicit ſuper Mat. qa tribulatio peccata purgat, & concupiſcentiā diminuit. Vel quia, ut Hilar.† dicit ſuper Matt. baptizatis in Spirituſancto, reliquum eſt conſumari igne iudicii.

[Sup. iſtud verbum Mat. 3. t. 9 * ho. 3. in opere imperf. to. 2. † Hila. ca. 2. in Mat. poſt med. illius.]

Ad II dcd̄m, q uinum, & oleum non cōiter aſumūtur ad uſum ablutionis, ſicut aqua. Nec ēt ita perſecte abluunt: quia ex eorum ablutione remanet aliqua infectio, quantum ad odorem, quod non contingit de aqua. Illa etiam non ita communiter, & abundanter habentur, ſicut aqua.

Ad III dcd̄m, q ex latere Chriſti fluxit aqua ad abluendum: ſanguis aūt ad redimendum: & ideo ſanguis competit ſacro euchariſtiæ: aqua aūt ſacramento baptiſmi qui tamen habet vim ablutiuam ex uirtute ſanguinis Chriſti.

Ad IIII dcd̄m, q uirtus Chri deriuata eſt ad oēm aquā, non pp continuitatē loci: ſed pp ſimilitudinē ſpeciei. vñ dicit Aug.* in quodā ſermone epiphaniæ. Quæ de ſaluatoris baptiſmate bñdictio fluxit, tamq̃ fluuius ſpiritalis, oim gurgitum tractus, vniuerſorum fontium venas impleuit.

[In ſer. 1. dominicę, in fi. oct. Epipha. a me. tom. 10.]

Ad V dcd̄m, q illa benedictio quæ adhibetur aquæ, non eſt de neceſſitate baptiſmi: ſed pertinet ad quādam ſolennitatem, per quam excitatur deuotio fidelium, & impeditur aſtutia dæmonis, ne impediat baptiſmi effectum.

Articvlvs IIII.

Vtrum ad baptiſmum requiratur aqua ſimplex.

Ad qvartvm ſic proceditur. Vr q ad baptiſ-

SVP. QV. LXVI. ART. IIII.
Sot. 4. ſ. d. 3. q. vn. a. 4.

[367 Ferrar. q. ex. 4. di. 3. ar. 3. q. 2. Et 4. cap. 58.]

In titulo ſimplex ſumitur, vt diſtinguitur contra admixtum, compoſitum, & quo

& quomodolibet adunctum.
¶ In corpore tria ſūt. Primo, diſtinguunt modi, quibus aqua amittere pōt ſimplicitatē. Secundo, tāgit quæſito de aqua tranſmutata p artē. Et tertio, ſīr de aqua tráſmutata p naturā. Et clare patēt oīa in littera.

Li. 1. cap. 3. tom. 2.

mū nō requirat aqua ſimplex. Aqua.n.q̄ apud nos eſt, nō eſt aqua pura, qđ pcipue apparet de aqua maris, in qua plurimū admiſcet de terreſtri, ut patet p Phil. in lib. Meteor.† & tñ in tali aqua pōt fieri baptiſmus. ergo non requiritur aqua ſimplex, & pura ad baptiſmum

¶ 2 Præt. In ſolenni celebratione baptiſmi, aquę infunditur chriſma: ſed hoc vr̄ impedire puritatem, & ſimplicitatem aquæ. ergo aqua pura, & ſimplex non requirit ad baptiſmū.

Ar. præce. ¶ 3 Præt. Aqua fluēs de latere Chri pēdētis in cruce, fuit ſignū baptiſmi, ut dictū eſt: ſed aqua illa nō vr̄ fuiſſe aqua pura, eo q in corpore miſto, cuiuſmodi fuit corpus Chriſti, non ſunt elementa in actu. ergo videtur q non requiratur aqua pura, vel ſimplex ad baptiſmum.

¶ 4 Præt. Lixiuiū vr̄ eſſe aqua pura: habet.n. cōtrarias, pprietas aquæ, ſ. calefaciendi: & deſicandi: & tñ in lixiuio vr̄ poſſe fieri baptiſmus: ſicut, & in aquis balneorū q̄ tráſeunt per uenas ſulphureas, ſicut, & lixiuium colatur per cineres. ergo videt q aqua ſimplex non requiratur ad baptiſmum.

¶ 5 Præt. Aqua roſacea fit p ſubtiliationē a roſis, ſicut ēt aquę alchimicæ gñantur p ſublimationē ab aliquibus corporibus, ſed in his aquis, vt vr̄, pōt fieri baptiſmus, ſicut, & in aquis pluuialibus, q̄ p ſublimationē vaporū generant. cum igitur hmōi aquæ non ſint puræ, & ſimplices, vr̄ q aqua pura, & ſimplex non requiratur ad baptiſmum.

Ar. præce. SED CONTRA eſt, q propria materia baptiſmi eſt aqua, vt dictū eſt: † ſed ſpeciē aquæ non habet niſi aqua ſimplex. ergo aqua pura, & ſimplex de neceſſitate requiritur ad baptiſmum.

RESP. Dcđm, q aqua ſuā puritatē, & ſimplicitatē pōt amittere dupliciter. Vno mō, p miſtionē alterius corporis, alio mō per alterationē: vtrumq; aūt horū contingit fieri dupliciter, ſ. per artē, & p naturā: ars aūt deficit ad operatione naturæ: quia natura dat formā ſubſtantialē, quod ars facere nō pōt: ſed oēs formæ artificiales ſunt accidentales,

D. 240. niſi forte apponendo propriū agens ad propriā materiā: ſicut ignē cōbuſtibili, per quē modū a quibuſdā quædam aīalia per putrefactionē gñantur. Quæcumq; igitur tranſmutatio circa aquā facta eſt per artē, ſiue cōmiſcendo, ſiue alterādo, nō tráſmutat ſpecies aquæ: vñ in tali aqua pōt fieri baptiſmus, niſi forte admiſceat per artē in tam parua quantitate alicui corpori, q cōpoſitum magis ſit aliud q̄ aqua: ſicut lutū magis eſt terra q̄ aqua, & uinū lymphatū magis eſt uinū q̄ aqua: ſed tráſmutatio, q̄ fit a natura, qñq; quidē ſpeciē aquæ ſoluit, & hoc fit qñ aqua efficitur per naturā de ſubſtantia alicuius corporis miſti ſicut aqua conuerſa in liquorē vuæ, eſt uinū, vñ non habet ſpeciē aquæ. Aliqñ aūt fit per naturā tranſmutatio aquæ ſine ſolutione ſpeciei, & hoc tā per alterationē, ſicut patet de aqua calefacta a ſole, q̄ ēt p miſtionē: ſicut patet de aqua fluminis turbida ex permiſtione terreſtriū partiū. ſic ergo dcđm ē, q in qualibet aqua qualitercumq; tranſmutata, dummodo nō ſoluat ſpecies aquæ poteſt fieri baptiſmus: ſi vero ſoluatur ſpecies aquæ, non poteſt fieri baptiſmus.

Eccl. m

AD PRIMVM ergo dcđm, q tranſmutatio facta in aqua maris, & ēt in aliis aquis, quæ penes nos ſunt, non eſt tanta, q ſoluat ſpeciem aquæ: & ideo in huiuſmodi aquis poteſt fieri baptiſmus.

AD II dcđm, q admiſtio chriſmatis, non ſoluit ſpeciē aquæ: ſicut nec ēt aqua decoctionis carnium, aut aliorum hmōi: niſi forte ſit facta tanta reſolutio corporum lixatorum in aqua, q liquor plus habeat de aliena ſubſiſtētia, q̄ de aqua, quod ex ſpiſſitudine peſpici pōt. Si tñ ex liquore ſic inſpiſſato exprimatur aqua ſubtilis, pōt in ea fieri baptiſmus: ſicut, & in aqua, quę exprimitur ex luto. licet in luto baptiſmus fieri non poſſit.

AD III dcđm, q aqua fluens de latere Chri pēdentis in cruce, nō fuit humor phlegmaticus, ut quidā dixerunt: in tali.n. humore nō poſſet fieri baptiſmus: ſicut nec in ſanguine aīalis, aut in vino, aut quocumq; liquore alicuius plantæ. Fuit aūt aqua pura, miraculoſe egrediens a corpore mortuo, ſicut, & ſanguis, ad cōprobādā veritatē dñici corporis, contra manichæorum errorem, ut ſ. per aquam, quæ eſt unum quatuor elementorū, oſtenderetur corpus Chriſti uere fuiſſe compoſitum e quatuor elementis, per ſanguinem uero oſtenderetur eſſe compoſitum ex quatuor humoribus. D. 235.

AD IIII dcđm, q ī lixiuio, & in aqs ſulphureorū balneorum, pōt fieri baptiſmus: qa tales aquæ nō incorporant per artē, vel naturā aliquibus corporibus miſtis, ſed ſolū alterationē quandā recipiunt, ex hoc quòd tranſeunt per aliqua corpora.

AD V dcđm, q aqua roſacea eſt liquor roſæ reſolutus. Vñ in ea non pōt fieri baptiſmus, & eadē rōe nec in aquis alchimicis, ſicut nec in vino. Nec eſt eadē ratio de aquis pluuialibus, quæ gñantur ex maiori parte ex ſublimatione vaporū reſolutorum ex aquis: minimū aūt eſt ibi, de aliquorū bus corporum miſtorum: qui tamen per hmōi ſublimationem, virtute naturæ, quæ eſt fortior arte, reſoluuntur in veram aquam, quod ars facere non pōt. vnde aqua pluuialis nullam proprietatem retinet alicuius corporis miſti, quod de aquis roſaceis, & aquis alchimicis dici non poteſt.

ARTICVLVS V.

Vtrum hæc ſit conueniens forma baptiſmi, Ego te baptizo in nomine Patris & Filij & Spiritusſancti.

SVP. QV. LXVI. ART. V. S. Bona. 4. ſ. d. 3. q. 1. Scot. 4. ſ. d. 3. q. 2. Riccar. 4. ſ. d. 3. q. 3. Sot. 4. ſ. d. 3. q. vn. a. 5. Palud. 4. d. 3. q. ſ.

AD QVINTVM ſic pcedit. Vr̄ q hęc nō ſit cōueniēs forma baptiſmi: Ego te baptizo in noīe Patris, & Filii, & Spirituſſancti. Actus.n magis debet attribui principali agenti, q̄ miniſtro: ſed ſacro miniſter agit, ut in inſtrm vt ſupra dictum eſt, † principale autem agens in baptiſmo eſt Chri-

Titulus clarus. ¶ In corpore una cōcluſio: Hæc eſt cōueniēs forma baptiſmi, Ego te baptizo &c. Probat: Baptiſmus p ſuā formā cōſecrat. ergo oportet q in forma baptiſmi exprimat illius cauſa. ergo oportet q in forma baptiſmi de duplici, ſ. principali,

363

Porret. ſ. 0. Infr. q. 84. ar. 3. co. Et 4. d. 3. ar. 1. q. 1. Et 1. Co. 1. le. 2.

† queſt. 64. ar. 1.

ſtus ſm illud Io. 1. Super quem uideris ſpûm deſcendẽtem, & manentẽ, hic eſt, qui baptizat. inconuenienter ergo miniſter dicit, Ego te baptizo: præſertim quia in hoc, ꝙ dicitur ꝙ baptizo, intelligitur ego, & ſic uidetur ſuperflue apponi.

¶ 2 Præ. Non oportet ꝙ ille, q aliquẽ actũ exercet, de actu exercito faciat mẽtionẽ ſicut ille, q docet, nõ oportet ꝙ dicat Ego uos doceo. Dñs ãt ſimul tradidit præceptũ baptizandi, & docendi, dicens, Matt. ul. Euntes docete oẽs gentes &c. ergo nõ oportet ꝙ in forma baptiſmi fiat mẽtio de actu baptiſmi.

¶ 3 Præt. Ille, q baptizat, qñque ñ itelligit uerba, puta ſi ſit ſurdus, aut puer: fruſtra aũt ad talẽ ſermo dirigit ſm illud eccl 32. Vbi nõ eſt auditus, nõ effundas ſermonẽ. ergo inconueniẽter dr̃, Ego te baptizo, ſermone directo ad eũ, qui baptizaret.

¶ 4 Præt. Contigit ſimul plures baptizari, & a pluribꝰ: ſicut Apoſtoli baptizauerũt una die tria millia, & alia die quinque millia, dr̃ Act. 2. & 4. non ergo debet forma baptiſmi determinari in ſingulari numero ut dicat, Ego te baptizo: ſed pt dici, nos uos baptizamus.

¶ 5 Præt. Baptiſmus uirtutẽ habet à paſſiõe Chri: ſed p formã baptiſmus ſanctificat. ergo ur̃ ꝙ i forma baptiſmi debeat fieri mentio de paſſione Chriſti.

¶ 6 Pręt. Nomẽ deſignat ꝓprietatẽ rei: ſed tres ſunt proprietates perſonales diuinarũ perſonarũ, ut in prima parte dictũ eſt, † non ergo debet dici in nomine Patris, & Filii, & Spirituſſancti, ſed in nominibus.

¶ 7 Præt. Perſona patris nõ ſolũ ſignificatur nomine patris, ſed ẽt noie innaſcibilis, & genitoris: filius aũt ſignificatur nomine uerbi, & imaginis, & geniti. Spûs ẽt ſanctus pt ſignificari noie doni, & amoris procedẽtis. ergo ur̃ ꝙ ẽt his noibꝰ utendo, perficiatur baptiſmus.

voluntas parentũ nõ eſt diſpoſitio aliqua, ſed tota appropinquatio patientis ad agẽs, puta miniſtriũ cõferẽtẽ ſacramẽtũ.ſ.n.approximatiẽ paſſiuũ actiuo nõ eſſe neceſſariũ ex parte patiẽtis tũ.qm aliũde ꝑ ꝓpriũ, puta ex approximatione agentis ad patiẽs, uel ex remotẽ, obſtaculi : tũ, qm extrinſecũ hoc eſt, patet vero voluntatẽ patris ſolũ nõ approximare paſſiuum actiue, offe. cudo infantẽ baptiſmo, ex eo, ꝙ ſi Iudæus faceret filiũ baptizari, nõ vi auctoritate Chriani, ſed totaliter auctoritate dũ in iudæũ, ob totũq; corpus ſanitatẽ infantẽ vellet baptizari, & hoc ipſum diceret, ac cõpelleret miniſtrũ ad baptizãdũ, vel ipſemet baptizaret, i veritate illa eſſet baptizat⁹ ; & tñ tũc p̃ria voluntas nec ex charitate, nec ex ſpe, nec ex fide, nec ex eccleſiæ voluntate ibi cooperaret̃ qm̃ eccleſia ſi ſciret, reſiſteret tali oblationi. Nihil ergo facit oblõ pueri, niſi ꝙ approximat paſſiuũ agẽti :immuniãq; pĩnæ tollit auctoritatis, ꝙ illi interrogaret̃, ſi infans patri inuito baptizaret̃. Sufficit ergo i baptizãdo nõ inueniri obicẽ volũtatis cõtrariæ ad hoc, ut characterẽ ſuſcipiat ex baptiſmo. ¶Sed cõtra hoc inſtãt dupliciter. primo vtẽ do argõ allato in dicta decretali, q.ſ.ſeq̃ret ex hoc, ꝙ aliq̃s adultus nunq̃ conſentiẽs baptiſmo, pertineret ĩde iacti ad iuriſdictionẽ eccleſiaſticã ac ꝑ hoc ad ſeruandã regulã Chriſtianæ fidei foret ſtabiliter cõpellẽdus, q̃d eſt abſurdũ. ¶Obiicit̃ quoq; a Duran. ꝓbãte ꝙ volũtas adulti baptizãdi req̃rit̃ ꝑ ſe: nã ſi velle ſuſcipere baptiſmũ, nõ ſit in adulto diſpoſitio neceſſaria ad baptiſmũ ſim̃ ſe, ſeq̃t̃ ꝙ nolle, ſeu renuere, uel negligere ſuſcipere ipſum, nõ erit impedimẽtũ : q̃ã ñ impedit niſi uelle oppoſitum. ¶Ad primũ igitur dr̃, ꝙ id ꝓcedit ex extrinſecis accidẽtibus, qualis eſt iuriſdictio eccleſiaſtica, & ꝓpterea parũ

In li. de meditic. pœni. c. non longe a prin. tom. 9.

concl.

D. 583.

Ferr.e.

39

4.d.6.q.1.a.3.q.1.Et q.2.a.2.q.3.cor.&d.9 a.2.q.2.ad 2.

Resp. dcẽdũ, ꝙ per baptiſmũ aliquis moritur veteri vitæ peccati, & incipit quandam vitæ nouitatem, ſm̃ illud Ro.6. Conſepulti ſumus Chro per baptiſmũ in mortẽ, ut quõ Chriſtus ſurrexit a mortuis per gloriã patris, ita, & nos in nouitate vitæ ambulemus: & ideo ſicut ad hoc, ꝙ homo moriatur ueteri vitæ, requiritur ſecundum Aug.* in habente uſum lib. arb. voluntas, qua eum veteris uitæ pœniteat, ita requirit̃ voluntas, qua intendat uitæ nouitatẽ: cuius principiũ eſt ipſa ſuſceptio ſacri: & ideo ex parte baptizati requirit̃ uoluntas, ſiue intentio ſuſcipiendi ſacramentum.

F

G

Ad primum ergo dcẽdũ, ꝙ in iuſtificatione, q̃ fit per baptiſmũ, nõ eſt paſſio coacta, ſed voluntaria: & iõ requirit̃ intentio recipiẽdi id, quod ei datur.

Ad II dicẽdum, ꝙ ſi in adulto deeſſet intentio ſuſcipiendi ſacramentum, eſſet rebaptizandus: ſi tamen hoc non cõſtaret, eſſet dicẽdum, Si non es baptizatus, ego te baptizo.

Ad III dcẽdũ, ꝙ baptiſmus ordinatur non ſolum contra originale peccatum, ſed etiã cõtra actualia, quę per voluntatẽ, & intentionem cauſantur.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum fides requiratur ex parte baptizati.

Ad octavvm ſic ꝓcedit̃. Videtur ꝙ fides requirat̃ ex parte baptizati. Sacrm̃.n. baptiſmi a Chriſto eſt inſtitutũ; ſed Chriſtus formans baptiſmi tradens, fidem baptiſmo ꝓmittit, dicens Mar. vltimo, Qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit. ergo uidetur ꝙ niſi ſit fides, non poſſit eſſe ſacramentum baptiſmi.

¶2 Præt. Nihil fruſtra in ſacramẽtis eccleſiæ agitur: ſed ſm̃ ritũ eccleſiæ, ille, qui accedit ad baptiſmũ, de fide interrogatur, cũ dicitur, Credis in Deum patrem &c. ergo videtur quòd fides ad baptiſmum requiratur.

¶3 Præt. Ad baptiſmum requiritur intẽtio ſuſcipiendi ſacrm̃: ſed hoc non poteſt eſſe ſine recta fide, cũ baptiſmus ſit rectæ fidei ſacrm̃: per eum.n. incorporantur hoĩes Chriſto, ut Aug.* dicit in lib. de baptiſmo paruulorum: hoc aũt non põt eſſe ſine recta fide, ſecũdũ illud Eph. 3. Habitare Chriſtum per fidẽ in cordibus veſtris. ergo videt̃ ꝙ ille, qui nõ habet rectam fidem, non poſſit ſuſcipere ſacramentum baptiſmi.

¶4 Præt. Infidelitas ẽ grauiſſimũ peccatũ, vt in ſcd̃a parte habitũ eſt;* ſed permanentes in peccato, nõ ſunt baptizandi. ergo & nec permanẽtes in infidelitate.

Sed contra eſt, ꝙ Greg.* ſcribens Quirico epõ dicit, Ab antiqua patrũ inſtitutione didicimus, vt qui apud hæreſim, in Trinitatis noĩe baptizant̃, cũ ad ſanctam eccleſiam redeunt̃, aut vnctione chriſmatis, aut impoſitione manus, aut ſola ꝓfeſſione fidei, ad ſinum matris eccleſiæ reuocentur: hoc autem non eſſet, ſi recta fides eſſet de neceſſitate baptiſmi. non ergo recta fides ex neceſſitate requiritur ad ſuſceptionem baptiſmi.

H

Resp. Dcẽdũ, ꝙ ſicut ex dictis patet, duo efficiunt̃ in anima per baptiſmũ, ſ. character, & gratia. dupliciter ergo, aliqd ex neceſſitate requiritur ad baptiſmum. Vno modo, ſine quo grã haberi non poteſt, quæ eſt vltimus effectus ſacram̃ti: & hoc modo, recta fides ex neceſſitate req̃rit̃ ad baptiſmũ. a qa ſicut dicitur Ro.3. Iuſtitia Dei eſt ꝑ fidẽ Ieſu Chriſti. Alio modo, requiritur aliqd ex neceſſitate ad baptiſmũ, ſine quo character baptiſmatis imprimi nõ põt, & ſic recta fides baptizati nõ req̃rit̃ ex neceſſitate ad baptiſmũ, ſicut nec recta fides baptizantis, dũmodo adſint cętera, q̃ ſunt de neceſſitate ſacri. nõ.n. ſacrm̃ ꝑficit̃ per iuſtitiam hominis dantis, uel ſuſcipiẽtis baptiſmũ, ſed per virtutẽ Dei.

I

K

Ad primvm ergo dcẽdũ, ꝙ dominus loqtur ibi de baptiſmo, ſecundum ꝙ perducit homines ad ſalutem per gratiã iuſtificantem, quod quidem ſine recta fide eſſe non poteſt, & iõ ſignanter dicit, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit.

AD

roboris habet. Verũtamen dupliciter ſolui põt. Primo, ꝙ caſus iſte, aut impoſſibilis, aut pluſquã rariſſimus eſt, ſ. ut adultus neuter baptizet̃: regulæ aũt de iuriſdictionis actibus, puta de compellendo, & ſimilibus, dantur ſm̃ ſe, quæ communiter eueniunt. Scd̃o, ꝙ uno inconuenienti dato, multa inconuenientia ſequi põt: & ideo dato hoc inconueniẽti, ꝙ miniſter temere baptizaret adultum neutrum, non eſt mirum ſequi aliud incõueniens, ſ. ꝙ talis eſſet de iuriſdictione eccleſiæ rõne ſacri, & non eſſet compellendus ad Chriſtianitatẽ ſeruandam: quia numquã conſenſit, ſed dormiens baptizatus eſt.

¶Ad obiectionem vero Duran. rñdetur, ꝙ ſequela nihil ualet. & probatio nullius etiã apparẽtię eſt: qm̃ nolle baptiſmum, ſm̃ ſe aduerſatur ſuſceptioni baptiſmi: & ideo impedit ipſum, & nõ quia tollit ſuum contrariũ, puta uelle baptiſmũ. Nec putes auctorem hoc in loco alterius fuiſſe opinionis, ut patet ex eo, ꝙ inferius dicit pueros Infidelium, ſi inuitis parentibus baptizarẽtur, fore baptizatos: quod aũt hic dicit, intelligendum eſt, ſecũdum id, qd̃ ſꝑ de facto inuenit̃ in adultis, ſ. ꝙ non inuenit̃ neuter, ſed aut habet uelle, aut nolle reſpectu baptiſmi implicite, uel explicite &c. & ꝓpterea uerificatur, ꝙ ſi in adulto deeſſet intentio ſuſcipiendi ſacrum, eſſet rebaptizandus: defectus.n. intentionis cõtrariam haberet annexam intentionem.

Li.1. de peccat. mer. & rem. c.26. a med. t.7

2. 2. q.10. art. 3.

*in regiſt. l.9.epi.61 nõ lõge a princ.

†Alias Quirino.

q.66.ar.11

concl.

concl.

SV. QVÆ. LXVIII. ART. VIII.

Sot 4.ſ.d. .q.un.ar.8. palud.4.d.6.q.3.

In ar 8. aduerte verba auctoris, intelligi de adultis: qm̃ rectã fidẽ neceſſario requiri ad ultimũ effectũ baptiſmi ſonant. Et hoc dico ꝑꝑ paruulos, in qb. nec intẽtio, nec fides ex parte baptizati requiritur.

A Ad ii dicendum, ꝙ eccleſia intendit hoies baptizare, vt emundentur a peccato, ſecundum illud Iſa. 27. Hic ē ois fructus, ut auferaт pctm: & ideo inquātum eſt de ſe nō intendit dare baptiſmum niſi habentibus rectam fidem, ſine qua non eſt remiſſio peccatorum: & ꝓpter hoc interrogat accedentes ad baptiſmū, an credāt: ſi tñ ſine recta fide aliquis baptiſmū ſuſcipiat extra eccleſiam, non percipit illud ad ſuā ſalutē. uñ Aug.* dicit, eccleſia paradiſo comparata indicat nobis, poſſe quidem baptiſmū eius, homines etiā foris accipere, ſed ſalutē beatitudinis extra eā neminem percipere, uel tenere.

Lib. 4. de bapt. cōt. Dona. in prin. c. 7.

Ad iii dcēm, ꝙ ēt non habēs rectā fidē circa alios articulos, pōt habere rectā fidē circa ſacrm baptiſmi, & ita nō impeditur quin poſſit hr̃e intētionē ſuſcipiēdi ſacrm baptiſmi: ſi tñ ēt circa hoc ſacrm nō recte ſentiāt, ſufficit ad perceptionem ſacrā generalis intentio, quia intendit ſuſcipere baptiſmū, ſicut Chrs inſtituit, & ſicut eccleſia tradit.

D. 604.

Ad iiii dicendum, quòd ſicut ſacrm baptiſmi nō eſt conferendū ei, qui non uult ab aliis peccatis recedere, ita etiā nec ei; qui non uult infidelitatem deſerere: uterque tamen ſuſcipit ſacramentum, ſi ei non conferatur, licet non ad ſalutem.

Per. c.

391 SVP. QV. LXVIII. ART. IX.

4. di. 4. q. 1 a. 1. q. 1. Et Mal. q. 4. a. 1. co. pri. Et quol. 4. ar. 10. cor. Et quol. 9. ar. 12. cor. *a. 7. huiꝰ quæſt.

Scot. 4 d. 6. q. 1. a. 5. Sit. 4 ſ. d. q. uni. a. 10.

In arti. 9. in reſponſione ad primum, & ſecundum intellige accommodatione eſſe quandam in hoc, ꝙ eccleſia ꝓ paruulis credit, intendit renūnciat &c. Ad literam enim, quia ſimilitudo ex proprio deriuatur, cum inſtitutus eſſet ritus baptiſmi pro adultis accōmodatus eſt idem ritꝰ ad paruulos, vt qđ proprie fit ab adultis ſecundum quandam ſimilitudinem fieret à paruulo, non proprio ſed eccleſiæ ore. Et qm̄ ad ſolennitatem baptiſmi hęc ſpectant, ideo ſine his baptiſmus ſactus ualet. ¶ In reſponſione ad ſm̄, non ſic intelligas ꝙ eſt eiꝰ fidē prodeſſe infanti, qui baptizat quaſi meritum fidei exiſtens in eccleſia, ſaluet infantem qm̄ infans non fidē, ſed per fidei factum regulariter ſaluatur: ſed intellige eccleſiæ merita prodeſſe infanti, & iuxta articulum communionis ſanctorum, & particulariter: tum orando ꝓ infante tū applicādo eundē facio ex corde puro, & charitate plena.

¶q. 65. a. 2. I.

¶In lib. de præd. ſan. c. 5. in fin. to. 7.

Ca. 7. eccl. hierar. nō ꝓcul a fi.

ARTICVLVS IX.

Vtrum pueri ſint baptizandi.

C AD NONVM ſic proceditur. Vr ꝙ pueri non ſint baptizandi. In eo enim, qui baptizat, req́rit intētio ſuſcipiendi ſacrm, ut ſupra dictum eſt: hmōi autem intentionem non pñt pueri habere cum non habeāt uſum liberi arbitrii. ergo vr quòd non poſſint ſuſcipere ſacramentum baptiſmi.

¶2 Præ. Baptiſmꝰ ē fidei ſacrm ut ſ. dictū ē: ſ; ſtud pueri nō hñt fidem, quæ conſiſtit in credentiū uoluntate, ut Aug.* dicit ſuper Io. Nec ēt pōt dici, quòd ſaluent in fide parentū: quia qñque parentes ſunt infideles & ſic magis per eorū infidelitatē damnarentur. ergo ur, quòd pueri non poſſint baptizari. D

¶3 Præ. 1. Pet. 3. dr quòd hoies ſaluos facit baptiſma, non carnis depoſitio ſordium, ſed cōſcientiæ bonæ interrogatio in Deū: ſed pueri neq; conſciētiā hñt bonam, uel malam, cū non habeant uſum rōnis, neque ēt conuenienter ipſi interrogantur, cum non intelligant. non ergo pueri debent baptizari. E

Sed contra eſt, ꝙ Dion.* dicit ultimo ca. eccleſ. hierar. Diuini noſtri duces, ſ. Apoſtoli probauerunt infantes recipi ad baptiſmum.

A Reſpon. Dcēm, ꝙ ſicut Apoſtolus dicit Ro. 5 Si unius delicto, mors regnauit ꝑ vnū. ſ. ꝑ Adam, multo magis abundantiā gratiæ, & donationis, & iuſtitię accipientes, in uita regnabūt ꝑ unū Ieſum Chrm: pueri aūt ex peccato Adæ, peccatū originale cōtrahunt: qđ patet ex hoc, ꝙ ſunt mortalitati, ſubiecti quæ ꝑ peccatū primi hois in oēs pertranſiit, vt Apoſtolus ibidē dicit. unde multo magis pueri poſſunt ꝑ Chrm gratiam accipere, ut regnent in uita ęterna: ipſe aūt dñs dicit Ioan. 3. ꝙ niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spūſancto, nō pōt introire in regnū dei. unde neceſſariū fuit pueros baptizari, vt ſicut per Adam dānationem incurrerunt naſcēdo, ita per Chrm ſalutē cōſequātur renaſcendo. Fuit ēt cōueniēs pueros baptizari, ut à pueritia nutriti in his, quę ſunt Chriſtianæ vitæ, firmius in ea preſeruerēt, ſm illud Prouerb. 22. Adoleſcens iuxta uiam ſuam, etiam cum ſenuerit non recedet ab ea. & hanc rationem aſſignat Diony.† ult. cap. eccl. hierar. B

Ca. 7. eccl. hierar. nō procul a fi.

Ad primum ergo dcēm, ꝙ regeneratio ſpūalis, quę fit per baptiſmū, eſt quodāmodo ſimilis natiuitati carnali, quātū ad hoc, ꝙ ſicut pueri in maternis uteris cōſtituti, nō ꝑ ſeipſos nutrimētū accipiūt, ſed ex nutrimēto matris ſuſtentanť, ita ēt pueri nondū habētes uſum rōnis, quaſi in utero matris eccleſiæ cōſtituti, nō ꝑ ſeipſos, ſed ꝑ actum eccleſiæ ſalutē ſuſcipiunt. Vñ Auguſtinus † dicit i lib. de peccatorū meritis, & remiſſione.* Mater eccleſia os maternū paruulis ꝓbet, ut ſacris myſteriis imbuanť, quia nōdū pñt corde ꝓprio credere ad iuſtitiā, nec ore ꝓprio cōfiteri ad ſalutē:† ſi aūt ꝓptetea recte fideles uocanť, qm̄ fidē ꝑ uerba geſtātiū quodāmō ꝓfitentur, cur ēt nō pœnitētes habeanť cū per eorundem uerba geſtantiū, diabolo & huic ſęculo abrenuntiare monſtrenť. Et eadem ratione poſſunt dici intendentes non per actum ꝓprię intentionis, cū ipſi qñq; contranitantur & plorent: ſed per actum eorū a quibus offeruntur. C

† lib. 1. c. 25. circa fi. t. 7.

* Alias. de meritis & remiſſione peccatorū

† eod. li. c. 19 circa fi. t. 7.

Ad ii dcēm, ꝙ ſicut Aug.* ſcribēs Bonifacio dicit, in eccleſia ſaluatoris paruuli per alios credūt ſicut ex aliis, quæ in baptiſmo remittunť peccata traxerūt. Nec impediť eorū ſalus, ſi parētes ſint infideles; qa ſicut † Au. dicit, eidē Bonifacio ſcribēs offerunť paruuli ad percipiēdā ſpūalē gratiā, non tā ab eis, quorū geſtanť manibus, q̄uis, & ab ipſis, & ipſi boni fideles ſunt, q̄ ab uniuerſa ſocietate ſanctorum atq; fidelium. Ab oibus nāq; offerri recte intelligunť, quibus placet ꝙ offeruntur, & quorum charitate ad cōionē ſancti ſpiritus adiunguntur: infidelitas autem propriorum parentum, etiā ſi eos poſt babtiſmum dęmoniorum ſacrificiis imbuere conentur, pueris non nocet: quia ut Aug. ibidem, dicit, puer ſemel generatus per aliorū uoluntatē, deinceps nō pōt uinculo alienę iniq̄tatis obſtringi, ubi nulla ſua uolūtate cōſentit, ſm illud Ezech. 18. Sicut anima patris mea eſt ita, & aīa filii, anima, quę peccauerit, ipſa morieť, ſed ideo ex Adam traxit. ꝙ ſacramenti illius gratia ſolueretť, quia nōdū erat anima ſeparatim uiuens. Fides aūt vnius, immo totius eccleſiæ paruulo prodeſt ꝑ D E

Epiſto. 23. tom. 2.

In ea. epi. 23. I med. tom. 2.

operationē Spiritusſanćti, qui vnit eccleſiā, & bona vnius alteri communicat.

Ad III dcđum, quòd ſicut puer cum baptizatur non per ſeipſum, ſed per alios credit, ita non per ſeipſum, ſed per alios interrogatur, & interrogati confitētur fidē eccl'æ i pſona pueri, qui huic fidei aggregaē per fidei ſacrū. Conſcientiam aūt bonam conſequitur puer ēt in ſeipſo: non quidē actu, ſed habitu per gratiam iuſtificantem.

SVP. Q. LXVIII. ART. X.

Par. o. 393 2. 2. q. 10. artic. 12. Et quol. 2. art. 7. & & 11. cor.

Set. 4. 5. d. q. vni. a. 10.

In art. 10. in corpore articuli aduerte Auctorem ſentire, immo ſupponere filios infidelium forte vere baptizatos, ſi inuitis parentibus baptizatē tur. Hoc. n. ſupponit tō dicens eſſe periculoſum taliter filios infidelium baptizare; qa de facili ad infidelitatem redirēt pp naturalem affectum ad parentes.

¶ Nec opus eſſe arbitror, diſputare hic cū Dur. & Petro de Pal. qđ ex ſupradictis in 3. ſatis apparet irrōabilem eſſe opinionē, dicentiū uoluntatē extrinſecam requiri ex parte baptizati in fantis de neceſſitate ſacramenti.

¶ In eodem aduerte Auctorem, non facere differentiam quo ad propoſitum, inter filios iudæorū, uel aliorū infidelium. difficultas tamen ſpecialis de iudæis rōne ſeruitutis non eſt omiſſa, ſed in tāſione ad ſecundum ſoluta eſt.

¶ Vbi ſcito pp moleſtiā inſtantiū, & obiicientiū qa hi ſeruorū pñt ab eis auferri, & ablati pñt baptizari, ut n. ſtatur eccleſiæ conſuetudo de filiis æthiopū, q Chriſtianis uenduntur. ergo ſine ablatione nē dia poſſent ēt ſeruorum infidelium filii inuitis parentibus baptizari ipſa namque ablatio non eſt medium neceſſarium ad ſeruum baptiſmum. Scito inquam diſtinguere inter id, quod fit per ſe, & quod fit per accidens: nam p ſe loquēdo, quantūcumq; dominus poſſit auferre filiū à ſeruo: non tñ pōt ea rōne auferre, ut baptizet illū n quia baptiſm & ablatio ſunt diuerſorum iurū: qm baptiſmus iuris eſt diuini, ac per hoc ad

di. 45. c. de iudæis 2 Ex Conci. To let. 4. c. 55.

concl. m

Articvlvs x.

Vtrum pueri iudæorum uel aliorū infidelium ſint inuitis parentibus baptizandi.

Ad decimvm ſic proceditur. Vr q pueri iudæo uel aliorū infideliū ſint baptizandi, etiam inuitis parētibus. Magis. n. debet homini ſubuenire contra periculum mortis æternæ, q̄ contra periculū mortis t palis: ſed in puero in periculo mortis t palis exiſtenti eſt ſubueniendum, ēt ſi parentes, per malitiam contraniterenē. ergo multo magis eſt ſubueniē dū pueris infideliū filiis, per baptiſmū cōtra periculū mortis æternæ, ēt iuitis parētibus.

¶ 2 Præt. Filii ſeruorū ſunt ſerui, & in ptāte dñorum: ſed iudęi ſunt ſerui regū, & principū, & quicumque ēt aliī infideles. ergo abſque omni iniuria poſſunt principes filios iudęorum, uel aliorum ſeruorum infidelium facere baptizari.

¶ 3 Præt. Quilibet hō eſt magis Dei, à quo hēt aiam, q̄ pr̄is carnalis, a quo hēt corpus. hnō eſt ergo iniuſtū ſi pueri infideliū filii parētib carnalib auferātur, & Deō p baptiſmum conſecrentur.

Sed contra eſt, q i decr. dī. 45. ex cōcilio Toletano ſic dr̄. de iudęis, præcepit ſancta ſynodus nemini deinceps ad credēdū uim inferre: nō. n. tales inuiti ſaluād ſunt, ſed uolentes, ut integra ſit forma iuſtitiæ.

Resp. Dcdm, q pueri infideliū filii, aut hñt uſū rōis, aut nō hñt: ſi āt hñt, iam quantum ad ea, q̄ ſunt iuris diuini, uel naturalis, incipiunt ſuæ ptātis eſſe: & iō propria uoluntate inuitis parētib, pñt baptiſmū ſuſcipere, ſicut & matrimoniū cōtrahere: & iō tales licite moneri pñt, & iduci ad ſuſcipiēdū baptiſmū: ſi uero nōdū hñt uſū liberi arbitrii, ſm ius nāle ſunt ſub cura patētū, quādiu ipſi ſibi puidere nō poſſunt. vnde ēt & de pueris antiquorū dr̄, q ſaluabanē in fide parentū: & ideo cōtra iuſtitiam naturalē eſſet, ſi tales pueri inuitis parentibus baptizarentur, ſicut ēt ſi aliqs habens uſum rōnis baptizareē inuitus. eſſet ēt periculoſum taliter filios infideliū baptizare, quia de facili ad infidelitatē redirēt, pp naturalē affectū ad parentes. & ideo nō habet hoc eccl'æ cōſuetudo, q filii īfideliū inuitis parentibus baptizenē.

Ad primvm ergo dcđm q a morte corporali nō eſt aliquis eripiēdus cōtra ordinē iuris ciuilis, puta ſi aliqs a ſuo iudice condemnetur ad mortem, nullus debet eū uiolenter à morte eripere. unde nec aliqs debet irrūpere ordinem iuris naturę, quo filiꝰ ē ſub cura patris, vt eū liberet à piculo mortis ęternę.

Ad II dcđm, q iudęi ſūt ſerui principum ſeruitute ciuili, quæ non excludit ordinem iuris naturalis, uel diuini.

Ad III dcđm, q hō ordinatur ad deū p rōne, p quā deū cognoſcere pōt, vñ puer anteq̄ uſum rōnis habeat naturali ordine ordinaē i deū p rōnem parētū, quorū curę naturaliter ſubiacet, & ſm eorū diſpoſitionem ſunt circa ipſum diuina agēda.

patris ius ſpectans: ablatio uero ciuilis eſt iuris, ac per hoc ad domini ius ſpectat. Et propterea ſalſum eſt, q licet ablatum filium à ſeruo, baptizare inuitis parentibus: ablatio. n. ciuilis non tollit ius paternum, erga diuina. Nec eccleſiæ conſuetudo habet, ut baptizentur iſantes æthiopum præſentati: ſed illos tantum pueros, qui ut parentibus de futuri habentur, baptizat, præſupponens huiuſmodi pueros uenales, tamquā ſine parentibus eſſent. Et rationabiliter quidē qm chaos magnum experimur interpoſitū, ita ut nulli umquā cōparuerint parentes pro filiis: nec filii poſtmodum teneri ſuos ad parētes ſed nutriuntur totaliter Chriſtiani, & ſic perſeuerant.

¶ Multa hic omittimus circa præſentis articuli materiam: quia in aliis Commentariis meminimus nos ſcripſiſſe diffuſe.

concl. p.

concl. s.

concl. m

Articvlvs xi.

Par. o. 394

Vtrum pueri in maternis uteris poſiti ſint baptizandi.

S. Bona 4 ſ. d. 6. q. 1. a. 1. Richar. 4. ſ. d. 5. q. 10. Maior. 4. d. 4. 5. q. 1. Set 4 ſ. d. 5. q uni. a. 11.

Scot. 4. ſ. d. 4. q. 3. Duran. 4. ſ. d. 6. q. 2. Barch. 4. ſ. d. 5. q. 2. Palud. 4. d. 6. q. art. 1.

Advndecimvm ſic pcedīē. Vr q pueri in maternis uteris exiſtētes poſſint baptizari. Efficacius. n. eſt donū Chri ad ſalutē, q̄ peccatum Adę ad dānationē, ut Apoſt. dicit Rom. 5. ſed pueri in maternis uteris damnantur pp peccatum Adæ. ergo multo magis ſaluari poſſunt per donū Chriſti: quod quidē fit per baptiſmum. ergo pueri in maternis uteris exiſtentes poſſunt baptizari.

4. diſ. 6. q. 1. ar. 1. q. 1. Et diſ. 23. q. 2. art. 2. q. 1. ad 1. & 2.

¶ 2 Præt. Puer in utero matris exiſtens, aliq d matris eſt: ſed baptizata matre, baptizatur quicquid eſt eius intra ipſam exiſtens. ergo uī q baptizata matre, baptizetur puer i utero eius exiſtēs.

¶ 3 Præt. mors æterna peior ē, q̄ mors corporalis: ſed de duobus malis minus malum eſt eligēdum. ſi ergo puer in utero matris exiſtens baptizari nō poteſt, melius eſſet q mater aperiretur, & puer uiolenter eductus baptizaretur, quàm quod puer æternaliter damnaretur abſque baptiſmo decedens.

¶ 4 Præt. Cōtingit quandoq; q aliqua pars pueri prius egrediē: ſicut legitur Ge. 38: q pariēte Thamar, in ipſa effuſione infantium, unius ptuli manum

num, in qua obſtetrix ligauit coccinũ dicens, iſte egredietᵉ prior, illo vero manũ retrahente, egreſſus eſt alter: quãq; aũt in tali caſu imminet periculum mortis.ʰ ergo uidetur quòd illa pars debeat baptizari, puero adhuc in materno vtero exiſtente.

Epiſ.17.inter med.& fin.tom.2. SED CONTRA eſt, ꝙ Aug.* dicit in epiſ. ad Dardanũ, Nemo renaſcitᵉ niſi primo naſcitᵉ: ſed baptiſmus eſt quædã ſpũalis regeneratio. nõ ergo debet aliquis baptizari priuſquàm ex utero naſcatur.

RESP. Dcd̃m, ꝙ de neceſſitate baptiſmi eſt, ꝙ corpus baptizãdi, aliquo mõ aqua abluatᵉ, cũ baptiſmᵘ q.66.art.1 ſit q̃dã ablutio, vt ſ. dictũ eſt: * corpus aũt infantis anteq̃ naſcatᵉ ex vtero, nõ p̃t aliquo mõ ablui aqua, niſi forte dicatᵉ, ꝙ ablutio baptiſmalis, qua corpus B matris lauatᵉ, ad filiũ in ventre exiſtentẽ perueniat: ſed hoc eſſe nõ põt: tũ, q̃a aĩa pueri, ad cuius ſanctificationẽ ordinatᵉ baptiſmus, diſtincta eſt ab aĩa matris: tũ, q̃a corpus puerperij aĩati, iã eſt formatũ, & concl. m per ꝯñs a corpore matris diſtinctũ: & iõ ᵐ baptiſmus quo mẽ baptizatᵉ, nõ redũdat in ꝓlem, in vtero matris exiſtẽtẽ.ⁿ vñ Aug.* dicit cõtra Iulianũ, Lib.6. c.5. non lõge ante med. tom.7. Si ad matris corpus id, qđ in ea cõcipitᵉ, pertinet, ita ut eiᵘ pars imputetᵉ, nõ baptizaretᵉ infans, cuius mẽ baptizata eſt aliquo mortis vrgẽte periculo, cũ eũ geſtaret in vtero; nũc vero cũ ipſe ẽt. ſ. infans baptizetᵉ, nõ vtiq; ad maternũ corpus, cũ eſſet in utero, concl. p pertinebat, & ita relinq̃tur ꝙᵖ nullo modo infan- C tes in maternis vteris exiſtẽtes, baptizari poſſunt.ᑫ

AD PRIMVM ergo dcd̃m, ꝙ pueri in maternis vteris exiſtẽtes, nondũ prodierũt in lucẽ, ut cũ alijs hoĩbus vitã ducant: vnde nõ p̃ñt ſubijci actioni humanæ, vt ꝑ eorũ miniſteriũ ſacr̃a recipiant ad ſalutẽ: poſſunt tamẽ ſubijci operationi Dei, apud quẽ viuũt, ut quodam priuilegio gr̃æ ſanctificationem conſequantur, ſicut patet de ſanctificatis in utero.

AD II dcd̃m, ꝙ mẽbrũ interius matris eſt aliq̃d eius per continuationẽ, & vnionẽ naturalem partis ad totum, puer autem in vtero matris exiſtens, D eſt aliquid eius per quãdam colligationem corporum diſtinctorum: vnde non eſt ſimilis ratio.

AD III dcd̃m, ꝙ nõ ſunt faciẽda mala, vt veniãt bona, ut dᵉ Ro.3. & iõ nõ d̃ẽt hõ occidere matrẽ, vt baptizet puerũ, ſi tñ mater mortua fuerit viuente prole in vtero, debet aperiri, ut puer baptizetur.

AD IIII dicẽdũ, ꝙ expectãda eſt totalis egreſſio pueri ex vtero ad baptiſmũ, niſi mors imineat, ſi tñ primo caput egrediatᵉ, in quo fundantᵉ oẽs ſenſus, d̃ẽt baptizari periculo imminente, & nõ eſt poſtea rebaptizãdus, ſi eũ perfecte naſci cõtigerit. Et vᵉ idẽ E faciẽdũ quæcũq; alia pars egrediatᵉ, periculo imminente: quia tñ in nulla exteriorũ partiũ integritas D. 265. vitæ, ita conſiſtit ſicut in capite, vᵉ quibuſdã ꝙ propter dubium, quacumq; alia parte corporis ablu- D. 585. Perr.2. ta, puer poſt perfectã natiuitatem ſitᵈ baptizãdus ſub hac forma, Siᵈ nõ es baptizatus, ego te baptizo.

395
4.d.4.q.3.a.1.q.3. Et di.18.q.1.art.3. q.1.cor. Et ver.q.28.art.5 ad 2.

ARTICVLVS XII.

Vtrum furioſi & amentes debeant baptizari.

Sen.4.5.d.3.q.vni.ar.12. *Palud.4.d.4.q.4.*

AD DVODECIMVM ſic proceditᵉ. Vᵉ ꝙ furioſi, & amentes nõ debeãt baptizari. Ad ſuſceptio- A nem. n. baptiſmi requiriturʰ intentio in eo, qui baptizatur, ut ſ. dictũ eſt, * ſed furioſi, & amentes, cũ *Ar.7. huius quæſt. careant uſu rationis, non poſſunt habere ordinatã intentionem. ergo non debent baptizari.

¶2 Prætᵉ. Hõ bruta aĩalia ſupexcedit in hoc, ꝙ hẽt rõem: ᵇſed furioſi, & amẽtes nõ hñt vſum rõnis: & quãq; ẽt in eis nõ expectatur, ſicut expectatᵉ in pueris ergo vᵉ ꝙ ſicut bruta animalia non baptizantᵉ, ita nec tales furioſi, & amentes debeãt baptizari.

¶3 Præt. Magis eſt ligatus uſus rationis in furioſis, uel amentibus, quàm in dormiẽtibus: ſed baptiſmus non conſueuit dariʰ dormientibus; ergo non debet dari amentibus, & furioſis.

B SED CONTRA eſt, ꝙ Aug.* dicit 4. cõfeſ. de ami- Lib.4. c.4. parũ ante med.to.1. co ſuo, q cum deſperaretur, baptizatus eſt neſciẽs, & tñ baptiſmus in eo efficaciã habuit. ergo carentibus uſu rationis, aliquando baptiſmus dari d̃ẽt.

RESPON. Dcd̃m, ꝙ circa amentes, & furioſos eſt diſtinguendũ. q̃dã. n. ſunt à natiuitate tales, nulla hñtes lucida interualla, in q̃b. ẽt nullus vſus rõnis apparet: & deᵐ talib. quãtũ ad baptiſmi ſuſceptio- concl. m nẽ, vᵉ eſſe idẽ iudiciũ, qđ de pueris, q baptizantᵉ in fide eccleſiæ.ⁿ vt ſup. dictũ eſt. * Alij vero ſunt amẽ Ar.9. huius quæſt. tes, q ex ſana mente, quam habuerũt prius, in amẽtiam inciderunt. Et tales ſunt iudicandi ſm̃ voluntatẽ quam habuerũt, dũ ſanæ mentis exiſterent, & iõᵖ ſi tunc apparuit in eis uolũtas ſuſcipiẽdi baptiſ- concl. p mũ, d̃ẽt eis exhiberi in furia, & amẽtia cõſtitutis, ẽt ſi tũc actu cõtradicant, alioq̃n ſi nulla voluntas ſuſcipiẽdi baptiſmũ in eis apparuit, dum ſanæ mẽtis eſſent, nõ ſunt baptizãdi.ᑫ q̃dã vero ſunt, q etſi à natiuitate fuerint furioſi, vel amẽtes, hñt tñ aliq̃a lucida interualla, in q̃b. recta rõne vti p̃ñt: vndeʳ ſi concl. ſ tunc baptizari voluerint, baptizari p̃ñt ẽt in amentia cõſtituti. Et d̃ẽt eis tũc ſacr̃m cõferri ſi periculũ timeatᵉ: alioq̃n melius ẽſt, vt tp̃s expectetᵉ in quo ſint ſanæ mẽtis, ad hoc, ꝙ deuotius ſuſcipiãt ſacr̃m. D ſi aũt tp̃e lucidi iteruãlli nõ appareat in eis uolũtas ſuſcipiendi baptiſmũ, baptizari nõ d̃ẽnt in amẽtia cõſtituti: ˢquidã uero ſunt, q etſi nõ oĩno ſanæ mẽtis exiſtant, intm̃ tñ rõne utuntur, ꝙ poſſunt de ſua ſalute cogitare, & intelligere ſacri virtutem. Etⁿ de concl. n talib. idẽ eſt iudiciũ, ſicut de his, q ſanæ mentis exiſtunt, qui baptizantur volentes, non autẽ inuiti.ˣ

AD PRIMVM ergo dcd̃m, ꝙ amentes qui nũquã habuerunt, nec hñt vſum rõnis, baptizantᵉ ex intentione eccleſiæ, ſicut, & ex actu *eccleſiæ credũt & Alias, citatur. 9. huius quæſt. pænitẽt, ſicut ſupra de pueris dictũ eſt. † Illi uero E qui aliquo tp̃e habuerunt, uel habent uſum rõnis, ſecundum propriã intentionem baptizantur, quam habent uel habuerunt tempore ſanæ mẽtis.

AD II dcd̃m, ꝙ furioſi, uel amẽtes carent uſu rationis per accidens, ſ. propter aliquod impedimentum organi corporalis, non autem propter defectum animæ rationalis, ſicut bruta animalia. unde non eſt de his ſimilis ratio.

AD III dicẽdũ, ꝙ dormientes non ſunt baptizãdi, niſi periculũ mortis imineat, in quo caſu baptizari d̃ẽnt, ſi prius in eis voluntas apparuit ſuſcipiẽdi baptiſmũ, ſicut, & de amentibus dictũ eſt: *ſicut In cor. ar.

tli.4.ca.4. paulò ante med.to.1.

Aug. ſnarrat in 4. lib. confeſ. de amico ſuo, qui baptizatus eſt neſciens, propter periculum mortis.

QVAESTIO LXIX.

De effectibus baptiſmi, in decem articulos diuiſa.

DEINDE cõſiderãdũ eſt, de effectib. baptiſmi. Et circa hoc quęruntur decem.

¶Primo, Vtrũ per baptiſmũ auferantur oĩa pctã.

¶Secundo, Vtrum per baptiſmum liberetur homo ab omni pœna.

¶Tertiò, Vtrum baptiſmus auferat pęnalitates huius vitæ.

¶Quarto, Vtrum per baptiſmum conferantur homini gratiæ, & virtutes.

¶Quinto, De effectibus virtutum, qui per baptiſmum conferuntur. G

¶Sexto, Vtrum etiam paruuli in baptiſmo gratias, & virtutes accipiant.

¶Septimo, Vtrum per baptiſmum aperiatur baptizatis ianua regni cæleſtis.

¶Octauo, Vtrum baptiſmus æqualem effectum habeat in omnibus baptizatis.

¶Nono, Vtrum fictio impediat effectum baptiſmi.

¶Decimo, Vtrum recedente fictione, baptiſmus obtineat ſuum effectum. H

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum per baptiſmum tollantur omnia peccata.

Fer.4.cont.c.72. Sot.4.5.d.6.q.1.a.1. Palud.4.d.4 q.1.

per.a. 393 2.d.32.q.1 a.1.& 4.di. 4.q.2.ar.1. q.1.& d.17 q.3.ar.5.q. 1. Et 4. cõ. c.56.& 72. Heb. 6. ſu.

AD PRIMVM ſic ꝓcedit᷑. Vr̃ ꝙ ꝑ baptiſmũ non tollant᷑ oĩa pctã. Baptiſmus.n. eſt quædã ſpũalis regñatio, ᵇq̃ cõtraponit᷑ gñationi carnali: ſed ꝑ gñationẽ carnalẽ hõ cõtrahit ſolũ originale pcm̃. ergo ꝑ baptiſmũ ſoluit᷑ ſolum originale peccatũ. ¶2. Pręt. ᵇPęnitẽtia eſt ſufficiẽs cã remiſsionis actualiũ peccatorũ: ſed ante baptiſmũ in adultis requirit᷑ pęnitentia, ſm̃ illud Act. 2. Pœnitentiã agite, & baptizet᷑ vnuſquiſq; veſtrũ. ergo baptiſmus nihil operatur circa remiſſionem actualium peccatorum. ¶3 Pręt. Diuerſorũ morborũ diuerſæ ſunt ᵇmedicinæ: q͞a ſicut Hiero.* dicit, non ſanat oculũ, quod ſanat calcaneũ: ſed peccatũ originale, qđ per baptiſmũ tollit᷑, eſt aliud genus peccati à peccato actuali. ergo non oĩa peccata remittuntur per baptiſmũ.

Mat.6.ſup. illud verb. Hoc genus dæmoniorũ non eijcitur. niſi &c.to.9.

SED CONTRA eſt, ꝙ dicitur Ezech. 36. Effundã ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris.

RESPON. Dcd̃m, ꝙ ſicut Apoſt. dicit Rom. 6. Quicumque baptizati ſumus in Chr̃o Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus. Et poſtea concludit, Ita, & vos exiſtimate mortuos quidem eſſe peccato, uiuentes autem Deo in Chr̃o Ieſu dño nr̃o. Ex quo patet, ꝙ ꝑ baptiſmũ hõ moritur veuſtati peccati, & incipit uiuere nouitati gratiæ: omne autem peccatũ ad priſtinã uetuſtatẽ pertinet. vnde cõſequẽs eſt, ꝙ ᵐ omne peccatum per baptiſmũ tollatur. K

concl. m

AD PRIMVM ergo dcd̃m, ꝙ ſicut Apoſt. dicit Roma. 5. Peccatũ Adæ non tm̃ põt, quantũ põt donũ Chriſti, qđ in baptiſmo percipit᷑. Nã iudiciũ ex vno in condemnationem, gratia aũt ex multis delictis in iuſtificationem, vnde & Aug.* dicit in lib. de baptiſmo paruulorum, ꝙ generante carne tantum modo trahitur peccatum originale; regenerante autem ſpiritu, non ſolum originalium, ſed etiam uoluntariorum fit remiſsio peccatorum.

Li.1.d pecca.merit. & remiſ.c. 15.in fi.to 7.

AD II dcd̃m, ꝙ nullius peccati remiſſio fieri poteſt, niſi per virtutẽ paſſionis Chriſti, vnde, & Apoſtolus dicit Hebr. 9. ꝙ ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio. vnde motus humanæ voluntatis, q͞ eſt in pœnitente, non ſufficeret ad remiſſionem culpæ, niſi adeſſet fides paſſionis Chriſti, & propoſitũ participandi ipſam, uel ſuſcipiendo baptiſmum, uel ſubijciendo ſe clauibus eccleſiæ, & ideo quando aliquis adultus pœnitens ad baptiſmum accedit, conſequitur quidem remiſſionem oĩum peccatorum ex propoſito baptiſmi, perfectius autẽ ex reali ſuſceptione baptiſmi.

AD III dcd̃m, ꝙ ratio illa procedit de particularibus medicinis: baptiſmus autem operatur in virtute ᵈpaſſionis Chriſti, quæ eſt uniuerſalis medicina omnium peccatorum: & ideo per baptiſmum omnia peccata tolluntur. D.68.

ARTICVLVS II.

Vtrum per baptiſmum liberetur homo ab omni reatu peccati.

H *Ferr.4.cont.c.58.59. Palud.4.d.4.q.1.*

Ferr.a. 394 Sup.q.68. a.5.& 3.d. 19.a.3.q.2 Et 4. di.4. q.1.a.1.q. 2.& 3.q.1. Et d.7.q. 1.a.1.q.1. & 4.cõt.c. 58. 59. & 72. & Ro. 11. le.4. & Hebr.6.ſu. *li.2.retra. c.9.& li.5. de lib.arb. c.18.to.1. *q.62.a.3.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ per baptiſmum nõ liberetur homo ab omni reatu peccati. Dicit.n. Apoſt. Ro. 13. Quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt: ſed culpa non ordinatur, niſi per ᵇ pœnam, ut Aug.* dicit. ergo per baptiſmum non tollitur reatus pœnæ pręcedentium peccatorũ. ¶2 Præt. Effectus ſacri aliquã ſimilitudinẽ habet cũ ipſo ſacr̃o: q͞a ſacr̃a nouæ legis efficiũt qđ figurant, vt ſupra * dictũ eſt: ſed ablutio baptiſmalis hẽt qdẽ aliquã ſimilitudinẽ cũ ablutione maculæ, nullã aũt ſimilitudinẽ hr̃e vr̃ cũ ſubtractione reat' pœnæ, nõ ergo ꝑ baptiſmũ tollitur reatus pœnæ. ¶3 Præt Sublato reatu pœnæ, aliquis nõ remanet ᵏdignus pœna, & ita iniuſtum eſſet eũ puniri. ſi igitur, per baptiſmũ tollitur reatus pœnæ, iniuſtum eſſet, poſt baptiſmũ ſuſpendere latronem, qui ante homicidium cõmiſit, & ita per baptiſmum tolleretur rigor humanæ diſciplinæ, quod eſt incõueniens. nõ ergo per baptiſmũ tollitur reatus pœnæ

SED CONTRA eſt, ꝙ Am. dicit ſup illud Ro. 11. Sine pœnitẽtia ſunt dona, & uocatio dei, Gratia, inquit, dei in baptiſmo gratis omnia cõdonat. *Sup. illud ad Ro. 11. tom. 5.

RESP. dcd̃m, ꝙ ſicut ſupra * dictũ eſt, per baptiſmũ aliqs incorporat᷑ paſsioni, & morti Chr̃i, ſm̃ illud Rom. 6. Si mortui ſumus cũ Chr̃o, credimus q͞a ſimul & uiuem' cũ eo. ex quo patet ꝙ oĩ baptizato cõicat᷑ paſsio Chr̃i ad remedium, acſi ipſe paſſus, & mortuus eſſet. Paſsio aũt Chr̃i, ſicut dictum eſt, * eſt ſufficiens ſatisfactio pro oĩbus peccatis oĩum hoĩum: & ideo ille, ᵐ qui baptizatur, liberatur a reatu totius pęnæ, ſibi debitæ ꝓ peccatis, acſi ipſe ſufficiẽter ſatisfeciſſet ꝓ oĩbus peccatis ſuis. Ar. pręc. & q.68. ar.5. ad 1.& 2.a q.48.ar.3. concl. m

AD PRIMVM ergo dcd̃m, ꝙ q͞a pœna paſsionis Chr̃i cõicatur baptizato, inquantũ fit mẽbrum Chr̃i, acſi ipſe pœnã illã ſuſtinuiſſet, ideo eius peccata remanent ordinata per pœnã paſsionis Chr̃i.

AD

A AD II dicendum, ꝙ aqua non ſolum abluit, ſed ēt refrigerat, & ita ſuo refrigerio ſignificat ſubtractionem reatus pęnæ, ſicut ſua ablutione ſignificat emundationem a culpa.

AD II dcđm, ꝙ in pœnis, quæ iudicio humano inferunť, non ſolū attendiť qua pœna ſit hō dignus quo ad Deū, ſed ēt in quo ſit obligatus quo ad hoīes, q læſi, & ſcādalizati ſunt ꝑ pctm̄ alicuius. & iō licet homicida ꝑ baptiſmū liberet̃ a reatu pœnæ quo ad Deum, remanet tñ obligatus adhuc quo ad hoīes, quos iuſtum eſt ædificari de pœna, ſicut ſunt ſcandalizati de culpa: pie tamen talibus princeps poſſet pœnam indulgere.

porr.o.
397

ARTICVLVS III.

Vtrum per baptiſmum debeant auferri pęnalitates præſentis uitæ.

Fer.4.cont.c.12. Sot.4.ſ.d.6.q.1.ar.2.

AD TERTIVM ſic proceditť, Vť ꝙ ꝑ baptiſmū debeāt auferri pęnalitates præſentis uitę. Vt .n. Apoſt. dicit Ro.5. Donū Chri potētius eſt, q̃ peccatū Adæ: ſed ꝑ pctm̄ Adæ (ut ibidē Apoſtolus dicit) mors in hūc mundū intrauit, & ꝑ conſequens oēs aliæ pœnalitates præſentis uitæ. ergo multo magis ꝑ donū Chri, quod in baptiſmo percipiť, hō a pœnalitatibus præſentis vitæ debet liberari.

a.diſt. 12 q.1.ar.1.q. 2.& di.13. q.1.art.2. Et 3.di.19. art.3.q.2. Et 4.di.4 q.2.ar.1. q.1. & 4. con.c.51. fi.& 55.ad 25. Et 27. &c.59. & quol 6, ar. 11.

C ¶2 Pręt. Baptiſm9 aufert, & culpā originalē & actualē, ſicut ſ. dictū eſt: ſic aūt aufert actualē culpā, ꝙ liberat ab oī reatu pęnæ conſequēte actualē culpā: ergo etiam liberat a pœnalitatibus præſentis uitæ, quæ ſunt pœna originalis peccati.

† Ar.1. huius q.

¶3 Præ. Remota cā remoueť effect9: ſed cā harū pęnalitatū eſt pctm̄ originale, ꝙ tolliť ꝑ baptiſmū ergo non debent hmōi pœnalitates remanere.

SED CONTRA eſt, ꝙ ſuper illud Ro. 6. Deſtruať corpus peccati, dicit gl.* Per baptiſmū id agiť, ut vetus hō crucifigatur, & corpus peccati deſtruať, non ita ut in ipſo, viuente carnis concupiſcentia reſperſa. & innata, repente abſumatur, & non ſit: ſed ne obſit mortuo, quæ inerat nato: ergo pari ratione, nec aliæ pęnalitates per baptiſmū tolluntť.

* eſt gl. Auguſt lib.1. de baptiſ. paruul.ca. 19. inter pri. & me. to.1.

RESP. Dcđm, ꝙ baptiſmus habet virtutē auferendi pœnalitates p̄ſentis vitæ, non tñ eas aufert in pręſenti uita: ſed eius virtute auferenť a iuſtis in reſurrectione, qñ mortale hoc induet immortalitē, ut dť primæ Cor.15. Et hoc rōabiliter, primo quidē: qa ꝑ baptiſmū hō incorporať Chro, & efficiť membrum eius, ut ſupra dictū eſt.* & iō conueniens eſt, ut id agať in membro incorporato, qđ eſt actū in capite. Chrs aūt a principio ſuæ conceptionis fuit plenus gr̃a, & ueritate: habuit tñ corpus paſſibile, quod poſt paſſionē, & mortem eſt ad vitam glorioſam reſuſcitatū. vñ, & Chriſtianus in baptiſmo gratiam conſequitur, quantū ad aīam: habet tñ corpus paſſibile, in quo pro Chro poſſit pati, ſed tandem reſuſcitabitur ad impaſſibilem vitam. vñ Apoſtolus dicit Ro.8. Qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum à mortuis, viuificabit, & mortalia corpora veſtra ꝑꝑ inhabitantem ſpiritum eius in vobis. & infra eodem, hæredes quidem Dei cohæredes aūt Chriſti: ſi tñ cōpatimur, vt & ſimul glorificemur. Secūdo hoc eſt cōueniēs, ꝑꝑ ſpirituale A exercitiū, vt videlicet concupiſcentiā, & alias paſſibilitates pugnans hō, uictoriæ coronā acciperet. vñ ſuper illud Ro.6. Vt deſtruať corpus peccati, dicit gloſſ.* Si poſt baptiſmum uixerit hō in carne, habet concupiſcentiā cū qua pugnet, eamq; adiuuante Deo ſuperet: in cuius figurā dť Iudic.3. Hæ ſunt gentes, quas dñs dereliquit, ut erudiret in eis Iſraelē, & poſtea diſcerent filii eorum certare cū hoſtibus, & habere conſuetudinē præliandi. Tertio hoc fuit conueniens, ne hoīes ad baptiſmū accederent ꝑꝑ impaſſibilitatē præſentis uitæ, & nō ꝑꝑ gloria uitæ æternæ. uñ, & Apoſtolus dicit pri B mæ Corin.15. Si in hac uita tm̄ ſperantes ſumus in Chriſto, miſerabiliores ſumus oībus hominibus.

* q.68. ar. 9. ad 2. & art præce.

* Eſt Aug. lib.1. de baptiſ. paru. c.19. circa prin. to.7.

AD PRIMVM ergo dicendū, ꝙ (ſicut gloſſ. dicit Ro.6. ſuper illud, Vt ultra non ſeruiamus pctō) ſicut aliquis capiens hoſtem atrociſſimū, nō ſtatim interficit eum, ſed patitur eum cum dedecore, & dolore aliquantulum uiuere ita, & Chriſtus pœnam prius alligauit, in futuro autem perimet.

AD II dcđm ꝙ ſicut ibidem dicit gloſſ.* duplex eſt pœna peccati, gehennalis. & tꝑalis. Gehennalem prorſus deleuit Chriſtus, ut eam non ſentiāt baptizati, & uere pęnitentes: tꝑalem uero nondū C penitus tulit: manet .n. fames, ſitis & mors, & huiuſmodi: ſed regnū, & dñium eius deiecit, ut ſ. hoc homo non timeat, & tandem in nouiſſimo eandē penitus exterminabit.

* gl. ord. ſuper illud ad Rō. 6. hō noſter ſimul crucifixus.

AD III dcđm, ꝙ (ſicut in ſecunda parte dictū eſt*) pctm̄ originale hoc mō ꝓceſſit, ꝙ primo perſona infecit nām, poſtmodū uero natura infecit perſonam. Chrs uero conuerſo ordine prius reparat, id quod perſonæ eſt, & poſtmodum ſimul in oībus reparabit, id, quod nāę eſt: & iō culpā originalis peccati, & ēt pęnā carentiæ uiſionis diuinę, q̃ reſpiciunt perſonām, ſtatim per baptiſmū tollit D ab hoīe: ſed pœnalitates p̄ſentis uitæ (ſicut mors, fames, ſitis, & alia hmōi) reſpiciunt nām, ex cuius principiis cauſanť, prout eſt deſtituta originali iuſtitia: & iō iſti defectus non tolleneť, niſi in ultima reparatione naturę, per reſurrectionē glorioſam.

* 1.2.q.81 art.1.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum per baptiſmum conferantur homini gratia & uirtutes.

S.Bona.4.ſ.d.4.q.2.ar.2. Scot.4.ſ.d.4.q.2.
Riccar.4.ſ.d.4.q.1.ar.1. Sot.4.ſ.d.6.q.1.ar.4.

por.o.
398

AD QVARTVM ſic proceditť. Vť ꝙ per baptiſmū non conferanť hoī gr̃a, & uirtutes: quia B ſicut ſupra dictū eſt,* ſacra nouę leg.s efficiunt qđ figurant: ſed per ablutionē baptiſmi ſignificatur emundatio aīæ a culpa, non aūt informatio aīæ per gratiam, & uirtutes: uť igitur, ꝙ per baptiſmū non conferantur homini gratia, & uirtutes.

Infra q.71 art.1.c & Et 4.diſ.3. ar.1.q.3.c. & q.3.ar. 1. q.2. ad 2.& di.4. q.1, artic. 2. q.2. & di.9.art.1. q.2.cor. Et di.18.q.1 art.3.q.1 cor.

¶2 Præt. Illud, quod iam aliquis adeptus eſt, non indiget iterum ſuſcipere: ſed aliqui accedunt ad baptiſmum, iam habentes gratiam, & uirtutes: ſicut Act.10. legitur, uir quidam erat in Cæſarea, nomine Cornelius, Centurio cohortis, quæ dicitur Italica, religioſus, & timens deum: qui tamen poſtea à Petro baptizatus eſt. nō ergo per baptiſmum conferuntur gratia, & uirtutes.

† q.60. ar. 2.& 62.ar. 3.& q. præc.ar.2.

¶3 Præt.

¶3 Præt. Virtus eſt habitus, ad cuius rationem pertinet, q̄ ſit qualitas difficile mobilis, per quā aliqs faciliter, & delectabiliter opererur: ſed poſt baptiſmum remanet in hoibus pronitas ad malū, per qđ tollitur uirtus, & conſequitur difficultatem quis ad bonum, quod eſt actus uirtutis. ʰ ergo per baptiſmum nō conſequitur hō gratiam, & uirtutes. F

SED CONTRA eſt, q̄ ad Titū 3. dicit Apoſtolus, ſaluos nos fecit per lauacrū regenerationis (i. per baptiſmū), & renouationis Spūſſancti, quē effundit in nos abunde, i. ad remiſſionē pctōrum, & copiā uirtutum, ut gloſſ.* ibi exponit. ſic ergo in baptiſmo dať gřa Spiritusſancti, & copia uirtutum.

*gl. interl. ibid.

RESP. Dcđm, q̄ (ſicut Aug.* dicit in li. de Baptiſmo paruulorū) ad hoc baptiſmus ualet, ut baptizati Chřo incorporenť, ut mēbra eius. A capite autē Chřo, in oīa mēbra eius, gřę, & uirtutis plenitudo deriuať, ſm illud Ioā. 1. De plenitudine eius nos oēs accepimus. vñ manifeſtum eſt, q̄ ᵐ per baptiſmum aliquis conſequitur gratiam, & uirtutes. ⁿ G

*Li. 1. c. 26. a me. to. 7.

concl. m

AD PRIMVM ergo dcđm, q̄ ſicut aqua baptiſmi per ſuam ablutionem ſignificat emundationem culpæ, & per ſuum refrigerium ſignificat liberationem a pœna; ita per naturalem claritatem ſignificat ſplendorem gratiæ, & uirtutum.

Q. 68. ar. 2

AD II dcđm, q̄ (ſicut dictū eſt) q̄ remiſſionē peccatorū aliquis conſequiť ante baptiſmum, ſm q̄ habet baptiſmū in uoto, vel explicite, vel implicite: & tñ cū realiter ſuſcipit baptiſmū, fit plenior remiſſio quantū ad liberationē a tota pœna; ita ēt ante baptiſmū Cornelius, & alii ſimiles conſequunť gratiā, & uirtutes, per fidē Chriſti, & deſiderium baptiſmi implicite, uel explicite, poſtmodū tñ in baptiſmo maiorē copiā gratiæ, & uirtutū conſequuntur: vñ ſuper illud Pſ. 22. Super aquam refectionis educauit me, dicit glo.* Per augmentum virtutis, & bonę opationis educauit in baptiſmo. H

*ex gl. interli. colligitur ibid.

AD III dcđm, q̄ difficultas ad bonū, & pronitas ad malū, inueniunť in baptizatis, non pp defectū habitus uirtutū: ſed pp concupiſcentiā, q̄ non tolliť in baptiſmo: ſicut tñ per baptiſmum diminuiť concupiſcentia, ut nō dominet, ita ēt diminuitur vtrumq; dictorum,* ne homo ab his ſuperetur.

*In iſta ſolut.

ARTICVLVS V.

Vtrum conuenienter attribuantur baptiſmo quidam actus uirtutum.

Per. 399

Set. 4. ſ. d. 6. q. 2. ar. 3.

AD QVINTVM ſic procediť. Vř q̄ inconueniēter attribuantur baptiſmo pro effectibus quidā actus uirtutū, ſ. incorporatio ad Chřm illuminatio, & fęcundatio. non. n. baptiſmus datur adulto, niſi fideli, ſm illud Mar. vlt. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: ſed per fidē aliquis incorporatur Chriſto, ſm illud Epheſ. 3. Habitare Chriſtum per fidē in cordibus ueſtris. ergo nullus baptizatur, niſi iam Chriſto incorporatus. nō ergo eſt effectus baptiſmi incorporari Chriſto. K

4. d. 4. q. 2. art. 2. q. 1. 4. & 5. Et diſt. 5. q. 2. art. 1. q. 2. cor. & ad 3. Et a. 5. q. 1. cor. Et di. 18. q. 1. ar. 1. q. 1. ad 1. Et quol. 6. ar. 4.

¶2 Præt. Illuminatio fit per ʰ doctrinam, ſm illud Epheſ. 3. Mihi omnium ſanctorum minimo data eſt gratia hæc, illuminare omnes, &c. ſed doctrina præcedit baptiſmum in cathechiſmo. non ergo eſt effectus baptiſmi.

¶3 Præt. Fœcunditas pertinet ad gñationem actiuam: ſed per baptiſmum aliquis generatur ſpiritualiter: ʰ ergo fœcūditas nō eſt effectus baptiſmi.

SED CONTRA eſt, q̄ Aug † dicit in li. de Baptiſmo paruulorū, q̄ ad hoc ualet baptiſmus, ut baptizati Chřo incorporenť. D o.* ēt 2. c. eccl. hier. illuminationem attribuit baptiſmo. & ſup illud Pſ. 22. ſuper aquam refectionis, dicit gl. q̄ aīa pctōrum ariditare ſterilis, fœcundatur per baptiſmū.

†li. 1. c. 26. a med. t. 7. *c. 2. eccl. hier. par. 1. & 2. *eſt gl. Caſſiod. ſuper hunc locū pſal. 22.

RESP. Dcđm q̄ per baptiſmū aliquis regeneratur in ſpiritualē uitā, quæ eſt propria fideliū Chriſti, ⁿ ſicut Apoſtolus dicit Gal. 2. Quòd aūt nunc viuo in carne, in fide uiuo filii Dei. vita aūt nō eſt, niſi membrorū capiti vnitorum, a quo ſenſum, & motū ſuſcipiunt: & iō ᵐ neceſſe eſt, q̄ per baptiſmum aliquis incorporetur Chriſto, quaſi membrū ipſius. ⁿ ſicut aūt a capite naturali deriuať ad mēbra ſenſus, & motus, ita a capite ſpirituali, quod eſt Chriſtus, deriuať ad mēbra eius, ſenſus ſpūalis, qui conſiſtit in cognitione veritatis, & motus ſpiritualis, qui eſt per gratiæ inſtinctū. vñ Io. 1. dř, vidimus eū plenū gratiæ, & veritatis, & de plenitudine eius nos oēs accepimus. & iō conſequens eſt, q̄ baptizati illuminentur a Chriſto circa cognitionem ueritatis, & fœcundentur ab eo fęcunditate bonorum operum per gratiæ infuſionem.ᵍ

concl. m

concl. p

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ adulti prius credentes in Chriſtum, ſunt ei incorporati mentaliter: ſed poſtmodum cum baptizantur, incorporantur ei quoddammodo corporaliter, ſ. per viſibile ſacramentum, ſine cuius propoſito nec mentaliter incorporari potuiſſent.

AD II dicendum, q̄ doctor illuminat exterius per miniſteriū, catechizando: ſed Deus illuminat interius baptizatos, præparans corda eorū ad recipiendam doctrinam ueritatis, ſm illud Ioan. 6. Eſt ſcriptum in prophetis, erunt oēs docibiles Dei. I

AD III dicendum, q̄ effectus baptiſmi poniť fęcunditas, qua aliquis producit bona opera: non aūt fœcunditas, qua aliquis generat alios in Chriſto, ſicut Apoſtolus dicit 1. ad Cor. 4. In Chriſto Ieſu per euangelium ego uos genui.

ARTICVLVS VI.

Vtrum pueri in baptiſmo conſequantur gratiam & uirtutes

Per. 400

Set. 4. ſ. d. 6. q. 1. ar. 4.

AD SEXTVM ſic procediť. Vř q̄ pueri in baptiſmo non conſequantur gratiam, & uirtutes. Gratia. n. & uirtutes non habentur ſine fide, & charitate: ſed fides, ut Aug.* dicit, conſiſtit in credentiū uoluntate, ſimiliter ēt charitas conſiſtit in diligentiū uoluntate: cuius uſum pueri nō habēt, & ſic non ʰ habent fidem, & charitatem. ergo pueri in baptiſmo non recipiunt gratiā, & uirtutes. K

22. q. 47. ar. 14. ad 3 & 4. diſt. 4 q. 2. art. 2. q. 2. Et di. 17. q. 1. ar. 3. q. 2. cor. & ad 3. Et di. 18. q. 1. art. 3. q. 1. cor.

¶2 Præ. ſuper illud Io. 14. Maiora horū faciet, dicit Aug. † q̄ ex impio iuſtus fiat, in illo, ſed non ʰ ſine illo Chřs operať: ſed puer cū non habeat uſum liberi arbitrii, non cooperatur Chriſto ad ſuam iuſtificationem: immo qñque pro poſſe renititur.

*epiſt. 23. non remote a fi. to. 2 †tr. ac. 72. ī Io. a med. to. 9.

ergo

ergo non iuſtificatur per gratiam,& uirtutes.

¶3 Præt.Ro.4.dr̃,Ei,qui nõ operaẽ,b credenti aũt î eum,qui iuſtificat impiũ,reputaẽ fides eius ad iuſtitiã,ẽm propoſitũ gratiæ dei:ſed puer non eſt credens in eũ,qui iuſtificat impium.ergo non conſequitur gratiam iuſtificantem,neque virtutes.

¶4 Præt.Quod ex carnali intentione agiẽ, non vr̃ habere ſpirituale effectũ:ſed qñque pueri ad baptiſmũ deferuntur carnali intentione, vt.ſ.corporaliter ſanentur.non ergo conſequuntur ſpiritualem effectum gratiæ,& virtutum.

Enchir. ca.52.ante fin.to.3. SED CONTRA eſt, ꝙ Aug. dicit in Enchir. Paruuli renaſcendo moriunẽ illi pc̃tõ,quod naſcendo contraxerũt,ac per hoc ad illos et pertinet qđ dr̃, Cõſepulti ſum⁹ cũ illo per baptiſmũ in mortẽ (ſub diẽ aũt)vt qũo Chr̃s ſurrexit à mortuis, per gloriã Patris,ita & nos in nouitate vitæ ambulemus: ſđ nouitas vitæ eſt per gratiã,& virtutes. ergo pueri in baptiſmo gratiam,& virtutes conſequuntur.

RESP.Dicẽdũ,ꝙ quidã antiqui poſuerũt,ꝙ pueris in baptiſmo non dantur gratia,& virtutes,ſed imprimiẽ eis character Chr̃i,cuius virtute, cum ad perfectã ætatem venerint,cõſequnẽ grãm, & virtutes. Sed m hoc patet eſſe falſum dupl̃r. n Primo qdem,qa pueri,ſicut & adulti, in baptiſmo efficiũtur membra Chr̃i,vñ neceſſe eſt, ꝙ a capite recipiãt influxũ gratiæ,& virtutis.Sedõ,quia ẽm hoc pueri decedentes poſt baptiſmum, nõ peruenerint ad vitam æternam:quia,ut dr̃ Rom.6.Gratia dei eſt vita æterna.& ita non profuiſſet eis ad ſalutẽ, baptizatos fuiſſe.Cauſa aũt erroris fuit,qa neſcierũt diſtinguere inter habitũ,& actũ. & ſic videntes pueros inhabiles ad actus virtutũ,crediderũt eos poſt baptiſmũ nullatenus virtutẽ hr̃e:ſed iſta impotentia operandi, non accidit pueris ex defectu habituũ,ſed ex impedimẽto corporali: ſicut etiam dormientes,quamuis habeãt habitus virtutum,impediuntur tamen ab actibus propter ſomnum.

AD PRIMVM ergo dcđm,ꝙ fides,& charitas cõſiſtũt in volũtate hoĩum,ita tñ ꝙ habitus harũ, & aliarũ virtutũ requirunt potentiam volũtatis, quæ eſt in pueris:ſed actus virtutũ requirunt actum voluntatis,qui non eſt in pueris. Et hoc mõ Aug.* dicit lib.de baptiſmo paruulorum,ꝙ paruulum, etſi nondum illa fides, quæ in credentium voluntate conſiſt.t,iam tamen ipſius fidei ſacramentũ, quod ſcilicet cauſat habitum fidei,fidelem facit.

*Epiſt.23. ad Boniſ. nõ procul. à fin.to.2.

AD II dcđm,ꝙ (ſicut Aug.dicit in lib.de Charitate)nemo ex aqua, & Spirituſancto renaſciẽ niſi volens,qđ non de paruulis,ſed de adultis intelligẽdum eſt. Et ſir̃r de adultis intelligendum eſt, ꝙ hõ a Chriſto ſine ipſo non iuſtificaẽ. Quòd autem paruuli baptizandi, prout viribus poſſunt, reluctãtur,non eis imputatur: quia in tantum neſciũt qđ faciunt, vt nec facere videantur: vt Aug.* dicit in lib.de præſcientia dei ad Dardanum.

*Epi. 57. poſt med. tom.2.

AD III dcđm, ꝙ (ſicut Aug.dicit)paruulis mr̃ eccla aliorũ ped s accõmodat,vt veniant, aliorum cor vt credãt,aliorũ linguã vt fateanẽ. & ita pueri credunt, non per actum proprium, ſed per fidem eccleſiæ, quæ eis communicatur. & huius fidei virtute conferuntur eis gratia,& virtutes.

AD IIII dicẽdum, ꝙ carnalis intẽtio deferẽtiũ pueros ad baptiſmũ,nihil eis nocet, ſicut nec culpa unius nocet alteri,niſi conſentiat. vñ Aug.* dicit in epiſt.ad Boniſ.nõ illud te moueat, ꝙ qdã nõ ea fide ad baptiſmũ percipiẽdũ paruulos ferũr, ut gratia ſpũali ad uitã regenerentur æternã: ſed hoc eos putant remedio corporalem retinere, vel recipere ſanitatem:non enim propterea illi nõ regenerantur, quia non ab iſtis hac intentione offerunẽ.

* Da cõſecrat. di.4. c. mater eccl. epiſt. 23.parum ante med. to.2.Et l.3 de pecca. meri.c.25. in fin.to.7

ARTICVLVS VII.

Vtrum effectus baptiſmi ſit apertio ianua regni cæleſtis.

¶ Ad quæ quidem fundamenta ſi libere reſpexerimus, nullam cogentem inueniemus habere rationem, niſi ultimum propter auctoritatem Spiritusſancti gubernantis eccleſiam: nam ob ſimiles particulares conſuetudines, uenerabiliter ſuſtinent theologi, plures ſacerdotes conſecrare eandem hoſtiam ut inferius patebit. Et hæc ſint dicta comparando panem ad materiam remotã. Comparando uero ad materiam proximam duæ rationes diuerſas inducentes difficultates occurrunt. Prima eſt, de identitate, ſeu diuerſitate inter panem, & paſtam: ſecunda eſt, ex diuerſitate modorum coquendi paſtam. Obſcura ſiquidem videtur differentia inter panem, & paſtam crudam: reputat enim Scotus probabile eſſe, quòd non differant ſpecie, quia decoctio non facit, niſi exhalationem humoris aquei, & miſtio non eſt ibi, niſi iuxta poſitio, & ex pane fit paſta, ſi mica digitis comprimatur. Oppoſitum autem rationabilius uidetur: quoniam decoctio applicando actiua paſſiuis ſpeciem panis facit, ſicut maturatio de agreſta faciendo uuam, facit de agreſta uinum. Ars enim in confectione panis, non concurrit, niſi applicando actiua paſſiuis, ut patet ex hoc, quòd forma panis eſt forma ſubſtantialis, quod conuincitur apud fideles, ex hoc quòd panis tranſſubſtantiatur in corpus Chriſti, & accidentibus remanentibus non remanet panis, qui remaneret cum reliquis accidentibus, ſi accidens ſignificaret. Vnde, & falſum eſt, quòd dum paſta decoquitur in clibano, fiat ſola euaporatio humidi: decoctio enim digerit, & generat panem, miſtione autem, aut iuxta poſitione nulla opus eſt noua, ſed prima miſtio farinæ cum aqua (ex quibus confecta eſt paſta tamquam ex elementis, ac materia tranſeunte) decoctione digeritur, & ad terminum deducitur, panem ſcilicet. Nec admitto ex pane fieri paſtam, ſed micam mollem ſimilem paſtæ. Acceptabilior autem apparet hæc poſitio contemplanti diuerſitatem ſpecificam inter agreſtam, uinum, & acetum ex eiſdem uuis ob diuerſam caloris cauſalitatem agreſta .n. eſt ſuccus crudus, uinum uero ſuccus digeſtus, acetum aũt addit exceſſiuã ſuper calefactionẽ, ut teſtatur experientia, dum uinum expoſitum calori, aceſcit, & cupientes acetũ bonũ habere, ad loca calida dolium transferunt. Ex his .n. apparet ex ſola caloris dña ex parte actiui, ſpecificum progreſſum poſſe fieri ex parte materiæ, licet non ſemper fiat, non enim differt ſpecie pirum coctum à piro crudo. Diuerſi uero coquendi modi, ſcilicet, uel aſſando, uel eliſando, ſpeciem uariare non uidentur, panis ſiquidem elixus, ut lagana, aut frixus (quo etiam modo lagana in ueteri lege offerebantur) aut aſſus, ut panis in clibano, & ſubcinericius, & hoſtia, eiuſdem videntur ſpeciei quo ad ſubſtantiam, ſola qua accidentali forma differre videntur. Verum in propoſito modo, uidetur utrumq; paruipendẽdum, ita quòd nec ex diuerſitate ſpecifica, nec ex identitate ſpecifica, ſufficiens ratio habeatur. Sed credendo quod nec paſta, nec panis, niſi aſſus, eſt conſecrabilis, rõnẽ aliunde ſumentes, dicimus ꝙ ſicut in ſacro baptiſmi aqua a Chriſto eſt inſtituta, ita in euchariſtia panis, & quemadmodum ibi aqua intelligitur nõ ſolũ ſubſtantia aquæ, ſed etiam quòd ſit ſub forma aquæ (& propterea aqua ſub forma grandinis, aut niuis, non eſt materia baptiſmi) ita per panem intelligendus eſt panis, & ſecundum ſubſtantiam, & ſecundum formam panis. Et per hoc excluduntur quæcumque conſtant ex paſta cruda, & ſimiliter quæcumque conſtant ex paſta elixa: hæc enim non habere formam panis (dato quòd dé panes ſint) uſus teſtatur humanus, quo his non utimur ut pane, ſed potius hæc comedimus cum pane, & ex hoc ipſo profitentes diſtinctionem horum a pane. Aſſato autem pane ſolo utimur ut pane, & propterea credidérim ipſum ſolum eſſe conſecrabilem: materia enim hæc paucas habet aſſertiones, unde & Auctor in litera opinatiue loquitur, cum excludit ſpeltam, & amidum: de quo adhuc ſub iudice lis eſt, & mihi videtur dicendum, ut ſupra, ſcilicet, quòd

ad ſignificandâ duritiê ueteris legis ꝑ duritiem panis: tum etiam, quia, vt Aug.* dicit in libro 83. Quæſtionû, ordei medulla, quæ tenaciſſima palea tegitur, vel ipſam legem ſignificat, quæ ita data erat, ut in ea vitale animæ alimentum corporalibus ſacramentis obtegeretur, uel ipſum populum nondum expoliatum carnali deſiderio, quod tanquam palea cordi eius inhærebat: hoc autem ſacramentum pertinet ad ſuaue iugum Chriſti, & ad ueritatem iam manifeſtatâ, & ad populum ſpiritualem. unde non eſſet materia conueniens huius ſacramẽti panis ordeaceus.

Ad II dicendum, quòd generans generat ſibi ſimile in ſpecie, fit tamen aliqua diſſimilitudo generantis ad genitum quantum ad accidentia, uel propter materiam, vel propter debilitatem uirtutis generatiuæ, & ideo ſi qua frumenta ſunt, quæ ex ſemine tritici generari poſſunt (ſicut ex grano tritici ſeminato in malis terris, naſcitur ſiligo) ex tali frumento panis confectus, poteſt eſſe materia huius ſacramenti, quod tamen non uidetur habere locum neque in ordeo, neque in ſpelta, neque etiam inferre, quod inter omnia eſt grano tritici ſimilius: ſimilitudo autem figuræ in talibus, magis uidetur ſignificare propinquitatem, quàm identitatem ſpeciei, ſicut ex ſimilitudine figuræ manifeſtatur, quòd canis, & lupus ſunt propinquæ ſpeciei, non autem eiuſdem, unde ex talibus fruméntis, quæ nullo modo poſſunt ex ſemine tritici * generari, non pôt confici panis, qui ſit debita materia huius ſacramenti.

*Alias grani.

Ad III dicendum, quòd modica permiſtio non ſoluit ſpeciem, quia id, quod eſt modicum, quodammodo abſumitur à plurimo, ideo ſi ſit modica admiſtio alterius frumenti ad multo maiorem quantitatem tritici, poterit exinde confici panis, qui eſt materia huius ſacramenti, ſi uero ſit magna permiſtio, puta ex æquo, uel quaſi, talis permiſtio ſpeciem mutat. unde panis exinde confectus, non erit debita materia huius ſacramenti.

Ad IIII dicendum, quòd aliquando eſt tanta corruptio panis, quòd ſoluitur ſpecies panis, ſicut cum continuitas ſoluitur, & ſapor, & calor, & alia accidentia mutantur, unde ex tali materia non poteſt confici corpus Chriſti, aliquando uero non eſt tanta corruptio, quæ ſpeciem ſoluat, ſed eſt aliqua diſpoſitio ad corruptionem, quod declarat aliqualis immutatio ſaporis, & ex tali pane poteſt confici corpus Chriſti, ſed peccat conficiens propter irreuerentiam ſacramenti. Et quia amidum eſt ex tritico corrupto, non videtur quòd panis ex eo confectus, poſſit fieri corpus Chriſti: quamuis quidam contrarium dicant.

ſ panis confectus ex eo eſt abſolute panis, poteſt cõſecrari. Nec obſtat corruptio tritici, dicentibus aliis triticum non corrumpi tunc, ſed ablui, & depurari, & alterari, aliis
por.o.
438 aũt ꝙ corruptio nihil officit: q̃m non
4.d.11.q.2 art.2.q.3. Et 4.cont. a.p.68. Et opuſ. 1.c. 61. & 10. 53.
eſt corruptio ſimpliciter, ſed corruptio, quæ eſt uia ad generationem panis, quã oportere interuenire probatur ex eo, ꝙ triticum eſt materia tranſiens reſpectu paſtæ, & panis.

SVP. QV. LXXV. ART. IIII.

ferr.4.cont.c.68.
Sot.4 ſ.d.9 q.uni.a.4.

In Ar.4. circa illud, quod de presbytero græco dr̃, ſ. ꝙ debet ſeruare ritũ græcum in eccleſia græca, dubium occurrit ex Petro de Palude in 4.diſt.11. oppoſitũ concludente, ex hoc ꝙ græci ſunt ſchiſmatici, nulluſque ẽt ipſorum debet eis adhærere, ac per hoc
Q.73.a.3. ad 3.
põt ſicut in toto, & ſic & in parte ab eis diſcordare. nõ ergo peccaret non ſeruans ritum eorum.

¶ Ad hoc dr̃, ꝙ Auctor loquitur de græcis eccleſiis, & præsbyteris abſolute, & non de iiſdem ſchiſmaticis. & ppᵗea optime dicit ꝙ peccaret, peruertens eccleſiæ ſuæ ritum. Et hinc ſequitur, ꝙ ẽt tpe ſchiſmatis peccaret: qa ſchiſma non ſoluit ritus rectos eccleſiarum, qualis eſt iſte, qui nõ ex ſchiſmate, ſed ex ratione eccleſiaſtica in eis eſt, ut Gregor. in litera allatus reſtatur. Quo circa, ſi presbyter græcus, & in græca eccleſia celebrat, peccaret non ſeruando ritum græcæ eccleſiæ, non a ſchiſmaticis præceptum, ſed uelut ab
*in decr. li.3.ti.41. ca.literas. & eſt ultimum illius tituli.
eccleſia, ſtatutum, quod ibi ſeruetur. Vnde Concil. Florent. ſub Eugenio. IIII. legimus ſic. Itẽ in azymo ſiue fermẽtato pane triticeo corpus Chriſti ueraciter confici, ſacerdoteſq; in altero ipſum dñi corpus conficere debere, unumquemque ſ. iuxta ſuæ eccle-
* ar. præc.
ſiæ, ſiue occidentalis, ſiue orientalis cõſuetudinem.

¶ Et cum obiicitur, ꝙ nemo debet eis adhærere, uerum eſt quantum ad ea, quæ ſunt ſchiſmatis, & ſimiliter põt diſcordare ab eis in toto, & in parte, in his quæ ſunt ſchiſmatis.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum hoc ſacramentum debeat cõfici ex pane azymo.

AD QVARTVM ſic proceditũ. Vr̃ ꝙ hoc ſacr̃m non debeat confici ex pane azymo. Debemus.n. in hoc ſacr̃o imitari inſtitutionem Chriſti: h ſed Chriſtus vr̃ hoc ſacramentum inſtituiſſe in pane fermentato quia ſicut legitur Exo.12. Iudęi ſm̃ legem incipiebant uti azymis in die Paſchatis (quod celebratur quartadecima luna) Chr̃s aũt inſtituit hoc ſacr̃m in cœna, quam celebrauit ante diem feſtum Paſchæ, ut habetur Io.n.13. ergo, & nos debemus hoc ſacr̃m celebrare in pane fermentato.

¶ 2 Præ. h Legalia non ſunt obſeruanda tpe gratiæ: ſed uti azymis, fuit quædam legalis cęremonia, ut patet Exo.12. ergo in hoc ſacramento gratiæ non debemus azymis uti.

¶ 3 Præ. Sicut ſupra dictum * eſt, euchariſtia eſt ſacr̃m charitatis, ſicut baptiſmus fidei, ut ſupra dictum eſt, ſed feruor charitatis ſignificatur per fermentũ, ut patet in gl.* ſuper illud
*gl. interlinearis ibid.
Matt.13. Simile eſt regnum cælorũ fermento, &c. h ergo hoc ſacramentum debet confici de pane fermentato.

¶ 4 Præ. Azymũ, & fermentatũ ſunt accidentia panis, h non uariantia eius ſpeciem: ſed in materia baptiſmi nulla diſcretio adhibetur circa dr̃iam accidentium aquæ, puta ſi ſit ſalſa, uel dulcis, calida, uel frigida. ergo in hoc ſacramẽto aliqua diſcretio adhiberi non debet, utrum panis ſit azymus, uel fermentatus.

SED CONTRA eſt, ꝙ extra de celebratione * miſſarum c. Literas, punitur ſacerdos, qui in pane fermentato, & ſcypholigneo miſſarum ſolennia celebrare præſumpſit.

RESP. Dcd̃m, ꝙ circa materiam huius ſacr̃i, duo poſſunt conſiderari, ſ. quid ſit neceſſarium, & quid conueniens: neceſſarium quidem eſt, ut ſit panis triticeus, ſicut dictum eſt,*
F ſine quo non perficitur ſacr̃m: m non eſt autem de neceſſitate ſacramenti, ꝙ ſit azimus, uel fermẽtatus, n quia in unoquoque confici poteſt. p Cõueniẽs autem eſt, ut unuſquiſque ſeruet ritum ſuæ eccleſiæ in ſacramenti celebratione. q Super hoc aũt, ſunt diuerſæ eccleſiarum conſuetudines: dicit.n. beatus Greg. in regiſtro, Romana eccleſia offert azymos panes, ppᵗea ꝙ dominus ſine ulla commiſtione ſuſcepit carnem: ſed certæ eccleſiæ offerunt fermentatum, pro eo quòd uerbum Patris indutum eſt carne, ſicut fermentum miſcetur farinæ. unde ſicut peccat præsbyter in eccleſia latinorum, celebrans de pane fermentato, ita peccaret præsbyter græcus in eccleſia græcorum, de pane azymo, quaſi peruertens eccleſiæ ſuæ ritum. & tamen s conſuetudo de pane azymo celebrandi, rationabilior eſt. t Primo quidem, propter inſtitutionem Chriſti, qui hoc ſacramentum inſtituit prima die azymorũ, ut habetur Matt. 26 & Mar. 14 & Luc.22. qua die nihil fermentatum in domibus iudæorum eſſe debebat, ut habetur. Exod.12. Secundo, quia panis eſt proprie ſacramentum corporis Chriſti, quod ſine corruptione conceptum eſt, magis quàm diuinitatis ipſius, ut infra patebit.* Tertio, quia hoc magis competit ſynceritati fidelium, quæ requiritur ad uſum huius ſacramenti, ſecundum illud 1. Corinth. 5. Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, itaque epulemur in azymis ſynceritatis, & ueritatis. habet tamen hæc conſuetudo Græcorum aliquam rationem, & propter ſignificationem quam tangit Greg.* in deteſtationem hæreſis Nazaræorum, qui legalia euangelio miſcebant.

concl.m
concl.p
concl.ſ
Q.76.ar.2
*loco citato in iſto metat.

AD PRIMVM ergo dicendum, quòd ſicut legitur Exod.12. ſolennitas paſchalis incipiebat in* ueſperis quartædecimę lunæ, & tunc Chriſtus poſt inmolationem agni paſchalis hoc ſacramentum inſtituit. unde hæc dies a Ioan. dicitur præcedere ſequentem diem paſchæ, a tribus aliis euangeliſtis dicitur prima dies azymorum quando fermentatum in domibus iudęorum non inueniebatur, ut dictum eſt. * & de hoc ſupra notum eſt plenius in tractatu dominicæ paſſionis.†
*alias à.
*In corp. ar.

AD II dicendum, ꝙ conficientes ex azymo nõ intendunt cæremonias legis ſeruare, ſed conformare ſe inſtitutioni Chriſti; & ideo nõ iudaizant, alioquin, & celebrantes in pane fermentato, iudaizarent: quia iudæi panes primitiarum† fermentatos offerebant.
†q.46.ar.9. ad 2. arg.

AD III dicendum, quòd fermentum ſignificat charitatem propter aliquem effectum, quia ſcilicet panem facit ſapidiorem, & maiorem: ſed corruptionem ſignificat ex ipſa ratione ſuę ſpeciei.

AD IIII dcd̃m ꝙ quia fermentum habet aliqd corruptionis, & ex pane corrupto non poteſt

confici

confici hoc ſacramentum (vt dictum eſt) iō magis attenditur circa panem differentia azymi, & fermentati, q̄ circa aquam baptiſmi, differentia calidi, & frigidi: poſſet enim tanta eſſe corruptio fermenti, ꝙ ex eo non poſſet confici ſacramentū.

* ar. 3. huius q. ad 4. arg.

Porr. 0. 433

SVP. QV. LXXV. ART. V.
S. bo. 4. ſ. d. 11. q. 4. a. 1. Scot. 4. ſ. d. 11. q. 6. ad Secundā quaſtionem. Dur. 4. ſ. d. 11. q. 4. Ric. 4. ſ. d. 11. q. 4. a. 2. Bacc. 4. ſ. d. 8. q. 2. Sot. 4. ſ. d. 9. q. 11. a. 5.

4. diſ. 11. q. 2. ar. 3. q. 1. & 1. Corin. 11. lect. 7. prin.

IN art. 5. memento ſupradictorum, & applica ad propoſitū & vide unam non eſſe conſecrabilē: quia non continet uinum ſub forma potabili, ſed manducabili.

ARTICVLVS V.

Vtrum uinum uitis ſit propria materia huius ſacramenti.

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ non ſit ꝓpria materia huius ſacri uinū vitis: ſicut enim aqua eſt mate- B ria baptiſmi ita uinū eſt materia huius ſacri: ſed in qualibet aqua poteſt fieri baptiſmus. ergo in quolibet uino, puta malorum granatorū, uel mororum aut huiuſmodi, poteſt confici hoc ſacramētum, præſertim cū in quibuſdā terris, vites non creſcant.

¶ 2 Præt. Acetum eſt quædā ſpecies uini, quod de vite ſumitur. ut Iſido.* dicit: ſed de aceto non pōt confici hoc ſacrum. ergo uidetur ꝙ uinum uitis non ſit propria materia huius ſacramenti

* innuitur lib. 20. etymol. ca. 3. circa me.

C ¶ 3 Præt. Sicut de uite ſumitur uinum depuratū, ita etiam agreſta & muſtum: ſed de his non uidetur poſſe confici hoc ſacramētū, ſm illud quod in ſexta ſynodo legitur, Didicimus, ꝙ in quibuſdam eccleſiis ſacerdotes ſacrificio oblationis cōiūgunt vuas, & ſic ſimul utrūq; populo diſpēſant ꝓcipimus igitur, vt nullus ſacerdos hoc alterius faciat. & Iulius Papa † reprehendit quoſdā, q expreſſum uinum in ſacramēto dominici calicis, offerunt. ergo uidetur ꝙ vinum uitis nō ſit propria materia huius ſacramenti.

* In 6. ſynodo can. 28. & habet᷑ in de conſec. di. 2. c. didicimus.
* Iulius . . in decr. 7. a medio il lius, & eſt decretū 7. inter. eius decreta. 10 quæ . . ab . . ſeparata.

D SED CONTRA eſt, ꝙ ſicut dn̄s ſe cōparauit grano frumēti, ita ēt ſe comparauit uiti dicens Ioan. 15 ego ſum uitis vera: ſed ſolus panis de frumēto eſt materia huius ſacri, ut dictum eſt.* ergo ſolum vinū de uite, eſt propria materia huius ſacramēti.

* ar. 3. huius quæſt.

RESPON. Dicendum, ꝙ m de ſolo uino uitis poteſt confici hoc ſacrum.* Primo quidē, propter inſtitutionem Chri, qui in uino uitis hoc ſacramentum inſtituit, ut patet ex eo quod ipſe dicit Mat. 26 circa inſtitutionem huius ſacri, non bibā amodo de hoc genimine uitis. Secundo, q ſicut dictū eſt,* ad mater. ā ſacrorū aſſumitur id, q̄ proprie, & cōiter habet talē ſpeciem. Proprie aūt uinū dr̄, E quod de uite ſumitur: alii uero liquores vinum dicuntur, ſecundum quandam ſimilitudinē ad uinū uitis. Tertio, quia uinum uitis magis competit ad effectum huius ſacri, qui eſt ſpiritualis lætitia: qa ſcriptum eſt, ꝙ uinum lætificat cor hominis.

concl. m

* art. 3. huius quæſt.

AD PRIMVM ergo dcd̄m, ꝙ illi liquores non dicuntur proprie uinum, ſed ſm ſimilitudinē. Poteſt aūt uerum vinū ad terras illas deferri, in q̄bus vites nō creſcūt, quantū ſufficit ad hoc ſacramētū.

AD II dicendū, ꝙ vinum fit acetum per corruptionem: vnde non fit reditus de aceto in uinum, vt dicitur 8. Meta.* & ideo ſicut de pane totaliter A corrupto non poteſt confici hoc ſacrum, ita nec de aceto. Poteſt tamen confici de uino aceſcenti, ſicut, & de pane, qui eſt in uia ad corruptionē: licet peccet conficiens, ut prius dictum eſt.*

* lib. 8. Met. tex. 14. c. 5.
* ar. 3. huius qō. ad 4. arg.

AD III dicendum, ꝙ agreſta eſt in uia generationis: & ideo nondū habet ſpeciem uini, & propter hoc de ea nō poteſt confici hoc ſacramentū. muſtū autem iam habet ſpeciem vini: nā eius dulcedo atteſtatur digeſtioni, quæ eſt cōpletio à naturali calore, ut dr̄ in 4. Meteo.* & iō de muſto pōt confici hoc ſacrum: non tn̄ debent vuę integræ huic ſacramento miſceri: quia iā eſſet ibi aliquid B præter uinum. Prohibetur ēt ne muſtū ſtatim expreſſum de vua in calice offeratur: quia hoc eſt indecens propter impuritatem muſti. Poteſt tn̄ in neceſſitate fieri. dicitur * enim ab eodē Iulio Papa ſi neceſſe fuerit, botrus in calicem prematur.

* lib. 4. c. 4. parū a prī.

Porr. 0. 436

* eod. loco in a. g. cita to. & habetur de con ſe. 2. diſ. 2. ca. cū omne crimen in med.

ARTICVLVS VI.

Vtrum aqua ſit uino permiſcenda.

SVP. QV. LXXIIII. ART. VI.
Sot. 4. ſ. d. 9. q. 11 ar. 6.

4. di. 11. q. 2. ar. 4. q. 1. & 1. Cor. 11. lec. .

IN artic. 6. aduerte ne credas dicentibus græcos offerre calicem domini cū uino tm̄: hoc. n. armeni, non græci, olim faciebāt, ut patet in cōci. floren. ſub Eug. 4. Vbi decretum eſt, ut etiam ipſi armeni ſecum uniuerſo orbe Chriſtiano cōformiēt omneſque latinorū, græcorumque eccleſias imitando, in calicis oblatione paululum aquę uino admiſceant.

ADSEXTVM ſic procedit. videtur ꝙ aqua nō ſit uino permiſcenda. Sacrificiū. n. Chriſti figuratū fuit ꝑ oblationē Melchiſedech q Ge. 14. nō legit̄ obtuliſſe, niſi panē & uinū C ergo uidetur ꝙ in hoc ſacro non debeat adiungi aqua.

¶ 2 Præt. Diuerſorū ſacrorū diuerſæ ſūt materiæ: ſed aqua eſt materia baptiſmi. ergo nō dēt aſſumi ad materiā huius ſacri.

¶ 3 Præt. Panis, & vinū ſunt materia huius ſacri: ſed pani nihil adiungitur. ergo nec uino dēt aliquid adiungi.

SED CONTRA eſt, ꝙ Alex.* Papa ſcribit In ſa- D cramentorum oblationibus, q̄ inter miſſarum ſolennia domino offeruntur, panis tātum, & uinū aqua permiſtum, in ſacrificium offerantur.

* Alex. 1. I epiſ. ad omnes fideles a medio illius 10. 1. Concil.

RESP. Dcd̄m, ꝙ m uino, q offert in hoc ſacro, dēt aqua miſceri. Primo q̄dē, ꝑꝑ inſtitutionē. probabiliter. n. credit, ꝙ dn̄s hoc ſacrum inſtituerit in vino aqua permiſto ſm morē illius terræ, vnde & Proue. 9. dr̄, Bibite uinū, quod miſcui vobis. Scd̄o, qa hoc conuenit repræſentationi dominicæ paſſionis; vn̄ dicit Alex. Papa. Nō debet in calice dn̄i aut vinū ſolū, aut aqua ſola offerri, ſed utrunq; ꝑ miſtū: qa vtrunq; ex latere eius in paſſione ſua ꝓ E fluxiſſe legit̄. Tertio, qa hoc cōuenit ad ſignificādū effectū huius ſacri, qui eſt unio populi Chriſtiani ad Chr̄m: quia ut Iulius Papa dicit,† uidemus in aqua populū intelligi, in vino uero oſtendi ſanguinē Chri. ergo cū in calice uino aqua miſcetur, Chr̄o populus adunat̄. Quarto, qa hoc cōpetit ad vltimū effectū huius ſacri, qui eſt introitus ad uitā æternā. vn̄ Ambr.* dicit in li. de ſacris, redundat aqua in calicem, & ſalit in uitam ęternam.

* Alex. 1. in epiſ. ad oēs orth. a medio illius 10. 1. Cōci.
† Habetur de confec. diſt. 2. c. cū omne crimen, circa medium.
* li. 5. de ſacra. ca. 1. a. med. 10. 4.
† eod. lib 5 ca. 1. 10. 4.

AD PRIMVM ergo dcd̄m, ꝙ ſicut Amb.† dicit ibidem, ſicut ſacrificium Chriſti ſignificatum eſt ꝑ oblationem Melchiſedech, ita ēt ſignificatum eſt per aquam, quæ in eremo fluxit de petra, ſecundū

illud primæ Cor. 10. Bibebant autem de ſpirituali conſequente eos petra.

Ad II dcēdm, ꝙ aqua aſſumitur in baptiſmo ad vſum ablutionis. In hoc autem ſacramento aſſumitur ad vſum refectionis, ſecundum illud Pſ. 22. Super aquam refectionis educauit me.

Ad III dicendum, ꝙ panis ex aqua, & farina conficitur: & ideo, cum vino aqua miſcetur, neutrum ſine aqua exiſtit.

SVP. QV. LXXIIII. ART. VII.

437 por.o. Infr. q. 83. ar. 6. ad 4. & 6. Et 4. diſt. 11. q. 2. art. 4. q. 2. & 3. Et 1. cor. 11. lec. 6.

*li. 2. epiſt. 3. Inter finem & medium.

In artic. 7. circa aquā, ex qua fit panis pro ſacro, uidetur ſtem ſtæ in calce articuli, ad probādum ꝙ oportet eſſe aquā ueram & nālem, & ſuſcipe illam ut rōnabilem. An aût ſit neceſſaria, cogitatione opus eſt, & id eſt eadem, cum ſuperi⁹ dicta de diuerſis ſpeciebus granorum cōponentiū in panem: quia enim ad ſacrm ſufficit, ꝙ ſit ueri⁹ panis, ſi panis uerus poteſt fieri ex aqua artificiali (puta roſacea) conſequens eſt, ꝙ nō eſt de neceſſitate ſacramenti aqua naturalis. An autem panis confectus ex farina, & aqua roſacea, eſſet uerus panis, experientia comprobādum eſſet, uidendo, in quo differret ab alijs panibus. nam ſi ſolo odore rotarum differre appareret, crederē ipſum eiuſdem eſſe ſpeciei cum alijs, cum aqua non ſit pars eſſentialis panis, ſed materia tranſiens eiuſdem. non enim pmanet aqua ſecundum ſeipsā in pane. ſed panis eſt tertia res reſultans ex commiſtione farinæ, & aquæ per paſſę decoctionem: non eſt autem remotum diuerſarum ſpecierū res poſſe eſſe materiam tranſeuntē reſpectu alicuius uni⁹ etiam homogenei, ut patet de his, ex quibus generat̃ ſanguis.

Et hęc ſr ſufficiant pro octauo articulo.

*I. 2. ep. 3. inter fine & mediū.

Articvlvs VII.

Vtrum permiſtio aquæ ſit de neceſſitate huius ſacramenti.

Ad septimvm ſic pcedit̃. Vr̃ ꝙ permiſtio aquæ ſit de neceſſitate huius ſacramenti. dicit. n. Cypr.* ad Cæcilium: ſic calix dn̄i nō eſt aqua ſola, & uinū ſolū, niſi utruoque miſceat̃, q̄uo nec corpus dn̄i pōt eſſe farina ſola, niſi utrumque, ſ. farina, & aqua, fuerit adunatū: ſed admiſtio aquæ ad farinā eſt de neceſſitate huius ſacr̄i. ergo pari ratione admiſtio aquæ ad uinum. G H

¶ 2 Præt. In paſſione dn̄i, cuius hoc ſacramentum eſt memoriale, ſicut de latere eius exiuit ſanguis, ita & aqua: ſed uinū qđ eſt ſacramentum ſanguinis, eſt de neceſſitate huius ſacramenti. ergo pari ratione & aqua.

¶ 3 Præt. Si aqua nō eſſet de neceſſitate huius ſacr̄i, nō referret q̄cumq; aqua huic ſacr̄o apponeret̃: & ita poſſet apponi aqua roſacea, uel q̄cumq; alia hmōi aqua: quod non hēt uſus eccleſiæ. aqua ergo eſt de neceſſitate huius ſacramenti. I

Sed contra eſt, ꝙ Cypr.* dicit, ſi aliqs de anteceſſoribus noſtris, uel ignoranter, uel ſimplr nō obſeruauit, ut. ſ. aquā uino miſceret in ſacramento, pōt ſimplicitati eius uenia cōced: qđ nō eēt, ſi aqua eēt de neceſſitate ſacr̄i, ſicut eſt uinum, uel panis. non ergo aquæ admiſtio eſt de neceſſitate ſacramenti. K

Respon. Dicendum, quòd iudicium de ſigno, ſumēdū eſt ex eo, qđ ſignificatur. Appoſitio autem aquæ ad vinum refertur ad ſignificandam participationem huius ſacramenti à fidelibus, quantum ad hoc, quòd per aquam miſtam vini, ſignificatur populus adunatus Chriſto, vt dictum* eſt: ſed, & hoc ipſum quod de latere Chriſti pendentis in cruce aqua profluxit, ad idē refertur: quia per quam ſignificatur ablutio peccatorū quæ fiebat per paſſionem Chriſti. Dictū eſt* autē ſupra, ꝙ hoc ſacramentum perficitur in conſecratione materiæ: uſus autem fidelium non eſt de neceſſitate ſacramenti, ſed eſt aliquid conſequens ad ſacramentū. & ideo conſequens eſt ꝙ appoſitio aquæ non ſit de neceſſitate ſacramenti. F cōcl. ro

*art. præc.

*Q. 73. ar. 1. ad 3.

Ad primvm ergo dcēdm, ꝙ uerbum illud Cypriani eſt intelligendum, ſecundum ꝙ dr̃ illud eſſe non poſſe, quod conuenienter eſſe nō poteſt. & ſic ſimilitudo illa attenditur quantum ad id, qđ debet fieri, non autem quantum ad neceſſitatē: nā aqua ē de eſſentia panis, nō autē de eſſentia uini.

Ad II dicendum, ꝙ effuſio ſanguinis directe ptinebat ad ipſam Chr̄i paſſionem: eſt. n. naturale corpori humano uulnerato, ꝙ ex eo profluat ſanguis: ſed effuſio aquæ non fuit de neceſſitate paſſionis, ſed ad demōſtrandū effectū paſſionis, q eſt ablutio à peccatis, & refrigeriū cōtra ardorem cōcupiſcentiæ: & iō aqua nō ſeorſū offert̃ à uino in ſacr̄o, ſicut uinū offert̃ ſeorſū à pane: ſed aqua offertur uino permiſta, ut oſtendat̃, ꝙ uinū per ſe pertinet ad hoc ſacr̄um, tanquā de eius neceſſitate exiſtens, aqua autem ſecundū ꝙ adiungit̃ uino.

Ad III dicendum, ꝙ quia admiſtio aquæ ad vinum nō eſt de neceſſitate ſacramenti, non refert quātū ad ſacr̄i neceſſitatem, quæcumque aqua miſceat̃ uino, ſiue naturalis, ſiue artificialis, ut roſacea: quamuis quantum ad conuenientiā ſacramēti, peccet qui aliam aquā miſcet, niſi naturalem, & uerā: quia de latere Chriſti pēdētis in cruce aqua uera profluxit, nō humor phlegmaticus, ut quidā dixerūt, ad oſtendendum quòd corpus Chr̄i erat vere compoſitū ex quatuor elementis, ſicut p ſanguinem fluentem oſtendebatur, ꝙ erat cōpoſitum ex quatuor humoribus (vt Innocētius tertius dicit in quadam decretal.*) Quia verò admiſtio aq̃ ad farinam eſt de neceſſitate huius ſacr̄i, vtpote conſtituens ſubſtantiam panis, ſi farinæ admiſceretur aqua roſacea, vel quicumque alius liquor, quā vera aqua, non poſſet ex eo confici ſacramentum: quia non eſſet uerus panis. D. 255.

*In decre. li. 3. ti. 41. c. 8.

Articvlvs VIII.

Vtrumque aqua debeat in magna quantitate apponi.

438 por.o. 4. diſt. 11. q. 2. art. 4. q. 4. & 1. cor. 11. lec. 6.

Ad octavvm ſic pcedit̃. Vr̃ quòd oporreat aquā in magna quantitate apponi. ſicut. n. ſāguis de latere Chr̄i ſēſibiliter fluxit, ita & aqua vn̄ dr̃ Ioā. 19. Qui vidit, teſtimonium perhibuit: ſed aqua non poſſet ſenſibiliter eſſe in hoc ſacr̄o, niſi in magna quantitate poneretur: ergo uidetur ꝙ aqua debeat apponi in magna quantitate.

¶ 2 Pręt. Parua aqua multo uino admiſta, corrūpitur. quod autē corruptum eſt, iam non eſt. ergo idem eſt apponere parum de aqua in hoc ſacramento, & nihil apponere. ſed nō licet nihil apponere. ergo non licet parum apponere.

¶ 3 Præt. Si ſufficeret parum apponere, per conſequens eſſet ſufficiens, ꝙ gutta aquæ in totum dolium proiiceretur: ſed hoc videtur ridiculum. ergo non ſufficit, ꝙ parua quantitas apponatur.

Sed contra eſt, quòd extra de celebratione miſſarū dr̃:* Pernicioſus in tuis partibus inoleuit abuſus,

*In decre. li. 3. ti. 41. cap. Pernicioſus.

abuſus, videlicet ꝙ in maiori quantitate de aqua in ſacrificio ponit, ꝙ̃ de uino, cum ſm rationabilem conſuetudinem eccleſiæ generalis, plus in ipſo ſit de uino quàm de aqua ponendum.

Resp. Dcdm, ꝙ circa aquam adiunctam vino, ſicut innocentius tertius* dicit in quadã decreta. triplex eſt opinio. quidam.n. dicũt, ꝙ aqua adiuncta uino per ſe manet vino conuerſo in ſanguinẽ: ſed hæc opinio ſtare non põt, quia in ſacr̃o altaris poſt conſecrationem nihil eſt, niſi corpus & ſanguis Chriſti, ſicut.n. Amb.† dicit in lib. de officiis, Ante benedictionem illa ſpecies nominat̃, poſt benedictionem corpus ſignificat̃, alioquin non totũ adoraret̃ ueneratione latriæ & iõ alij dixerũt, ꝙ ſicut uinum conuertitur in ſanguinẽ, ita aqua conuertitur in aquã, quæ de latere Chriſti fluxit: ſed nec hoc rationabiliter dici põt, quia ſm hoc, aqua ſeorſum conſequeretur a uino, ſicut uinum a pane, & iõ ſicut ipſe dicit, aliorum opinio probabilior eſt, qui dicunt aquam conuerti in uinũ, & uinum in ſanguinem. Hoc aũt fieri non poſſet, niſi adeo modicum apponeret̃ de aqua, qd̃ conuerteretur in uinum: & iõ ſp tutius eſt parum de aqua apponere, & præcipue ſi uinum ſit debile: quia ſi tanta fieret appoſitio aquæ, vt ſolueret̃ ſpecies uini, non poſſet perfici ſacr̃m. unde Iulius papa* reprehẽdit quoſdam, qui panũ lineum muſto intinctum, per totũ annũ ſeruant, & in tpe ſacrificii, aqua partem eius lauant, & ſic offerunt.

Ad primvm ergo dcdm, ꝙ ſufficit ad ſacr̃i huius ſignificationẽ, ꝙ ſentiat̃ aqua, cũ apponit̃ vino nõ aũt oportet, ꝙ ſit ſenſibilis poſt mixtionem.

Ad ii dcdm, ꝙ ſi aqua oĩno nõ apponeret̃, totaliter excluderetur ſignificatio: ſed cum aqua in uinum conuertitur, ſignificatur quòd populus Chriſto incorporatur.

Ad iii dcdm, ꝙ ſi aqua apponeret̃ dolio, nõ ſufficeret ad ſignificatione huius ſacr̃i: ſed oportet aquã uino apponi circa ipſam celebratione ſacr̃i.

De celebra. miſſarum c. cũ Marthæ. paragrapho, Quæſiuiſti. *Alias corpus Chriſti.

† in lib. de his qui myſteriis initiãtur c. 9. a medio to. 1. 4.

concl.

Iulius. 1. ſcribendo epiſc. per Aegyptũ. Et habetur de conſe. d. 2. c. cum omne crimen.

QVAESTIO LXXV.

De conuerſione panis, & uini in corpus, & ſanguinem Chriſti, in octo articulos diuiſa.

Deinde conſiderandum eſt de conuerſione panis, & uini in corpus, & ſanguinem Chriſti.

Et circa hoc quæruntur octo.

¶Primo, vtrum in hoc ſacr̃o ſit corpus Chriſti ſecundũ ueritatem, an ſolum ſecundum figuram, uel ſicut in ſigno.

¶Secundo, vtrum in hoc ſacr̃o remaneat ſubſtantia panis, & uini poſt conſecrationẽ.

¶Tertio, vtrũ ſubſtãtia panis, uel uini poſt cõſecrationẽ huius ſacri annihilet̃, aut in priſtinam mãm reſoluatur.

¶Quarto, vtrũ panis poſſit cõuerti in corpus Chriſti.

¶Quinto, vtrum in hoc ſacr̃o poſt conuerſionẽ remaneãt accidentia panis, & uini.

¶Sexto, vtrum facta conſecratione, remaneat in hoc ſacr̃o forma ſubſtãtialis panis.

¶Septimo, vtrum iſta conuerſio fiat in inſtanti.

¶Octauo, vtrum hæc ſit falſa, ex pane fit corpus Chriſti.

Articvlvs I.

Vtrum in hoc ſacramento ſit corpus Chriſti, ſecundum ueritatem.

Ad primvm ſic procedit̃. Videt̃ ꝙ in hoc ſacr̃o non ſit corpus Chriſti ſm ueritatẽ, ſed ſolum ſm figurã, uel ſicut in ſigno. dr̃.n. Io. 6. ꝙ cũ dñs dixiſſet, Niſi manducaueritis carnẽ filii hoĩs, & biberitis eius ſanguinẽ, &c. multi ex diſcipulis eius audiẽtes, dixerũt, Durus eſt hic ſermo: qbus ipſe dixit, Spũs eſt q uiuificat, caro non prodeſt quicquã: quaſi diceret ſm expoſitionem Aug.* ſuper Pſ. 98. Spũaliter intelligite, q̃ locutus ſum; nõ hoc h corpus qd̃ uideris manducaturi eſtis, & bibituri illũ h ſanguinẽ, quẽ fuſuri ſunt, q me crucifigent: ſacr̃m aũt quod uobis commẽdaui, ſpũaliter intellectũ, uiuificabit uos, h caro autem non prodeſt quicquam.

¶2 Præ. Dñs dicit Matt. vlt. Ecce ego uobiſcũ ſum oĩbus diebus, vſq; ad conſũmationẽ ſæculi: qd̃ exponens Aug.* dicit, donec ſeculũ finiat̃, ſurſum eſt dñs, h ſed tñ nobiſcũ eſt ueritas dñi: corpus.n. in quo reſurrexit, in uno loco oportet eſſe veritas aũt eius ubique diffuſa eſt. non ergo ſm ueritatem eſt corpus Chriſti in hoc ſacr̃o ſed ſolum ſicut in ſigno.

¶3 Præt. Nullũ corpus põt eſſe ſimul in plurib. h locis, cũ nec angelo hoc conueniat: tali.n. rõe poſſet eſſe ubiq. ſed corpꝰ Chrĩ eſt uerum corpus, & eſt in cælo. ergo vĩ ꝙ non ſit ſm ueritatem in ſacramento altaris, ſed ſolum ſicut in ſigno.

¶4 Præ. Sacr̃a eccleſiæ ad vtilitatẽ fideliũ ordinantur: ſed ſm Grego.* in quadam hom. regulus reprehenditur, ꝙ quęrebat corporalem Chriſti præſentiam, apoſtoli etiam impedie-

Svp. Qv. LXXV. Art. I.

Ferr. 4. cont. c. 61. Sot. 4 ſ. d. 9. q. 2. ar. 1. Palud. 4. d. 10. q. 1. C. 4. d. 8. q. 1. cõ 1 & 2. Scot. 4. ſ. d. 10. q. 1.

Titulus ut ſonat. ¶In corpore concluſio clara eſt, & de ipſa tria dicuntur. primo, ꝙ ſola fide tenetur: ſecundo, ꝙ eſt conueniens, & aſſeritur triplex conuenientia: tertio recitatur error quorundam dicentium oppoſitum, & ex uerbis Chriſti, & confeſſione Berengarii de conſec. di. 2. ego Berengarius, confutatur.

¶Circa præſentis, & ſequentium articulorum doctrinam, ac materiam pro claritate, & ampliori intellectu difficultatũ, ſciendum eſt ex auctoritate ſacræ ſcripturæ de exiſtentia corporis Chriſti ſacr̃o euchariſtiæ nihil aliud haberi expreſſe, niſi uerbum ſaluatoris dicentis, Hoc eſt corpus meum: oportet.n. uerba hæc uera eſſe. Et qm̃ uerba ſacræ ſcripturæ exponunt̃ dupliciter, vel propriè, uel metaphoricè, primus error circa hoc fuit interpretantium hæc dñi verba metaphoricè, quẽ Magiſter ſent. in di. 10. li. 4. tractat, q & in hoc articulo, reprobatur. Et conſiſtit vis reprobationis in hoc, ꝙ uerba dñi intellecta ſunt ab eccleſia propriè, & ꝓpterea oportet illa verificari propriè. Habemus igitur ex ueritate uerborum dñi in ſenſu proprio corpus Chriſti ueraciter eſſe, in euchariſtia, & hoc eſt primum, qd̃ ex euangelio habemus circa hoc ſacr̃m. Alterum aũt, ꝙ euangelium nõ explicauit, expreſſe ab eccleſia accepimus, ſ. conuerſionem panis in corpus Chriſti. Hanc.n. non ſolũ a poſteris doctoribus eccleſiæ habemus, quos habes de cõſec. di. 2. ꝑ totũ, & a Magiſtro ſent. in tractatu de euchariſtia diffuſe: ſed a concilio Lateranenſi ſub Innoc. iii. ut patet extra de ſumma Trin. & fid. catho. firmiter credimus. ubi uniuerſum que ſimul dr̃ ſub his uerbis, Chriſti corpus, & ſanguis in ſacro altaris ſub ſpeciebus panis, & uini ueraciter continentur, & ſic quo ad primũ. Et ſequitur, Tranſubſtantiatis pane in corpus, & uino in ſanguinem poteſtate diuina. & hęc quo ad ſcdm̃. Et qm̃ uariæ fuerunt opiniones, multiformiaq; fiunt argumẽta circa hęc implicantia mentes et eruditorum, prænotandum eſt, & ante oculos ſp habendum, interuenire hic non unam, ſed duas mutationes, ualde mirabiles. Altera eſt de eſſe corporis Chriſti ſub hoſtia cõſecrata. de nouo.n. corpus Chriſti uerũ ueraciter ſub illa hoſtia

Per. 6.

439 Sup. q. 65. at. 3. corp. pti. & inf. q. 76. per totum & 4 d. 10. ar. 1. & diſt. 11. prin. & 4. contra ca. 61. & 1. Cor. n. 11. lec. 5.

* In Pſ. 98. non procul a med. expoſitionis rom. 8

*Referunt hoc de cõſec. di. 2. c. prim.

*de regulo id habet Greg. ho. 28 in euang.

bant recipere Spũmſanctum, ꝓp hoc ꝙ affecti erant ad eius præſentiã corporalẽ, ut Aug. †dicit ſuper illud Io. 16. Si nõ abiero, paracletus non ueniet ad uos. non ergo Chriſtus ſcđm præſentiam corporalem eſt in ſacramento altaris.

SED CONTRA, eſt ꝙ Hila. * dicit in 8. de Trin. de ueritate carnis, & ſanguinis Chri nõ eſt relictus ambigendi locus: nunc.n. & ipſius dñi profeſſione, & fide noſtra caro eius uere eſt cibus, & ſanguis eius uere eſt potus. & Amb. * dicit 6. de ſacris: ſicut uerus Dei filius eſt dñs Ieſus Chrs, ita uera Chriſti caro eſt, quam accipimus, & verus ſanguis eius eſt potus.

RESP. Dcđm, ꝙ verum corpus Chriſti, & ſanguinem eſſe in hoc ſacro, ſenſu deprehendi non põt: ſed ſola fide, quæ auctoritati diuinæ innitit: unde ſuper illud Luc. 22. Hoc eſt corpus meũ, quod pro uobis tradetur, dicit Cyrillus, nõ dubites an hoc uerũ ſit, ſed potius ſuſcipe uerba ſaluatoris in fide. cũ .n. ſit ueritas, nõ mentit. hoc aũt conueniens eſt, primo quidem pfectioni nouæ legis. Sacra.n. veteris legis illud verũ ſacrificiũ paſſionis Chriſti continebant ſolũ in figura, ſcđm illud Heb. 10. Vmbrã habens lex futurorũ bonorũ, non ipſam rerũ imaginẽ: & ideo oportuit, vt aliquid plus haberet ſacrm nouæ legis a Chriſto inſtitutum: vt ſ. contineret ipſum Chriſtũ paſſum, non ſolũ in ſignificatione, uel figura, ſed et in rei veritate. & ideo hoc ſacrm, ꝙ ipſum Chriſtum realiter continet, vt Dion. dicit 4. c. Cel. hier. eſt perfectiuũ oium aliorum ſacrorum, in quibus uirtus Chriſti participatur. Secundo hoc competit charitati Chriſti, ex qua pro ſalute noſtra corpus uerum noſtræ naturæ aſſumpſit: & quia maxime ꝓprium amicitiæ eſt cõuiuere amicis, vt Phil.* dicit 9. Ethic. ſui præſentia in corporalẽ nobis repromittit in præmiũ, dicẽs Matt. 24. Vbi fuerit corpus, illuc cõgregabuntur & aquilæ. Interim tñ nec ſua præſentia corporali nos i hac peregrinatione deſtituit, ſed per ueritatẽ corporis, & ſanguinis ſui, nos ſibi cõiũgit

† Tra. 94. in Ioan. a me. in. 9.
* li. 8. inter princ. & mediũ lib.
* li. 6. c. 1. in princ. t. n. 4.
* li. 9. c. 4. & li. 8. c. 5. to m. 5.

ſtia continetur. Altera eſt de conuerſione ſubſtantiæ panis in ſubſtantiam corporis Chriſti, & hoc etiam de nouo fieri credimus. Et quoniam omnis nouitas mutationem nonnullam ſonat extenſo mutationis nomine latiſſime, ideo pro maiori claritate latiſſimæ mutationis vocabulo vtendo, imaginemur ſecundum has duas nouitates interuenire duas mutationes, nõ curando an vna ſit ratio alterius, aut conſequatur alteram. Et in illa quidẽ nouitate, qua corpus Chriſti de nouo eſt ſub ſpeciebus panis, oportet intelligere mutationem, vel ex parte corporis Chriſti, uel ex parte accidentium panis. Et ſiquidem ex parte corporis Chriſti mutationẽ imaginamur, erit mutationis velut ſubiectũ corpus Chriſti: terminus a quo, non continere ſub his accidentibus: terminus ad quem contineri ſub his accidentibus: ſic enim Chriſti corpus ex nõ contento ſub his accidentibus contentũ ſub illis. Si uero mutatio hæc imaginanda ponitur ex parte hoſtiæ, tunc mutationis ſubiectum eſt ipſa panis ſpecies, & terminus a quo, non continere: terminus autem ad quem, eſt cõtinere Chri corpus: ſic.n. panis ſpecies remanẽs, ex nõ cõtinẽte Chriſti corpus cõtinens Chri corpus. (concl.)

¶ Quia ergo attendendo formaliter ad illam nouitatẽ, qua corpus Chriſti continetur ueraciter ſub ſpeciebus panis, & corpus Chriſti, quod non continebatur ſub his ſpeciebus, continetur, & ſpẽs panis, quæ non continebat Chriſti corpus, continet Chri corpus, rõnabiliter manifeſtatur nouitas iſta formaliter, & perſpicaci intellectu, humano more ex rõe mutationis, vt fecimus: excelſa ſiquidem Dei balbutiendo, ut poſſumus reſonare non dedecet, ſcđm Greg. Quapropter conformiter ad ſacros canones loquendo, uocetur iſta nouitas, nouitas continentiæ: quia uere ſcđm hanc corpus Chriſti continetur, & hoſtia continetur, & hoſtia continet corpus Chri: quamuis, non continentia locali. Altera aũt nouitas uocatur nouitas conuerſionis, quia ſcđm illam panis uere conuertitur in corpus Chriſti. In hac igitur conuerſionis nouitate manifeſta mutatio interuenit, quia ex pane fit corpus Chriſti, ſed mutatio iſta abſq; ſubiecto inuenitur habens pro termino a quo panem, & pro termino ad quẽ, corpus Chriſti. Et ſcito, quod tanta eſt utilitas diſcernendi inter has nouitates, & inter has mutationes, ut inde pendeat & intelligere tam uarias obiectiones, & ſcire formaliter rñdere, & uidere quid ſcias uel neſcias. Vñ non ſit tibi curæ pro nunc, hoc eſt pro principio intelligendi, quales, uel quot ſint, aut ſint iſtæ mutationes, ſed eſto contentus ex alietate terminorum ẽe fingere diuerſitatem mutationũ. Et percipiſcendo, ꝙ conuerſio habet proprios terminos, ſ. panem, & corpus Chriſti, & ꝙ corpus Chriſti contineri de nouo ſub ſacro, habet alios ſuos proprios terminos, ſ. de non cõtinentia ad continentiam uel paſſiue, uel actiue (ut prædeclaratum eſt) ſiſte, & fige intellectum ad formalia ambarum nouitatum, & ſuarum mutationum, ut ſic liber tibi pateat ingreſſus in pelagus tam fluctuantium opinionum, & intellectuum.

¶ His prælibatis, ſciendum eſt, oẽs circa primam nouitatem ſententiæ & re, & uoce conſenſiſſe, dum omnes communiter fatemur corpus Chriſti prius non contentum ſub hac hoſtia modo ueraciter contineri: quamuis circa modum quo continetur, uariæ ſint (ut poſtea dicetur) opiniones.

¶ Verum nouitatem conuerſionis licet oẽs uoce affirment, ſcđm rem tñ multi negarunt, putantes ſe non negare [illegible]. Et hi multifariã ſunt diuiſi, dum quidam intelligunt conuerſionis noĩe identitatem loci, ut hac ratione dicatur panem fieri corpus Chriſti: quia ubi eſt panis, eſt, & corpus Chriſti, ut Magiſter ſent. in 4. di. 4. refert & reprobat, & de hoc erit ſecundus art. in litera. quidã uero conuerſionis nomine intelligunt ſucceſſionis ordinẽ, ut Magiſter ibidem refert, ut hac ratione dicatur panem conuerti in corpus Chriſti, quia corpus Chriſti eſt poſt conſecrationem ſub accidentibus, ſub quibus erat panis, quem panem annihilari, aut ſolui in præiacentem materiam dicebant, & hoc Auctor in 3. tractabit articulo, & hanc opinionem quo ad ſententiam ſequitur Scotus in 4. diſt. 10. & 11. (concl. p) Dixi autem ſecundũ ſententiam: quia in modo opinandi cautior eſt Scotus, ponẽs panem per accidens redigi in nihil, & cõuerſionem uocat adductiuã Chriſti corporis ad hoc, ꝙ fit præſens accidentib. panis. Sed quoad rem in idem redit cum opinione recitata a Magiſtro: quia ſcđm rem panis non conuertitur in aliquam rem, ſed in nihilũ cedit, & propterea ſolo nomine, conuerſionem ponit panis in corpus Chriſti. Quidam aũt conuerſionis nomen, & rem, partialiter tñ, admittunt, de quorum numero eſt Durand. in eodem quarto, ponens materiam panis conuerti in corpus Chriſti, quia incipit informari forma corporis Chriſti (ſicut alimentum informatur forma aliti) panis uero formam deſinere eſſe. Et hæc noua opinio ut erronea a Pet. de Pal. reprobat, & erronea conuincitur ex hoc, ꝙ corpus Chriſti iam eſt impaſſibile, & multo magis eius anima eſt immutabilis, quo ad informare, & non informare.

¶ Quidam demum conuerſionis nomen, & rem totaliter admittentes, dicunt panẽ conuerti in corpus Chriſti, non ſcđm ſubſtantiã, ſed ſcđm eſſe accidentale: ita ꝙ panis conuertitur nõ in ſubſtantiam corporis Chriſti, ſed in illius eſſe ſacrale & hãc opinionem tenet, ſine aſſertione tamẽ, Pet. de Pal. in 4. quam opinionem utpote nouam Auctor non tractauit. aliena tamẽ à ueritate eſt: quia tranſubſtantiationem ſolo noĩe ſaluat: cum ſcđm rem, apud iſtos ſubſtantia panis conuertitur in accidens, & non in ſubſtãtia corporis Chriſti, ſed ſcđm uocem ſaluant tranſubſtantiationem, qa conuertit panis ſubſtantia in Chri, ſubſtantiã ſcđm eſſe accidentale. Patet ſiquidem manifeſte, tranſubſtantiari importare conuerſionem ſubſtantiæ in ſubſtantiam ſimpliciter, & abſolute, ut textus expreſſe inductæ decretalis dicit, tranſubſtantiatis pane in corpus, & uino in ſanguinem.

¶ Communis autem doctrina, quam Auctor ſequitur poſt Magiſtrum ſen. tenet ſubſtantiam panis conuerti in ſubſtantiam corporis Chriſti abſq; additione aliqua, abſq; augmento quoque in ſubſtantia corporis Chriſti, ac per hoc panem non eſſe redactum in nihil, ſed conuerſum in ſubſtantiam Chriſti corporis, & ex hoc ipſo non eſſe amplius panem, ſed quod erat panis, eſt corpus Chri. Et hæc doctrina ex ſacris cõcilijs priſcisq; doctoribus

in hoc ſacramēto. vnde ipſe dicit Io. 6. Qui manducat meam carnē, & bibit meū ſanguinē, in me manet, & ego in eo. Vnde hoc ſacr̃m eſt maximę charitatis ſignū, & noſtræ ſpei ſubleuamentū ex tā familiari cōiūctione Chriſti ad nos. Tertio, B hoc cōpetit perfectioni fidei, q̃ ſicut eſt de diuinitate Chriſti, ita eſt de eius humanitate, ſm̃ illud Io. 14. Creditis in Deū, & in me credite. Et q̃a fides eſt inuiſibiliū, ſicut diuinitatē ſuam nobis exhibet Chriſtus inuiſibiliter, ita, & in hoc ſacr̃o carnē ſuā nobis exhibet inuiſibili modo: quę quidam non attēdentes poſuerūt corpus, & ſāguinem Chriſti non eſſe in hoc C ſacramento, niſi ſicut in ſigno, quod eſt tanquam hæreticum abiiciendum, vtpote uerbis Chriſti contrarium: unde, & Berengarius, * qui primus huius erroris auctor fuerat, poſtea coactus eſt ſuū errorē reuocare, & veritatē fidei cōfiteri.

Ad primvm ergo dcēm, q̃ ex hac auctoritate prædicti hæretici occaſionem errandi ſumpſerunt, male uerba Aug. intelligētes. Cū n. Aug. † dicit, Non hoc corpus quod uidetis manducaturi eſtis, non intendit excludere ueritatē corporis Chriſti, ſed q̃ non erat manducandum, in hac ſpecie, in qua ab eis uidebat̃. Per hoc aūt quod ſubdit: ſacramētū quod uobis commendaui ſpiritualiter intellectum, uiuificabit uos, non intendit quòd corpus Chriſti ſit in hoc ſacramento ſolum ſecundum myſticam ſignificationē, ſed ſpiritualiter dici, i. inuiſibiliter, & per uirtutem Spiritusſancti, unde ſuper Io. ‡ exponens id, quod dicitur, Caro nō prodeſt quicquam, dicit, ſed

A doctoribus eccleſiæ clare habetur. ut patet de conſ. diſt. 2. diffuſe, & in allegata decretali Lateranen. concil.

¶ Addit aūt doctrina hæc, q̃ hæc nouitas conuerſionis eſt ratio nouitatis continentiæ, & prior illa, ita q̃ prius natura eſt nouitas conuerſionis panis in corpus Chriſti, & deinde ſm̃ naturæ ordinem eſt corpus Chri. ſub hoſtia: uirūque tñ eſt in uno, & eodem inſtanti tpis. Nec eſt inter has duas nouitates ſolummodo dictus ordo prioris, & poſterioris, ſed ordo cauſalitatis, ita q̃ hæc conuerſio panis in corpus Chři. eſt cā ſufficiens in ſuo ordine exiſtentiæ corporis Chriſti ſub hoſtia: ita q̃ licet ſint hic duæ nouitates, & tot mutationes cum ſuis propriis terminis: tanta tñ eſt inter eas neceſſaria cōnexio, q̃ ad priorē reliquę neceſſario ſequunť, hoc eſt, q̃ ad conuerſionē hanc, qua trāſubſtantiatur panis in corpus Chri. neceſſario ſequitur, corpus Chriſti cōtineri ſub hoſtia.

¶ Quocirca quatuor ſunt perſuor declaranda. Primo, q̃ hæc conuerſio eſt factiua pñtię corporis Chriſti ſub hoſtia. Scđo, q̃ hoc ē neceſſarium. Tertio, quō ſe habeat hęc cōuerſio ad ſequentem præſentiam. Quarto redibimus, ad opiniones relatas.

* de cōſ. d. 2. c. Ego Berēgari.

¶ Ad euidentiam primi ſcito, & caute, dupliciter de conuerſione panis in corpus Chriſti poſſe nos loqui, uel ſimpliciter, & abſolute, uel vt ſacramentali. Nam ſi loquamur ſimpliciter, & abſolute de conuerſione panis in Chriſti corpus præexiſtens abſq; additione, & c. nihil aliud uideo inde ſequi, quod ex hoc percipere poſſumus, q̃ ſi abſque ſacramenti inſtitutione, diuina D potentia conuerteret panem in Chriſti corpus, nihil aliud faceremus effectum, niſi q̃ panis conuerſus eſt in corpus Chriſti. Et hoc eſt, q̃ doctores dicti, ſcilicet Sco. &c. ſonauerunt dicentes nouitatem conuerſionis poſſe eſſe ſine nouitate præſentiæ Chriſti ad hoſtiam: hoc enim uerum eſſet, ſi eſſet ſermo de conuerſione ſimpliciter, & abſolute, ſed ſi ſermo eſt de conuerſione ſacramentali, ſecus dicendum eſt, & de tali conuerſione loquuntur doctores priſci, ſacri canones, & nos ſic de ea nunc loquimur.

¶ Et ſi quęrat quid addit ly, ſacramentalis ſupra conuerſionem, reſpondeo q̃ addit aliquid nobis ſecundum ſe ignotum: cognitum autem utcumque, per hoc, q̃ eſt illatiuum huius ueritatis, hoc eſt corpus meum.

¶ Et caue ne dixeris, q̃ addit ſolum reſpectum ad actiuam conſecrationem per uerba ſacerdotis in perſona Chriſti.

¶ Probatur igitur, q̃ conuerſio ſacr̃alis, hoc eſt quæ, ſeu qualis, in hoc ſacramēto ſit, eſt factiua præſentia corporis Chriſti ſub hoſtia. Probať aūt tripliciter. Primo, ex hoc q̃ nulla alia ratione eccleſiaſtici doctores laborauerunt conuerſionem in hoc ſacro declarare, niſi ad verificandum, hoc eſt corpus meum. Quod patet, tum ex eo, q̃ conuerſio non explicite hř in euangelio, ac per hoc niſi ad verificandum verba domini, conuerſio eſſet, non apparet ubi fundarem conuerſionem credendam ab omnibus fore: tum, ex eo, q̃ Ambroſ. tanto labore inſudans ad uerificandum, hoc eſt corpus meū, nihil aliud facit, niſi q̃ conatur monſtrare hoc, q̃ erat panis, modo eſſe corpus Chriſti, & hoc idem facit Auguſtinus, & breuiter de conſecr. diſt. 2. plena eſt iſtis laboribus.

¶ Secundo patet, ex prius inducta decretali Lateranenſis concilii dum dr̃, Chriſti corpus, & ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis, & vini veraciter continentur, tranſubſtātiatis pane in corpus, & uino in ſanguinem: ubi ex ipſo modo loquendi apparet prioritas, & cauſalitas tranſubſtantiationis reſpectu continentiæ.

¶ Sed & clarius apertiſſime tertio patet hoc ex concil. Florentino ſub Eugenio iiij. vbi ſic legimus. Forma huius ſacramenti ſunt verba ſaluatoris, quibus hoc confecit ſacr̃m: ſacerdos. n. in perſona Chriſti loquens, hoc conficit ſacr̃m: nam ipſorū verborum virtute ſubſtātia panis i corp9 Chři & ſubſtantia uini, in ſanguinem conuertūtur, ubi manifeſte uides, q̃ rō, & cā quare hoc cōficit ſacr̃m, eſt conuerſio, hoc. n. ſignificat illa cauſalis coniunctio, nam: q̃ omnino ex hac eccleſiæ determinatione habes conuenientem loquendi modum: dicendo q̃ verba conſecrationis media conuerſione panis in corpus Chriſti conficiūt hoc ſacr̃m, quod conſtat ex ſpecie panis, & corpore Chriſti, ſit. n. ex his duobus ineffabili modo vnum ſacramētum, quo ſumimus coniungimur. Ita q̃ ex hac concilii doctrina, ſ. quia uirtute uerborum fit cōuerſio, ſacerdos proferens verba, hoc conficit ſacramentū, manifeſte habemus conuerſionē efficere hoc ſacramentum, quod nihil aliud eſt, q̃ ſacr̃ ternum ex corpore Chriſti, & ſpecie panis, ex his. n. duobus cuilibet fideli certum eſt conſtare hoc ſacramentum.

† In expoſitione pſa. 98. to. 8.

‡ Alias impaſſibiliter.

† Tract. 27. in euange. Ioan. inter prin. & medū illius. tom. 9.

¶ Et poteſt formari ſic ratio talis. Conficere hoc ſacramentum eſt facere nouitatem continentiæ: ſed conuerſio ſacramentalis eſt ratio confectionis ſacramenti. ergo conuerſio ſacramentalis eſt ratio nouitatis continentiæ. Maior propoſitio eſt per ſe nota, quaſi a definito ad definitionem, quia hoc ſacramētū ſignificat conſtans ex accidentibus panis, & corpore Chriſti. D Minor uero patet ex auctoritate concilii, reddentis pro cauſa, quare uerba conficiunt hoc ſacramētum, quia ipſorum uirtute fit conuerſio. Et hinc habere quoque potes, q̃ nouitas conuerſionis non concurrit per accidens ad nouitatem continentiæ, ex quo a ſacro concilio pro cauſa affertur, cauſæ enim per accidens ab arte relinquuntur. Hæc de primo.

RESP. dcd̃m, ꝙ (ſicut ſ. dictum eſt †) dupliciter aliquid Chriſti eſt in hoc ſacro. Vno modo ex ui ſacri alio mõ ex reali concomitantia, Ex ui quidem ſacri, quantitas dimenſiua corporis Chriſti nõ eſt in hoc ſacro: ex ui.n. ſacri eſt in hoc ſacro illud, in qđ directe conuerſio terminat. Cõuerſio aũt, q́ fit in hoc ſacro, directe terminat ad ſubſtantiá corpis Chriſti, nõ aũt ad dimẽſiones eius, ꝙ patet ex hoc, ꝙ quantitas dimẽſiua panis remanet facta cõſecratione, ſola ſubſtantia panis trãſeunte, quia tñ ſubſtãtia corporis Chriſti realiter nõ denudat a ſua quãtitatẽ dimẽſiua, & ab alijs accidẽtibus, inde eſt ꝙ ex ui realis cõcomitãtiæ, ẽ in hoc ſacro tota q̃titas dimẽſiua corpis Chri; & oĩa accidẽtia eius.

Ar. 2. hui9 q. ad 1.

*Alias diuiditur.

Concl.

AD PRIMVM ergo dcd̃m, ꝙ modus eſſendi cuiuslibet rei determinat ſm id, quod eſt ei per ſe, nõ aũt ſm id, quod eſt ei per accidens, ſicut corpus eſt in uiſu, ſm ꝙ eſt albũ, nõ aũt ſm ꝙ eſt dulce, licet idẽ corpus ſit albũ & dulce, vnde, & dulcedo eſt i uiſu ſm modũ albedinis, non ſm modũ dulcedinis. Quia igitur ex ui huius ſacri eſt in altari ſubſtãtia corporis Chriſti, quantitas aũt dimenſiua eius eſt ibi cõcomitanter, & quaſi per accidens; iõ quantitas dimenſiua corporis Chriſti eſt in hoc ſacro, nõ ſm proprium modũ (vt. ſ. ſit tota in toto, & ſingulę partes in ſingulis partib.) ſed p modũ ſubſtãtię, cui9 natura eſt tota in toto, & tota i qualibet pte.

Pulchrum exẽplũ nota.

AD II dicẽdũ, ꝙ duæ quantitates dimenſiuæ nõ pñt nãliter ſimul eſſe in eodẽ, ita ꝙ utraq; ſit ibi ſm propriũ modũ quantitatis dimenſiuæ. In hoc aũt ſacro quantitas dimenſiua panis eſt ſm ꝓpriũ modũ, ſ. ſecundum cõmenſurationem quandam; non autem quantitas dimẽſiua corporis Chri, ſed eſt ibi per modum ſubſtantiæ, ut dictum eſt. * In cor. ar. & ar. 1.

AD III dicẽdũ, ꝙ quantitas dimenſiua corpis Chriſti nõ eſt in hoc ſacramento ſecundũ modũ commenſurationis, qui eſt proprius quãtitati, ad quem pertinet ꝙ maior quantitas extendatur vltra minorem, ſed eſt ibi per modum iã dictum. * In cor. art.

ARTICVLVS V.

Vtrum corpus Chriſti ſit in hoc ſacramento ſicut in loco.

Fer. 4. cont. c. 64. *Scot. 4. ſ. d. 10. q. 3.*
Ric. 4. ſ. d. 10. q. 2. ar. 2. *Sot. 4. ſ. d. 10. q. 2. a. 5.*
Pallud. 4. d. 10. q. 3. & d. 11. q. 4.

Per. o. 451

Inf. a. 6. c. & ad 1. & 4. d. 10. a. 1 ad 1. 6. 7. & 8. & a. 3. q. 2. ad 2. & 4. cõ. c. 64. fi. & quol. 1. ar. 22. ad 2.

AD QVINTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ corpus Chri ſit in hoc ſacro, ſicut in loco. Eſſe.n. in aliquo definitiue, uel circũſcriptiue, eſt pars ei9, qđ eſt eſſe in loco: ſed corpus Chriſti vr eſſe definitiue in hoc ſacro (quia ita eſt vbi ſunt ſpẽs panis, uel vini, ꝙ nõ eſt in alio loco altaris) h. videt ẽt ibi eſſe circũſcriptiue: quia ita continetur ſuperficie hoſtiæ cõſecratæ ꝙ nec excedit, nec excedit. ergo corpus Chriſti eſt in hoc ſacramẽto ſicut in loco.

¶2 Præt. Locus ſpecierũ panis nõ eſt uacuus, natura.n. nõ patitur uacuũ, nec eſt ibi ſubſtãtia panis, ut ſupra habitum eſt: * ſed eſt ibi ſolũ corpus Chriſti. ergo corpus Chriſti replet locũ illum, ſed omne, quod replet locum aliquẽ, eſt in eo localiter. ergo corpus Chriſti eſt in hoc ſacro localiter.

Q. præc. ar. 2. & 5.

¶3 Præ. Sicut dictũ eſt, * in hoc ſacro eſt corp9 Chri cũ ſua quantitate dimẽſiua, & cũ oib. ſuis accidẽtibus, ſed eſſe in loco, eſt accidens corporis, unde, & ibi connumeratur inter nouem genera accidẽtiũ. ergo corpus Chriſti eſt in hoc ſacro localiter.

Ar. præc. & 3. huius 4.

SED CONTRA eſt, ꝙ oportet locũ, & locatũ eſſe æqualia, ut patet per Philo in 4. Phy. ſed locus, ubi ẽ hoc ſacrm, eſt multo minor q̃ corpus Chri. ergo corpus Chri nõ eſt i hoc ſacro, ſicut in loco.

Li. 4. Phyſ. tex. 30. & 2.

RESP. Dcd̃m, ꝙ, ſicut iam dictum eſt, * corpus Chri nõ eſt in hoc ſacro ſm ꝓpriũ modũ quantitatis dimenſiuæ, ſed magis ſm modum ſubſtantiæ. Oẽ aũt corpus locatũ eſt in loco, ſm modũ quantitatis dimenſiuæ, inquantũ. ſ. cõmenſurat loco, ſm ſuã quantitatẽ dimẽſiuã. unde relinquit, ꝙ corpus Chriſti nõ eſt in hoc ſacro ſicut in loco, ſed p modũ ſubſtantiæ: eo. ſ. modo, quo ſubſtantia continetur a dimẽſionibus, ſuccedit.n. ſubſtãtia corporis Chriſti in hoc ſacro ſubſtantiæ panis, vnde ſicut ſubſtãtia panis nõ erat ſub ſuis dimẽſionib. localiter, ſed per modũ ſubſtãtiæ, ita nec ſubſtantia corporis Chriſti, non tñ ſubſtantia corporis Chri eſt ſubiectum illarũ dimẽſionum, ſicut erat ſubſtãtia panis, & iõ ſubſtantia panis rõne ſuarũ dimenſionum localiter erat ibi, quia cõparabatur ad locũ illum

Ar. 3. hui9 quæſt.

illum mediantib. proprijs dimenſionibus. Subſtã tia aũt corporis Chri cõparaẽ ad locũ illũ mediantib. dimẽſionib. alienis, ita ꝙ econuerſo dimẽſiones ꝓpriæ corporis Chri cõparanẽ ad locũ illũ me diãte ſubſtãtia, qđ eſt cõtra rõem corporis locati. vñ nullo mõ, corp' Chri eſt i hoc ſacro localiter. n

concl.

Ad primvm ergo dedm, ꝙ corpus Chri nõ eſt i hoc ſacro defi itiue, qa ſic nõ eſſet alibi, q̃ in hoc altari, ubi conficiẽ hoc ſacrm: cũ tamen ſit, & in cęlo in propria ſpẽ, & in multis al js altarib. ſub ſpẽ ſacri. Siſr ẽt patet, ꝙ nõ eſt in hoc ſacro circunſcriptiue, quia non eſt ibi ẽm cõmenſurationẽ ꝓpriæ quantitatis, ut dictũ eſt: †qđ aũt non eſt extra ſupficiem ſacẽi, nec eſt in al a parte altaris, nõ ptinet ad hoc ꝙ ſit ibi definitiue, uel circunſcriptiue, ſed ad hoc, ꝙ incępit ibi eſſe per conſecrationem, & conuerſionem panis, & vini, ut ſupra dictum eſt.*

Ar. 3. & 4. huius q.

q. praec. ar. 3. & 4.

Ad ii dicẽdum, ꝙ locus ille, in quo eſt corpus Chri, nõ eſt vacuus, neq; tñ ꝓprie eſt repletus ſubſtãtia corpis Chri, q̃ nõ eſt ibi localiter, ſicut dictũ eſt: †ſed eſt repletus ſpẽb. ſacroꝶ, q̃ hñt replere locũ, uel pp naturã dimẽſionũ, uel ſal ẽ miraculoſe, ſicut, & miraculoſe ſubſiſtũt p modũ ſubſtantiæ.

In corp. ar.

Ad iii dicendum, ꝙ accidentia corporis Chri ſunt in hoc ſacro (ſicut ſ. dictũ eſt†) ẽm realẽ cõcomitantiã. Et iõ illa accidẽtia corporis Chri, ſunt in hoc ſacro, q̃ ſunt ei intrinſeca. Eſſe aũt in loco, ẽ accidens p cõparationẽ ad extrinſecũ cõtinens. & iõ non oportet, ꝙ Chrs ſit in hoc ſacro, ſicut in loco.

Art. praec.

Articvlvs VI.

Vtrum corpus Christi ſit mobiliter in hoc ſacramento.

SV. QVAE. LXXVI. ART. VI.

Par. 8. 452

Sot. 4. ſ. d. 10. q. 1. ar. 6. Ca. 4. d. 10. q. 3. con. 12 Scot. 4. d. 10. q. 6. & 7.

4. d. 10. a. 4 q. 4. Et op. 11. ar. 34. L. 1. c. 3. 10 declaratio ne 24. loci tom. 1.

Ad sextvm ſic proceditẽ. Vr ꝙ corpus Chri ſit mobiliter i hoc ſacro. Dicit. n.* Philoſ. in 2. Top. ꝙ motis nobis,[b] mouenẽ ea, quæ in nobis ſunt: quod quidẽ eſt uerũ ẽt de ſpiritali ſubſtãtia animæ, ſed Chrs eſt in hoc ſacramento, ut ſupra habitum eſt,* ergo mouetur ad motum ipſius.

I

¶ 2 Præt.[b] Veritas dẽt rñdere figuræ, ſed de agno paſchali,[c] qui erat figura huius ſacri, non remanebat quicquã uſq; mane, ſicut pręcipitur Exo. 12. ergo neque ẽt ſi hoc ſacramentum reſeruetur in craſtinum, erit ibi corpus Chriſti. & ita nõ eſt immobiliter in hoc ſacramento.

¶ 3 Præt. Si corpus Chriſti remaneat ſub hoc ſacro ẽt in craſtino, pari ratione[h] remanebit, & per totum ſequens tempus, nõ enim poteſt dici, ꝙ deſinat[d] eſſe ceſſantibus ſpeciebus, quia eſſe corporis Chri non depẽdet a ſpeciebus. [illegible] aũt remanet ſub hoc ſacro Chriſtus per totũ F tps futurũ. vr ergo ꝙ ſtatim in craſtino, uel poſt modicũ tempus, definat eſſe ſub hoc ſacramẽto, & ita videtur ꝙ Chriſtus mobiliter ſit i hoc ſacramẽto.

Sed contra, Impoſſibile eſt idẽ eſſe motũ, & quietũ, qa ſic contradictoria verificarenẽ de eodẽ: ſed corpus Chriſti, in cælo quietum reſidet. nõ ergo eſt mobiliter i hoc ſacramẽto.

G Resp. Dcdm, ꝙ cũ aliqd eſt unũ ſubiecto, & multiplex ẽm eſſe, nihil ꝓhibet ſm aliqd moueri, & ſm aliqd immobile permanere, ſicut corpori eſt aliud eſſe albũ, & aliud eſſe magnũ, vñ põt moueri ſm albedinẽ, & pmanere imobile ſm magnitudinẽ. Chro aũt nõ eſt idẽ eſſe ſm ſe, & eſſe ſub hoc ſacro, quia p hoc ꝙ dicimus ipſum eſſe ſub hoc ſacro, ſignatur quædã habitudo eius ad hoc ſacrm. Sm igitur hoc eſſe ñ mouẽ Chrs per ſe ſm locũ, ſed ſolum p accidẽs, qa Chrs nõ eſt in hoc ſacro ſicut in loco, ſicut pręđictũ eſt,* quod aũt nõ eſt in loco, nõ mouẽ p ſe in loco, ſed ſolũ ad motũ eius, in quo eſt. Siſr etiã neq; p ſe mouetur ẽm eſſe, qđ hẽt in hoc ſacro, quacumq; alia mutatione, puta q̃ ãtũ ad hoc ꝙ deſinat eſſe ſub hoc ſacro, qa illud, qđ de ſe hẽt eſſe indeficiens, non põt eſſe deficiendi principium, ſed alio deficiẽte, hoc deſinit eſſe in eo, ſicut Deus, cuius eſſe eſt indeficiẽs & immortale, deſinit eſſe in aliqua creatura corruptibili per hoc, ꝙ creatura corruptibilis deſinit eſſe. & hoc mõ cũ Chrs hẽat de ſe eſſe indeficiens, & incorruptibile, nõ deſinit eſſe ſub ſacro, neq; per hoc ꝙ ipſum deſinat eſſe, neq. etiã per motũ localem ſui (ut ex dictis patet*) ſed ſolũ p hoc, quod ſpecies huius ſacramenti deſinunt eſſe. unde patet ꝙ Chrs per ſe loquendo, immobiliter eſt in hoc ſacramento. n

K

Ad primvm ergo dicendũ quod rõ illa procedit de motu per accidens, quo ad motũ noſtri mouentur ea, quæ in nobis ſunt. Aliter tamen ea, quæ p ſe poſſũt eſſe in loco, ſicut corpo-

In titulo hy mobiliter extenditur, tam ad motum, q̃ admutationem. Dupliciter enim cum poſſit dubitari de mobilitate corporis Chri in ſacramento, vel de motu locali ad motũ hoſtiæ, uel de mutatione qua deſineret eſſe in ſacramento, ad utrunque modum extẽditur, ly mobiliter.

Ar. 1. huius quæſt.

¶ Circa doctrinã traditam in hoc articulo, aduerte primo, Auctorẽ ſentire, ꝙ Chriſtum eſſe ſub hoc ſacramẽto eſt eſſe quoddam relatiuũ, dum dicit, per hoc ipſum quòd dicimus ipſum eſſe ſub ſacramento, ſignificatur quædam habitudo eius ad hoc ſacramentum: hinc enim manifeſtat non eſſe idem eſſe Chriſti corporis in ſe, & eſſe eiuſdem in ſacramento: quod ſub aliis uerbis explicatur dicendo, Aliud eſt eſſe Chriſti corpus in ſeipſo, & aliud eſt cõtineri ſub ſacramento ipſum idem Chriſti corpus in ſeipſo exiſtens. Non diſcedes ergo ab Auctoris doctrina, loquendo ſeorſum de conuerſione panis in ſubſtantiam corporis Chriſti, & de habitudine Chriſti ad hoc ſacramentum, ut nos ſecimus. Nec propterea putes explicatum eſſe modũ, quo Chriſtus eſt in hoc ſacramento. nam explicatio huiuſmodi eſt per communia valde, ſcilicet per relationem, ſeu habitudinem, neſcitur autem res aliqua, niſi per propria cognoſcatur.

¶ Circa concluſionem illam, Corpus Chriſti ad motum hoſtiæ mouetur per accidens: duplex occurrit obiectio. Prima ex Durando opinante oppoſitum in li. 4. ſenten. diſtinct. 10. quæſt. 3. Secunda ex Scoto, eadem diſt. q. 6. opinante non contra motum, ſed contra motorem.

Art. præc.

¶ Arguit ergo Durand. corpus Chriſti nullo modo moueri ad motum hoſtiæ, nec per ſe, nec per accidens: quia corpus Chriſti, & hoſtia non ſunt unum ſecũdum ſubiectum, nec ſe habent ut continens, & contentum, nec habent colligationem, uel contactum. Et quia corpus Chriſti exiſtens in cælo localiter, fit de nouo exiſtens in hoc ſacramẽto abſque motu locali, tam per ſe, quam per accidens. ergo a fortiori exiſtens in hoc ſacramento non mouetur ad motum hoſtiæ.

¶ Scotus autem ponens corpus Chriſti ad motum hoſtiæ moueri quidem per accidens, ſed non niſi immediatè a deo probat hoc ultimum hac ratione, Quando aliqua coniungun tur præciſe per actum uoluntatis coniungentis ſe habentis ad illam coniunctionem, ſi unum illorũ ſecundũ ſe ſit mobile

Ar. præc.

concl.

ra, & aliter ea, quę per ſe non poſſunt eſſe in loco, ſicut formæ, & ſpirituales ſubſtantiæ. Ad quem modum poteſt reduci, q dicimus Chriſtum moueri per accidens ſecūdum eſſe qđ habet in hoc ſacramēto, in quo non eſt ſicut in loco.

Ad ii dcđm, quòd hac rōne moti uīr fuiſſe quidam, ponētes q corpus Chriſti non remanet ſub hoc ſacramento, ſi in craſtinum reſeruet. Cōtra quos Cyrillus dicit: Inſaniunt quidā dicentes myſticam benedictionem ceſſare a ſanctificatione, ſi quæ eius reliquiæ remanſerint in diem ſubſequentem: non. n. mutatur ſacratum corpus Chriſti, ſed uirtus benedictionis, & uiuificatiua gratia, iugis in eo eſt: ſicut & omnes aliæ conſecrationes immobiliter manent, permanentibus rebus cōſecratis: pp quod non iterantur. Veritas autem licet figuræ reſpondeat, tamen figura non poteſt eam adæquare.

Ad iii dicendum, qđ corpus Chri remanet in hoc ſacro, non ſolum in craſtino, ſed etiā in futuro quouſque ſpecies ſacramentales manēt, quibus ceſſantibus deſinit eſſe corpus Chri ſub eis: nō quia ab eis dependeat, ſed quia tollitur habitudo corporis Chri ad illas ſpecies. p quē modū Deus deſinit eſſe dūs creaturę deſinentis.

ARTICVLVS VII.

Vtrū corpus Chriſti prout eſt in hoc ſacramento, poſſit uideri ab aliquo oculo ſaltem glorificato.

AD SEPTIMVM ſic pcedítur. Vr q corpus Chriſti, prout eſt in hoc ſacro, poſſit uideri ab aliquo oculo, ſaltem glorificato. Oculus. n. noſter impeditur a viſione corporis Chriſti in hoc ſacro exiſtētis, h propter ſpecies ſacrales ipſum circunuelantes: ſed oculus glorificatus non pōt ab aliquo impediri, quin corpora quælibet uideat prout ſunt, ergo oculus glorificatus pt uidere corpus Chriſti, prout eſt in hoc ſacro.

¶ 2 Pręt. Corpora glorioſa ſanctorū, erūt h configurata corpori claritatis Chriſti, ut dr Phil. 3. ſed oculus Chriſti uidet h ſeipſum prout eſt in hoc ſacro. ergo pari rōe quilibet alius oculus glorificatus pt ipſū uidere.

¶ 3 Præ. h Sancti i reſurrectione erūt æquales angelis, ut dr Luc. 20. ſed angeli uidēt corp⁹ Chriſti, prout eſt in hoc ſacramento: quia etiam dęmones inueniuntur huic ſacro reuerentiā

bile omnino improportionatum, & reliquum proportionatū, A illud moueat non eadem motione poteſt mouere utrunque cōiunctorum. Probatur iſta ratione & exemplo. rō eſt, quia ſi mouet unum, quod eſt ubi proportionatum, non propterea mouet per accidens reliquum, quia reliquum non eſt præſens illi moto, ſicut actus potētiæ, aut econuerſo, nec ſimpliciter ex aliqua alia neceſſitate naturali: ſicut graue eſt pręſens naui, uel curru, cui innititur, & pp hoc ſimul mouetur cum illo, ſed eſt præſens ſola uoluntate, quæ poteſt non uelle coniunctionem illam ſtāte tamē motione alterius. Exēplum eſt, Si angelus uoluntarie faceret ſe eſſe præſentem lapidi ſi moueo lapidem, nō propterea moueo angelū, qui non eſt per ſe mobilis à uirtute mea: nec per accidens in propoſito, quia nec forma, nec pars eſt lapidis mobilis per ſe a me, unde angelus in termino motus lapidis per propriam ſuā actionem eſſet ibi, ubi eſt lapis, & nō p actū meū. Et tunc ſubſumitur mino. Sed corpus Chriſti eſt pręſens ſpeciei ſacramentali tantum per actus uolūtatis animæ. ergo &c.

¶ Ad euidentiā horū ut mihi, q cum Durādo nulla ſit quæſtio ſecundum rem, ſed forte in ſolis uerbis: ſi. n. perſpiciatur ex una parte diſtinctio facta in litera de duplici eſſe corporis Chriſti, uel in ſe, uel in ſacramento, & dictum eſſe q corpus Chriſti in ſe non mouetur neque p ſe neque p accidens & quòd ſecundum eſſe in ſacramento mouetur non per ſe, ſed per accidens, & ſi cum his ſimul perſpecta fuerit uis rationum Duran. manifeſtū erit, q nulla eſt diuerſitas in ſentētia quoniam ad hoc tendunt argumenta, quòd corpus Chriſti ſecūdum ſe non mouetur per accidens ad motum hoſtiæ, quod Auctor fatetur.

¶ Verum ſiquis concēdat his argumentis Chriſti corpus ſecundum nullum eſſe moueri per accidens ad motum hoſtiæ, facile inueniet reſponſionem dicendo ad primum, quòd inter corpus Chriſti, & hoſtiam eſt colligatio ſecundum eſſe ſacramentale: & ita quòd ſe habent ut ueraciter contentum, & continens ut patet extra, de ſum. Trin. & fide cathol. c. firmiter.

¶ Ad ſecundum negatur ſequela, quia ad rem antecedentis nec eſt opus motū, nec concomitatur motus: ſed ad motum ſacramenti concomitatur motus rei, quæ eſt ſacramentum, ſecundū eſſe ſacramentale, per accidens tamen.

¶ Ad Scotum autem directe loquentem de Chriſti corpore, ut eſt in ſacramento, dī q ratio, aut implicat contradictoria, aut ſubſumit falſum.

¶ Ad cuius intellectum aduerte duo aſſumi a Sco. ſ. coniunctionē inter aliqua duo, & rationem coniunctionis. ſ. actum uoluntatis contingenter ſe habentem. Et oportet alterum duorum ſequentium Scotum dicere, uel coniunctionem illam nullum nexum, ponere inter coniuncta ultra actum uoluntatis contingenter ſe habentem, aut aliquem nexum inter illa ponere cauſatum a tali actu uoluntatis: non pōt dici primū. quia ipſemet Sco. ponit coniunctionem illam actu uoluntatis uolitam contingenter. & minor ēt eſſet falſa, ut patet. Et ſimiliter exemplū de angelo, quia præſentia angeli ad lapidem, & corporis Chriſti ad ſacrūm, non eſt formaliter per actum uoluntatis. Oportet ergo intelligi, q coniunctio addit nexum quendam inter coniuncta, & tunc apparet, aut implicari contradictoria, puta q ſit nexus aliquis, inter duo creata: & q ille nexus nullo mō cōiungat illa n. ſi præciſe p actum uoluntatis, qđ nō eſt itelligibile: aut minorem eſſe falſam quia licet corpus Chriſti, & hoſtiam eſt coniunctio ſacramētalis, quæ licet effectiue ſit à ſolo deo, in ſe tñ eſt coniunctiua corporis Chriſti cum hoſtia naturali neceſſitate ſacri. Nam ex ui ſacri p ſe habetur eſſe ſacrale, corporis Chriſti in hoſtia, & eſſe ſacrale cōiungit corpus Chri & hoſtiam: non qa uolitam, ſed quia in ſe eſt tale.

¶ Ad exemplum autē de angelo dī, q licet angelus poſſet ſubtrahere præſentiam ſuam a lapide: ſi tamē illam non ſubtrahit, mouente me lapidem & transferente illum in domum: angelus mouetur non a ſe, ſed ad motum lapidis: qa angelus nunc eſt ubi eſt lapis, & non eſt ubi erat lapis.

¶ Et ad excludendas fugas, pone caſum q angelus feceri ſe præſentem lapidi uoluntate illius pręſentiæ continuandę per unā horā tantum, & ſtante caſu forma conditionalem, ſi angelus factus pręſens lapidi dormiret per tres horas, & ego mouerem lapidem illum p duas horas, in fine motus, angel⁹ eſſet ubi eſt lapis, & non per actum angeli. ergo per motum lapidis, a me. Et q̄uis hęc ſufficerent ad dicta Scoti facilius tñ pōt reſponderi, dicendo maiorem poſſe forte habere locum, quando utrumque coniunctorum eſt per ſe mobile, puta, quia ambo ſunt corpora, ſed qñ duorū coniunctorū alterū tñ eſt mobile ſm ſe, alterū uero nō niſi per accidens mobile eſt, maior nullum habet locū, qñ non poteſt de eis dici, q unum eſt mobile improportionatum, & alterum mobile proportionatum. Sic a dš inuenitur in propoſito, qñ hoſtia eſt mobilis ſm ſe eſſe autem ſacramentale ſeu Chriſti corpus ſm eſſe ſacramentale in hoſtia, non eſt mobile per ſe, ſed ſolum per accidens, ut in litera hac dicit Auctor, & communiter omnes fatentur, dum dicunt eſſe quoddam eſſe relatiuum: reſpectus enim non niſi per accidens poſſunt moueri localiter. Et hinc appares quid dicendum eſt ad exemplū de angelo quoniam dum moueo lapidem moueo per accidens præſentiam inter lapidem, & angelum, & ſimiliter dū moueo hoſtiam cōſecratam, moueo præſentiam inter hoſtiam, & corpus Chriſti ita q tranſlata hoſtia de altari in plateam, trāſfertur ēt præſentia, quia corpus Chriſti de præſente in altari fit pſens in platea, abſque hoc q corpus Chriſti in ſe moueatur: & & ſimiliter angelus fieret præſens in domo ad quam tranſlatus eſt lapis, non q ipſe angelus ſit motus à ſe, uel a me, ſed quia transferendo lapidem, tranſtuli pręſentiam eius in lapide.

Porr. c. 4. 3. Infr. ar. 8. c. Et 4. di. 10. art. 1. q. 5. ad 3. & art 4. q 1. p to. & q 4 ad. 5. & in expo. li. ad 1. 2. & 4.

SVP. QVÆST. LXXVI. ART. VII.

Scot. 4. ſ. d. 10. q. 8. 9. Ric. 4. ſ. d. 10. q. 1. ar. 5. Mairo. 4. ſ. d. 11. q. 6. Sot. 4. ſ. d. 10. q. 1. ar. 7. Palud. 4. d. 10. q. 4. 1. 2. 3. con. 6.

IN corpore art. multa occurrunt, notāda & dubitanda. In primis circa rationes concluſionis primę, ſcilicet corpus Chriſti

ſti ſecundum eſſe quod habet in ſacramento non eſt uiſibile oculo corporali, aduertendum eſt quòd licet Scot. in ult. q. di. 10. 4. ſent. impugnet multas rationes, quæ afferuntur pro hac concluſione: quia tamen neutram iſtarum, quæ in litera afferuntur improbat, immo potius utraque quodammodo utitur (& ſecunda quidem ſe tenēte ex parte uiſibilis, ut terminus eſt uiſionis, expreſſe utitur, prima quoque conſiderante uiſibile, inquantum cauſa eſt uiſionis quodammodo utitur) id extraneum à præſentis operis propoſito duxi defendere rationes alias, quæ hic non ponuntur.

¶In ſecunda rōne aduerte diligēter terminos, ut non fluctues, quaſi contraria in Auctoris doctrina inuenies, dum alibi dicit cum Auer. ſubſtantiam particularem percipi à cogitatiua: hic uero dicit a ſolo intellectu ſubſtantiam cognoſci. Nec loquitur de ſubſtantia in communi, ſed de ſubſtantia ſingulari, quia loquitur de corpore Chriſti, ut eſt in hoc ſacramento. conſta autem corpus Chriſti eſſe quoddam ſingulare, & modum eſſendi in hoc ſacramento eſſe eum ſingularem, utrumque ſiquidem eſt uerum, illud quidem de ſubſtantia indiuiduali, ſecundū materiā ſignatā quantitate: hoc autem de ſubſtantia indiuiduali, ut habet modum eſſendi puræ ſubſtantiæ, id eſt ſubſtantiæ inquantum ſubſtātiæ, ut patet ex ſuperius declaratis de modo ſubſtantiæ. Et propterea hic dicit, Subſtantia autem inquantum huiuſmodi, ſubiacet ſolum intellectui, &c.

¶Circa ſecundam partem huius art. in qua agitur de uiſione intellectuali aduerte dici quatuor, primum quòd corpus Chriſti ſecundum eſſe in hoc ſacramento, non uidetur ab intellectu uiatoris hominis ſecundum, quòd nec etiam ab intellectu angeli eo naturaliter: tertium quod uidetur ab intellectu beato angeli, uel hominis per uiſionem diuinę eſſentiæ: quartum (quod eſt omnium prædictorum ratio) quia iſte modus eſſendi eſt penitus ſupernaturalis, ac per hoc ſecūdum ſe intelligibilis eſt a ſupernaturali intellectu, ſcilicet diuino.

¶Contra tria autem horum Scot. arguit in 4. ſent. diſt. 10. q. 8. & primo contra ſecūdum, intendens quòd tam intellectus angelicus, quàm animæ ſeparatæ, quàm etiam hominis beati poteſt naturaliter uidere exiſtentiam corporis Chriſti in euchariſtia. Primo, quia intellectus ſe habens ad intelligibilia, ſicut ipſa ſunt in ſe intelligibilia, intelligit prius ſubſtātiam quā quēcumque modum eius. ergo nullus modus ſub quo eſt ſubſtantia, poteſt impedire intellectionem ſubſtantiæ à tali intellectu, qui non dependet in intelligendo a ſenſibilibus. Secundo totū ens creatum eſt obiectum proportionatum tali intellectui, quātum ad cognitionem tā abſtractiuam quā intuitiuā. ſi ergo quodcunque ens poteſt abſtractiue cognoſci à tali intellectu, quando non eſt ſibi præſens, ſequitur quòd poteſt intuitiue intelligi ab eodem, quando eſt ſibi perfecte præſens in propria exiſtentia actuali. Tertio, Virtus potens cognoſcere obiectū intuitiue dū eſt præſens, poteſt cognoſcere eius abſentiam, dum eſt abſens: ſed talis intellectus poteſt cognoſcere præſentiam panis quando eſt præſens. ergo poteſt cognoſcere abſentiam eius quando eſt abſens ergo eadem ratione poteſt cognoſcere præſentiam ſubſtantiæ corporis Chriſti, quia corpus Chriſti in ſe ē obiectū proportionatum etiam intellectui tali, ut inuenitur. ergo modus accidentalis ipſius corporis non impedit, quia ſit obiectum in-

exhibere: & ipſum timere. ergo pari rōne oculus glorificatus poteſt Chriſtum uidere, prout eſt in hoc ſacramento.

SED CONTRA, Nihil idē exiſtens poteſt ſimul ab eodem uideri in diuerſis ſpeciebus: ſed oculus glorificatus ſemper uidet Chrm, prout eſt in ſua ſpē G ſm illud Iſa. 33. Regem in decore ſuo uidebunt. ergo nī quòd nō uideat Chrm, prout eſt ſub ſpecie huius ſacramenti.

RESP. dcdm, quòd duplex eſt oculus, ſ. corporalis proprię dictus, & intellectualis, qui per ſimilitudinem dicitur: a nullo autem oculo corporali corpus Chriſti poteſt uideri, prout eſt in hoc ſacramento. Primo quidem, quia corpus uiſibile per ſua H accidentia immutat medium. Accidentia aūt corporis Chriſti ſunt in hoc ſacramento mediante ſubſtantia, ita ſcilicet quòd accidentia corporis Chriſti nō hñt immediatam habitudinē, neque ad hoc ſacramentū, neq; ad corpora, quæ ipſum circunſtāt. & idō nō pñt īmutare mediū ut ſic ab aliquo corporali oculo uideri poſſint. Secūdo quia ſicut ſupra dictū ē, corpus Chriſti eſt in hoc ſacramento per modum ſubſtantię. Subſtantia autē inquantum hm̄ōi, nō eſt uiſibilis oculo corporali, neq; ſubiacet alicui ſenſui, ſed nec ēt imaginationi, ſed ſoli intellectui, cuius obiectū eſt qd quid eſt ut dicitur in 3. de Aīa: & idō [m] ppriē loquēdo, corpus Chriſti ſm modū eſſendi, quē hēt in hoc ſacramento, neq; ſenſu neq; imaginatione pceptibile eſt, ſed ſolo intellectu [n] qui dr̄ oculus ſpiritualis.[p] Percipitur āt diuerſimode a diuerſis intellectib[9]. [q] Quia.n. mod[9] eſſendi, quo Chrs eſt ī hoc ſacro, eſt penitus ſupernaturalis, a ſupernaturali intellectu, ſ. diuino, ſm ſe uiſibilis eſt & per cōſequens ab intellectu beato: uel angeli vel hoīs, qui ſm participatam claritatē diuini ītellectus uidet ea, q̄ ſupnaturalia ſunt, uiſione diuinæ eſſentiæ: ab ītellectu āt

F uiſibile eidem intellectui. Quarto, Anima Chriſti nouit naturaliter ſe eſſe ubicunque eſt, & per conſequens nouit naturaliter ſe eſſe in euchariſtia, & ita naturaliter poteſt noſſe exiſtentiam corporis ſui ibi, quæ eſt ſibi ratio quòd ſit in ſacramento. Quinto exiſtentia talis non eſt excellentius cognoſcibile, quàm exiſtens, cuius eſt exiſtentia: ſed Chriſtus eſt naturaliter cognoſcibilis à tali intellectu creato. ergo, & quælibet eius exiſtentia. Probatur maior, quia non poteſt aliquis modus in propoſito naturaliter excedere ſolid, cuius eſt modus. Sexto beatus naturaliter uidet, in alio beato actum beatificum, & tamen illa beatitudo non eſt minus ſupernaturalis quā exiſtentia corporis Chriſti in euchariſtia. Antecedēs probatur, quia ſubſtantia ipſius beati eſt excellentius cognoſcibile, quàm eius beatitudo.

Ar. 1. hui[9] q. ad 3.

D. 752.

Li. 3. de anima. tecta. 16. 10. 2.

concl. m

concl. p

¶Contra tertium uero idem arguit, intendens quòd intellectus beatus nullo modo per actum beatificū uidet corpus Chriſti in euchariſtia. Beatus nō diſtinguitur a nō beato, niſi uidendo obiectum beatificum ut ſic, & ea, quæ includuntur in eo, ut ſic: ſed corpus Chriſti eſſe in euchariſtia, non eſt obiectum beatificū (ut patet) nec incluſum in obiecto beatifico: quod probatur, quia æque eſſentialiter pertinet ad obiectum beatificū includere in ratione obiecti unam rem, uel ueritatem unius ſacramenti, ſicut alterius: ſicut æque pertinet ad ueritatem fidei I credere ueritatem unius articuli, ſicut alterius: ſed in obiecto beatifico non clauditur, gratiam infundi tali baptizato, aut ſuſcipienti ſacramentum pœnitentiæ. ergo &c.

¶Contra quartum, rationem. ſ. quia modus eſſendi eſt penitus ſupernaturalis, arguit ibidem Sco. quia naturale: & ſupernaturale, non diſtinguunt ens in ſe, ſed tātum in comparatione ad agens, & propterea licet res aliqua ſupernaturaliter fiat, poſtquam facta eſt, naturaliter cognoſcitur. Et confirmatur aſſumptum, quia ſupernaturale, & naturale poſſunt ſe habere ſicut imperfectū, & perfectius, puta accidens, & ſubſtantia. Et confirmatur rurſus ſubiunctū, quia fides, ſpes, & charitas ſunt habitus ſupernaturales, & tñ angeli naturaliter cognoſcūt eos, ſm illos, qui ponunt in angelo naturaliter rōnes cognoſcendi oēs ſpēs entiū.

¶Ad euidentiam horum prælibandum eſt, quòd parua diſtātia in principio magna ualde apparet in principiatis. Et hoc eſt, quòd K ex diuerſa opinione circa mediū intelligendi, tot qōnes emanant. Opinantes ſiquidem intellectum non alligatū phantaſmati intelligere per motionē ab ipſis rebus, quæ intelligūt, dñr conſequenter opinantur intellectus abſtractos intueri res præſentes, ſicut nos uidemus corporaliter colores præſentes. Tenentes autem cum peripateticis, & philoſophis intellectus abſtractos moueri tantum a ſeipſis, ſeu ſuis ſubſtantiis, uel etiam a ſuperioribus eorū, & non ab aliquo inferiori, conſequenter ponūt intellectus abſtractos cognoſcere quicquid cognoſcunt naturaliter aut per ſubſtantiā propriā ſolā (quod nos credimus in ſolo deo uerificari) aut per ſubſtantiam perfectam ſpeciebus intelligibilibus inditis, aut ēt, ut quibuſdā placuit, per ſubſtantiā ſuperiorē, & per conſequens intellectus abſtracti cognitio naturalis non ſe pōt extendere, niſi ad ea, quæ naturaliter relucēt in his, quæ ſunt apud intellectū abſtractum. Et quī hæc nō ſunt, niſi pertinentia ad naturalem ordinē uniuerſi, quia ſolæ res pertinentes ad opera ſex dierum, fuerunt producta à Deo in men-

hominis uiatoris non pôt conſpici niſi per fidem, ſicut & cætera ſupernaturalia: ſed nec êt intellectus angelicus ſecundũ ſua naturalia ſufficit ad hoc intuendum unde dæmones, non poſſunt videre per intellectum Chriſtum in hoc ſacramẽto niſi per fidem, cui non uoluntarie aſſentiunt, ſed ad eam euidentiam ſignorum[d] conuincũtur, prout dicitur Iac. 2. Quòd dæmones credunt, & co tremiſcunt.

D.607.

Ad primvm ergo dicẽdũ, quòd oculus noſter corporeus per ſpecies ſacramentales impeditur à uiſione corporis Chriſti ſub eis exiſtentis, nõ ſolum per modum tegumẽti, ſicut impedimur uidere id, quod eſt uelatum quocumque corporali velamine: ſed qa corpus Chriſti non habet habitudinem ad medium, quod circunſtat hoc ſacramentum mediãtibus propriis accidentibus, ſed mediantibus ſpeciebus ſacramentalibus.

Ad ii dicendum, quòd oculus corporalis Chriſti, uidet ſeipſum ſub ſacramento exiſtentem: non tamen poteſt videre ipſum modum eſſendi, quo eſt ſub ſacramento, quod pertinet ad ſolum intellectum:[e] nec tamen eſt ſimile de alio oculo glorioſo: quia etiam ipſe oculus Chriſti eſt ſub hoc ſacramento, in quo non conformatur eis alius oculus glorioſus.

Ad iii dicendum, quòd angelus bonus, uel malus non poteſt aliquid uidere oculo corporeo, ſed ſolũ oculo intellectuali. unde non eſt ſimilis ratio, ut ex dictis patet.*

In mentibus angelicis, & in rerum natura qñ uidit deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona, quæcumque oñ ad naturę, ſed gratię ordinem per ſe ſpectant, eximuntur à naturali cognitione angelorum ſecundum hanc uiam, ſecundum quam etiam naturale, & ſupernaturale ſunt, & differentiæ entis, & differentię modi faciendi: nam oculi dati cęco nato, & uiuũ factũ in nuptiis, differebãt ab aliis oculis, & uinis, ſecundum naturale, & ſupernaturale quoad modum fiendi tantũ: ſed claritas, & incarnatio Chriſti, & Chriſtum eſſe ſub ſacramẽto, & lumẽ gloriæ, & ſimilia differunt a uirtutibus naturalibus, & aliis, quę entia naturalia uocamus, penes ſupernaturale & naturale, quantum ad ipſa entia: ſunt. n. hæc ex ſuo genere ſupernaturalia entia, quia nulli poſſunt enti eſſe aut fieri connaturalia, ut alibi declarauimus.

¶ His præhabitis ad primum Scoti dicitur, falſam eſſe minorem ſcilicet intellectũ abſtractum habere ſe ad omne intelligibile, ſecundum ordinem intelligibilitatis: hoc enim patet eſſe falſum: tum, quia non ſic ſe habet ad primum intelligibile q eſt deus: tum, quia quilibet intellectus abſtractus intelligit, & quod eſt ſupra ſe, & quod eſt infra ſe per modum ſui: dicimus nihilominus, q licet intellectus abſtractus uideat corpus Chriſti, non propterea ſequitur ergo videt eius modum eſſendi in ſacramento. Et hoc, non quia iſte modus eſſendi eſt excellentioris cognoſcibilitatis in ſe: ſed quia eſt cognoſcibilis alterius ordinis, ſcilicet ſupernaturalis, & propter hoc eſt extra totum ordinem rerum præſentium cognitionibus naturalibus.

¶ Et hinc patet reſponſio ad ſecundum: quia falſum eſt, totum ens creatum eſſe obiectum proportionatum tali intellectui. Et intuitiue quidem, quia quædam, ſcilicet ſupernaturalia, ſunt de ordine non præſentium cognitioni naturali. Abſtractiue uero, quia incarnationis myſterium latet, quo ad perfectam quidditatiuam cognitionem, omnis intellectus creati cognitionem naturalem: quia illius nulla inducta ſpecies eſt præſentatiua perfecte. Et idem uidetur de eſſe corporis Chriſti in ſacramẽto. Supponit igitur argumentum hoc falſum ſcilicet modum eſſendi in ſacramento, præſentem quandoque eſſe naturali cognitioni intellectus abſtracti.

¶ Ad tertium dicitur, negando eadem, uel ſimili ratione, poſſe cognoſci præſentiam corporis Chriſti. Et ad ſubiunctam probationem iterum dicitur, quòd modus accidentalis, non quatenus accidentalis, ſed quatenus eſt alterius ordinis, impedit ſe inmittere ab intellectu, cui ordo ille non eſt præſens, qualis eſt intellectus angelicus naturaliter.

¶ Ad quartum de anima Chriſti dupliciter dici poteſt. Primo, excipiendo Chriſti animam ea ratione, quia ad ipſum ſpectat quamuis concomitanter, talis modus eſſendi, ita quòd ſicut dicimus cogitationes cordis mei latere naturalem cognitionem angelorum, manifeſtas tamen eſſe animæ meæ, quia ad ipſam ſpectant, & per hoc ſibi ſũt præſentes, quæ nõ ſunt præſentes angelis, ſic in propoſito modus iſte eſſendi eſt præſens naturali cognitioni animæ Chriſti per hoc, quòd ad ipſum ſpectat: nec, eſt ſimile de aliis intellectibus, ut patet. Secundo, dicitur negando animam Chriſti cognitione naturali intueri modum, quo corpus Chriſti eſt in hoc ſacramento, ſicut cognitione naturali non intuetur myſterium Incarnationis: vnde Auctor dicit hic, quòd quia modus eſſendi in hoc ſacramento eſt penitus ſupernaturalis, non niſi à ſupernaturali intellectu, vel ipſius participatione, eſt in ſe intelligibilis. Et hæc reſponſio ſolidior uidetur.

¶ Ad quintum iam patet ex dictis, quod non ratione excellentiæ, ſed ratione abſentiæ, ſeu non præſentiæ, exiſtentia in ſacramenta latet, & tamen corpus Chriſti patet.

¶ Ad ſextum negatur aſſumptum, ſcilicet actũ beatificũ unius beati uideri naturali cognitione ab altero. Et ratio eſt ſæpe dicta, non propter excellentiam cognoſcibilis, ſed propter abſentiam: quia naturalis cognitio contenta eſt ſpectantibus ad ordinem naturalem: actus autem beatificus ſpectat ad ordinẽ ſupernaturalem.

¶ Ad obiecta contra uiſionem huius ſacramenti per actum beatificum reſpondendo diſtinguitur, quod de actu beatifico poſſumus dupliciter loqui: uel præciſe ſecundũ neceſſaria ad beatitudinem, & ſic procul dubio uerum eſt, per actum beatificum nõ uideri Chriſti corpus in ſacramẽto, nec myſterium incarnationis, immo, nec aliqd quod ſcit deus ſcientia viſionis, ut patet ex eo, q ſi vnum tantum intellectum deus creaſſet, & ille uideret deum, eſſet proculdubio beatus, & nihil horũ ſciret, quæ ad ſciẽtiam uiſionis ſpectãt: quia nihil horum fuiſſet, eſſet aut futurũ eſſet: uel de actu beatifico loquimur, ſecundum q de facto diuina largitas illum dilatauit, ſeu extendit, & ſic uiſio beata extendit ſe ad multa alia, quæ non ſunt ſimpliciter neceſſaria cognitu ad beatitudinem, inter quæ opinamur eſſe myſterium incarnationis, & euchariſtiæ, ea ratione, quia ſunt difficillima inter omnia creata credenda, ac per hoc à mentibus fidelium ualde deſiderata, ut uideantur: beatitudo autem ſatiatiua eſt fidelium, ut fidelium deſideriorum, tam arduorum. Et Scotus quidem in primo ſenſu loqui uidetur, & non in ſecundo: quoniam ratio ſua in primo tantum ſenſu militat, & pluries repetit neceſſitatem ad beatitudinem. vnde non oportet aliter reſpondere.

¶ Ad obiecta demum de ſupernaturalitate, reſpondetur dicendo, quòd naturale, & ſupernaturale ſunt differentiæ, quandoque ſolũ ſm reſpectũ ad agens, quandoq; vero ſunt differentiæ entis. Et propterea falſum eſt, quodcumque ens poſtquàm factum eſt, eſſe naturale: de aliquo enim eſt uerum, & de aliquo nõ ſic ſupra diximus. Et ad confirmationem de differentia imperfecti & perfectionis, dicitur q eſt impertinens: qm non eſt quæſtio de perfectione, uel imperfectione, ſed de naturalitate, uel ſupernaturalitate. Poſſet tñ dici, q qualitates ſupernaturales ſunt perfectioris ordinis, quàm totus ordo naturalium: quia ſunt ordinis diuini, ut charitas, & lumen gloriæ teſtantur.

¶ Ad ultimam confirmationem, dicitur quòd angelis nõ ſunt inditæ ſpecies omnium ſpecierum, ſed earum tantum, quæ ad naturalem ordinem uniuerſi ſpectant: & propterea fidem, ſpẽ, & charitatem, non per naturalem cognitionem, in proprio genere nouerunt, niſi habentes illas in ſeipſis, ut ipſe ad eos ſpectantes.

¶ In reſponſione ad ſecundum, intellige differentiam inter oculum corporalem Chriſti, & corporalem oculum aliorum ſanctorum, non reſpectu uiſibilis per ſe (quoniam in corpore articuli iam dictum erat, modum eſſendi Chriſti corporis in hoc ſacramento eſſe inuiſibilem, ſoloque intellectui intuibilem) ſed reſpectu uiſibilis per accidens: ita quòd Chriſtus dicitur oculo uidere ſeipſum ſub hoc ſacramento: quia ſic ſeipſum uidet, ut ſtatim intellectum uideat ſuum eſſendi modum in ſacramento: ſicut poſt reſurrectionem dicemur uidere deum corporalibus oculis, ut in quæſtio. 12. primæ partis Auctor declarauit,

2. reſponſio

lo corpo

SVP. QV. LXXVI.

ART. VIII.

Perr.c. Ser.4.ſ.d.11.q.2.ar.5.

455 IN articulo 8. aduerte circa ueras apparẽtias ex miraculo in hac ſacramento, q
a d. 10.a. a.q.2.a.1.3 & a.4.q.2. & 3.Et op. 58 cap. 6. d ſtinguendum vide tur de magnitudine ſpeciei apparentis. Nam ſi res apparens fuerit tam magnarum dimenſionum. vt ſint incompoſſibiles ſubſtantię conuerſæ, puta ſi conſecrato modico uino in fundo calicis, ut fieri
¶ ar. pced. ad 3.arg. conſueuit, appareat, & permaneat totus calix magnus plenus ſpecie ſanguinis, tūc non uidetur remanere uerus Chriſti ſanguis ſub illis ſpeciebus: quoniam non manent dimenſiones vini conuerſi. Et in hoc caſu ſpecies ſanguinis ſignificat Chriſti ſanguinem uerum contineri ſub ſacramento, & non contineri ſub ſeipſa. Si uero dimenſiones non ſint ita in ueritate extenſę, quin afficerent conuerſam ſubſtantiam, ſi ſubeſſet, ſentiendum eſt ut litera tradit: quoniam tandiu manet ueritas ſacramenti, quandiu maneret panis, aut vinum, ſi ſubeſſet: cōſtat autem quod quā diu manent dimen-
* q.7.5.ar. 2. ſiones illę ſine ſubiecto, manet corpus, aut ſanguis Chriſti: unde cum tam extenſiuæ dimenſiones immutantur, immutatio non eſt ſolum accidentalis, ſed ſubſtātialis: Auctor autem loquitur, quando mutatio eſt ſolum in accidentibus. Et ſi quæratur, qua adoratione uenerandus eſſe, huiuſmodi ſanguis miraculoſus, dicendum uidetur, idē eſſe iudicium de ipſo & de ueſte Chriſti.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum quando in hoc ſacramēto apparet miraculoſe caro uel puer, ſit ibi uere corpus Chriſti.

AD OCTAVVM ſic proceditur. Videtur q quando in hoc ſacramento miraculoſe apparet caro uel puer, non ſit ibi vere corpus Chriſti. Corpus enim Chr̄i deſinit eſſe ſub hoc ſacramento, qn̄ deſinūt eſſe ſpecies h ſacramentales; ut dictum eſt: † ſed quando apparet caro, uel puer, deſinunt eſſe ſpecies ſacramentales. ergo non eſt ibi vere corpus Chriſti.

¶ 2 Præt. Vbicūque eſt corpus Chriſti, uel eſt ibi ſub ſpecie ꝓpria, uel h ſpecie ſacramēti: ſed qn̄ tales apparitiones fiūt, manifeſtum eſt, q non eſt ibi Chr̄s ſub ſpecie propria, quia in hoc ſacro totus Chriſtus continet, qui permanet integer in forma quia aſcendit in cælum: cū tñ id, quod miraculoſe apparet in hoc ſacro, qñq; uidietur ut quædam parua caro, quandoq; aūt vt paruus puer, manifeſtum eſt etiam, q non eſt ibi ſub ſpecie ſacramenti, quæ eſt ſpecies panis, vel vini. ergo uidetur, q corpus Chriſti nullo modo ſit ibi.

¶ 3 Præt. h Corpus Chr̄i incipit eſſe in hoc ſacramēto per cōſecrationem, & conuerſionē, ut ſupra dictū eſt: ſed caro, & ſanguis miraculoſe apparens, non ſunt conſecrata, nec cōuerſa in verū corpus & ſanguinē Chr̄i. non ergo ſub his ſpeciebus eſt corpus, uel ſanguis Chriſti.

SED CONTRA eſt, quòd tali apparit one facta, eadem reuerentia exhibetur ei quod apparet, q̄ ēt primo exhibeatur: quod quidem non fieret, ſi uere non eſſet ibi Chriſtus, cui reuerentiam latriæ exhibemus. ergo etiā tali apparitione facta, Chr̄s eſt ſub hoc ſacramento.

RESP. Dcēm, q dupliciter contingit talis apparitio, qua quandoque in hoc ſacramento miraculoſe uidetur caro, aut ſanguis, aut etiā aliquis puer quandoque enim hoc contingit ex parte uidētiū, quorum oculi immutantur tali immutatione, ac ſi expreſſe uiderent exterius carnē, uel ſanguinem uel puerū, nulla tñ immutatione facta ex parte ſacri; & hoc quidē uꝛ contingere, quando uni uidetur ſub ſpecie carnis, uel pueri, aliis tamen uideꝛ ſicut & prius ſub ſpecie panis, uel quando eidē ad
F horam uidetur ſub ſpecie carnis, uel pueri, & poſt modum ſub ſpecie panis: nec hoc tamen pertinet ad aliquam deceptionem, ſicut addit in magorū præſtigiis: quia talis ſpecies diuinitus formatur in oculo, ad aliquam ueritatem figurandam, ad hoc ſcilicet, q manifeſteꝛ uere corpus Chriſti eſſe ſub hoc ſacramento, ſicut etiam Chriſtus abſq; deceptione apparuit diſcipulis euntibus in Emaus: dicit enim Aug.* in lib. de quæſtio. euangeliſt. q cum fictio noſtra refertur ad aliquā ſignificationē. nō eſt mēdacium, ſed aliqua figura ueritatis. & quia per hunc modū nulla immutatio fit ex parte ſacri, ma- *L.2.c. ult. rō procul. a prin.t.4.*
G nifeſtum eſt, q m non deſinit Chriſtus eſſe ſub hoc ſacramento tali apparitione facta. n quandoq; uero contingit talis apparitio non per ſolam immutationem uidentium: ſed ſpecie, quæ uidetur realiter exterius exiſtente, & hoc quidem uideꝛ eſſe, qn̄ ſub tali ſpecie ab omnibus uꝛ, & non ad horā, ſed per longum tempus ita permanet. Et in hoc caſu quidam dicūt, q eſt propria ſpecies corporis Chriſti, nec obſtat quòd quandoque nō uidetur ibi totus Chriſtus, ſed aliqua pars carnis, uel etiam uidetur nō in ſpecie iuuenili, ſed in effigie puerili, quia in poteſtate corporis glorioſi eſt, q uideaꝛ ab ocu *concl.m.*
H lo non glorificato, uel ſecundum totum uel ſecū dum partem, & in effigie, uel propria, uel aliena, ut infra * dicetur: ſed hoc uidetur eſſe incōueniēs Primo qdē, quia corpus Chriſti nō pōt in propria ſpecie uideri, niſi i uno loco, in quo definitiue cō tineꝛ, vñ cum videaꝛ in ꝓpria ſpecie, & adoretur i cælis, ſub ꝓpria ſpē nō uꝛ in hoc ſacro. Secūdo, qa corpus glorioſum qđ apparet ut uult, poſt apparitionē cū uoluerit diſparet, ſicut dr Luc. ult. q dn̄s ex oculis diſcipulorū euanuit: hoc aūt, qđ ſub ſpē carnis in hoc ſacro apparet, diu permanet: quinimmo legitur quandoq; eſſe incluſum, & multorum *Non abſoluit morte preuentus: ſed uide in ſent. libr. 2. di. 44. q. 2. ar. 4. uel in addition. q. 83. ar. 2. & 3.*
I epiſcoporū conſilio in pixide reſeruatū, quod nephas eſſet de Chriſto ſentire, ſm propriā ſpeciem. & ideo dicendum eſt, q manent bus dimenſionibus, q̄ prius fuerant, fit miraculoſe quædā immutatio circa alia accidentia, puta figuram, & colorē & alia huiuſmodi. ut uideaꝛ caro, uel ſanguis, aut ēt puer: & ſicut prius dictū eſt, hoc non eſt deceptio: qa fit in figurā cuiuſdā ueritatis. ſ. ad oſtendendū per hanc miraculoſam apparitionem, q in ſacramento eſt uere corpus & ſanguis Chriſti: & ſic patet q remanentibus dimēſionibus, quæ ſunt fundamenta aliorum accidentium, vt infra * dicetur, remanet corpus Chriſti in hoc ſacrameto. *concl.p* *In ipſo met. ar. 2.* *concl.ſ* *q.fe.ar. 2.*

AD PRIMVM ergo dicendū, q facta tali apparitione ſpecies ſacrales quandoque quidem totaliter remanent in ſeipſis quandoque autem ſecundum id, quod eſt principale in eis, ut dictum eſt. * *In corp.a*

AD II dcēm, q in hmōi apparitionibus, ſicut dictū eſt, † non uꝛ propria ſpecies Chriſti, ſed ſpecies miraculoſe formata uel i oculis itueētiū, uel ēt in ipſis ſacramentalibus dimenſionibus, ut dictum eſt. * *In corp.a.* *Ibidem.*

AD III dcēm, q dimenſiones panis, & uini cō ſecrati manent, immutatione circa eas miraculoſe facta quantum ad alia accidentia, ut dictum eſt. * *q.75.ar. 3. & 6.*

SVP. QVAEST. LXXVII. ART. I.
Alb. mag. 4. d. 12. ar. 16. *Ferr. 4. cont. c. 63. 65.*
Scot. 4. ſ. d. 12. q. 1. *Riccar. 4. ſ. d. 12. q. 1. ar. 1.*
Mayro. 4. ſ. d. 12. q. 3. *Duran. 4. ſ. d. 12. q. 1.*
Sot. 4. ſ. d. 10. q. 2. ar. 1. *Palud. 4. d. 12. q. 2. & 3.*
Ca. 4. d. 12. q. 1. con. 1.
Gab. 4. d. 12. q. 1. ar. 2.

QVAESTIO LXXVII.

De accidentibus remanentibus in hoc ſacramento in octo artic. diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt, de accidentibus remanentibus in hoc ſacramento. Et circa hoc quæruntur octo.

¶Primo. Vtrũ accidentia, q̃ remanent, ſint ſine ſubiecto.

¶Secundo, vtrum quantitas dimenſiua ſit ſubiectum aliorum accidentium.

¶Tertio, vtrum hmôi accidentia poſſint immutare aliquod corpus extrinſecum.

¶Quarto, vtrũ poſſint corrũpi

¶Quinto, vtrum ex eis poſſit aliquid generari.

¶Sexto, vtrum poſſint nutrire.

¶Septimo, De fractione panis conſecrati.

¶Octauo, vtrũ uino cõſecrato poſſit aliquid permiſceri.

ARTICVLVS I.

Vtrum accidentia remaneant ſine ſubiecto in hoc ſacramento.

AD PRIMVM ſic proceditur. vr̃ q accidentia non
B remaneant in hoc ſacr̃o ſine ſubiecto. Nihil.n.[h] inordinatũ, aut fallax debet eſſe in hoc ſacr̃o ueritatis: ſed accidẽtia eſſe ſine ſubiecto, eſt contra rerũ ordinem, quem Deus naturæ

IN q. iſta, de accidẽtibus eucharistiæ omiſſa tanta opinionum uarietate, ut ſolidior rationabiliorque nia appareat, notandum duxi, duplicem eſſe opinionem de modo eſſendi iſtorum accidentium ſine ſubiecto. Prima opinio eſt, accidentia iſta eſſe ſine ſubiecto per ſolam conſeruationem a Deo ſine ſubiecto, ita q cũ prius haberent duo, ſcilicet eſſe in ſubiecto, & utrumque conſeruabatur a Deo, poſtea deſinente Deo conſeruare ly in ſubiecto & conſeruante eſſe quod habebant, ipſa ſunt ſine ſubiecto. Et hanc opinionem ſequitur Scotus in 12. diſt. 4. Altera autem opinio tenet, ultra conſeruationem addi nouam actionem diuinam conferentem accidentibus his nouum modum eſſendi, ſcilicet per modum ſubſtantiæ, & hanc opinionem ſequitur D. Thom. in hac quæſtione, dicens collatum eſſe dimenſionibus habere ſubſtantiæ proprietatem, actum, uim, atque uirtutem. Et ut plenius quod dr intelligatur, manifeſtemus ex differentia, ſeu dif-
C ferentiis inter has opiniones, primo quo ad eſſe. nam cum accidens in ſubiecto non ſit quod eſt, ſed quo eſt, ea ſola conſeruatione accidentis in ſuo eſſe non conſeruato ſubiecto, non acquirit accidens nouum modum eſſendi, ſed perdit priorẽ modũ ſignificatũ per ly in, deſinit.n. eſſe actualiter inhærens: ſed ubi conſeruationi apponitur collatio noui modi, accidens nõ ſolum perdit actualiter inhærere, ſed acquirit nouum eſſendi modum, ut quod prius fuerat quo eſt, modo ſit quod eſt, & hic eſt modus eſſendi ſubſtantiæ. Et huic diuæ annectitur altera, q conſeruatio ſola accidentium ſine ſubiecto eſt uelut uiolenta, hoc eſt, q ſi fieret ab agente ſecundo, eſſet uiolenta: quemadmodum ſi lapis abſq; aliquo fulcimento ſola agentis uirtute ſuſtineretur in loco ſuperiori. Et ratio uiolentiæ eſt: quia accidens cum ſuo eſſe ſeparatum ab ineſſe ſuſtinetur, ut prius erat.
D ſ. ut quo eſt, ex quo non acquirit alium eſſendi modum: ſed ſi accidens cum modo eſſendi per modum ſubſtantiæ, conſeruatur ſine ſubiecto, naturaliter conſeruatur in ſupernaturaliter acquiſito eſſendi modo. Secundo, differunt quoad eſſe ſubiectum: nam ea ſola conſeruatione accidentium ſine ſubiecto, dimenſiones nõ ſunt plus ſubiectum aliorum accidentiũ, quàm prius erant: prius autem erant ſolum receptiuæ accidentium, & non ſuſtentatiuæ eorundem poſt ſeparationem igitur tam dimenſiones, quàm reliqua accidentia remanent ſine ſubiecto ſuſtentante. Et inter dimenſiones, & alia accidentia hoc intereſt, q accidentia alia retinent ſubiectum receptiuum, ſ. ipſas dimenſiones, ipſa uero quantitas caret etiam receptiuo:
E ſed ubi quãtitati, collatus ponitur modus ſubſtantiæ, ipſa quidem, nec ſuſtentatiue eget (quoniam eſt per modum ſubſtantiæ) reliquorum uero accidentium ipſa eſt, & receptiuum, & ſuſtentatiuum: receptiuum quidem ex ſe, ſuſtentatiuum uero ex acquiſito modo ſubſtantiæ. Tertio, differunt ſecundum actionem, quia ſola conſeruatio non conſtituit actiuum ſubſtantię, & per modum ſubſtantiæ, ſed modus eſſendi per modum ſubſtantiæ conſtituit actiuum, ut quod reſpectu omnis producibilis, cuius ibi ſaluatur actiuum, ut quo. Quarto differunt, quo ad poſitionem, ſeu potentiam paſſiuam: quoniam per ſolam conſeruationem non acquiruntur nouam aliquam potentiam paſſiuam: ſed ſi collatus ponitur modus ſubſtantiæ, collata conſequenter ponitur uis, atque potentia ſubſtantiæ, ut poſſit. ſ. inde fieri quicquid poſſet ex ſubſtantia, ſi eſſet. Quòd rationabilior autem ſit opinio ponens conferri dimenſionibus modũ, uimque ſubſtantię, ex duobus apparet. Primo, quia ſic ſaluantur naturaliter omnes, quæ ad ſenſum apparent mutationes a naturalibus agentibus circa eucharistiam. nam ſuppoſito
A hoc uno miraculo quæcumque fiunt, naturaliter ſaluantur, ac ſi fierent in ſubſtantia: quoniam ſupponitur uiceſubſtantia quantitas. ſ. habens modum, uim, proprietatemque ſubſtãtiæ. Secundo apparet, quia non eſt hic affirmandum miraculum, quod non ſequatur ex conſecratione, & paucitas miraculorum præeligenda eſt potius q̃ multitudo: ſed ſic ponendo, unum ſolum miraculum ponitur, quod & conſecrationi eſt anneaum. Nam ad ſenſum conuincitur, q ea ſpeciebus illis educibilis eſt de potentia ad actum per agens naturale raritas, quæ non eſt educibilis de potentia dimenſionum, & reliquorum accidentium ibi exiſtentium, niſi ſicut medio: quoniam cõſtat raritatem educi de potentia materiæ parificabilis ſub amplioribus dimenſionibus: ex eo enim q ibi non eſt materia, niſi ponatur aliquod uice materiæ, oportet dicere hmôi ſpecies non eſſe rarefactibiles, aut per agens naturale educi raritatẽ de potentia ad actũ abſq; aliquo, ex quo ſit educibilis raritas de potentia ad actũ, quod non eſt intelligibile abſque nouo miraculo. Et hinc quoque apparet ſoliditas huius opinionis, dum unico miraculo ſaluat uia apparentia, & naturalitatem oium actionum, & paſſionum. Nec immediata conſeruatio horum a Deo, prohibet cor-
C ruptionem naturalem eorundem: qm non plus ea immediata conſeruatione manutenentur, quàm cum mediante ſubſtantia conſeruantur: eſt enim conſeruatio Dei ſuauis rebus conſeruatis: & ſi non conſeruatio diuina, ſed res conſeruata, ſuccumbit agenti naturali corrumpenti. Nec oportet ſolicitum eſſe circa entitatem prædictorũ ſ. modi eſſendi proprietatis, uis, uirtutiſq; ſubſtantiæ: ipſa ſiquidem res de genere accidentium, puta quantitas cum ſuo eſſe, fit a Deo uis, uirtuſque ſubſtantiæ habens actum, modumq; ſubſtantiæ Manifeſtatur autẽ hoc eſſe non ſolum poſſibile, ſed rationabile diſcurrendo per ea, quæ apparent, & opinata in philoſophia, uidemus inprimis in elementis quædam non ſemina, ſed proportionalia ſeminibus cum generantur aĩalia ex putrefactione, uidemus quoque imperfectiſſima entia, qualia ſunt ſemina, uicem gerere perfectorum animalium cum generantur animalia perfecta per propagationem, opinamur quoque dari proportionalia mem-
Ad primvm ergo dicendū, ꝙ Innocen. III.* dicit in quandā Decret. ꝙ ipſa accidentia uinū appoſitum uidentur afficere: quia ſi aqua fuerit appoſita,uini ſaporem aſſumit contingit igitur accidentia [d] mutare ſubiectum,ſicut,& ſubiectum cōtingit accidentia permutare. cedit quippe natura miraculo,& uirtus ſupra conſuetudinem operatur. hoc tn̄ non eſt ſic intelligendū, quaſi idē numero accidēs,qd̄ pri⁹ fuit in uino añ cōſecrationē, poſtmodum fiat in uino appoſito: ſed talis permutatio fit per actionē.nam accidentia uini remanētia retinent actionem ſubſtantiæ ſm prædicta:*& ita immutando afficiunt liquorem appoſitum. B

*In decre. lib.3.ti.41 c.cū Marthę.parag. quęſiuiſti. D.16.

*In cor.a.

Ad II dicēdum, ꝙ liquor appoſitus uino cōſecrato, nullo modo miſcetur ſubſtantiæ ſanguinis Chriſti: miſcetur tn̄ ſpeciebus ſacr̄alibus: ita tn̄ ꝙ permiſtione facta,corrumpūtur prędictæ ſpecies, vel in toto,uel in parte,ſm modum, quo ſupra dictū eſt,* ꝙ ex ſpeciebus illis pōt aliquid generari. & ſi quidem corrumpātur in toto,nulla iā remanet qō: quia iam totum erit uniforme. ſi aūt cōrrumpantur in parte, erit quidem una dimenſio ſecundum continuitatem quantitatis,non tamē vna ſecundum modum eſſendi: quia una pars eius erit ſine ſubiecto,alia erit in ſubiecto: ſicut ſi aliquod corpus conſtituatur ex duobus metallis,erit unū corpus ſecundum rationem quantitatis, non tn̄ unum ſecundum ſpeciem naturæ. C

*Ibidem.

Ad III dicendum, ꝙ ſicut Innocent. III. dicit in decretali prædicta,* ſi poſt cōſecrationē calicis aliud uinum mittatur in calicem, illud quidē nō tranſit in ſanguinem,neque ſanguini commiſcetur: ſed accidentibus prioris uini cōmiſtū, corpori qd̄ ſub eis latet,undique circunfunditur,nō madidās circunfuſum quod quidem intelligendum eſt qñ nō fit tanta permiſtio liquoris extranei, ꝙ sāguis Chrī deſinat eſſe ſub toto: tunc.n.dr̄ undique circūfundi,nō quia tangat ſanguinem Chrī ſm eius proprias dimenſiones,ſed ſecundum dimenſiones ſacrales, ſub quibus cōtinetur: nec eſt ſimile de aqua benedicta: quia illa bn̄dictio nullā immutationē facit circa ſubſtātiā aq̄,ſicut facit cōſecratio uini. D E

*loco citato in ſolu. arg. primi

Ad IIII dcd̄m, ꝙ quidam poſuerunt, ꝙ quantumcūque parua fiat extranei liquoris permiſtio ſubſtantia ſanguinis Chrī deſinit eſſe ſub toto, & hoc rōne inducta,* quæ tamen non cogit: qa magnū,& paruū diuerſificant quantitatem dimenſiuā,nō quātū ad eius eſſentiā,ſed quantum ad determinationē menſuræ. Silr̄ ēt liquor appoſitus, adeo pōt eſſe paruus, ꝙ ſua paruitate impedit̄,ne diffundat̄ per totū,& nō ſolis dimēſionib. q̄ licet ſint ſine ſubiecto, tn̄ obſtāt alteri liquori,ſicut & ſubſtantia,ſi ſibi adeſſet,ſm ea,quæ præmiſſa ſunt.

*In arg.

QVAESTIO LXXVIII.

De forma ſacramenti eucharistiæ, in ſex articulos diuiſa.

Deinde conſiderandum eſt de forma huius ſacr̄i. Et circa hoc quæruntur ſex.

¶Primo, Quæ ſit forma huius ſacramenti.

¶Secundo, Vtrum ſit cōueniēs forma conſecrationis panis.

¶Tertio, Vtrū ſit cōueniēs forma cōſecrationis ſanguinis.

¶Quarto, De uirtute utriuſq; formæ.

¶Quinto, De ueritate locutionis.

¶Sexto, De cōparatione unius formę ad aliam.

Articvlvs I.

Vtrum hæc ſit forma huius ſacramēti, hoc eſt corpus meum, & hic eſt calix ſanguinis mei.

Ad primvm ſic ꝑcedit̄. Vr̄ ꝙ hæc non ſit forma huius ſacr̄i,hoc eſt corpus meum &c, hic eſt calix ſanguinis mei. Illa. n. uerba uīr pertinere ad formā huius ſacr̄i,quibus Chr̄s corpus ſuū,& ſanguinem conſecrauit: ſed Chr̄s ante benedixit panē acceptum , & poſtea dixit,Accipite,& comedite,hoc eſt corpus meū(ut habet̄ Matthæi 26) & ſimiliter fecit de calice [b]. ergo prędicta uerba non ſunt forma huius ſacramenti.

¶2 Præ Euſebius Emiſſenus dicit,* inuiſibilis ſacerdos uiſibiles creaturas in ſuum corpus cōuertit,dicēs Accipite,& comedite,hoc eſt corpus meū. ergo totum hoc uidetur pertinere ad formam huius ſacramenti. & eadem ratio eſt de uerbis pertinentibus ad ſanguinem.

¶3 Præt. In forma baptiſmi exprimit̄ ꝑſona miniſtr & actus eius,cū dr̄,Ego te baptizo: ſed ī ꝓmiſſis verbis,nulla fit mētio de ꝑſona miniſtri, nec de actu eius [h] ergo non eſt conueniēs forma ſacramenti.

¶4 Præ. [h]Forma ſacr̄i ſufficit ad ꝑfectionē ſacr̄i,unde ſacr̄m baptiſmi qñque perfici pōt ſolis uerbis formæ ꝓlatis, oīb⁹ aliis ꝓtermiſſis.ſi ergo prędicta uerba ſunt forma huius ſacr̄i,uīr ꝙ aliqñ poſſit hoc ſacr̄m perfici his ſolis uerbis ꝓlatis,& oībus aliis

SVP. QV. LXXVIII. ART. I.

Alb.mag.4.d.8.ar.6. Sot.4 ſ.d. 11.q.1.ar.1. Cap.4.d.8. q. 1 con.3. Scot.4.d.8.q.2. Gab.4.d.8.q.3.

In reſpōſione ad quæſitum primi ar.ſpecialiter notandum occurrit, ꝙ Scotus in 8. diſt. 4. in dubium uenerit,quod ambiguū relinquit,an ſola uerba conſecrationis prolata a ſacerdote conficiant hoc ſacr̄m,prætermiſſis aliis, quæ in canone miſſæ continentur, motus ratione in litera allata,ſ.ꝙ uerba hmōi debēt ex ui uerborum ſignificare hoc eſſe corp⁹ Chriſti alioquin nō ſignificatēs qd̄ efficit̄ hoc ſacr̄m, ſed ꝓtermiſſis aliis,hoc nō ſignificarēt:ſed ſignificarent hoc ēē corp⁹ ſacerdotis ex ui uerborū,licet ex intentione ſignificaret eſſe corpus Chriſti. Sciēdū igit̄,dupliciter uerba hæc proferri a ſacerdote, ſ. recitatiue, & ſignificatiue. Et ſi ad recitatiuē ſpectet, opinio quam ſequit̄ Scotus ab auctore improbata rōnabilis inuenitur,qm̄ non recitaretur hoc eſſe corpus Chri,* niſi prærecitaretur Chr̄m dixiſſe,hoc eſt corpus meū,& quo ad hoc,i. recitationis uim ꝓceditiō adducta: ſed ſi uerba hęc ſignificatiue ſolū cōſiderent̄: cum proferuntur a ſacerdote in ꝑſona Xp̄i,ex hoc ipſo,ꝙ ſacerdos dicit ea in ꝑſona Chr̄i,ſignificant hoc eſſe corpus Chriſti. Et cōparādo hos duos modos proferendi adinuicem,ſecundus ꝓpondetat primo ꝓp duo:pīū,quia recitatiue uerba tenentur materialiter:2ū,quia recitatiue ſacerdos, non conficit in perſona Chriſti: ſed recitat Chriſtum conficientem. In concilio aūt Florent. ſub Eugenio IIII. legimus hæc verba,ſacerdos in ꝑſona Chri, in hoc ipſo ꝙ intendit conficere ſacrum ſufficiat ad exprimendum ex ui uerborū.hoc eſſe corpus Chri,dicendo in perſona Chri, hoc eſt corpus meū. Et hac rōne motus eſt Auctor, ut patet in litera.

Porr.6. 463 4.di.8.q.2 ar. 2. & 3.

*Referuntur de conſec. diſt.2.c.q2 corpus aſſumptum.

† In arg. e̲ poſita.

aliis prætermiſsis, quæ in miſſa dñr. qđ ſtñ vr̃ eſſe falſum: quia vbi verba alia prætermitterẽtur, prę- *Ibid. dicta verba * acciperentur ex perſona ſacerdotis proferentis, in cuius corpus, & ſanguinem panis & vinum non conuertuntur. non ergo prædicta verba ſunt forma huius ſacramenti.

*lib.4.c.4 paulo a prin.to.4. SED CONTRA eſt, ꝙ Ambr. * dicit in lib. de ſacramentis: conſecratio fit verbis, & ſermonib. dñi Ieſu: nã per reliqua oĩa, q̃ dñr, laus deo referr̃, oratione pet̃ r̃ pro populo, pro regibus, pro ceteris. vbi autem ſacr̃m conficitur, iam non ſuis ſermonibus ſacerdos vtir̃, ſed vtitur ſermonibus Chriſti. ergo ſermo Chriſti hoc conficit ſacramentum.

RESP. Dcđm, ꝙ hoc ſacr̃m ab aliis ſacr̃is differt ĩ duobus: primo quidem, quantum ad hoc, ꝙ hoc ſacr̃m perficitur in conſecratione materiæ: alia vero ſacr̃a perficiuntur in vſu materiæ conſecratæ. Secundo, q̃a in aliis ſacramentis conſecratio materiæ conſiſtit ſolum in quadã benedictione, ex qua mã conſecrata accipit inſtr̃aliter quandam ſpũalẽ uirtutem, q̃ per miniſtrum, qui eſt inſtr̃m aĩatum, põt ad inſtr̃a inanimata procedere: ſed ĩ hoc ſacr̃o conſecratio materiæ conſiſtit in quadã miraculoſa conuerſione ſubſtãtiæ, q̃ à ſolo deo perfici põt: vñ miniſter in hoc ſacr̃o pficiendo, non habet alium actum, niſi prolationem verborũ: & q̃a forma dẽt eſſe conueniens rei, iõ ** forma huius ſacr̃i differt a formis aliorum ſacr̃orum in duobus * primo q̃dem, quia formæ aliorum ſacr̃orũ important uſũ materiæ, puta baptizationem, vel conſignationem ſed forma huius ſacr̃i importat ſolam conſecrationem materiæ, quæ in tranſubſtantiatione cõſiſtit: puta cum dr̃, hoc eſt corpus meum, vel, hic eſt calix ſanguinis mei. Secundo, quia formæ aliorũ ſacr̃orum proferunt̃ ex perſona miniſtri, ſiue p modum exercentis actum, ſicut cum dr̃, ego te baptizo, vel, ego te confirmo: ſiue per modum imperantis, ſicut in ſacr̃o ordinis dr̃, Accipe ptãtem, &c. ſiue p modum deprecãtis, ſicut cum in ſacr̃o extremæ unctionis dr̃, per iſtam vnctionem, & noſtram interceſsionem, &c. ſed forma huius ſacr̃i profert̃ quaſi ex perſona ipſius Chriſti loquentis, vt detur intelligi, ꝙ miniſter in perfectione huius ſacramẽti nihil agit, niſi quòd profert verba Chriſti.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ circa hoc eſt multiplex opinio: quidã.n. dixerunt, ꝙ Chriſtus, qui habebat ptãtem excellẽtiæ in ſacr̃is, abſque oĩ forma verborum hoc ſacr̃m perfecit, & poſtea verba ptulit, ſub quibus alii poſtmodum cõſecrarent: quod vr̃ ſonare verba Inn. III. * dicentis, ſane dici põt, ꝙ Chriſtus uirtute diuina confecit, & poſtea formam expreſſit, ſub qua poſteri bñdicerent: ſed contra hoc expreſſe ſunt uerba euangelii, in quib. dr̃, ꝙ Chriſtus benedixit, quæ quidem benedictio aliquibus uerbis facta eſt. unde prædicta uerba Inn. ſunt opinatiue magis dicta, q̃ determinatiue: quidam autem dixerunt, ꝙ benedictio illa facta eſt q̃buſdam aliis uerbis nobis ignotis, ſed nec hoc ſtare põt: quia benedictio conſecrationis, nunc pficit̃ p recitationẽ eorũ, q̃ tunc acta ſunt. vñ ſi tunc per

*Id hr̃ in li.4. de ſacro altaris myſterio, c.6. circa fin.

K

hæc verba nõ eſt facta cõſecratio, nec mõ fieret: et iõ alii dixerũt, ꝙ illa bñdictio eiſdẽ ẽt verbis facta eſt, quib. mõ fit, ſed Chr̃s ea bis ptulit. Primo quidẽ ſecrete ad cõſecrãdũ: ſcđo, manifeſte ad inſtruẽdũ. ſed nec hoc ſtare põt: quia ſacerdos cõſecrat, proferens hæc verba, nõ vt a Chr̃o in occulta bñdictione dicta, ſed ut publice plata. unde cũ nõ habeãt uim hmõi verba, niſi ex Chr̃i prolatione, vr̃ ꝙ ẽt Chriſtus manifeſte ea proferẽs conſecrauerit. & iõ alii dixerũt, ꝙ euãgeliſtæ non ſemper eundem ordinẽ in recitãdo ſeruauerunt, quo res ſunt geſtæ, ut patet per Aug. * in lib. de Cõſenſu euang. unde intelligẽdũ eſt ordinẽ rei geſtæ, ſic exprimi poſſe, Accipiens panẽ benedixit, dicens, hoc eſt corpus meũ, & deinde fregit, & dedit diſcipulis ſuis, ſed idẽ ſenſus haberi põt ẽt uerbis euãgelii nõ mutatis: nam hoc participiũ dicens, concomitantiã quandã importat uerborũ prolatorum ad ea, quæ præcedũt: non aũt oportet ꝙ hæc concomitantia intelligat̃ ſolũ reſpectu vltimi verbi plati, quaſi Chriſt tunc iſta uerba protulerit, qñ dedit diſcipulis ſuis: ſed põt intelligi concomitantia reſpectu totius præcedentis, ut ſit ſenſus, dum benediceret, frangeret, & daret diſcipulis ſuis, hæc uerba dixit, Accipite, &c.

Circa ordinẽ euãgeliſtarũ. *lib.2. collig. ex ca. 30. & 31. & 44. to.4

G

H

AD II dcđm, ꝙ in his uerbis, Accipite, & comedite, intelligit̃ us' materiæ cõſecratæ, qui nõ eſt de neceſsitate huius ſacri (ut ſupra habitum eſt †) & iõ nec hæc uerba ſunt de ſubſtantia formæ: quia tñ ad quãdã perfectionem ſacr̃i pertinet materiæ cõſecratæ uſus, ſicut operatio nõ eſt prima, ſed ſecunda perfectio rei, iõ per oĩa iſta uerba exprimit̃ tota perfectio huius ſacr̃i: & hoc mõ Euſebius intellexit * his uerbis confici ſacr̃m, quantum ad primã, & ſecundam perfectionem ipſius.

†q.74.a.7

*loco citato in arg.

I

AD III dicendum, ꝙ in ſacramento baptiſmi, miniſter aliquem actum exercet circa uſum materiæ, qui eſt de eſſentia ſacramenti, quod non eſt in hoc ſacramento, & ideo non eſt ſimilis ratio.

AD IIII dcđm, ꝙ quidã dixerũt, hoc ſacr̃m pfici nõ poſſe, pdictis uerbis platis, & aliis ptermiſsis pcipue, q̃ ſunt in canone miſſæ, ſed hoc patet eſſe falſũ, tũ, ex uerbis Ambr. * ſupra inductis, tum ẽt, quia canõ miſſæ non eſt idẽ apud oẽs, nec ſm oĩa tpa, ſed diuerſa ſunt a diuerſis appoſita. vñ dicẽdũ eſt, ꝙ ſi ſacerdos ſola uerba pdicta pferret cũ intẽtione cõficiẽdi hoc ſacr̃m, perficeret̃ hoc ſacr̃m, q̃a intẽtio faceret, ut hæc uerba intelligerent̃ quaſi ex perſona Chr̃i plata, ẽt ſi uerbis pcedentib. hoc nõ recitaret̃, grauiter tñ peccaret ſacerdos ſic conficiens hoc ſacr̃m, utpote ritum eccleſiæ nõ ſeruãs, nec eſt ſimile de baptiſmo, quod eſt ſacramẽtũ neceſsitatis, defectum aũt huius ſacramenti põt ſupplere ſpiritualis manducatio, ſicut Aug. † dicit.

*In ar. ſed contra.

Trac.26. Io.to.9 †Colligit̃ ẽt ex eo quod ex Aug. refertur, de cõſec.d.4.c. Nulli. pere.

ARTICVLVS II.

Vtrum hæc ſit conueniens forma conſecrationis panis, hoc eſt corpus meum.

464

S.Bon.4.ſ.d.8.q.1.a.1.parte 2. Sc.4.ſ.d.8.q.2.Ricca.4.ſ.d.8.q.1. Dur.4 ſ.d.8 q.2.Bac.4.ſ d 8.q.3.Sot.4 ſ.d.11.q.1.a.2.C.4.d.3.1.4

Sup.q.60. a 8.cor. & q.85.ar 3. cor.& III. q.85.ar.4. ad 3.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur quòd hæc nõ ſit cõueniẽs forma cõſecrationis panis,

nis, hoc eſt corpus meū: per formā enim ſacramēti A debet exprimi ſacramēti effectus: ſed effectus, q fit in conſecratione panis, eſt conuerſio ſubſtantiæ panis in corpus Chri, q magis exprimitur per hoc verbum fit, quam per hoc verbum eſt, ergo in forma cōſecrationis deberet dici, hoc fit corpus meū.

& q. 84. ar. 3. cor. Et 4. diſt. 8. q. 2. ar. 1. q. 1 & 2. & art. 4. q. 3. E 1. co rint. 11. le. 5.

¶ 2 Præt. Ambroſ. † dicit in lib. de ſacris ſermo Chriſti hoc cōficit ſacrm̄, q̄s ſermo Chriſti? hic, quo facta ſunt oia: iuſsit dn̄s, & facta ſunt cęl̄, & terra ergo, & forma huius ſacri conuenientior eſſet p verbū imperatiuū, vt diceref, hoc fit corpus meū.

† lib. 4. c. 4. nō procul à princ. to. 4.

¶ 3 Præt. Per ſubiectū huius locutionis importaē illud, q conuertitur, ſicut per p̄dicatū importatur B cōuerſionis terminus: ſed ſicut eſt determinatum id, in q fit conuerſio (non .n. fit cōuerſio, niſi in corpus Chriſti) ita eſt determinatū id, q cōuertitr: nō .n. conuertit in corpus Chriſti niſi panis ergo ſicut ex parte p̄dicati ponit̄ nomē, ita ex parte ſubiecti debet poni nomē, ut dicat̄ hic panis eſt corpus meū.

¶ 4 Præt. Sicut id, in quod terminatur conuerſio, eſt determinatæ naturæ (quia eſt corpus) ita etiam eſt determinatæ perſonæ, ergo ſicut ad determinandum naturam dicitur corpus, ita ad determinandam pſonā deberet dici, hoc eſt corpus Chriſti.

¶ 5 Præt. In verbis formæ non debet poni, ali- C quid quod non ſit de ſubſtantia eius, inconuenienter ergo additur in quibuſdam libris hæc coniunctio, enim, quæ non eſt de ſubſtantia formæ.

Sed contra eſt, quòd dominus hac forma in conſecrando eſt vſus, ut patet Matthæi 26.

*art. p̄ced. Respon. Dicēdū, q hęc eſt cōueniēs forma cōſecrationis panis: dictū eſt .n. * q hæc cōſecratio cōſiſtit in cōuerſione ſubſtātiæ panis in corp' Chriſti: oportet aūt formam ſacri ſignificare id, q in ſacramēto efficit̄. vnde, & forma cōſecrationis panis dēt ſignificare ipſā cōuerſionē panis in corp' Chriſti, i D qua tria cōſiderātur. ſ. ipſa cōuerſio, & terminus à quo, & terminus ad quē. cōuerſio aūt pōt cōſiderari dupl̄r. vno mō, vt i fieri: alio mō, ut i facto eſſe. non aūt debuit ſignari cōuerſio i hac forma ut i fieri ſꝫ

*q. 75. a. 7. ut i facto eſſe. Primo q̄dē: q̄a hæc cōuerſio nō ē ſucceſſiua (ut ſupra dictū ē) ſed inſtātanea: i hmōi aūt mutationib fieri, nō ē niſi factū eſſe. Scd̄o, q̄a ita ſe habēt formę ſacrales ad ſignificādū effectū ſacri, ſicut ſe hn̄t formę artificiales ad repſētādū effectū artis. Forma aūt artificialis, eſt ſimilitudo vltimi effectus i quē ferī itētio artificis: ſicut forma artis in mēte ędificatoris, ē forma dom' ædificatæ principal̄r ædi E ficationis aūt p cōſequēs. vn̄ & in hac forma dēt ex-

*D. 575. primi cōuerſio, ut i facto eſſe ad q fert intētio & q̄a ipſa cōuerſio exprimit̄ in hac forma, ut in facto eſſe, neceſſe eſt q extrema cōuerſionis ſignificent, ut ſe habēt in facto eſſe cōuerſionis. tūc aūt terminus ad quē, hēt ꝓpriā naturā ſuę ſubſtātiæ: ſed terminus à quo, nō manet ſecūdū ſuā ſubſtantiā, ſed ſolū ſecūdū accidentia, quibus ſenſui ſubiacet, & ad ſenſum determinari pōt. vnde conuenienter terminus cōuerſionis à quo, exprimit̄ per pronomen demōſtratiuū relatū ad accidētia ſenſibilia, q̄ manēt terminus aūt ad quē, exprimit̄ p nomē ſignificās naturā eius, in q fit cōuerſio, q quidē eſt totū corp' Chriſti, & nō ſola caro eius, vt dictū eſt. † vnde hæc forma ē cōuenientiſsima, hoc ē corp' meū.

Q. 76. ar. 1 ad 2.

Ad primvm ergo dicēdum, q fieri nō eſt vltimus effectus huius conſecrationis, ſed factū eſſe, ut dictū eſt. * & ideo hoc poti' exprimi dēt in forma.

Ad II dicēdū, q ſermo Dei operatus eſt in creatione rerum, qui etiam operatur in hac conſecratione: aliter tū, & aliter nam hic operatur effectiue, & ſacramentaliter, ideſt ſecundū vim ſignificationis, & ideo oportet in hoc ſermone ſignificari vltimū effectū cōſecrationis per verbū ſubſtantiuū indicatiui modi, & præſentis temporis, ſed in creatione rerū operatus eſt ſolū effectiue, quæ quidē efficiētia eſt p imperiū ſuæ ſapientię. & ideo in creatione rerū exprimit̄ ſermo diuinus p verbū imperatiui modi, ſcd̄m illud Gen. 1. Fiat lux, & facta ē lux.

* In corp. artic.

Ad III dicendum, q terminus à quo in ipſo facto eſſe conuerſionis, non retinet naturam ſuæ ſubſtātiæ, ſicut terminus ad quē: & ideo nō eſt ſimile.

Ad IIII dicēdū, q p hoc ꝓnomē, meū, q includit demōſtrationē primæ pſonæ (q̄ eſt pſona loquētis) ſufficienter exprimitur perſona Chriſti, ex cuius perſona hæc proferuntur, ut dictum eſt. *

Ad V dicendum, q hæc coniunctio, enim, apponitur in hac forma, ſecundum cōſuetudinem Romanæ Eccleſiæ, à beato Petro Apoſtolo deriuatā, & hoc pp continuationē ad uerba præcedētia: & ideo nō ē d̄ forma, ſicut nec verba p̄cedētia formā.

* art. p̄ced. & art. 1.

Articvlvs III.

Vtrum hæc ſit conueniens forma conſecrationis vini, hic eſt calix ſanguinis mei, &c.

S. Bona. 4. ſ. d. 8. q. 1. a. 1. par. 2.	*Scot. 4. ſ. d. 8. q. 2.*
Ricca. 4. ſ. d. 8. q. 1. a. 3.	*Duran. 4. ſ. d. 8. q. 2.*
Bacco. 4. ſ. d. 8. q. 1.	*Sot. 4. ſ. d. 11. q. 1. a. 3.*
Cap. 4. d. 8. q. 1. con. 6.	

4. diſt. 8. q. 2. ar. 2. q. 1 & 3. Et 1. cor. 11. lec. 6.

Ad tertivm ſic proceditur. Videtur q hæc non ſit cōueniēs forma conſecrationis vini, hic eſt calix ſanguinis mei, noui & æterni teſtamēti, myſteriū fidei, q̄ p uobis, & p multis effundet̄ i remiſsionē peccatorū. ſicut .n. panis cōuertit̄ in corpus Chriſti ex vi cōſecrationis, ita, & vinū in ſanguinē Chriſti, ſicut ex p̄dictis patet. † ſed in forma cōſecrationis panis, ponit̄ in recto corpus Chriſti, * nec aliq̄d aliud addit̄. in incōuenieter ergo in hac forma ponit̄ ſanguis Chriſti in obliquo, & additur calix in recto, cū dicitur, hic eſt calix ſanguinis mei. E

Q. 76. artic 1. & 2.

¶ 2 Præt. Non ſunt maioris efficaciæ verba, q̄ p feruntur in cōſecratione panis, q̄ ea, q̄ pferunt̄ in cōſecratione vini, cum utraque ſint verba Chriſti: ſed ſtatim dicto, hoc eſt corpus meū, eſt perfecta cōſecratio panis, ergo ſtatim cū dictū eſt, hic eſt calix ſanguinis mei, eſt perfecta cōſecratio ſanguinis, & h ita ea, q̄ ſequunt̄, nō videnē eē d̄ ſubſtātia formæ, p̄ſertim cū ptineāt ad ꝓprietates huius ſacramēti.

¶ 3 Præt. Teſtamentum nouum pertinere videt̄ ad internam inſpirationem, ut patet ex hoc, quòd Apoſtolus ad Heb. 8. introducit verba, quę habentur Hiere. 31. Conſumabo ſuper domum Iſrael te-

ſtamen-

ſtamentũ nouũ, dãdo leges meas in mentib. eorũ F
ſacr̃m aũt exterius uiſibiliter agitur. inconuenien
ter ergo in forma ſacr̃i dicitur, noui teſtamenti.
¶4 Præt. Nouũ dr̃ aliquid ex eo, ꝙ eſt prope prin-
cipium ſui eſſe: æternum autem non habet princi
pium ſui eſſe. ergo inconuenienter dicitur, noui,
& æterni: quia uidetur contradictionẽ implicare.
¶5 Præ. Occaſiones erroris ſunt hoĩbus ſubtrahẽ
dæ, ſm̃ illud Iſa. 57. Auferte offendicula de uia po
puli mei: ſed quidã errauerunt. æſtimãtes myſtice
ſolũ eſſe corpus, & ſãguinẽ Chr̃i in hoc ſacr̃o. ergo
in hac forma incõuenienter ponit̃ myſteriũ fidei.
q.73. ar. 3. ad 3. ¶6 Præt. Supra dictũ eſt, ꝙ ſicut baptiſmus eſt ſa- G
cr̃m fidei, ita euchariſtia eſt ſacr̃m charitatis. ergo
in hac forma magis dẽt poni charitas, quàm fides.
¶7 Præt. Totũ hoc ſacr̃m, & quãtũ ad corpus, &
quãtũ ad ſanguinẽ, eſt memoriale dominicæ paſſio
nis, ſm̃ illud 1. Cor. 11. Quotieſcumque manduca-
bitis panẽ hunc, & calicẽ bibetis, mortẽ dñi annun
tiabitis. non ergo magis debuit in forma conſecra
tionis ſanguinis fieri mentio de paſſione Chriſti,
& eius fructu, q̃ in forma cõſecrationis corporis,
præſertim cum Luc. 22. dominus dixerit, hoc eſt
corpus meum, quod pro uobis tradetur.
Q.48. & 49 art. 2. ¶8 Præt. Paſſio Chriſti (vt ſupra habitũ eſt) ad ſuf H
ficiẽtiã profuit oĩbus, quãtũ uero ad efficientiã ꝓ-
fuit multis. debuit ergo dici, q effundet̃ pro oĩbus,
aut pro multis, ſine hoc ꝙ adderetur, pro uobis.
¶9 Præt. Verba quib. hoc ſacr̃m conficitur, efficaciã
habent ex inſtitutione Chriſti, ſed nullus euange-
liſta recitat Chriſtum hæc omnia uerba dixiſſe. er
go hæc nõ eſt cõueniẽs forma cõſecrationis vini.

SED CONTRA eſt, ꝙ eccleſia ab apoſtolis inſtru-
De celebr. miſſar. c. Matth. 2. cta, utitur hac forma in conſecratione uini.

RESP. Dcẽm, ꝙ circa hanc formã eſt duplex o-
pinio: qdã. n. dixerunt, ꝙ de ſubſtantia formæ hu-
ius eſt hoc ſolũ, qđ dr̃. hic eſt calix ſanguinis mei, I
non aũt ea, quæ ſequuntur: ſed hoc vr̃ incõueniẽs:
quia ea, quæ ſequunt̃, ſunt quędã determinationes
prædicati, i. ſanguinis Chriſti: unde pertinẽt ad in-
*alias non habetur ly eaſdem. tegritatem eiuſdem locutionis. Et pp hoc (ſicut
alij melius dñt) oĩa ſequentia ſunt de ſubſtãtia for
mę uſq; ad hoc qđ poſtea ſequit̃: hoc quotieſcũq;
feceritis, quod pertinet ad uſum huius ſacr̃i, unde
non eſt de ſubſtãtia formæ. & inde eſt, ꝙ ſacerdos
eodẽ ritu, & modo, ſ. tenendo calicem in manibus,
oĩa hęc uerba profert. Luc. ẽt 22. interponuntur
uerba ſequẽtia uerbis ꝓmiſſis, cũ dr̃, Hic calix no-
uum teſtm̃ eſt in meo ſanguine. dcẽm eſt ergo, ꝙ K
concl. *poſita in arg. 1. oĩa prædicta uerba ſunt de ſubſtantia formę, ſed
per prima uerba, cum dicitur, hic eſt calix ſangui-
nis mei, ſignificatur ipſa conuerſio uini in ſangui
*ar. præc. nem, eo modo, quo dictum eſt in forma conſecra
tionis panis, per uerba autem ſeqẽtia deſignatur
uirtus ſanguinis effuſi in paſſione, quę operatur in
hoc ſacr̃o, quæ quidẽ ad tria ordinat̃. Primo qdẽ,
& principaliter, ad adipiſcendam æternam hęredi
tatem, ſm̃ illud Heb. 10. Habemus fiduciã i introitu
ſanctorum per ſanguinẽ eius, & ad deſignandũ dr̃,
noui, & æterni teſtamenti. Secũdo, ad iuſtitiã gra-
tiæ, quæ eſt per fidem, ſm̃ illud Rom. 3. Quẽ propo
ſuit Deus propitiatorẽ per fidẽ in ſanguine eius, vt
ſit ipſe iuſtus, & iuſtificans eum, qui ex fide eſt Ieſu
Chr̃i, & quãtũ ad hoc ſubditur, myſteriũ fidei. Ter-
tio aũt, ad remouendũ impedimẽta utriuſque præ
dictorũ, ſ. peccata, ſm̃ illud Hebr. 9. ſanguis Chriſti
emundabit cõſciẽtias noſtras ab opib. mortuis, i.
a peccatis. & quantũ ad hoc ſubditur, q ꝓ uobis,
& pro multis effundet̃ in remiſſionẽ peccatorũ.

AD PRIMVM ergo dcẽm, ꝙ cum dr̃, hic eſt calix
ſanguinis mei, eſt locutio figuratiua. & põt dupli-
citer intelligi. uno mõ ſm̃ metonymiã, qua ponit̃
continẽs pro cõtento, ut ſit ſenſus, Hic eſt ſanguis
meus contentus in calice, de quo fit hic mẽtio,
qa ſanguis Chr̃i in hoc ſacr̃o conſecrat̃, inquãtum
eſt potus fideliũ, qđ non importatur in rõe ſangui
nis, & iõ oportuit hoc deſignari per uas huic uſui
accõmodatũ. Alio mõ, põt intelligi ſm̃ metapho
rã, prout ꝑ calicẽ ſimilitudinarie intelligit̃ paſſio
Chriſti, q̃ ad ſimilitudinẽ calicis inebriat (ſm̃ illud
Tren. 3. Repleuit me amaritudinibꝰ, inebriauit me
abſynthio. unde, & ipſe dñs paſſionẽ ſuam calicẽ
nominat, Matth. 26. dicens, Trãſeat a me calix iſte)
ut ſit ſenſus, hic eſt calix paſſionis meæ, de qua fit
mẽtio in ſanguine ſeorſum a corpe cõſecrato: qa
ſeparatio ſanguinis à corpore fuit per paſſionem.

AD II dcẽm, ꝙ quia (ut dictũ eſt) ſanguis ſeor *In corp. a. & q. 76. ar. 2. ad 1.
ſum conſecratus, expreſsè paſſionẽ Chriſti repræ-
ſentat, iõ potius in conſecratione ſanguinis fit mẽ
tio de effectu paſſionis, q̃ in conſecratione corpo
ris, qđ eſt paſſionis ſubiectũ, qđ ẽt deſignatur in
hoc quod dominus dicit, quod pro uobis tradet̃:
quaſi diceret, quod pro uobis paſſioni ſubiciet̃.

AD III dcẽm, ꝙ teſtm̃ eſt diſpoſitio hęreditatis:
hæreditatem aũt cæleſtẽ diſpoſuit deus hoĩb. dan
dã per uirtutẽ ſanguinis Ieſu Chriſti, quia ut dicit̃
Hebr. 9. Vbi eſt teſtm̃, mors neceſſe eſt intercedat
teſtatoris. ſanguis aũt Chriſti, dupliciter eſt hoĩb.
exhibitus. primo quidẽ in figura, qđ ꝑtinet ad ue-
tus teſtm̃: & iõ Apoſtolus ibidem concludit, unde
nec primũ teſtm̃ ſine ſanguine dedicatum eſt, qđ
patet ex hoc, ꝙ ſicut dr̃ Exod. 24. Lecto omni man
dato legis a Moiſe, omnẽ populum aſperſit, dicẽs,
Hic eſt ſanguis teſtamẽti, quod mandauit ad uos
Deus. Scđo aũt eſt exhibitus in rei ueritate, quod
pertinet ad nouũ teſtamentũ. & hoc eſt quod Apo
ſtolus ibidem præmittit dicens, ideo noui teſta-
menti mediator eſt Chriſtus, ut morte interceden
te, repromiſſionẽ accipiãt, qui uocati ſunt æternæ
hæreditatis. dr̃ ergo hic ſanguis noui teſtamenti,
quia iã non in figura, ſed in ueritate exhibetur. uñ
ſubditur, Qui pro uobis effundetur. Interna autẽ
inſpiratio ex huius ſanguinis uirtute procedit, ſe
cundum ꝙ paſſione Chriſti iuſtificamur.

AD IIII dcẽm, ꝙ hoc teſtamentum eſt nouum
ratione exhibitionis. dicitur autem æternũ, tã rõe
æternæ Dei præordinationis, quàm etiam ratione
æternæ hæreditatis, quæ per hoc teſtamentum di
ſponitur. ipſa etiam perſona Chriſti, cuius ſangui
ne teſtamentum diſponitur, eſt æterna.

AD

AD V dicendum, ꝙ myſteriũ hic ponitur, non quidem ad excludendã rei ueritatem, ſed ad oſtendendam occultationem: quia, & ipſe ſanguis Chriſti occulto modo eſt in hoc ſacramẽto, & ipſa paſſio Chr̃i occulte fuit figurata in ueteri teſtamẽto.

AD VI dicendum, ꝙ dr̃ myſterium fidei quaſi fidei obiectũ: quia ꝙ ſanguis Chr̃i ſm̃ ueritatem ſit in hoc ſacramento, ſola fide tenetur: ipſa etiam Chriſti paſſio per fidem iuſtificat. Baptiſmus autẽ dicitur ſacramentum fidei, quia eſt quædam fidei proteſtatio: hoc autem eſt ſacramentum charitatis, quaſi figuratiuum, & effectiuum.

In ſolo. ad t. & locis ibi citatis.

AD VII dicendum, ꝙ ſicut† dictum eſt, ſanguis ſeorſum conſecratus a corpore, expreſſius repræſentat paſſionem Chriſti, & iõ potius in conſecratione ſanguinis fit mẽtio de paſſione Chriſti, & fructu ipſius, quam in conſecratione corporis.

AD VIII dicendum, ꝙ ſanguis paſſionis Chriſti, non ſolum habet efficaciam in iudæis electis, quibus exhibitus eſt ſanguis ueteris teſtamenti, ſed ẽt in gentilibus, nec ſolum in ſacerdotibus, qui hoc conficiunt ſacr̃m, uel aliis, qui ſumunt, ſed etiam in illis pro quibus offertur: & ideo ſignanter dicit pro uobis iudeis, & pro multis, ſ. gentilibus: uel, pro uobis manducantibus, & pro multis, pro quibus offertur.

AD IX dicẽdum, quòd euangeliſtę non intendebant credere formas ſacramentorum, quas in primitiua eccleſia oportet eſſe occultas, ut dicit Dionyſi.* in fine eccleſia. hierar, ſed intenderunt hiſtoriam de Chriſto texere, & tñ hæc omnia fere uerba ex diuerſis ſcripturæ locis accipi poſſunt. nam qd̃ dicitur, hic eſt calix, habetur Luc. 22. & primæ Cor. 11. Mat. aũt 26. dicitur, hic eſt ſanguis meus noui teſtamenti. qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum: ꝙ aũt additur, æterni, & iterum, myſterium fidei, ex traditione domini habetur, quę ad eccleſiam per apoſtolos peruenit, ſecũdum illud primæ Corin. 11. ego accepi à domino, quod, & tradidi uobis.

Ca. 7. eccl. hiera. par. 3. inter medium & fi.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum prædictis uerbis formarũ infit aliqua uis creata, effectiua conſecrationis.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur ꝙ prædictis uerbis† formarum non inſit aliqua uis creata, effectiua conſecrationis dicit. n. Dam.* in 4. lib. ᵇſola uirtute Spiritusſancti fit conuerſio panis in corpus Chriſti: ſed uirtus Spiritusſancti eſt uirtus increata. ergo nulla uirtute creata horum verborũ conficitur hoc ſacramentũ.

¶ 2 Præt. Opera miraculoſa nõ ᵇfiunt aliqua uirtute creata, ſed ſola uirtute diuina, ut in prima parte habitũ eſt†: ſed cõuerſio panis, & uini in corpus, & ſanguinẽ Chriſti, eſt opus non minus miraculoſum, quàm creatio rerũ, uel ẽt formatio corporis Chriſti in utero uirginali: q̃ quidẽ nulla uirtute creata fieri potuerunt. ergo neque hoc ſacramentum conſecrat̃ aliqua virtute creata dictorũ verborũ.

l. 4. orth. fi. c. 14. circa mediũ.

1. p. q. 110. ar. 4.

¶ 3 Præ. Prædicta verba† nõ ſũt ᵇſimplicia, ſed ex multis cõpoſita: nec ſimul, ſed ſucceſſiue proferuntur: conuerſio aũt prædicta, ut ſupra dictũ eſt*, fit in inſtanti: unde oportet quod fiat per ſimplicẽ uirtutẽ. non ergo fit per uirtutem horũ uerborũ.

SED CONTRA eſt, ꝙ Amb.† dicit in li. de ſacr̃is: Si tanta eſt uis i ſermone dñi Ieſu, ut inciperet eſſe qd̃ nõ erat, quanto magis operatorius eſt, ut ſint q̃ erãt, & in aliud cõmutent̃? & ſic qd̃ erat panis ante conſecrationẽ, iã corpus Chriſti eſt poſt conſecrationem: quia ſermo Chriſti creaturam mutat.

q. 75. a. 7. — *Li. 4. c. 4. à medio.*

RESP. Dicẽdum, ꝙ quidã dixerunt nullã uirtutem creatam eſſe, nec in prædictis uerbis† ad tranſubſtantiationẽ faciendã, nec ẽt in aliis ſacramẽtorũ formis, uel ẽt in ipſis ſacr̃is ad inducendos ſacrorũ effectus. qd̃, ſicut ſupra habitũ eſt, & dictis ſanctorum repugnat, & derogat dignitati ſacramentorũ nouę legis. unde cum hoc ſacramẽtũ ſit præceteris dignius, ſicut ſupra dictũ eſt*, cõſequẽs eſt, ꝙ in uerbis formalibus huius ſacramenti, ſit quædam uirtus creata ad conuerſionem huius ſacr̃i faciendam, inſtrumentalis tñ, ſicut, & in aliis ſacramentis, ſicut ſupra dictũ eſt, cum enim hæc uerba ex pſona Chriſti proferantur, ex eius mandato conſequuntur uirtutem inſtrumentalem à Chriſto: ſicut, & cętera eius facta, uel dicta hñt inſtrumentaliter ſalutiferã uirtutẽ, ut ſupra dictum eſt.*

Art. 2. & 3. poſitis in arg. 1. — *q. 62. a. 1. 2. 3. 4.* — *q. 65. a. 3.* — *q. 62. ar. 2*

AD PRIMVM ergo dcẽdm, ꝙ cum dicitur ſola uirtute Spiritusſancti panẽ in corpus Chriſti conuerti, non excludit̃ uirtus inſtrumentalis, quæ eſt in forma huius ſacramẽti: ſicut cũ dr̃, ſolus faber facit cultellum, nõ excluditur uirtus martelli.

AD II dcẽdm, ꝙ opera miraculoſa nulla creatura poteſt

SVP. QV. LXXVIII. ART. IIII.

Porr. o.
466

Sec. 4 ſ. d. 8. q. 2. a. 4

Int. art. 5. cor. Et 4 d. 1 q. 1. ar. 4. q. 2. & d. 8. q. 2. ar. 3 & & di. 10. in expoſ. lit. ad 6 & 8. ta 2 & 3.

IN art. 4. eiuſdem queſt. quinque de ueritate uerborũ ſacramentalium notãda ſunt, ſcilicet an eſt, quid eſt, cuius eſt factiua, quando eſt, & qualis eſt. Virtutem habere uerba conſecrationis, licet ſub opinione ponatur, ſi perſpexerimus tamẽ doctrinã in generali Concilio traditã ſub Euge IIII. determinata hęc queſtio uidetur. nam inter alia legitur ibi: ſacerdos in perſona Chriſti loquens, hoc conficit ſacramentum. nam ipſorum uerborum uirtute ſubſtantia panis in corpus Chriſti, & ſubſtantia uini in ſanguinem conuertuntur. Vbi clare uides, uirtutem uerborum aſſeriam à ſacro Concilio. Vt autem ſuperius diximus de uirtute ſacramentorũ, ſic conſequenter nunc dicimus de uirtute horum uerborum, ꝙ non eſt qualitas aliqua ſuperaddita, ut res quædam diſtincta realiter ab ipſa oratione ſignificante, ſed eſt ipſa oratio ſignificans, ut inſtrumentũ Dei ad cõſecrationẽ, ita ꝙ oratio ipſa, puta, eſſe corpus meum, ſecundum ſe quidem non eſt aliud, quàm enuntiatio ſignificãs hoc eſſe corpus meũ: ſed ut aſſũpta à Chriſto in inſtrumentum ad conſecrationem iſtam, eſt non ſolum enunciatio ſignificãs, ſed inſtrumentaliter efficiens, quod eſt habere uirtutem, immo eſt eſſe uirtutem.

¶ Et quia eſſe uirtutẽ, eſt quoddam aduentitium orationi abſolute, ideo dicitur orationem habere uirtutem, & uirtutem eſſe in uerbis, & uirtus uerborum, & ſimilia. Et quia uirtus aduentitia, qualitatis rationem, ac nomen induit, ideo qualitas dicitur: cum tamen ſecundum rem nihil aliud ſit, quam orationem eſſe inſtrumentum Dei quod nihil aliud eſt quam deum uti oratione inſtrumẽtaliter ad talem effectum, ſicut enim omnis creatura eſt in potentia obedientiali ad hoc, ꝙ de ea fiat quicquid deus uult, ita eſt etiam in potentia obedientiali ad hoc, ut ſit inſtrumentum Dei ad quodcunque faciendum deus illa uti uoluerit. & ſicut deum in ſacramẽto baptiſmi per Chriſti baptiſmum dediſſe uirtutem aquis inchoatiue dicimus nulla tamen qualitas ſuperaddita propterea eſt aquis, & poſtmodum complete datur uirtus aquę in actuali baptiſmo, per hoc quòd Chriſtus baptizans utitur illa aqua: ita in propoſito uerba illa ponus utcunque alia ab ipſo Chriſto ſanctificata ſunt inchoatiue, complere autem

ſt enim fortiuntur, cũ Chriſtus per ſacerdotem illa profert ad cõfectionem huius ſacramenti: talis enim ſiue uerborum eſt cõſt. tutiuũ in ſtrumentalis efficaciæ in oratione, qua utitur: nec oportet aliquam ſuperapponere qualitatẽ. Et hoc exẽplo in artificialibus uidetur manifeſtari: nam manus aſſumi poteſt, & de facto aſſumitur a multis artibus in inſtrumentum: nec oportet artem ſutoriam, aut fabrilem, aut muſicã, aliquam qualitatem ſuperaddere manui, cum illa utitur, ſed ex hoc ipſo quòd artis utitur manu, manus eſt quædam uis artis illius, & ſic de aliis. Et hoc multo uerius eſt referendo tem creatam ad diuinam omnipotentiam utentẽ creatura, aſſumendo illam in inſtrumentum, quanto efficacia diuina maior in infinitũ eſt, ut ſit infima cuiuſcunque creaturæ. Effectus autem uirtutis uerborum nõ eſt diſpoſitio aliqua: ſed ut in allatis uerbis ſacro Concilio clare patet eſt conuerſio panis in corpus Chriſti. Nec obſtant obiectiones Scoti in prima d. ſt. 4. de infirmitate uirtutis requiſitæ ad tranſubſtantiationem, & de creatione: primam enim ſoluit Auctor ad primum, & ſecundam ad ſecundã: exigitur enim infinita uirtus agẽte principali tantummodo. Et non eſt ſimile de creatione: quia nulla res in creatione præſupponitur, quam inſtrumenti actio poſſit attingere hic autem inuenitur ſubſtantia panis, & uini, quæ a uirtute uerborum attinguntur, dum conuertitur in corpus, & ſanguinem Chriſti. Et quia uerba conſecrationis, ut conficiunt orationem ſignificantem quod per ſacramentum efficitur, in inſtrumentum diuinæ actionis aſſumuntur, ideo quandiu utitur Deus per ſacerdotis miniſterium uerbis ſacramentalibus, tandiu eſt uirtus ſacramentalis, inchoatiue tamẽ, & in fieri: ſicut &

† poſita in ar. 2. & 3. in arg. 1.

porr. o.

467

4. d. 8. q. 1. at. 1. q. ...

Ar. 2.

Ar. præce.

facere quaſi agens principale, poteſt tamen ea facere inſtrumentaliter, ſicut ipſe actus manus Chriſti ſanauit leproſum: & per hunc modum uerba Chriſti conuertũt panẽ in corpus Chriſti quod quidẽ fieri potuit in conceptione corporis Chriſti, qua corpus Chriſti formabatur, ut aliquid a corpore Chriſti procedens haberet inſtrumentalem uirtutẽ ad ipſius corporis formationem. In creatione ẽt nõ fuit aliquod extremum, in quod inſtrumentalis actio creaturæ poſſet terminari: vñ nõ eſt ſimile.

Ad tertium dicendum, quod prædicta uerba* quibus fit conſecratio, ſacramentaliter operantur. vñ uis conuerſiua, quæ eſt in formis horum ſacramentorum, conſequitur ſignificationẽ, quæ in prolatione ultimæ dictionis terminatur: & ideo in vltimo inſtanti prolationis uerborũ, prædicta uerba conſequũtur hanc uirtutem, in ordine tamen ad præcedentia: & hæc uirtus eſt ſimplex rõe ſimplicis ſignificati: licet in ipſis uerbis exterius prolatis, ſit quædã cõpoſitio.

Articvlvs V.

Vtrum prædictæ locutiones ſint ueræ.

Ad qvintvm ſic proceditur. Videtur quod prædictæ locutiones nõ ſint ueræ. Cũ.n. dicitur, hoc eſt corpus meũ, ly hoc, eſt demonſtratiuum ſubſtantiæ: ſed ſecundum prædicta, quando profertur hoc pronomen, hoc, adhuc eſt ibi ſubſtantia panis: quia tranſubſtantiatio fit in ultimo inſtanti prolationis uerborũ: ſed hæc ẽ falſa, panis ẽ corpus Chriſti. ergo & hæc ẽ falſa, hoc eſt corp⁹ meũ.

¶ 2 Præt. Hoc pronomen, hoc, facit demõſtrationem ad ſenſum: ſed ſpẽs ſenſibiles, quæ ſunt in hoc ſacramento, neq; ſunt ipſum corpus Chriſti, neque accidentia corporis Chriſti. ergo hæc locutio non poteſt eſſe uera, hoc eſt corpus meum.

¶ 3 Præ. Hæc uerba (ſicut dictũ eſt*) ſua ſignificatione efficiũt conuerſionem panis in corpus Chriſti: ſed cauſa effectiua præintelligitur effectui. ergo ſignificatio uerborũ præintelligitur conuerſioni panis in corpus Chriſti: ſed ante conuerſionẽ hæc

E eſt falſa. hoc eſt corpus meũ. ergo ſimpliciter eſt iudicandum, quòd ſit falſa. & eadem ratio eſt de locutione, hic eſt calix ſanguinis mei &c.

Sed contra ẽ, quod hæc uerba proferuntur ex perſona Chriſti, qui de ſe dicit Io. 14 Ego ſum ueritas.

Resp. Dicendũ, quod circa hoc multiplex fuit opinio: quidam n. dixerunt, quod in hac locutio-
G ne, hoc eſt corpus meũ, hæc dictio, hoc, importat demonſtrationem ut conceptam, & non ut exercitam: quia tota iſta locutio ſumitur materialiter, cum recitatiue proferatur: recitat. n. ſacerdos Chriſtum dixiſſe, hoc eſt corpus meũ, ſed hoc ſtare non poteſt, quia ſecundum hoc, uerba hæc nõ applicarentur ad materiã corporalẽ præſentẽ, & ita nõ perficeretur ſacramentum, dicit. n Aug. † ſup Io.
H Accedit uerbũ ad elementũ. & fit ſacramentum & propria ex hoc totaliter nõ euitatur difficultas huius quæſtionis: quia eædẽ rõnes manent circa primã prolationẽ, qua Chriſtus hæc uerba protulit: quare manifeſtũ eſt, quod non materialiter, ſed ſignificatiue ſumebantur: & ideo dicendum eſt, quod etiam quando proferuntur a ſacerdote, ſignificatiue, & non tantum materialiter ſumuntur. nec obſtat, quod ſacer-
I dos ea recitatiue profert, quaſi a Chriſto dicta, quia propter infinitam uirtutẽ Chriſti, ſicut ex cõtactu carnis ſuæ, uis regeneratiua peruenit nõ ſolũ ad illas aquas, quæ Chriſtum tetigerũt, ſed ad oẽs ubiq; terrarum, per oĩa futura ſæcula, ita ẽt ex prolatione ipſius Chriſti, hæc uerba uirtutem conſecratiuam ſunt conſecuta a quocunque ſacerdote dicantur, ac ſi Chriſtus ea præſentialiter proferret. & ideo alii di-
K xerunt, quod hæc dictio, hoc, in hac locutione facit demõſtrationẽ non ad ſenſum, ſed ad intellectum: ut ſit ſenſus, hoc eſt corpus meũ, i. ſignificatũ per hoc, ẽ corp⁹ meũ, ſed nec hoc ſtare põt quia cum in ſacramentis hoc efficiatur quod ſignificatur, non fieret per hãc formã, ut corpus Chriſti ſit in hoc ſacraméto ſecundum ueritatẽ, ſed ſolũ ſicut in ſigno, quod eſt hæreticum ut ſupra dictum eſt.* & ideo alii dixe-

ipſa oratio dum proferuntur partes inchoatiue, & in fieri, eſt vſque ad terminationẽ: in ipſa namq; terminatione orationis oratio perfecte ſignificationem habet, & ſimiliter iſta uirtus perfecte inuenitur: ideo non prius nec poſt, ſed nunc cum oratio perfecte ſignificãs eſt, uirtus inſtrumentalis prædicta perfecte eſt, & operatur. Vnde cũ oratio ſit quoddam ſucceſſiuum, cuius exiſtentia, non requirit quicquid eſt eius eſſe ſimul, ſed ex quocunque eius exiſtente inferetur, & ſignificationem non ſortiatur, niſi in ſui termino, propterea dixit Auctor, quod oratio in ſui terminatione tantum ſignificationem ſimul, & uirtutem ſacramentalem ſortitur. Cũ quo ſtant ſupradicta: alioquin non tota oratio eſſet inſtrumentũ dei inſtrumentũ in actu, ſine ui inſtrumentali eſſet per aliquod tempus. Et ſicut ſignificatum huius orationis eſt quodãmodo ſimplex, & quodãmodo compoſita quoniam ea multis partialibus ſignificationibus conſurgit, & tamen ſimplex illa ſignificat, ſcilicet hoc eſſe corp⁹ Chriſti, inſ que compoſitio ... miſtionis informatio nis, ad ... ſuo modo quocunque, ita uirtus iſta ex parte orationis ſignificantis eſt quodammodo compoſita: ex parte autẽ effectus dicitur ſimplex in ... ne ad tertium.

† Tract. 80 in Ioan. a ma. to. 9.

...

... obiectio, exclu ditur.

SVP. QV. LXXVIII. ART. V.

Sol. 4. ſ. d. 11. q. 1. ar. 5. Cap. 4. d. 8. q. 1. con. 5.

In ar. 5. eiuſdem quæſtionis tres difficultates tangendæ ſunt. prima de ueritate ſecunda de conſignificatione. tertia de demonſtratione. De enuntiationis igitur huius ſacramentalis, hoc eſt corpus meum, ueritate. ſcito aliquid eſſe certum, & aliquid in quæſtionem uerti. nã certum eſt, quod ſacramentum quolibet inſtanti temporis eſt eſſe ueram uel falſam: quia aut ſic eſt, & eſt uera: aut non ſic eſt, & eſt falſa.

* ar. 1. q. 7

falſa. In dubium autem uertitur, an prius natura quàm conuerſio ſit, ſit uera, aut falſa. Et eſt ratio dubii, quia ſacramentalis hæc oratio eſt conuerſiua: ac per hoc prius natura eſt, quàm cōuerſio, quæ eſt ſuus effectus, & propterea dubitatur an in illo priori naturæ ſit uera uel falſa. Et Sco. quidem in 8. diſt. 4. declinauit in opinionē tertiam, quod nec, ut uera, nec ut falſa, ſed ut neutra ſe habet. Author autem in hoc articulo tam in cor. quàm in reſponſione ad tertium tenet, quod oratio iſta ut uera, practice tamen, cauſaliter in illo priori naturæ concurrit. De intellectu ſiquidē ſpeculatiuo ſolo intelligendum eſt, quod ab eo quod res eſt, uel non eſt, oratio dicitur uera, uel falſa. nam licet de utroque intellectu uerificetur quod ab eo quod res eſt, uel non eſt, oratio dicitur uera, uel falſa formaliter: practicus tamen intellectus priuſquam res ſit, eſt uerus practice, ſeu cauſaliter: quia non præſupponit, ſed facit rem eſſe, unde denominatur uerus formaliter.

runt, quòd hæc dictio, hoc, facit demonſtrationem ad ſenſum, ſed intelligitur hæc demonſtratio, non pro illo inſtanti locutionis quo profertur hæc dictio: ſed pro ultimo inſtanti locutionis: ſicut cum aliquis dicit, nunc taceo, hoc aduerbium, nunc, facit demonſtrationem pro inſtanti immediate ſequenti locutionem: eſt enim ſenſus, ſtatim his uerbis dictis, taceo. Sed nec hoc ſtare poteſt: quia ſecundum hoc, huius locutionis eſſet ſenſus, corpus meum eſt corpus meum: quod prædicta locutio non facit: quia hoc fuit etiam ante prolationem uerborum: unde nec hoc prædicta locutio ſignificat. & ideo aliter dicendum eſt, quòd ſicut prædictum eſt, hæc locutio habet uirtutem factiuam conuerſionis panis in corpus Chriſti. & ideo cōparatur ad

¶ Circa conſignificationem autem omnes conuenire in hoc uidentur, quod hæc locutio, hoc eſt corpus meum, intelligitur ſecundum ultimum inſtans prolationis uerborum, ſed diuerſitas opinionum eſt, quia alii putant contingere hoc ex uirtute ſermonis: alii autem opinantur non eſſe hoc ex uirtute ſermonis, ſed ex intentione ſacramentali. Et quoniam obſcura ob confuſionem redditur difficultas hæc, diſtinguendum eſt, ut clara fiat. Diſtinguo igitur de tempore ſeu inſtanti, quo oratio ſignificat, uel de tempore, ſeu inſtanti, pro quo oratio ſignificat. aliud eſt enim quando, quod oratio cōſignificat, & aliud eſt, quando, per orationem conſignificatum, ut patet dicendo, Petrus crucifixus eſt, quando enim oratio iſta ſignificat, tunc eſt cum profertur: ſed quando conſignificatum, eſt tempus præteritum, ut patet. Significatio autem orationis non eſt niſi oratio ſit integra integritate eſſentiali, quoniam oratio nō eſſentialiter integra, non eſt oratio, & conſequenter non ſignificat integra autem non eſt oratio, niſi in termino prolationis. & propterea oratio non ſignificat, niſi in termino ſuæ prolationis. Et quia conſignificare præſupponit ſignificare, utpote adiacēs illi, ideo oratio ſicut nō ſignificat, ita nec cōſignificat, niſi in termino ſuæ prolationis. Nec eſt hoc ſolum uerum de tota oratione, ſed & de partibus, ut integrant totam. Et de copula quidem declaratur dupliciter: tum ex eo quod ly eſt, ſignificat compoſitionem, quam ſine extremis non eſt intelligere: non enim poteſt intelligi compoſitio prius his quæ componunt: tum quia experimur quod huius orationis, lignum eſt album poſtquam prolatæ ſunt primæ dictiones, ſcilicet lignum eſt, antequam proferatur ly album, ly eſt, non ſignificat compoſitionem ligni cum albo, quod conuincitur, ſi ponamus orationē ſiſtere: tunc enim manifeſte apparet non præſignificatam eſſe compoſitionem dictam, per ly eſt. Significat ergo ipſam cōpoſitionem non quando profertur, ſed quando coniungit prædicatum ſub ecto, quod nihil aliud eſt dicere, quàm cum oratio eſt integra. Et quia prius natura ſignificat quàm conſignificat: ideo ly eſt, ſicut non ſignificat compoſitionem ante integritatem orationis, ita nec conſignificat tunc, quando profertur, ſed tunc quando integratur oratio. De ſubiecto autem dupliciter etiam idem manifeſtatur in propoſito: tum quia talia ſunt ſubiecta, qualia permittuntur à prædicatis, & propterea ante prædicata non habent ſuppoſitionem ſuam: tum quia clare percipimus, quod dictis his duabus dictionibus, homo eſt, ut formetur propoſitio de tertio adiacente, nullus intellectus habetur tam ſubiecti, quàm copulæ. Sed uariabitur utriuſque ſenſus iuxta uarietatem prædicati, ut patet formando duas propoſitiones, quarum una ſit, homo eſt albus, & altera, homo eſt ſpecies: clare enim in his itque, & ſubiectum, & copulam prædicatum expectare: ita quod uarietas prædicati uarietatē inducit, & in tota oratione, & in ſubiecto, & copula, ut patet diſcurrenti. Et ſimiliter oratio illa, hoc eſt corpus meum, ly hoc, non demonſtrat tunc cum profertur, neque ly eſt, ſignificat, aut conſignificat tunc cum profertur, compoſitionem, ſeu coniunctionem inter ly hoc, & corpus Chriſti, ut ex hoc cōuincitur, quod ſi quis ſubiungeret, dum non apponeret corpus meum ſed ly panis, aut ly pronomen, enunciatio non eſſet falſa, quarum tamen utramque oporteret eſſe falſam, ſi ly eſt ſignificaſſet, tunc cum proferebatur, coniunctionem inter hoc, & corpus Chriſti. Loquendo igitur de quando oratio, ſeu uerbalis copula ſignificat, aut conſignificat, ſentiendum eſt quòd tūc primo ſignificat, aut cōſignificat cū primo oratio integratur, & hoc non ex intentione proferentis, ſed ex ui ipſius orationis, ut patere poteſt ex dictis. Nec illud quando ſignificatur, aut conſignificatur per orationem ſeu copulam uerbalem: ſed eſt quando adiacens, ſeu menſurans ſignificationem & conſignificationē: attenditur enim ſecundum menſuram orationis ſignificantis & conſignificantis, ut patet in orationibus de præterito. Et ut hoc concludamus, illud quando ſe tenet ex parte menſuræ, ſeu durationis enunciationis ſignificantis, & conſignificantis, illud uero quando quod per copulam, ſeu orationem conſignificatur, ſe tenet ex parte menſuræ, ſeu durationis rei ſignificatæ. & propterea clare patet, hæc duo quando, maxime ab inuicem poſſe diſtare, quantum diſtat menſuram integræ orationis à menſura rei ſignificatæ. Et hoc patet, commune eſſe omni enunciationi ſignificare tunc cum integratur: quia tunc primo eſt oratio, & per hoc tunc primum ſignificat, & conſignificat. Sed ſicut orationes differunt inter ſe quantum ad res ſignificatas, ita etiam differunt, quantum ad quando, ſeu tempora conſignificata. Et hæc in communi dicta, ſi perſpexeris, ambiguitates, per quas diſcurrit Scotus, euaneſcent. Deſcendendo autem ad propoſitum, aduertendum eſt quod contingit iſta duo quando, ſcilicet ex parte menſuræ ſignificationis, & ex parte menſuræ rei ſignificatæ, coincidere in unum, & idem quando, ita quod illud idem tunc ſit, quando oratio ſignificat, & conſignificat, & quando ſignificatum conſignificatur eſſe. Contingit autem hoc in propoſito, ex ratione in litera reddita, quia, ſcilicet, oratio iſta, hoc eſt, corpus meum eſt conuerſiua panis in corpus Chriſti in inſtanti, & oratio iſta ſignificat conuerſionem ipſam ut in termino. Ex re ſiquidem ſignificata, habetur, quod ly eſt, conſignificat inſtans conuerſionis panis in corpus Chriſti, ſeu, & in idem redit, quo primo hoc eſt corpus Chriſti, & quia illud inſtans, coincidit cum inſtanti, quo hæc oratio integratur, ideo dicitur & bene, quod oportet hanc orationem intelligere ſecundum ultimum inſtans prolationis. Et quoniam conſignificare inſtans conuerſionis conuenit huic orationi ex natura ſua, quia eſt oratio ſacramentalis, ſeu factiua conuerſionis, ſeu conuerſiua panis in corpus Chriſti: ideo ex uirtute ſermonis talis, ſcilicet ſacramentalis conuerſiui, habet hæc oratio quod conſignificet inſtans conuerſionis.

In iſto ar. 1 arg. 3 & 4. piſc. ad 3.

¶ Circa demonſtrationem uero, quàm facit ly hoc, cum dicitur, hoc eſt corpus meum, licet uaria uerba dicantur: quoniam in litera dicitur demonſtrari contentum in generali ſub illis ſpeciebus, Scotus autem ſpecificando dicit demonſtrari indiuiduum entis, quia ly hoc, quantum eſt ex ſe, demonſtrat indiuiduum uniuerſaliſſimi, utpote de quo poſſunt omnia loqui: mihi tamen uidetur, quod demonſtret indiuiduum ſubſtantiæ idest, hanc ſubſtantiam. Et quidem, quod demonſtret indiuiduum, nulli eſt dubium, quoniam non uniuerſale, ſed ſingulare aliquod eſt tam quod conuertitur in corpus Chriſti, quam de quo enunciatur, corpus Chriſti. Quod uero ſit indiuiduum ſubſtantiæ, probatur. tum ex eo, quod ly hoc, eſt pronomen demonſtratiuum ſubſtantiæ. tum ex eo, quod hæc demonſtratio debet eſſe certa. Demonſtrando autem hanc ſubſtantiam, demonſtratio eſt certiſſima, quoniam hæc ſubſtantia eſt corpus Chriſti, ſed ſi demonſtraret indiuiduum entis, demōſtratio remaneret ambigua, immo magis falſa appareret, quàm uera. nam ly hoc ens, poſſet demonſtrare tam accidens quam ſubſtantiam, cum utrumque ſit hoc ens. & magis appareret demonſtrari accidens, propter demonſtrationem factam ad ſenſum, tum quia demonſtrando indiuiduum ſubſtantiæ, demonſtratio eſt ſimplicior, & purior, non egens [illegible] appoſita ante ſenſus hoſtia, & dicendo, hæc ſubſtantia eſt

non habebitis, uitã in uobis: loquit.n. Dñs de manducatione ſpũali in uoto, ſeu in habitu, in quo continet mãducatio ſpũalis actualis in uoto. Si uero conſideret uſus ſacri huius, quo nobis ſacſaliter iungit, ſic prima gr̃a non eſt effectus huius ſacri, niſi per accidens ex parte ſubiecti, ut pdictũ eſt, quia dat̃ p modũ nutrimenti, qđ quia non eſt niſi uiuentis, nõ facit primã gr̃am: qua primo habetur vita ſpũs, ſed præſupponit illam. Vñ in ar. 1. ad tertiũ Auctor loquens de prima gr̃ę dicit, Sic aũt nõ dat̃ in hoc ſacramento.

dæ Cor. 5. Charitas Chriſti urget nos Et inde eſt, ꝙ ex uirtute huius ſacr̃i aia ſpiritualiter reficit̃ p hoc, ꝙ an ma ſpiritualiter de ectatur, & quod immo do inebriatur dulcedine bonitatis diuinæ, ſecũdũ illud Can. 5. Comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi.

Ad III dcđm, ꝙ quia ſacr̃a operantur ſalutem, quam ſignificãt; ideo ſm quandam aſſimi- G lationẽ dr̃, ꝙ in hoc ſacramento corpus offertur pro ſalute corpis et ſanguis pro ſalute animę. q̃uis utrumque ad ſalutem utriuſque operetur, cum ſub vtroque totus ſit Chriſtus, ut ſupra dictum eſt †. & licet corpus

q. 76. ar. 1. & 2.

non ſit immediatũ ſubiectũ gr̃æ, ex aia tñ redũdat effectus gratię ad corpus, dum in præſenti mẽbra noſtra exhibemus arma iuſtitiæ Deo (ut habetur Roma. 6.) & in futuro corpus noſtrum ſortietur incorruptionem, & gloriam animæ. H

ARTICVLVS II.

Porr. o.

470

Vtrum effectus huius ſacramenti ſit adeptio gloriam.

Ser. 4. ſ. d. 11. q. 2. ar. 2.

Inf. q. 80 ar. 2. ad 1. & 10. 6.

AD SECVNDVM ſic proceditur. Videtur ꝙ effectus huius ſacr̃i non ſit adeptio gloriæ. Effectus.n. proportionatur ſuæ cauſæ: ſed hoc ſacramentum competit uiatoribus, vnde & uiaticum dicitur. Cum igitur viatores nõdum ſint capaces gloriæ, uidetur quòd hoc ſacramentum non cauſet adeptionem gloriæ.

¶ 2 Præt. Poſita cauſa ſufficienti ponitur effectus: ſed multi accipiũt hoc ſacr̃m, q nũquã peruenient I

Li. 21. c. 25 tom. 10. 5.

ad gloriã, ut patet per Aug. * 21. de ciui. De non ergo hoc ſacramentũ eſt cauſa adeptionis gloriæ.

¶ 3 Præt. Maius non efficitur a minori, quia nihil agit ultra ſuã ſpeciẽ: ſed minus eſt accipere Chriſtum ſub ſpecie aliena, quod fit in hoc ſacramẽto, q̃ frui eo in ſpecie ꝓpria, qđ pertinet ad gloriã. ergo hoc ſacramentũ non cauſat adeptionẽ gloriæ.

Sed contra eſt, ꝙ dicitur Ioan. 6. Si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum: ſed uita æterna eſt uita glorię. ergo effectus huius ſacramẽti eſt adeptio gloriæ.

Resp. Dicendum, ꝙ in hoc ſacramento põt conſiderari, & id, ex quo habet effectũ, ſ. ipſe Chriſtus E contentus, & paſſio eius repræſentata, & id, per quod habet effectum, ſ. uſus ſacramenti, & ſpecies

Concl. m

eius. Et quantum ad utrumq; competit huic ſacramento, ꝙ cauſet adeptionem vitæ æternæ. Nã ipſe Chriſtus per ſuam paſſionem aperuit nobis aditum uitę æternæ, ſecundum illud Heb. Noui teſtamenti mediator eſt, ut morte intercedente, qui vocati ſunt accipiant repromiſſionem æternæ hæreditatis. vnde, & in forma huius ſacramenti dr̃: Hic eſt calix ſanguinis mei noui, & æterni teſtamẽti. Sir̃ ẽt refectio cibi ſpũalis, & unitas ſignificata per ſpẽs panis, & vini, habentur quidẽ in præ

F ſenti, ſed imperfecte; perfecte autem in ſtatu gloriæ. vñ Aug. † dicit ſuper illud Ioan. 6. Caro mea vere eſt cibus: Cum cibo, & potu id appetãt hoies vt non eſuriant neque ſitiant hoc ueraciter nõ pſtat niſi iſte cibus, & potus, q eos à quibus ſumit̃, immortales, & incorruptibiles facit in ſocietate ſãctorũ, ubi pax erit, & unitas plena, atq; perfecta. Tract. 26. ſ Euãg. non multũ remote a ſi. tomo. 9.

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ ſicut paſſio Chriſti, in cuius uirtute hoc ſacramẽtũ operatur eſt quidem cauſa ſufficiẽs glorię, non tamen ita ꝙ ſtatim per ipſam introducamur in gloriam, ſed G oportet, ut prius ſimul compatiamur, ut poſtea ſimul glorificemur (ſicut dr̃ Rom 8) ita hoc ſacramentum nõ ſtatim nos in gloriam introducit, ſed dat nobis uirtutem perueniendi ad gloriã, & iõ viaticum dr̃, In cuius figuram legitur 3. Reg. 19. ꝙ Elias comedit, & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi, illius, quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, uſque ad montem dei Oreb.

Ad II dicendum, ꝙ ſicut paſſio Chriſti nõ habet ſuum effectum, in his qui ſe ad eam nõ habẽt, vt debent, ita & per hoc ſacramentum non adipiſcũtur gloriam, qui indecenter ipſum ſuſcipiunt. H unde Aug. dicit ſuper Ioan exponens illa uerba, Aliud eſt ſacramentum, & aliud uirtus ſacr̃.: Multi de altari accipiunt, & accipiendo moriunt̃. Panẽ ergo cæleſtem ſpiritualiter manducate, innocẽtiã ad altare apportate unde non eſt mirum, ſi illi qui innocentiam non ſeruant, effectum huius ſacramenti non conſequuntur. Tract. 26. ſ Ioan. parũ a me. to. 9.

Ad III dicẽdũ, ꝙ hoc ꝙ Chriſtus ſub aliena ſpecie ſumitur pertineat ad rationem ſacramenti, ꝙ inſtrumentaliter agit: nihil aũt ꝓhibet cauſam inſtrumentalem producere potiorem effectum, vt ex ſupradictis * patet. Por. o

ARTICVLVS III.

I

Vtrum eff. tus huius ſacramenti ſit remiſſio peccati mortalis.

AD TERTIVM ſic proceditur. Videtur ꝙ effectus huius ſacramenti ſit remiſſio peccati mortalis. Dicitur enim in quadam collecta, Sit hoc ſacramentum ablutio ſcelerum: ſed ſcelera dicunt̃ peccata mortalia ergo per hoc ſacramẽtum peccata mortalia abluuntur.

¶ 2 Præt. Hoc ſacrũm agit in virtute paſſionis Chriſti, ſicut E & baptiſmus: ſed p baptiſmũ dimittuntur peccata mortalia, ut ſupra * dictum eſt. ergo & p hoc ſacramẽtum, præſertim cũ in forma huius ſacramenti dicatur, Qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorũ.

¶ 3 Præt. Per hoc ſacramentũ gratia cõfertur, ut dictũ eſt †: ſed per gratiam iuſtificatur homo à peccatis mortalibus, ſecũdũ illud Rom. 3. iuſtificati gra

SVP. QVÆ. LXXIX. ART. III.

471

Ser. 4 ſ d. 11 q 2. a. 1.

Q. 77. ar. 1. ad 1. arg.

In arti. 3. in reſpenſione ad primũ, nota nonnulla tuum expoſitionum bullata iuxta ſecũdam differre à prima in hoc, ꝙ perfectio contritionis refertur ad ſcelera cognita, in prima autẽ ad occulta: quo ad utraq; n. petit̃ ablutio per contritionem perfectam.

4. diſt. 9. a. 1. q. 2. co. Et d. 12. q. 2. a. 2. q. 2.

¶ In reſponſione ad ſcđm eiu dẽ art, dubiũ occurrit de ueritate differẽtiæ poſita Iter ſuſcipiẽtẽ baptiſmũ, & ſuſcipiẽtẽ Euchariſtiã, quoad hoc, ꝙ eſt eſſe quel nõ eſſe in peccato mortali. Et eſt ratio dubii, quia utrobique ſuſcipiens cum conſciẽtia, & affectu peccati mortalis indigne ſuſcipit, nec gratiã tũc cõſequit̃: immo de nouo peccat peccato ſacrilegii mẽbrũ Chriſti ipſo ſe ſacramento fingens

Q. 69. ar. 1

Ar. 1. huius quæſt.

Ad

Ad hoc dr̃ q̃ dr̃ia ſaluat, & ex parte ſacri, & ex parte ſuſcipientis. Ex ſacro quidem, q̃a ſacrm̃ Euchariſtię ex proprio ſu habet rõem nutrimenti, ac per hoc conuenientis uiuis, & non mortuis, baptiſmus aũt ex propria rõe habet rõem regenerationis & ablutionis: generatio aũt nõ præſupponit, ſed facit ens, & uiuũ, & ſimiliter ablutio non præſupponit mũdũ, ſed mundat. Et ppea ex proprijs conſiderata hæc ſacra, ſuſcipiẽtes diſpares habent, Euchariſtia quidẽ uiuum, baptiſmus non uiuũ, & immundũ, & hæc dr̃ia in litera ponit. Ex parte aũt ſuſcipientis dr̃ia eſt, q̃ ſuſcipienti baptiſmũ ſufficit nõ ponere obicẽ ad hoc, ut diuinã conſequatur grãm, ut ex ſupra habitis patet, q̃a baptiſmus oĩa condonat: ſuſcipiẽti aũt Euchariſtiã non ſufficit nõ ponere obicem, ſed oportet probare ſeipſum, & ſic de pane illo edere. Nec Auctor in litera dicit conuenienter accedere ad baptiſmum habentẽ conſcientiã, & affectũ peccati mortalis, magna eſt.n. inter utrumq; dr̃ia: nã habens affectũ peccati mortalis ponit obicẽ, & fictus accederet ad baptiſmũ: habens aũt eiuſdẽ conſcientiã, & non affectũ, obicẽ nõ ponit baptiſmo, licet mortuus, & immundus uiuificandus, & abluendus per baptiſmum accedat, quod per Euchariſtiæ ſumptionem non eſt expectandum.

concl.m

Ca.5.parũ a prin. to.3.inter opera Au.

concl.p

tis per gratiam ipſius. ergo per hoc ſacramentum remittuntur peccata mortalia.

SED CONTRA eſt, q̃ dr̃ primæ Cor.11. Qui mãducat, & bibit indigne, iudiciũ ſibi mãducat, & bibit. Dicit aũt gl.ibidẽ, q̃ ille manducat, & bibit indigne, q in crimine eſt, uel irreuerẽter tractat, & talis mãducat, & bibit ſibi iudiciũ.i. dãnationẽ. ergo ille, q ẽ i pctõ mortali, p hoc, q̃ accipit hoc ſacrm̃, magis accumulat ſibi pctm̃, quã remiſſionẽ ſui peccati cõſequat̃.

RESP. dcdm̃, q̃ virt⁹ huius ſacri põt conſiderari dupliciter. Vno mõ ſm̃ ſe, & ſic[m] hoc ſacrum habet uirtutẽ ad remittẽdũ quæcumq; pctã ex paſſione Chri,[n] q̃ eſt fons, & cã remiſſionis peccatorũ. Alio mõ, põt conſiderari p cõparationẽ ad eũ, q recipit hoc ſacrm̃, put in eo inuenit̃, uel non inuenit̃ impedimẽtũ pcipiẽdi huius ſacri effectũ. Quicũq; aũt habet conſc ẽtiã peccati mortalis, habet in ſe impedimentũ percipiẽdi effectũ huius ſacri, eo q̃ nõ eſt rõueniẽs ſuſceptor huius ſacri: tũ, q̃a nõ uiuit ſpũaliter, & ita non debet ſpũale nutrimentũ ſuſcipere, qđ non eſt niſi viuentis: tũ, q̃a non põt vniri Chro (qđ fit per hoc ſacrm̃) dum eſt in affectu peccãdi mortaliter. & iõ, vt dr̃ in li.° de Eccleſiaſticis dogmatibus, ſi mẽs in actu peccãdi eſt, grauat̃ magis Euchariſtiæ perceptione, q̃ purificet̃. Vñ[p] hoc ſacrm̃ in eo, q ipſum percipit in cõſcientia peccati mortalis nõ operat̃ remiſſionẽ peccati. Põt tñ hoc ſacrm̃ operari remiſſionẽ peccati dupliciter.[q] Vno mõ non perceptũ actu, ſed uoto, ſicut cũ q̃s prius iuſtificat̃ a peccato. Alio mõ ẽt perceptũ ab eo, q eſt in peccato mortali, cuius cõſciẽtiã, & affectũ non habet: forte.n. primo non fuit ſufficienter contritus: ſed deuote, & reuerenter accedens, conſequetur per hoc ſacramentum gratiam charitatis; quæ contritionem perficiet, & remiſſionem peccati.

AD PRIMVM ergo dcdm̃, quod petimus vt hoc ſacrm̃ ſit ablutio ſcelerũ: uel eorũ, quorũ conſciẽtiã nõ habemus (ſm̃ illud. Pſ.18. Ab occultis meis munda me Domine) uel ut contritio in nobis perficiatur ad ſcelerum remiſſionem: vel etiam ut nobis robur detur ad ſcelera uitanda.

AD II dicendũ, q̃ baptiſmus eſt ſpiritualis generatio, quæ eſt mutatio de non eſſe ſpirituali in eſſe ſpirituale, & datur per modũ ablutionis, & ideo quantũ ad utrũq; non inconuenienter accedit ad baptiſmũ, qui habet conſcientiã peccati mortalis: ſed per hoc ſacrm̃ hõ ſumit in ſe Chriſtum per modum ſpiritualis nutrimenti, quod non competit mortuo in peccatis, & ideo non eſt ſimilis ratio.

AD III dcdm̃, q̃ gratia eſt ſufficiens cã remiſſionis peccati mortalis: non tñ actu remittit̃ peccatũ mortale, niſi cũ primo dat̃ peccatori: ſic autẽ non datur in hoc ſacramẽto. vñ rõ non ſequitur.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum per hoc ſacramentum remittantur peccata uenialia

Sen. 4. ſ. d. 12. q. 2. ar. 4.

per. 1

472

ADQVARTVM ſic proceditur. Vr̃ q̃ per hoc ſacramentum non remittantur peccata uenialia. Hoc.n. ſacrm̃, ut Aug. dicit ſuper Ioan. eſt ſacramentum charitatis: ſed uenialia peccata non contrariantur[h] charitati, ut in ſecunda parte[†] habitũ eſt, cum ergo contrarium tollatur per ſuum contrarium, uidetur quòd peccata uenialia per hoc ſacramentum non remittantur.

¶2 Præt. Si peccata uenialia per hoc ſacrm̃ remittantur, qua rõe remittitur unum, remittuntur & oĩa: ſed non vr̃ q̃[k] oĩa remittantur: quia ſic frequenter aliquis eſſet abſq; omni peccato veniali, contra id, quod dicitur 1. Io.1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus. non ergo per hoc ſacramentum remittitur aliquod peccatum ueniale.

¶3 Præt.[h] Contraria mutuo ſe expellunt: ſed peccata uenialia non prohibent a perceptione huius ſacramenti: dicit enim Aug.* ſuper illud Ioan. 6 Patres ueſtri manducauerunt manna in deſerto, & mortui ſunt, Innocentiam, inquit, ad altare apportare, peccata, etſi ſunt quotidiana, non ſint mortifera. ergo neque peccata uenialia per hoc ſacramentum tolluntur.

SED CONTRA eſt, q̃ Innocentius III.* dicit, q̃ hoc ſacramẽtũ uenialia delet, & cauet mortalia.

RESP. Dcdm̃, q̃ in hoc ſacro duo poſſunt conſiderari, ſ. ipſum ſacramentum, & res ſacramenti, & ex utroq; apparet, q̃ hoc ſacramentum habet uirtutem ad remiſſionem uenialium peccatorum. Nam hoc ſacrm̃ ſumitur ſub ſpecie cibi nutrientis: nutrimentum aũt cibi eſt neceſſarium corpori ad reſtaurandum id, quod quotidie deperditur per actionẽ caloris naturalis. Spũaliter aũt quotidie aliquid in nobis deperditur ex calore concupiſcentię per peccata uenialia, quæ diminuunt feruorem charitatis, ut in Secunda parte* habitũ eſt & iõ cõpetit huic ſacramento, vt remittat peccata uenialia. vñ. & Amb.† dicit in libro de ſacr̃s q̃ iſte panis quotidianus ſumitur in remedium quotidianæ infirmitatis. Res aũt huius ſacramenti, eſt charitas non ſolum quantum ad habitum. ſed ẽt quantum ad actum, qui excitatur in hoc ſacramẽto: per* quod peccata uenialia ſoluũtur. unde manifeſtum eſt, q̃[m] virtute huius ſacramenti remittuntur peccata uenialia.[n]

AD PRIMVM ergo dicendum, q peccata uenia

Inf. q.87. art.3.cor. & 4.di.12. q.2.art.1. q.1.cor. & ar.2.q. 1. per totum Tract. 26. in Ioan. a me. to.9. Et refert de conſe. d.2.c. Huſacramentum. t.1. c.88.ar.1. & 2.

Tra.26.in Io.parum ante med. to.9.

In li.4. de ſacro myſterio altaris. ca.44. ante me.

*2.2.q.24. at.10 Li.5.c.4.a me.to.4.

*Al. queu concl.m

lis, etſi nõ cõtrarianť charitati, quantum ad habi- F tum: contrariantur tamen ei, quantum ad feruorem actus, qui excitatur per hoc ſacramentum: ratione cuius peccata uenialia tolluntur.

AD II dicendũ, ꝙ illud uerbum non eſt intelligendum, quin aliqua hora poſſit hõ eſſe abſq; omni reatu peccati uenialis: ſed quia uitam iſtam ſancti non ducunt ſiue peccatis venialibus.

AD III dicẽdũ, ꝙ maior eſt uirtus charitatis, cuius eſt hoc ſacrm̃, q̃ venialium peccatorum. Nam charitas tollit per ſuum actum peccata uenialia, quæ tamen non poſſunt totaliter impedire actum G charitatis, & eadem ratio eſt de hoc ſacramento.

ARTICVLVS V.

Vtrum per hoc ſacramentum tota pœna peccati remittatur.

porr. o. 473

AD QVINTVM ſic ꝓcediť. Vr̃ ꝙ per hoc ſacrm̃ tota pœna peccati remittať. Hõ. n. ꝑ hoc ſacrm̃ ſuſcipit in ſe effectũ paſſionis Chr̃i (ut dictũ eſt [e]) ſicut, [h] & ꝑ baptiſmũ: ſed ꝑ baptiſmũ percipit hõ remiſſionẽ H ois pęnę, virtute paſſionis Chr̃i q̃ ſufficiẽter ſatisfecit ꝓ oibus pc̃tis, ut ex ſupradictis † patet. ergo vr̃ ꝙ ꝑ hoc ſacrm̃ hoi remittatur totus reatus pœnæ.

Q. 69. ar. 2.

¶ 2 Prę. Alexãder Papa dicit, Nihil in ſacrificiis maius eſſe põr, q̃ corpus, & ſanguis Chr̃i: ſed ꝑ ſacrificia ueteris legis, hõ ſatisfaciebat ꝓ peccatis ſuis: dr̃ .n. Leuit. 4. & 5. Si peccauerit hõ, offerret hoc, uel illud pro pc̃tõ ſuo, & remittetur ei. ergo multo magis hoc ſacrm̃ [h] valet ad remiſſionem ois pœnæ.

Alexander 1. in epi. ad omnes orth. poſt me diũ. illius.

¶ 3 Prę. Conſtat ꝙ ꝑ hoc ſacrm̃ aliquid de reatu pęnæ dimittitur: vñ & in ſatisfactionẽ, aliq̃bus iniungiť, ꝙ ꝓ ſe miſſas faciant celebrari: ſed [h] qua rõne una pars pęnę dimittiť, eadem rõe & alia: cũ uirtus Chr̃i, q̃ in hoc ſacrõ continetur, ſit infinita. ergo videtur, ꝙ per hoc ſacramentum tota pœna tollať.

SED CONTRA eſt, ꝙ ſm̃ hoc E nõ eſſet hoi alia pęna iniũgẽda ſicut nec baptizato, iniũgitur.

RESP. dicẽdũ, ꝙ hoc ſacrm̃ ſimul eſt ſacrificiũ, & ſacrm̃: ſed rõem ſacrificii habet, inquãtũ offerť: rõnem aũt ſacri inquantũ ſumiť. Et iõ effectũ ſacri habet in eo, qui ſumit: effectũ ãt ſacrificij in eo, qui offert, uel in his, pro quibus offerť. Si igitur conſideretur vt ſacrm̃, habet effectũ dupliciter. Vno mõ, directe ex ui ſacri, alio mõ, quaſi ex quadã concomitantia: ſicut & circa continẽtiã ſacri dictũ eſt. [a] Ex vi quidẽ ſacri, directe habet illũ effectũ, ad quẽ eſt inſtitutũ. Nõ eſt aũt inſtitutum ad ſatisfaciendũ, ſed ad ſpiritualiter nutriendũ per unionẽ ad Chriſtũ, & ad mẽbra eius: ſicut & nutrimentũ uniť nutrito, ſed q̃a hæc vnitas fit per charitatem ex cuius feruore aliq̃s conſequiť remiſſionẽ nõ ſolũ culpæ, ſed ẽt pęnæ, inde eſt, ꝙ [m] ex conſequenti per quandã concomitantiã ad principalẽ effectũ, hõ conſequiť remiſſionẽ pęnę, non quidẽ totius, ſed ſm̃ modũ ſuę deuotionis, & G feruoris. [n] Inquantũ uero eſt ſacrificiũ, habet vim ſatisfactiuã, ſed in ſatisfactione magis attenditur affectus offerentis, q̃ quantitas oblationis, vñ & Dñs dicit Luc. 21. de vidua, quæ obtulit duo æra, ꝙ plꝰ oibus miſit. [p] Quamuis ergo hæc oblatio ex ſui quantitate, ſufficiat ad ſatisfaciendum pro oĩ pęna tñ fit ſatisfactoria illis, pro quibus offertur, uel etiam offerentibus, ſecundum quantitatem ſuæ deuotionis, & non pro tota pœna. [q]

Q. 76. ar. 1. & 2.

concl. m

concl. p

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, ꝙ ſacrm̃ baptiſmi directe ordinatur ad remiſſionem pœnæ, & culpæ, nõ H aũt euchariſtia: q̃a baptiſmus dať hoi quaſi commorienti Chriſto; Euchariſtia aũt quaſi nutriẽdo, & ꝑficiendo ꝑ Chriſtũ. unde nõ eſt ſimilis ratio.

AD II dicendum ꝙ alia ſacrificia, & oblationes non operantur remiſſionẽ totius pęnæ, neq; quantũ ad quantitatẽ oblati (ſicut hoc ſacrificiũ) neq; quantum ad deuotionem hois, ex qua contingit, quòd etiam hic non tollitur tota pœna.

AD III dicẽdũ, ꝙ hoc, ꝙ tolliť pars pœnę, & nõ tota pœna ꝑ hoc ſacrm̃, nõ cõtingit ex defectu uirtutis Chr̃i, ſed ex defectu deuotionis humanæ.

SVP. QV. LXXIX. ART. VI.

Sot. 4. ſ. d. 11. q. 2. ar. 5.

4. d. 4. q. 2. a. 1. q. 2. ad 3. & d. 12. q. 2. art. 2. q. 3. Art. 1. & 2.

IN art. 5. duo ualde notabilia ſunt. Primũ eſt, ꝙ oblatio Euchariſtiæ ex ſui quantitate ſufficit ad ſatiſfaciendũ pro omni pęna: ſm̃ eſt, ꝙ hęc oblatio, ſit ſatisfactoria offerentibus, uel pro q̃bus offertur ſm̃ quantitatem ſuę deuotionis.

¶ Ex primo dicto habes, ꝙ una miſſa ex parte ſui eſt ſatisfactoria ꝓ pęnis oium peccatorum, tam uiuentiũ q̃ mortuorũ: qm̃ ut ſic, eſt ualoris infiniti, qm̃ Chrs offerť. Ex ſecundo aũt dicto habes, ꝙ una miſſa nõ perdit iuris ſatisfactionis ſuæ pro primo offerente ex hoc ꝙ pro ſecundo, tertio, quarto, quinto &c. offertur: ſicut quantitas deuotionis unius nihil tollit de quantitate deuotionis alterius. Vñ argnẽdi, inſtruẽdiq; ſimul ſunt hoies ignorãter petentes, uel exigentes pro ſua eleemoſyna totam ſibi miſſam dari, aut ſuo defuncto: nihil. n. minus ip ſe habebit, ſimile alii petant eandem miſſam pro ſeipſis, & aliis defunctis, q̃ ſi ꝓ ipſo ſolo celebraretur: immo ex hmõi tudeuotione ſic petẽtis damnũ uř incurrere, quod minus ſibi prodeſſet. Diffuſius ãt ſorte hic ſcriberem [a] de hac re, niſi in primo quolibeto, noſtro iam edito diffuſe hęc ueritas declarata fuiſſet ex auctoritate huius literę cum multis aliis &c. Et hæc de q. 79. ſufficiant.

ARTICVLVS VI.

Vtrum per hoc ſacramentum præſeruetur homo a peccatis futuris.

Sot. 4. ſ. d. 11. q. 2. ar. 6.

por. o 474

AD SEXTVM ſic procedť. Vr̃ ꝙ per hoc ſacrm̃ non præſeruetur hõ a peccatis futuris. Multi. n. digne ſumentes hoc ſacrm̃, poſtea in peccatũ cadunt: quod non accideret, ſi hoc ſacrm̃ [h] præſeruaret a peccatis futuris: non ergo effectus huius ſacramenti eſt, a peccatis futuris præſeruare.

4. di. 12. q. 2. ar. 2. q. 2 ad 1. & di. 45. q. 2. ar. 3. q. 1. ad 3

¶ 2 Præt. Euchariſtia eſt ſacramentum charitatis, ut ſupra [1] dictum eſt: ſed charitas [h] non uidetur ꝓſeruare a peccatis futuris: quia ſemel habita poteſt amitti per peccatum, ut in 2. parte † habitum eſt. ergo videtur, ꝙ nec hoc ſacramentum præſeruet hominem a peccato. E

Art. 4. huius q. ad 3. 2. 2 q. 24. 2.

¶ 3 Præt. Origo peccati in nobis, eſt lex peccati, quæ eſt in membris noſtris, ut patet per Apoſt. Ro. 7. ſed mitigatio fomitis, qui eſt lex peccati, nõ ponitur effectus huius ſacramenti: ſed magis baptiſmi. ergo præſeruare a peccatis futuris, nõ eſt effectus huius ſacramenti.

SED CONTRA eſt, ꝙ Dñs dicit Io. 6. Hic eſt panis de cęlo deſcendens, ut ſi quis ex ipſo manducauerit, non moriatur: quod quidem manifeſtum eſt, non intelligi de morte corporali. ergo intelligitur, ꝙ hoc ſacramentum præſeruet a morte ſpirituali, quæ eſt peccatum. *

* alias quę eſt ꝑ peccatum.

RE-

A Resp. dcđm, ꝙ peccatum eſt quędā ſpiritualis mors aīę: vnđ: hoc modo pſeruatur aliqs a peccato futuro, quo præſeruat̃ corpus a morte futura: qđ quidē fit dupliciter: uno modo, inquantū natura hoīs interius roborat̃ cōtra interiora corruptiua, & ſic præſeruat̃ a morte ꝑ cibū, & medicinam. Alio modo per hoc, ꝙ munit̃ cōtra exteriores impugnationes, & ſic pſeruatur per arma, qb. munitur corpus: [m] utroque aūt modo, hoc ſacr̄m pſeruat a peccato. [concl. m] Nā primo quidē per hoc, ꝙ Chr̄o coniungit per grām, roborat ſpūalem uitam hoīs, tanquā ſpūalis cibus, & ſpūalis medicina, ſm̄ illud B pſ. 103. Panis cor hoīs confirmat, & Aug.* dicit ſuper Io. Securus accede, panis eſt, non uenenū. [Trac. 26. I Io. a med. tom. 9.] Alio modo, inquantū eſt quoddā ſignū paſsionis Chr̄i, per quam uicti ſunt dæmones, repellit oēm dęmonum impugnationem: unde Chriſo.* dicit ſuper Io. Vt leones flammam ſpirantes, ſic ab illa menſa diſcedimus terribiles effecti diabolo. [Hom. 45. I Io. a med. illius to. 3.]

Ad primvm ergo dcđm, ꝙ effectus huius ſacr̄i recipitur in hoīe, ſm̄ hoīs conditionem: ſicut cōtingit de qualibet cauſa actiua, ꝙ eius effectus recipitur in materia, ſm̄ modū materiæ. C Hō aūt in ſtatu uiæ eſt huius conditionis, ꝙ liberū arbitriū eius pōt flecti in bonū, & malū, vñ licet hoc ſacr̄m quātū eſt de ſe, hēat uirtutē præſeruatiuā à peccato, non tñ aufert homini poſſibilitatem peccandi.

Ad ii dcđm, ꝙ ēt charitas, quantū eſt in ſe, pſeruat hoīem a peccato, ſm̄ illud Rom. 13. Dilectio proximi, malum non operatur: ſed ex mutabilitate liberi arb. contingit, ꝙ aliquis poſt habitā charitatē peccat, ſicut & poſt ſuſceptionē huius ſacr̄i.

Ad iii dcđm, ꝙ licet hoc ſacr̄m non directe ordinetur ad diminutionem fomitis, diminuit tñ fomitem D ex quadam conſequentia, inquantū auget charitatem, quia ſicut Aug.* dicit in lib. 83. Quæſtionum, augmentum charitatis eſt diminutio cupiditatis. [Q. 36. paulo à princ. to. 4.] Directe autem confirmat cor hoīs in bono, per quod etiam præſeruatur homo à peccato.

Articvlvs vii.

Vtrum hoc ſacramentum proſit aliis, quàm ſumentibus.

Sot. 4. ſ. d. 12 q. 2. ar. 7. Gab. 4. d. 12. q. 2.

[Verr. c. 475] Ad septimvm ſic ꝑcedit̃. Videtur ꝙ hoc ſacramentum non proſit niſi ſumenti. Hoc. n. ſacr̄m eſt [h] unius generis cum aliis ſacramentis, vt pote aliis condiuiſum, ſed alia ſacramenta nō proſunt niſi ſumentibus, ſicut effectum baptiſmi non ſuſcipit niſi baptizatus. E ergo nec hoc ſacramentū prodeſt aliis niſi ſumenti. [Sup. q. 78. ar. 3. ad 8. Et p̃hci q. a. 5. cor. Et 4. d. 12. q. 2. a. 2. q. 2. ad 4. Et d. 45. q. 2. a. 3. q. 1. ad 3. Et 10. 6. lec. 6 fin.]

¶2 Præt. Effectus [h] huius ſacr̄i eſt adeptio gratiæ, & gloriæ, & remiſſio culpę ad minus uenialis. ſi ergo hoc ſacr̄m haberet effectum in aliis, q̄ in ſumentibus, poſſet contingere, ꝙ aliquis adipiſceretur, & gratiam, & gloriam, & remiſſionem culpæ, abſq; actione, & paſſione propria, alio ſumente, uel offerente hoc ſacramentum.

¶3 Præ. Multiplicata cauſa, multiplicatur effectus. ſi ergo hoc ſacramentum prodeſſet aliis, q̄ ſumentibus, ſequeretur ꝙ magis prodeſſet alicui, ſi multi ſumerent hoc ſacramentum, multis hoſtiis in A una miſſa conſecratis, quod non habet eccleſiæ cōſuetudo, ut. ſ. multi communicent pro alicuius ſalute. non ergo uidetur quòd hoc ſacramentū proſit niſi ſumenti.

Sed contra eſt, ꝙ in celebratione huius ſacr̄i ſit pro multis aliis deprecatio, quod fruſtra fieret, niſi hoc ſacramentum aliis prodeſſet. hoc ergo ſacramentum non ſolum ſumentibus prodeſt.

Resp. dcđm, ꝙ (ſicut prius* dictum eſt) hoc ſacr̄um non ſolum eſt ſacr̄m, ſed etiam eſt ſacrificiū: [Ar. 5. hu͂ quæſt.] inquantum. n. in hoc ſacr̄o repræſentatur paſsio Chriſti, qua Chriſtus obtulit ſe hoſtiam Deo (ut B dr̄ Eph. 5.) habet rōnem ſacrificij, inquantum uero in hoc ſacr̄o traditur inuiſibilis gratia ſub uiſibili ſpē, hēt rōnem ſacr̄i. ſic ergo [m] hoc ſacr̄m ſumentibus quidem prodeſt, & per modū ſacr̄i, & ꝑ modum ſacrificii: [concl. m] [n] quia pro omnibus ſumentib. offertur: dr̄. n. in canone miſſæ, quotquot ex hac altaris participatione, ſacroſanctum filii tui corpus, & ſanguinē ſumpſerimus omni benedictione cæleſti, & gr̄a repleamur, ſed [p] aliis, qui non ſumūt, prodeſt per modum ſacrificii, inquantum pro ſalute eorū offertur, [concl. p] C ¶ vnde & in canone miſſæ dr̄, Memēto dñe ſamulorum famularumq; tuarum, pro quibus tibi offerimus, uel q tibi offerūt, hoc ſacrificiū laudis, ꝓ ſe, ſuiſq; omnibus, pro redemptione animarū ſuarū, pro ſpe ſalutis, & incolumitatis ſuæ, & utrumq; modum proficiendi Dominus expreſſit, dicens Matth. 26. & Luc. 25. Qui pro uobis, ſ. ſumentibus, & pro multis, ſ. aliis, effundetur in remiſſionem peccatorum.

Ad primvm ergo dcđm, ꝙ hoc ſacramentum præ aliis habet, quòd eſt ſacrificium. & ideo non eſt ſimilis ratio.

D Ad ii dcđm, quòd ſicut paſſio Chriſti prodeſt quidem oībus, quantū ad ſufficientiam, & ad remiſſionem culpę, & adeptionem gratię, & glorię: ſed effectum nō habet niſi in illis, qui paſſioni Chriſti coniunguntur per fidem, & charitatem: [Nota ēt oēs & contra hæreticos.] ita & hoc ſacrificiū, quod eſt memoriale dominicę paſſionis, non habet effectum niſi in illis, qui coniunguntur huic ſacramento per fidem, & charitatē: unde & Aug.* dicit ad Renatum, Quis offerat corpus Chriſti niſi pro his, qui ſunt membra Chriſti? [In li. de anima, & eius origine c. 9. l. 7] E unde & in canone miſſæ non oratur pro his qui ſunt extra eccleſiam; illis tamen prodeſt plus, uel minus, ſecundum modum deuotionis eorum.

Ad iii dcđm, quòd ſumptio pertinet ad rōnē ſacr̄i, ſed oblatio pertinet ad rōnē ſacrificij. Et iđ ex hoc quòd aliquis ſumit corpus Chr̄i, uel ēt plures, ñ accreſcit alijs aliqđ iuuamētū. Silr̄ ēt ex hoc, quòd ſacerdos plures hoſtias cōſecrat in una miſſa, nō multiplicat̃ effectus huius ſacr̄i; quia nō eſt niſi unū ſacrificiū: nihil. n. plus eſt uirtutis in multis hoſtiis cōſecratis, q̄ in una, cū ſub oibus, & ſub una non ſit niſi totus Chr̄s, unde nec ſi aliquis ſimul in vna miſſa multas hoſtias cōſecratas ſumat, participabit maiorē effectū ſacr̄i. In plurib. uero miſſis multiplicatur ſacrificii oblatio. & ideo multiplicatur effectus ſacrificii, & ſacramenti.

AR-

ARTICVLVS VIII.

Vtrum per ueniale peccatum impediatur effectus huius ſacramenti.

Sot.4.ſ.d 11.q.1.ar.8

Ferr. e.

476 AD OCTAVVM ſic procedit̃. Vr̃ ꝙ per ueniale peccatũ nõ impediatur effectus huius ſacr̃i. Dicit.n.Aug.* ſup illud Io.6. Patres ueſtri manducauerunt manna,&c. Panẽ cęleſtẽ ſpũaliter mãducate, innocentiã ad altare portate, peccata etſi sũt quotidiana, nõ ſint mortifera. Ex quo patet ꝙ uenialia peccata, q̃ quotidiana dñr, & ſpũalẽ mãducationem non impediunt: ſed ſpũaliter manducãtes, effectũ[h] huius ſacr̃i percipiunt. ergo peccata venialia non impediunt effectum huius ſacramẽti.

(4.d.12.q.2.a.1 q.3. Et a.2.q.1 ad 2. *Trac.26. in Io. post med. t.9.)

F

G

¶2 Præt. Hoc ſacr̃m non[h] eſt minoris uirtutis, q̃ baptiſmus: ſed effectum baptiſmi (ſicut ſ̃.† dictũ eſt) impedit ſola fictio, ad quã nõ pertinẽt peccata uenialia: q̃a ſicut Sap.1. dr̃, Spiritusſanctus diſciplinę effugiet fictũ: q̃ tñ per peccata uenialia nõ fugat̃. ergo neq; effectũ hui' ſacr̃i ipediũt pc̃tã uenialia. (Q.69.ar.9)

¶3 Præt. Nihil qđ[h] remouet̃ per actiorẽ alicuius cauſæ, põt impedire eius effectũ: ſed peccata uenialia tolluntur per hoc ſacramentum. ergo non impediunt eius effectum.

SED CONTRA eſt, ꝙ Dam.* dicit in 4 lib. Ignis eius, q od in nobis eſt, deſiderii, aſſumens eã, quæ ex carbone. i. ex hoc ſacr̃o, ignitionẽ, cõburat nr̃a pc̃tã, & illuminet corda noſtra, ut participatione diuini ignis igniamur, & deificemur: ſed ignis nr̃i deſiderij, uel amoris impedit̃ p̃ peccata uenialia, q̃ ĩpediũt feruorẽ charitatis, ut in 2.par.* habitũ eſt. ergo peccata uenialia ipediunt effectũ huius ſacr̃i. (Li.4.orth. fid. ca.14. a med. — *1.2.q.81 a.4. Et 2.2 q.24.a.10)

H

RESP. dcẽm, ꝙ peccata uenialia dupliciter accipi poſsũt, uno mõ, prout ſunt præterita, alio mõ, prout ſunt actu exercita. [m] Primo quidẽ mõ, peccata uenialia nullo modo impediũt effectũ huius ſacr̃i. [n] Põt.n. contingere, ꝙ aliquis poſt multa peccata uenialia commiſſa, deuote accedat ad hoc ſacr̃m, & plenarie huius ſacr̃i conſequat̃ effectũ. [p] Secundo aũt mõ, peccata uenialia non ex toto impediunt huius ſacr̃i effectũ, ſed in parte. [q] Dictum eſt enim,* ꝙ effectus huius ſacramenti non ſolum eſt adeptio habitualis gratię, uel charitatis, ſed ẽt quędam actualis refectio ſpũalis dulcedinis, quæ quidem impeditur, ſi aliquis accedat ad hoc ſacr̃m. p̃ peccata uenialia mente diſtractus: non aũt tollitur augmentum habitualis gratiæ, uel charitatis. (concl. m — concl. p — Ar.1.& 2. huius q.)

I

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ ille, qui cũ actu uenialis peccati ad ſacramentum accedit, habitualiter quidem manducat ſpiritualiter, ſed nõ actualiter. Et ideo habitualem effectum huius ſacramẽti percipit, non autem actualem.

K

AD II dcẽm, ꝙ baptiſmus non ita ordinat̃ ad actualẽ effectum, i. feruorẽ charitatis, ſicut hoc ſacramentũ. Nam baptiſmus eſt ſpiritualis regeneratio, per quã acquiritur prima perfectio, q̃ eſt habitus, uel formæ, hoc. aũt ſacramẽtum eſt ſpiritualis manducatio, quæ habet actuale delectationẽ.

AD III dcẽm, ꝙ illa ratio procedit de uenialib. præteritis, quæ per hoc ſacramentum tolluntur.

QVAESTIO LXXX.

De uſu, ſeu ſumptione huius ſacramenti in communi, in duodecim articulos diuiſa.

DEINDE conſiderãdũ eſt de uſu, ſiue ſumptione huius ſacr̃i. Et primo quidem, in cõi. Secũdo, quomodo Chriſtus eſt uſus hoc ſacramento.

Circa primum quæruntur duodecim.

¶Primo, Vtrum ſint duo modi manducandi hoc ſacramentum, ſ. ſacramẽtaliter, & ſpiritualiter.

¶Secundo, Vtrum ſoli homini conueniat manducare ſpiritualiter hoc ſacramentum.

¶Tertio, Vtrum ſolius hominis iuſti ſit manducare ſacramentaliter.

¶Quarto, Vtrum peccator manducans ſacramentaliter, peccet.

¶Quinto, De quantitate huius peccati.

¶Sexto, Vtrum peccator accedens ad hoc ſacramentum ſit repellendus.

¶Septimo, Vtrũ nocturna pollutio impediat hominem a ſumptione huius ſacramenti.

¶Octauo, Vtrum ſit ſolum a ieiunis ſumendum.

¶Nono, Vtrum ſit exhibendum non habentibus uſum rationis.

¶Decimo, Vtrum ſit quotidie ſumendum.

¶Vndecimo, Vtrum liceat omnino abſtinere.

¶Duodecimo, Vtrum liceat percipere corpus ſine ſanguine.

ARTICVLVS I.

Vtrum diſtingui debeant duo modi manducandi corpus Chriſti.

Alb.Mag.4.diſt.9.art.1. Sot.4.ſ.d.12.q.1.ar.1.

Ferr. e.

477 AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur quòd nõ debeant diſtingui duo modi manducãdi corpus Chriſti, ſcilicet ſacramentaliter, & ſpiritualiter, ſicut enim baptiſmus eſt ſpiritualis regeneratio, ſecundum illud Ioan.3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritusſancto, &c. ita etiam ſacramentum eſt ſpiritualis cibus, unde Dominus de hoc ſacramento loquens dicit Ioan.6. Verba, quæ ego locutus ſum uobis, ſpiritus, & uita ſunt: ſed circa[h] baptiſmum non diſtinguitur duplex modus ſumendi, ſcilicet ſacramentalis, & ſpiritualis. ergo neque circa hoc ſacramentum debet hæc diſtinctio adhiberi. (Inf.a.2.& 1.cor. Et 4 d.9.a.1.q.1. ad 1. & q.4. prol. Et Io.6.le.7. Et 1.co.11.lect.7. fi. Et opp. 58.c.17.18.19.& 20.)

¶2 Præt. Ea, quorum unum eſt propter alterum, non debent abinuicem diuidi quia unum ab alio ſpeciem trahit: ſed ſacramentalis manducatio ordinatur ad ſpiritualem, ſicut ad finem. non ergo debet h ſacramentalis manducatio contra ſpiritualem diuidi.

¶3 Præter. Ea, quorum unum non poteſt eſſe ſine altero, non debent contra ſe diuidi, ſed uidetur[k] quòd nullus poſſit manducare ſpiritualiter, niſi etiam ſacramentaliter manducet, alioquin antiqui patres hoc ſacramentum ſpiritualiter manducaſſent, fruſtra etiam eſſet ſacramentalis manducatio, ſi ſine ea ſpiritualis eſſe poſſet. non igitur conuenienter diſtinguitur circa hoc ſacramentum duplex manducatio, ſcilicet ſacramentalis, & ſpiritualis.

A [Gl. ord. ib.] SED CONTRA, ꝙ ſuper illud 1. Corin. 11. Qui manducat, & bibit indigne, &c. dicit gl.* Duos dicimus eſſe modos manducandi: unum ſacramentalem, & alium ſpiritualem.

RESP. Dicēdum, ꝙ in ſumptione huius ſacr̄i duo ſunt conſideranda. ſ. ipſum ſacr̄m, & effectus ipſi*, [Q. præc.] de quorum utroque iam ſupra* dictum eſt. Perfectus igitur modus ſumendi hoc ſacr̄m, eſt qñ aliquis ita hoc ſacr̄m ſuſcipit, ꝙ percipit eius effectū, [Q. præc. ar. 1. 7. & 8.] contingit autem qñque (ſicut ſupra dictum eſt*) ꝙ aliquis impedit̄ a percipiendo effectu huius ſacr̄i: & talis ſumptio huius ſacr̄i eſt imperfecta]. Sicut ig.ī perfectum contra imperfectum diuiditur, B [concl. m] ita ᵐ ſacramentalis manducatio, per quam ſumit̄ ſolum ſacr̄m ſine effectu ipſius, diuiditur cōtra ſpiritualem manducationem: per quam quis ꝑcipit effectum huius ſacramenti, ⁿ quo ſpūaliter homo Chriſto coniungitur per fidem, & charitatem.

AD PRIMVM ergo dicendum, ꝙ etiam circa baptiſmum, & alia hmōi ſacr̄a ſimilis diſtinctio adhibet̄: nam quidam ſuſcipiunt tm̄ ſacramentum, quidam uero ſacramentum, & rem ſacramēti. In hoc tñ differunt: C quia cum alia ſacramenta perficiātur in uſu materiæ, percipere ſacr̄m, eſt ipſa perfectio ſacramenti: hoc autem ſacramētum perficitur in conſecratione materiæ: & iō vterque vſus eſt cōſequens hoc ſacr̄m. In baptiſmo ēt, & aliis ſacramentis characterem imprimentibus, illi, qui accipiunt ſacramentum, recipiunt aliquem ſpūalem effectū, ſ. characterem, quod non accidit in hoc ſacr̄o. Et ideo, magis in hoc ſacramento diſtinguitur uſus ſacramentalis a ſpirituali, quàm in baptiſmo.

[Q 66 a. 11 q. 68 ar. 2 q. 73. ar. 3] AD II dicendum, quòd ſacramentalis manducatio, quæ pertingit ad ſpiritualem, non diuidit̄ contra ſpiritualem, ſed includitur ab ea: D ſed illa ſacramentalis manducatio contra ſpiritualem diuidit̄, quæ effectum non conſequitur: ſicut imperfectum quod non pertingit ad perfectionem ſpeciei, diuiditur contra perfectum.

AD III dicendum, quòd (ſicut ſupra dictū eſt*) effectus ſacramenti poteſt ab aliquo percipi, ſi ſacramentum habeat in uoto, quamuis non accipiat in re. Et iō, ſicut aliqui baptizantur in baptiſmo flaminis propter deſiderium baptiſmi, antequam baptizentur baptiſmo aquæ; ita etiam aliqui manducant ſpiritualiter hoc ſacramentum antequā ſacramentaliter ſumant: E ſed hoc contingit dupliciter: uno modo propter deſiderium ſumēdi ipſum ſacramentum, & hoc modo dicuntur baptizari, & manducare ſpiritualiter, & non ſacramentaliter, illi qui deſiderant ſumere, hæc ſacramenta iam inſtituta: alio modo propter figuram, ſicut dicit apoſtolus 1. Cor. 10 Quòd antiqui patres baptizati ſunt in nube, & in mari, & quòd ſpiritualem eſcam manducauerunt, & ſpiritualem potum biberunt: nec tamen fruſtra adhibetur ſacramentalis manducatio: quia plenius inducit ſacramenti effectum ipſa ſacramenti ſuſceptio, quàm ſolum [Q. 69. ar. 4 ad 2. & q. 66. a. 11. & 12.] deſiderium: ſicut ſupra circa baptiſmum dictum eſt.*

A ARTICVLVS II.

Vtrum ſolius hominis ſit hoc ſacramentū ſpūaliter ſumere [part. 3]
Sot. 4. ſ. d. 12. q. 1. a. 2.

[478 4. d. 9. ar. 2. q. 3. & 4. & 1. Cor. 11. le. 7.] AD SECVNDVM ſic proceditur. Vr̄ ꝙ non ſolius hois ſit hoc ſacramentum ſpūaliter ſumere ſed ēt angelorum: quia ſuper illud Pſ 77. Panē angelorū manducauit hō, dicit gloſſa, i. corpus Chriſti, qui eſt uere cibus angelorum: ſed hoc nō eſſet, ſi angeli ſpūaliter Chriſtum non manducarent. ergo angeli ſpiritualiter ʰ Chriſtum manducant.

¶2 [Tra. 26. in Io. c. 9.] Præt. Aug.† dicit ſuper Ioā. Hunc cibū, & potū ʰ ſocietatē uult intelligi corporis, & mēbrorū ſuorū B [Alias q̄d] q̄* eſt eccl̄a in prædeſtinatis: ſed ad iſtā ſocietatē non ſolum pertinent hoīes, ſed etiam ſancti angeli. ergo ſancti angeli ſpiritualiter manducant.

¶3 Præt. Aug.* in lib. de uerbis Dñi dicit, Spūalr mādūcādus eſt Chr̄s, qm̄ ipſe dicit, qui manducat meā carnē, & bibit meū ſanguinē, in me manet, ʰet ego in eo: ſed hoc cōuenit non ſolum hoībus, ſed ēt ſanctis angelis: in quibus per charitatē eſt Chriſtus, & ipſi in eo. ergo vr̄ ꝙ ſpiritualiter manducare, non ſolum ſit hominum, ſed etiam angelorum.

C [Tra. 26. in Io. parum poſt me i. c. 9. refert de conſ. d. 2. c. Panē de altari.] SED CONTRA eſt, ꝙ Aug.† dicit ſuper Io. Panē de altari ſpiritualiter manducare, innocentiam ad altare portate: ſed angelorum non eſt accedere ad altare, tanquam aliquid inde ſumpturi. ergo angelorum non eſt ſpiritualiter manducare.

RESP. Dcd̄m, ꝙ in hoc ſacr̄o continet̄ ipſe Chr̄s: non quidem in ſpecie propria, ſed in ſpecie ſacramenti. Duplr̄ ergo contingit manducare ſpūaliter ipſum Chriſtum: uno mō, prout in ſpecie propria conſiſtit: & hoc mō angeli māducāt ſpūaliter ipſū Chriſtū, inquantū ei uniunt̄ fruitione charitatis ꝑfectæ, & uiſione manifeſta (quē panē expectamus D in patria) nō per fidē, ſicut nos ei hic unimur: alio mō contingit ſpūaliter māducare Chriſtū, ꝓut eſt ſub ſpeciebus huius ſacr̄i, inquantum. ſ. aliquis credit in Chriſtū cū deſiderio ſumendi hoc ſacramētum, qd̄ nō cōpetit angelis. [concl. m] Et iō ᵐ licet angeli ſpiritualiter māducent Chriſtum: non tñ cōuenit eis ſpiritualiter manducare hoc ſacramentum.ⁿ

AD PRIMVM ergo dcd̄m, ꝙ ſūptio Chriſti ſub hoc ſacr̄o, ordinat̄ ſicut ad finē ad fruitionē pr̄iæ, qua angeli eo fruunt̄. Et quia ea, q̄ ſunt ad finē, deriuātur a fine, inde eſt ꝙ iſta manducatio Chriſti, qua eum ſumimus ſub ſacr̄o, quodammō deriuat̄ E ab illa manducatione, qua angeli fruunt̄ Chriſto in patria. Et iō dr̄ homo manducare panem angelorum, q a primo, & principaliter eſt angelorum, q eo fruuntur in ſpecie propria: ſecundario autē eſt hominum, qui Chriſtum ſub ſacr̄o accipiunt.

AD II dicendum, ꝙ ad ſocietatem corporis myſtici pertinent quidem, & homines, & angeli, ſed hoīes per fidem, angeli autem per manifeſtam uiſionem: ſacramenta autem proportionant̄ fidei, ꝑ quam ueritas uidetur in ſpeculo, & in ænigmate. Et iō proprie loquendo, non angelis, ſed hominibus conuenit manducare ſpiritualiter hoc ſacramentum.

AD III dicendum, ꝙ Chriſtus manet in hominibus ſecundum præſentem ſtatum per fidem, ſed

in

in angelis beatis eſt per manifeſtam uiſionem, & F ideo non eſt ſimile, ſicut dictum eſt.*

In ſolutionibus pc. arg. 1. & 2. in iſto. ar. Ferr. e.

ARTICVLVS III.

Vtrum ſolus homo iuſtus poſſit Chriſtum ſacramentaliter manducare.

Sot. 4. ſ. d. 12. q. 1. ar. 3. Palud. d. 9. q. 2.

479

4. d. 9. ar. 2 q. 1. & 2. Et 2. 3. q. 2. c. ſi. Et d. 12. q. 1. a. 2. q. 2. cor. †Trac. 25. in Io. parũ à me me. 1. 9. refertur de cõſ. d. 2. c. Vt qd paras. § 2. 2. q 4. ar. 5. q. præ. a. 4. ad 3. arg.

AD TERTIVM ſic proceditur. Vr̃ q̃ nullus poſſit manducare Chr̃m ſacr̃aliter, niſi hõ iuſtus. Dicit.n. Aug. † in lib. de Remedio pœnitentiæ, ut quid paras dentem, & uentrem? crede, h & mãducaſti: credere.n. in eũ, hoc eſt panẽ uiuum manducare: ſed peccator non credit in eum quia nõ hẽt fidẽ formatã, ad quã pertinet credere in Deum, ut in ſecunda parte habitũ eſt,* ergo peccator nõ pt G manducare hoc ſacramẽtũ, quod eſt panis uiuus.

¶ 2 Præt. Hoc ſacr̃um maxime dr̃ eſſe ſacr̃um charitatis, ut ſupra dictũ eſt: † ſed ſicut infideles priuant̃ fide, ita oẽs peccatores priuant̃ charitate. Infideles ãt nõ uñr h poſſe ſacr̃aliter ſumere hoc ſacr̃m. cum in forma huius ſacramenti dicatur myſteriũ fidei. ergo pari ratione neque aliquis peccator poteſt corpus Chriſti ſacramentaliter manducare.

¶ 3 Præt. Peccator magis eſt abominabilis Deo, q̃ creatura rationalis: dr̃.n. in pſ. 48. De hoĩe peccatore, Hõ, cũ in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus H eſt illis: h aĩal brutum (puta, mus, aut canis) non põt ſumere hoc ſacr̃m: ſicut ẽt non põt ſumere ſacr̃um baptiſmi. ergo uidetur quòd pari ratione, neque peccatores hoc ſacramentum manducent.

Trac. 26. in Io. parũ à me. ſup illud: ego ſũ panis uitæ to. 9.

SED CONTRA eſt, q̃ ſuper illud Io. 6. (Patres ueſtri manducauerunt manna in deſerto, & mortui ſunt) dicit Aug. † Multi de altari accipiunt, & accipiendo moriuntur: unde dicit Apoſt. Iudicium ſibi manducat, & bibit: ſed non moriuntur ſumendo niſi peccatores. ergo peccatores corpus Chriſti ſacramentaliter mãducãt, & non ſolum iuſti.

RESP. Dcd̃m, q̃ circa hoc quidam antiqui errauerunt, dicentes q̃ corpus Chriſti, nec etiam ſacramentaliter à peccatoribus ſumitur, ſed q̃ cito labiis peccatoris cõtingit, tam cito ſub ſpeciebus ſa- I cramentalibus deſinit eſſe corpus Chriſti: ſed hoc eſt erroneum, derogat. n. ueritati huius ſacramenti, ad quam pertinet, ſicut ſupra dictum eſt*, q̃ manentibus ſpeciebus corpus Chriſti ſub eis eſſe nõ deſinat. Species autem manent, quandiu ſubſtãtia panis maneret, ſi ibi adeſſet, ut ſupra dictum eſt. † Manifeſtũ eſt aũt, q̃ ſubſtantia panis aſſumpta a peccatore, non ſtatim eſſe deſinit, ſed manet quandiu per calorẽ naturalem digeratur: unde tandiu corpus Chr̃i ſub ſpeciebus ſacramẽtalibus manet K a peccatoribus ſumptis unde dicendum eſt, q m peccator ſacramentaliter corpus Chriſti manducare poteſt, & non ſolum iuſtus.n

Q. 76. a. 6. ar. 3. Et q. 77. a. 8.

Q. 77. ar. 5 & 8. alicuius q.

concl. m

AD PRIMVM ergo dcd̃m, q̃ uerba illa, & ſimilia ſunt intelligenda de ſpũali manducatione, q̃ peccatoribus non conuenit. Et ĩõ ex prauo intellectu horum uerborũ uidet predictus error proceſſiſſe, dum neſcierunt diſtinguere inter corporalem, & ſpiritualem manducationem.

AD II dicendum, q̃ ẽt, ſi infidelis ſumat ſpecies F ſacr̃ales, corpꝰ Chr̃i ſub ſacr̃o ſumit: uñ mãducat Chr̃m ſacramentaliter, ſi ly ſacramentaliter, determinat uerbum ex parte manducati: ſi aũt ex parte manducantis, tunc proprie loquendo, non manducat ſacramentaliter: quia nõ utit̃ eo, qd̃ accipit, ut ſacr̃o, ſꝫ ut ſimplici cibo: niſi forte infidelis intẽderet recipere illud, qd̃ eccl̃ia cõfert, licet nõ hr̃et fidẽ uerã circa alios articulos, uel ẽt hoc ſacr̃um.

AD III dicẽdum, quòd ẽt ſi mus, uel canis hoſtiã conſecratã manducet, ſubſtãtia corporis Chr̃i non deſinit eſſe ſub ſpeciebus, quandiu ſpecies illæ manent: hoc eſt, quãdiu ſubſtantia panis maneret, ſicut ẽt ſi proiiceretur in lutũ, nec hoc uergit in detrimentũ dignitatis corporis Chriſti, qui G uoluit a peccatoribus crucifigi abſque diminutione ſuæ dignitatis, præſertim cũ mus, aut canis nõ tangat ipſum corpus Chriſti, ſm̃ propriam ſpẽm, ſed ſolũ ſm̃ ſpẽs ſacramentales: quidam aũt dixerũt, q̃ ſtatim cum ſacramentũ tangit̃ a mure, uel cane, deſinit ibi eſſe corpus Chriſti, qd̃ ẽt derogat ueritati ſacr̃i, ſicut ſupra dictũ eſt*: Nec tñ dicendum eſt, q̃ animal brutum ſacramẽtaliter corpus Chriſti manducet, quia non eſt natum uti eo ut ſacramento: uñ non ſacramentaliter, ſed p accidens corpus Chriſti manducat: ſicut manducaret H ille qui ſumeret hoſtiam conſecratam, neſciens eã eſſe conſecratam. Et quia id, qd̃ eſt per accidens, non cadit in diuiſione alicuius generis, ideo hic modus manducandi corpus Chriſti, non ponitur tertius præter ſacramentalem, & ſpiritualem.

Reſpõdet tacitæ obiectioni.

In corp. a.

Reſpõdet tacitæ obiectioni.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum peccator ſumens corpus Chriſti ſacramentaliter peccet.

Ferr. e.

480

Alb. mag. 4. diſt. 13. ar. 16.	*S. bon. 4. d. ſ. 9. q. 3. a. 2*
Scot. 4. ſ d. 9. q. 1.	*Ricca. 4 ſ d. 9. q. 1. ar. 2.*
Duran. 4 ſ. d. 9 q. 4.	*Sot. 4 ſ. d. 12. q. 1 ar. 4.*
Palud. 4. d. 9. q. 2.	*Gab. 4. d. 9. q. 1 1.*

Infra, a. 7. & 8. co. Et 4. d. 9. a. 3. q. 1. & 2. Et ar. 4. q. 2. co. Et 1. co rin. 11. le. 7.

AD QVARTVM ſic proceditur. Videtur q̃ peccator ſumẽs corpus Chriſti ſacramentaliter I non peccet, non.n. eſt maioris dignitatis Chriſtus ſub ſpecie ſacramenti, quàm ſub ſpecie propria: ſed peccatores tãgentes corpus Chriſti ſub ſpecie propria, non peccabant, quin ẽt ueniam peccatorum conſequebantur, ſicut legitur Luc. 7. de muliere peccatrice, & Mat. 14. dicitur, quicunq; tetigerunt fimbriam ueſtimenti eius ſalui facti ſunt. h ergo non peccant, ſed magis ſalutem conſequũtur, ſacramentum corporis Chriſti ſumendo.

¶ 2 Præt. Hoc ſacramẽtum, ſicut & alia, eſt quædam ſpũalis medicina, ſed medicina dat̃ infirmis ad ſalutem, ſecundum illud Mat 9. Non eſt opus ualentibus medicus, ſed male habentibus, infirmi ãt K uel male habentes ſpũaliter ſunt peccatores.* ergo hoc ſacramẽtum abſq; culpa aſſumere poſſũt.

*alias, ergo hoc ſacramentũ corporaliter abſque culpa ſumi poteſt.

¶ 3 Præt. Hoc ſacramentum, cum in ſe Chriſtũ contineat eſt de maximis bonis. Maxima autem bona (ſecundum Aug. † in li. de libero arbit.) ſunt l quibus nullus male põt uti. Nullus autem peccat, niſi per abuſum alicuius rei. ergo nullus peccator ſumens hoc ſacramentum peccat.

Li. 2. c. 19. non longe prin. to. 1.

¶ 4 Præt. Sicut hoc ſacramentum ſentitur guſtu, & tactu, ita & uiſu. Si ergo peccator ex eo, q̃ ſumit

hoc

hoc ſacramētum, peccet, vt ēt ꝙ peccaret vidēdo, qđ patet eſſe falſū: cū eccl'a oībus hoc ſacrm̄ uidēdum, & adorādum proponat. ergo peccator nō peccat ex hoc, quòd manducat hoc ſacramētum.

¶ 5 Præt. Contingit ꝗ̄nque, ꝙ aliqs peccator non habet conſciam ſui peccati, non tñ talis peccare vr̄, corpus Chr̄i ſumendo: quia ſm̄ hoc oēs peccarent, qui ſumunt, quaſi periculoſe exponentes, cū Apoſt. dicat 1 Cor. 4. Nihil mihi conſcius ſum: ſed non in hoc iuſtificatus ſum. non ergo vr̄ ꝙ peccatori cedat in culpam, ſi hoc ſacramentum ſumat.

SED CONTRA eſt, ꝙ Apoſtolus dicit 1. Cor. 11. Qui manducat, & bibit indigne, iudicium ſibi manducat, & bibit, i. condemnationem. Dicit aūt glo. ibidem, ꝙ indigne manducat, & bibit, q in crimine eſt, vel irreuerenter tractat. ergo qui eſt in peccato mortali, ſi hoc ſacramentum accipiat, damnationem acquirit, mortaliter peccans.

RESP. Dicendū, ꝙ in hoc ſacr̄o ſicut in aliis, id, quod eſt ſacrm̄, eſt ſignum eius, quod eſt res ſacri. Duplex aūt eſt res huius ſacri, ſicut ſupra dictum eſt.* Vna quidem, quæ eſt ſignificata, & contenta, ſ. ipſe Chriſtus: alia aūt eſt ſignificata, & non contenta, ſ. corpus Chriſti myſticum, quod eſt ſocietas ſanctorum. Quicumque ergo hoc ſacrm̄ ſumit, ex hoc ipſo ſignificat ſe eſſe Chr̄o unitū, & membris eius incorporatū: qđ quidē fit per fidē formatā, quā nullus habet cū peccato mortali. Et iō manifeſtum eſt, ꝙ quicumque cū peccato mortali hoc ſacrm̄ ſumit, falſitatem in hoc ſacr̄o committit; & iō incurrit ſacrilegium, tamquam ſacramēti uiolator, & propter hoc mortaliter peccat.*

Q. 73. a. 6.

AD PRIMVM ergo dcđm, ꝙ Christus in ꝓpria ſpecie apparens, non exhibebat ſe tangendū hoībus in ſignum ſpūalis unionis ad ipſum, ſicut exhibet̄ ſumendus in hoc ſacr̄o. Et iō peccatores eū in propria ſpecie tangentes, non incurrebant crimen falſitatis circa diuina, ſicut peccatores ſumētes hoc ſacrm̄. Et præterea Chriſtus adhuc gerebat ſimilitudinem carnis peccati:* & iō conuenienter ſe peccatoribus tangendum exhibebat: ſed remota ſimilitudine carnis peccati per gloriam reſurrectionis, ſe tangi prohibuit a muliere, q̄ defectum fidei circa ipſum patiebat̄, ſm̄ illud Ioan. 20. Noli me tangere, nondum. n. aſcendi ad Patrem meū, ſ. in corde tuo, ut Aug.* exponit. Et ideo peccatores, qui defectum fidei formatæ patiuntur circa Chriſtum, repelluntur a cōtactu huius ſacramēti.

Tr. 121. in Io. a med. illi* innui i to. 9.

AD II dcđm, ꝙ non quælibet medicina cōpetit ſm̄ quemlibet ſtatum infirmitatis. Nam medicina, q̄ datur iam liberatis a febre, ad confortationem, noceret, ſi daretur adhuc febricitātibus: ita etiam baptiſmus, & pœnitentia ſunt quaſi medicinę purgatiuæ, quæ dantur ad tollendam febrem peccati. hoc autem ſacramentum eſt medicina confortatiua, quæ non debet dari, niſi liberatis a peccato.

AD III dcđm, ꝙ maxima bona intelligit Aug. † uirtutes animæ, quibus nullus male utit̄, quaſi principiis mali uſus. Vtitur tñ eis aliquis male: quaſi obiectis mali vſus, vt patet in his, q de uirtutibus ſuperbiunt: ita & hoc ſacrm̄ quantum eſt ex ſe, non eſt principium mali uſus, ſed obiectum. vñ Aug.* dicit: multi indigne accipiūt corp' Chriſti, per quod docemur, q̄ cauendū ſit male accipere bonū: ecce. n. per bonū factū eſt malum, dum male accipitur bonum: ſicut ecōtra Apoſtolo per malū factū eſt bonum, cum bene accepit malum, ſ. cū ſtimulum Satanæ patienter portauit.

Loco in arg. citato

Tract. 62. ſ Ioan. circa prin. to. 9.

Ad III dicendum, quòd peccatores magnum detrimentum patiuntur, ex hoc quòd repelluntur a perceptione huius ſacramenti, unde per hoc non ſunt melioris conditionis. & licet in peccatis permanentes non excuſentur propter hoc a tranſgreſſione pręcepti, pœnitentes tamen, qui, vt Innocē. * dicit, ſecundum conſilium ſacerdotis abſtinent, excuſantur.

* Innoc. ſ conc. Latera. cau. 21. & habet̃ li. 5. decre. ti. 38. c. 12.

Articvlvs XII.

Vtrum liceat ſumere corpus Chriſti ſine ſanguine.

AD DVODECIMVM ſic proceditur. Videt̃ quòd non liceat ſumere corpus Chriſti ſine ſanguine: dicit enim Gelaſius papa * & habetur de cōſecrat. diſt. 2. Comperimus, quòd quidam ſumpta tantummodo corporis ſacri portione, a calice ſacrati cruoris abſtinent, q proculdubio, quoniam neſcio qua ſuperſtitione docent̃ aſtringi, aut integra ſacramenta percipiant, aut ab integris arceantur. non ergo licet ſumere corpus Chriſti ſine eius ſanguine.

¶ 2 Præt. ad perfectionem huius ſacramenti concurrit, & manducatio corporis, & potatio ſanguinis, ut ſupra habitū eſt: ſi ergo ſumatur corpus ſine ſanguine, erit ſacramentum imperfectum, quod ad ſacrilegiū pertinere uidetur. vnde ibidem Gelaſ. * ſubdit, quia diuiſio unius eiuſdemque myſterii ſine grandi ſacrilegio prouenire non poteſt.

* Infra q. 82. art. 4. Et 4 di. 12 q. 3. art. 1. q. 2. de cōſ. diſt. 2 ca. Comperimus.

* Loco citato i arg. 1.

SVP. QVÆST. LXXX. ART. XII.

Sent. 4 ſ. d. 12 q 1 a. 12.

IN ar. 12. circa cōionē ſub utraque ſpecie aduertendū eſt, eſſe duos extremos errores uitandos, alter eſt eorū, q tenent, oportere populū cōicare ſub utraque ſpecie alter eſt eorū, qui tenent populum cōmun cauſē ſub utraque ſpecie, peccare. Vtriq; errant, primi quidē, dānando eos, q nō cōmunicāt ſub utraq; ſpecie alii aūt dānādos cōicātes ſub utraq; ſpē. ſancta aūt mater eccleſia media uia incedēdū docet. & utruque poſſe fieri licite tradit: quia ſi ad ſacrum ſpectatur, cōio ſub utraq; ſpē licita hr, & ſi ad reuerēntiā ſacro debitā ſpectet̃, licite a cōione ſanguinis populus abſtinet, ut in litera dicit̃. Et hæc intellige, loquendo abſolute de ſacro, & ipſius reuerētia: nā deſcēdēdo ad ritus, cōſuetudineſq; eccleſiarū, ut ſeruandus in qualibet eccleſia mos in ea ab anno quo ſeruatus, ſi debita ſacro reuerētia tuta eſt ibi, nec nouitate aliqua perturbādus: pſumptionis ſiquidē uitio nō careret, ſi ꝓducere cōionem ſub utraq; ſpē, ubi nō eſt cōſueta: imo ā ſchiſmatis nota nō eſſet alienū ipſe q apud ſolos ſchiſmaticos in partibus occidētalibus hic mos uigeret.

Triplex q̃ſtio de cōione ſub utraque ſpecie.

OCcurrit hic circa communionem, ſub utraq; ſpecie, triplex quæſtio perſpicaciter diſcutienda pp nouitates, ſcilicet de neceſſitate de utilitate, & de congruentia.

QVÆSTIO PRIMA.

An cōmunio ſub utraque ſpē ſit in præcepto.

QVÆRITVR primo, an cōio ſub utraq; ſpē ſit in præcepto. Vr. n. q ſic primo ex uerbis domini Ioā. 6. Niſi mādu-caueritis carnē filij hoīs, & biberitis eius ſanguinē, nō habebitis uitā in uobis, ubi manifeſte de neceſſitate ſalutis explicatur eſſe manducare carnē, & bibere ſanguinē Chriſti. Si dicatur q textus iſte non loquitur de manducatione ſacramentali, ſed ſpiritualī, habetur nihilominus intentum: quia māducare ſpiritualiter, claudit in ſe uotum manducandi ſacramentaliter: & ſimiliter bibere ſpiritualiter, claudit in ſe uotū bibendi ſacramentaliter. hinc enim manifeſte ſequit̃, quòd ſi eſt de neceſſitate ſalutis

pon. 2. 438

† q. 74. ar. 1 & 76. a. 2. ad ar. 1.

mandu‍care, & bibere hoc ſacramentum ſpiritualiter, oportet de neceſſitate quoq; ſalutis eſſe manducare, & bibere illud ſacramentaliter: alioquin fruſtra eſſent huiuſmodi uota, ſeu deſideria, quę numquam oporteret implere. Et declaratur uis huius proceſſus ex ſimili in baptiſmo flaminis, quod claudit in ſe uotum baptiſmi fluminis ut patet applicanti.

¶ Secundo, ex præcepto Dñi Luc. 22. Hoc facite in meam commemorationé: monſtrat. n. ly hoc, quod ipſe dñs fecit. ſ. cõſecrare, & tradere ſub utraque ſpecie.

† Q. 74. ar. 1. & 76. 2. a. ad. 1.

¶ Tertio, ex perfectione ſacramenti. Cadit enim ſub diuino præcepto pfectio ſacri: conſtat aũt ſacrum hoc integrari ex utraque ſpecie, quia eſt unũ ſacrum unitate perfectionis. ex cibo enim, & potu cõſtat alimẽtũ perfectũ. Si dicatur, q quãuis ſub diuino præcepto cadat perfectio ſacri, nõ tñ perfectio uſus, ubi ſacrum diſtingui tur ab illius uſu, ut contingit in propoſito. contra: ſacramentũ hoc eſt ppter ipſius uſum: alimẽtũ. n. eſt pp alendum. ergo ſi perfectio ſacri eſt præcepta, multo magis præcepta eſt perfectio ipſius uſus, quanto magis finis eſt magis intentus, quam id quod eſt ad finem.

* Q. 76. ar. 2. ad. 1.

Concl. w

IN OPPOSITVM eſt cõis doctorum auctoritas, cum conſuetudine Romanæ eccleſiæ, cum omnibus ferè occidentalibus eccleſiis.

¶ In hac quæſtione ſex ſunt agenda. primo narrabitur uaria circa hoc obſeruatio. ſecũdo diſtinguent difficultates quatuor circa hoc. tertio tractabitur prima difficultas. quarto tractabit ſeda. quinto tractabitur tertia. ſexto tractabit quarta.

¶ 3 Præt. Hoc ſacramentum [h] celebratur in memoria dominicę paſſionis, ut ſupra dictum eſt † & ſumitur pro animæ ſalute: ſed paſſio Chriſti magis exprimitur in ſanguine quam in corpore. ſanguis etiam pro ſalute animæ offertur, ut ſupra habitum eſt.* potius ergo eſſet abſtinendum a ſumptione G corporis, quam a ſumptione ſanguinis, ergo accedentes ad hoc ſacrm, nõ debent ſumere corpus Chri ſine eius ſãguine.

SED CONTRA eſt, multarũ eccleſiarum uſus, in quibus populo communicanti datur corpus Chriſti ſumendum, non autem ſanguis.

RESPON. Dicendum, quòd circa uſum huius ſacramenti duo poſſunt conſiderari: vnũ ex parte ipſius ſacramenti: aliud, ex parte ſumentium: [m] H ex parte quidẽ ipſius ſacramẽti conuenit, quòd utrumque ſumatur, ſcilicet. & corpus, & ſanguis, [n] quia in utroque cõſiſtit perfectio ſacramenti. Et ideo, quia ad ſacerdotem pertinet hoc ſacramentum conſecrare & perficere, nullo modo debet corpus Chriſti ſumere ſine ſanguine: ex parte autẽ ſumentium requiritur ſumma reuerentia, & cautela, ne aliqd I accidat, quod uergat ad iniuriam tanti myſterii: quod præcipue poſſet accidere i ſanguinis ſumptione, qui quidem ſi incaute ſumeretũ, de facili poſſet effundi: & qa creuit multitudo populi Chriſtiani, in qua continentur ſenes, & iuuenes, & paruuli, quorum quidam non ſunt tantæ diſcretionis ut cautelam debitam circa vſum huius ſacramenti adhibeant. ideo [p] puide in qbuſdã eccleſiis obſeruatur, ut populo ſanguis ſumẽdus non det [q] ſed ſolum a ſacerdote ſumatũ.

AD PRIMVM ergo dicendũ quòd Gelaſius loquitur quantum ad ſacerdotes: qui ſicut totum conſecrant ſacramentum, ita etiam toti communicare debent. ut. n. legitur in cõcilio * Toletano, quale erit ſacrificiũ, cui nec ipſe ſacrificans particeps eſſe dignoſcitur:

AD II dicendum, quòd perfectio huius ſacramenti non eſt in uſu fidelium, ſed in cõſecratione materię. Et ideo nihil derogat perfectioni huius ſacri, ſi populus ſumat corpus ſine ſanguine, dummodo ſacerdos cõſecrans ſumat utrumq;.

AD III dicendum, quòd repręſentatio dominicæ paſſionis agitur in ipſa conſecratione huius ſacramẽti, in qua nõ debet corpus ſine ſanguine cõſecrari. Poteſt autem a populo, corpus ſine ſanguine ſumi. Nec exinde ſequitur aliquod detrimentum: quia ſacerdos in perſona omnium ſanguinẽ offert, & ſumit & ſub utraque ſpecie totus Chriſtus continetũ ut ſupra habitum eſt.

¶ Quo ad primum Neſtorius, & Pelagius, cũ ſequacibus aſtruxerunt uniuerſaliter ſeruandam communionem ſub utraque ſpecie: diuerſa tamẽ ratione moti. Neſtorius enim putauit ſub ſpecie panis corpus tm̃ Chri eſſe, & ſub ſpecie uini ſanguinẽ tm̃: quia in morte Chriſti, ſanguis fuit ſeparatus à corpore. & propterea ſub utraq; ſpecie oportebat ſacrum ſumi, ut integer Chriſtus ſumeretur in memoria mortis eius. Pelagius autẽ motus ex uerbis domini Ioan. 6. Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis uitam K in uobis, utramq; ſacri ſpeciẽ & ad infantes baptizatos extendit, dogmatizando, quòd ſi infans non poſſet ſacramentalem panẽ ſumere, deberet panis contritus cum ſanguine infundi in os infantis, & ſi quippiam electũ eſſet, eſſe illud comburẽdum: iuxta præceptum antiquũ de agno Paſchali, ſi quid reſiduũ fuerit, igne cõburetis. Ex hinc forte olim græcorum illorũ quos Auctor in litera 9. art. nominauit, & ſimiliter paulo ante centum annos Boemorum abuſus in communicando infantes ortus eſt, quodam Iacobello nouitatem communionis ſub utraque ſpecie Boiemis ſuggerente. Hæc de primo.

F ¶ Quo ad ſcdm, tres ſunt differentię conſiderandæ: prima eſt inter infantes, & adultos. ſecũda eſt inter ſacerdotes, & alios adultos. tertia eſt inter conficientes hoc ſacramentum, & non conficientes. Emergunt ſiquidem ex his tribus differantiis quatuor ſpeciales difficultates. prima eſt, an cõio ſub utraque ſpecie ſit neceſſaria oibus, cõprahendendo & infantes. ſecunda eſt, an ſit neceſſaria oib⁹ adultis, tertia eſt, an ſit neceſſaria oibus ſacerdotibus. quarta eſt, an ſit neceſſaria omnibus cõficientibus: quęlibet. n. harũ difficultatum habet opinantes pro utraque parte. Hæc de ſecundo.

Concl. 1

¶ Quo ad tertiũ, circa primã difficultatẽ, an. ſ. cõio ſub utraque ſpẽ ſit neceſſaria & infantibus. q cqd patritã poſſint hæretici tenentes partem affirmatiuã, aut quicũq; errantes cõicantes ſub una tm̃ ſpẽ infantes clara luce manifeſtũ eſt, Ifantibus neutro mõ ſacrm hoc eẽ exhibẽdũ. Tũ qa fundũ ea ſcriptura aſſũptũ a Pela. Niſi mãducaueritis carnẽ filii hois, & biberitis eius ſanguinẽ, nõ habebitis uitam in nobis, pro eis non facit, qm̃ intellectũ de ſacrali mãducatiõe hæreſim inducit manifeſtã, ſ. q baptiſmus nõ ſufficiat infantibus ad uitã ęternam. Si. n. ad baptizatos Ifantes dr̃, niſi ſũpſeritis hoc ſacrum eucharistiæ, nõ habebitis uitã in nobis, cõſequẽs eſt, q ex baptiſmo nõ habeãt uitã, & conſequẽter ſi cũ ſolo baptiſmo decederẽt non haberẽt uitã æternã. qđ conſtat hæreſim eſſe dãnatã. tũ, qa ſacrm eucharistię datur ut alimentũ aię: ꝓpterea. n. daſ ſub ſpecie panis, & uini. alimentũ autẽ ſicut nõ daſ, niſi viuẽti, nõ. n. põt ſumi à mortuis, ita non daſ niſi habẽti aliquã opationẽ uitalẽ: fruſtra. n. alimẽtũ ponaretũ in os impotẽtis illo quouis mõ uti, nã nihil pdeſt alimẽtũ alicui, q ad illud ut mortuus ſe habet: ſed infans baptizatus nullam habet operationem uitalem ſecundum uitam ſpiritualem. ergo ei non conuenit ſumere alimentum ſpirituale.

* De cõſ. di. 2. cap. Relatum.

* Q. 76. a. 2.

¶ At ſi cõtra hãc rõnẽ obiiciatũ, falsũ aſſumere qa eccl'ia cõſuſuit Ifirmis adultis I extremo uitę ſẽſibiliter cõſtitutis, uel & phreneſim patiẽtib⁹ eucharistiã tribuere ſine oĩ opatione uitali ſecũdũ ſpũs, facile excludiſ obiectio, aĩa aduertẽdo, q licet tales adultĩ I extremo cõſtituti nullã habeãt ꝓ tũc uitalẽ ſpũs opationẽ, habuerũt tñ eã aſſ petẽdo Iplicite, uel explicite hoc ſacrm, & ꝓpterea negaſ amẽtib⁹ à natiuitate, ſicut, & in ſãtibus, qm̃ utriq; nec ꝓ tũc, nec antea actũ aliquẽ ſpũs habuerant.

¶ Si uero obiecerit quiſpiã falsũm in adducta ratione ſubſumi, eo quòd infantes habent uitales ſpiritus operationes, ſ. credere, & abrenonciare ſatanæ ſi non ſpiritu proprio, ſpiritu tñ eccleſiæ, ut patet cum baptizantur, facile quoq; hęc obiectio excluditur, quoniam ſi ſic eſſet, accommodaſſet eccleſia

has operationes uitales pueris in ſuſceptione euchariſtiæ, ſicut accommodauit eis in ſuſceptione baptiſmi, & cum huiuſmodi accommodatio nullibi facta ſit reſpectu euchariſtiæ, conſequens eſt, ut non niſi propria uoluntate fingat. In promptu n. ratio eſt quare in baptiſmo habeat locum huiuſmodi accommodatio, & non poteſt habere locum in euchariſtia: per baptiſmum n. generatur infans in filium Dei, generatio aūt non exigit cooperationem eius, qui generatur: & propterea accommodatio eccleſiæ non neceſſitatis, ſed ſolemnitatis cæremonialis eſt in baptiſmo, per euchariſtiam aūt nutritur ſemens illam, nutritio autem exigit cooperationem uitalem eius, qui nutritur & ppterea accommodatio cæremonialis non ſuppleret actus perſonales, neceſſarios ſementi euchariſtiam. vnde ſtat ratio ſolida: tum quia hoc etiam uerbis domini repugnat, cum primo tradidit hoc ſacrm. dixit. n. accipite, & mandocate: docens per hoc, q̃ illis tm̃ eſt tribuendum, qui poſſunt, aut potuerunt manducare corporaliter, ita q̃ ſicut nō regeneratur baptiſmo, niſi carnaliter natus, ita non ſumitur hoc ſacrm̃, niſi carnaliter manducatum, & propterea infans, qui numquam potuit, nec poteſt manducare carnaliter panem, ab ipſo domino excluditur à manducatione ſacramentali. Hæc de tertio.

¶Quo ad quartum, an communio ſub utraque ſpecie neceſſaria ſit omnibus fidelibus adultis, ex argumentis in principio adductis apparet pars affirmatiua uera, ex uſu autem eccleſiæ monſtratur falſa. Et quia maxima uis fit in ſæpe dictis uerbis domini, Ioan. 6. ideo ſubtilius diſcutienda ſunt, & imprimis notandum vltra duos manducandi modos, qui conſueuerunt diſtingui circa hoc ſacramentum, inueniri alium modum manducandi non ſacramentum, ſed Chriſtum: ita quòd conficiuntur tres modi manducādi Chriſtum, ſ. uel ſacramentaliter, vel ſpiritualiter, ſub ſacramento tamen in re, aut in uoto, uel pure ſpiritualiter.

¶Et ut clarius percipiatur quod dicimus declarandum ex conuenientia, & differentia, & deinde probandum ex ſcriptura eſt quod dicimus: conueniunt ſiquidem hi duo modi manducandi Chriſtum ſpiritualiter, in hoc quòd vterque ponit manducantē eſſe Chriſti membrum viuum. Differunt autem primo in hoc, q̃ manducare Chriſtum eſt ex ſuo genere manducatio pure ſpiritualis: manducare autem ſpiritualiter Chriſtum in euchariſtia, eſt manducatio alligata ad ſacramentum re, uel uoto, & hoc quidam teſtatus eſt Auctor in ſecundo huius quæſtionis articulo, cum dixit, Alio modo contingit ſpiritualiter manducare Chriſtum, prout eſt ſub ſpeciebus huius ſacramenti, inquantum ſcilicet aliquis credit in Chriſtum, cum deſiderio ſumendi hoc ſacramētum. ubi manifeſte apparet, ſpiritualem manducationem euchariſtię claudere in ſe ordinem ad ſacramentum. Manducatio autem Chriſti abſolute q̃ ſit ex ſuo genere pure ſpiritualis, ex eo patet, quòd huiuſmodi manducatio terminari poteſt, & ad deitatem ſecundum ſe, iuxta illud Luc. 22. Ego diſpono uobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo (ibi. n. nulla erit ratio ſacramenti, ſed pure ſpiritualiter edent & bibent Deum ſicuti eſt, ſicut ipſa Chriſti anima Deo fruitur) & ad ſpiritualia dona gratiæ, iuxta illud Ioan. 4. Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non ſitiet in æternum, &c. Et hinc differunt ſecundo in hoc, quòd manducare ſpiritualiter Chriſtum ſub ſacramento, proprium eſt uiatoribus in nouo teſtamento adultis, manducare autem pure ſpiritualiter Chriſtum commune eſt comprehenſoribus, & uiatoribus, ſcriptum eſt enim, Panem angelorum manducauit homo, commune quoque eſt noui, & ueteris teſtamēti iuſtis: ſcriptum eſt enim, q̃ non aliud nomen datum eſt ſub cęlo, in quo oportet homines ſaluos fieri, & demum commune eſt iuſtificatis infantibus, & adultis: per baptiſmum enim Chriſti membra uiua etiam infantes fiunt.

¶Probatur autem hic modus comedendi Chriſtum ſpiritualiter, q̃ non ſit confictus, aut nouiter adinuentus, tum ex eo, q̃ omnes fatemur Chriſtum eſſe panem angelorum ex hominum, tum ex eo q̃ hmōi manducatio millies habetur in ſcriptura, & nulla eſt ratio, quare non poſſit terminari ad Chriſtum, ſicut terminatur ad alia, & ſuperius inducta, & quæ poſſent induci, ut eſt illud Prouer. 9. in perſona Sapientiæ, Venite, commedite panem meum, & bibite uinum, quod miſcui nobis, &c. Nec propterea arguendi ſunt doctores inſufficientiæ, qui duos tantum modos manducandi diſtinxerunt: quia de modis manducandi Chriſtum ſub ſacramento tractabant: tales autem modi non ſunt niſi duo, nos autem ex ipſis ſacris doctoribus appoſuimus hunc alium modum ſpiritualiter manducandi non ſacramentum, ſed Chriſtum, ut hinc clariorem redderemus ſenſum euangelii, & ſanctorum doctorum.

¶His itaq; præmiſſis dicimus, q̃ ſæpe dicta domini uerba, Niſi manducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis uitam in nobis, intelliguntur ad literā de

A manducatione ſpirituali Chriſti, abſtrahendo tam a manducatione ſacrali, q̃ a māducatione ſpirituali ſacri in re, uel in uoto: probaturq; tripliciter, primo ex textu euāgelico: ſecundo ex contextu eiuſdem: tertio auctoritate ſanctorum. textus in primis ipſe, dum dicit, Niſi manducaueritis, non habebitis uitam in uobis, manifeſte monſtrat, q̃ de illa manducatione, & bibitione loquitur, ſine qua non poteſt eſſe uita ſpiritualis in nobis: ſed ſola manducatio ſpiritualis Chriſti eſt illa, ſine qua non poteſt eſſe uita in nobis. ergo de ipſa ſola loquitur textus euangelicus. Maior eſt nota per ſe, minor aūt ꝓp dictionem excluſiuam habet duas partes, alteram affirmatiuam, ſ. manducatio ſpiritualis Chriſti eſt illa, ſine qua nō poſſumus habere uitam (& hæc ēt eſt per ſe nota intelligentibus terminos: quia manducare ſpiritualiter Chriſtum, eſt eſſe Chriſti membrum uiuum conſtat. n. q̃ niſi ſimus Chriſti membra uiua, non poſſumus habere uitam ſpiritus in nobis,) alteram negatiuam, ſ. nulla alia manducatio eſt, ſine qua non eſt uita in

B nobis, & hoc probatur ex eo, q̃ tam ſine manducatione ſacrali, q̃ ſine manducatione ſpirituali ſacri huius in re, uel in uoto, poteſt eſſe, & de facto eſt uita in nobis, ut reſtatur uita infantium baptizatorum, quibus firmiter credimus baptiſma ſolū abſque aliquo alio ſacramento ſufficere ad uitam æternam.

¶Nec mihi aliquis occurrat, dicendo q̃ baptiſmus habet annexum uotum ſacramenti euchariſtiæ: quoniam huiuſmodi ſententia, cum in ſacris inueniatur doctoribus, uenerabiliter ſuſcipienda eſt, in ſuo tamen ordine: hoc eſt, ut adoptatio quædam, & non ut inde argumentum ſumatur efficax ad firmandam ueritatem eorum, quæ in quæſtione fidei uerſantur, ſecundum namque baptiſmus ex ſe ſolo ſufficit ad uitam æternam, & non mendicat hoc ex aliquo annexo uoto alterius ſacramenti. Si enim hoc ex annexo uoto haberet non ipſi baptiſmo, ſed illi alteri ſacramento, infantium baptizatorum ſalus attribueretur, & attribuenda eſſet: cum tamen non ſolum eccleſia uniuerſalis cum ſanctis doctori-

C bus, ſed etiam dominus ipſe baptiſmo attribuat uitam ſpiritus, ut patet Ioan. 3. Vbi cum dixiſſet Nicodemo, niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu, non poteſt introire in regnum Dei, ſtatim ſubdit effectum huius regenerationis eſſe uitam ſpiritus dicens Quod natum eſt ex carne, caro eſt, & quod natum eſt ex ſpiritu ſpiritus eſt.

¶Et confirmatur hoc, quia in idem redit, dicere, baptiſmum dare uitam ex uoto alterius ſacramenti, & dicere, baptiſmum non ſufficere ad uitam, & hoc ſi proprie, & formaliter loquit, vt loqui debemus, & ſcripturæ intelligendæ ſunt. Patet aūt nō intendi a ſacris doctoribus, per huiuſmodi adaptationem baptiſmum habere in uoto manducare carnem filij hominis, & bibere eius ſanguinem in facto ex hoc, q̃ ipſi ſacri doctores tenent hmōi uotum non eſſe de neceſſitate ſalutis: quia tenent q̃ cōicatio ſub utraque ſpecie, non eſt de neceſſitate ſalutis, cuius oppoſitum eſſet uerum, ſi in baptiſmo manducaretur ſpiritualiter panis ſacramentalis, & biberetur ſpiritualiter ſan-

D guis ſacramentalis: nam quod nunc fit uoto, neceſſe eſt poſtea exequi in re, qñ opportunitas aderit. Stat ergo ſolida fundata ratio ſuper textu euangelico, q̃ eſt lex generaliſſima a Chriſto promulgata, & non minus neceſſaria quam illa alia lex, Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu, non poteſt introire in regnum Dei. Nec oportet laborare ad hoc probandum, quoniam aperta ſunt utrobique uerba Domini, & ad literam intellecta hæc continent.

¶Deinde probatur hoc idem ex contextu euangelij. Vbi aduertendū eſt, quod doctrina iſta Domini incœpit occaſionaliter ſicut doctrina, quam dominus dedit Samaritanæ de aqua uiua, occaſione ſumpta ex aqua naturali, ut patet Ioan. 4. Iudæi enim poſt miraculum de quinque panibus, & duobus piſcibus, quærentes Ieſum, audierunt ab ipſo, Quæritis me, quia manducaſtis ex panibus, & ſaturati eſtis, & ſtatim ſubdidit dominus, Operamini non cibum, qui perit, ſed qui permanet in uitam æternam. Et ſic inchoato ſermone de cibo ſpirituali, quæſierunt Iudæi, intelligentes per cibum ſpiritualem opera ſancta, Quid faciemus ut operemur opera Dei? & audierunt a domino, ut crederent in ipſum, declarando quòd cibus ſpiritualis, ac opus Dei eſſet credere in ipſum, quo audito Iudæi quæſierunt ab eo ſignum, ut ſic crederent ipſi commemorantes ſignum mannę in deſerto, tanquam panis cęleſtis, quaſi dicerent, ut Auguſtinus exponit. Si uis ut credamus tibi, fac plus nobis, quàm fuerit factum patribus noſtris, qui manducauerunt manna in deſerto. Et tunc dominus, ubi prius de cibo locutus fuerat, ad cibi ſpeciem deſcendit proponens panem ſpiritualem, & primo quidem proponit panem uerum eſſe non quemcumque, ſed eum, qui de cœlo deſcendit, & dat uitam mundo,

Et ſecundum hoc, non habetur hinc præceptum traditionis ſub utraque ſpecie, ac per hoc, non habetur hinc præceptum ſuſcipiendi ab alijs ſub utraque ſpecie. nam non celebrantium ſumptio traditionem præſupponit, cum nullus talium ſumat, niſi ſibi traditam euchariſtiam.

¶ Tertio dicitur, quòd dato, quòd ly hoc, demonſtraret omne opus, ſcilicet conſecrare, ſumere, & tradere ſub utraque ſpecie, & quòd intelligatur præcipi omne huiuſmodi opus, adhuc argumentum non cogit: quoniam cum præceptum hoc ſit affirmatiuum, & præcepta affirmatiua obligent ſemper, ſed non pro ſemper, ſed pro tempore neceſſitatis conſequens eſt, ut ex hoc domini præcepto ſacerdotes, non teneantur tradere ſub utraque ſpecie, niſi neceſſitas communicandi ſub utraque ſpecie aduenerit, ac per hoc ſi huiuſmodi neceſſitas alicubi numquam interuenit: numquàm ſacerdos reus uiolati præcepti eſt. Exemplum, præceptum de honorandis parentibus factum, quia eſt affirmatiuum, intelligitur tempore neceſſitatis, & propterea ſi numquàm contingit parentes meos neceſſitatem habere ſubuentionis meæ, nuquàm ego reus præcepti ſum: & quia in innumeris Chriſti eccleſijs Ro. eccleſiam imitantibus numquàm contingit alicui non celebranti neceſſitas communicandi ſub utraque ſpecie (quoniam docente Spiritu ſancto contenti ſunt communione ſub ſpecie panis) ideo nullus ſacerdos in huiuſmodi eccleſijs reus eſt uiolati præcepti dominici.

¶ Quarto dicitur, ex ipſo ordine textus euangelici, quòd hoc domini præceptum nullibi inuenitur a domino traditum niſi reſpectu ſacramenti ſub ſpecie panis tantum, ita quòd ly hoc, nihil demonſtrat de pertinentibus ad calicem, & propterea ex iſto præcepto argumentum ſumptum, ſi efficax eſt, gladius eſt Goliath: quoniam hinc ſequitur, quòd ſola panis ſancti communio præcepta eſt tradenda. Et probatur quod dicimus, primo ex auctoritate euangelij: ſolus enim inter euangeliſtas Lucas uerba hæc poſuit in cap. 22. ubi expreſſe refert dominum ante conſecrationem calicis, poſt tamen conſecrationem panis, dixiſſe. Hoc facite in meam commemorationem. Secundo, auctoritate Pauli Apoſt. 1. ad Cor. 11. ubi refert dominũ dixiſſe. Accipite, & comedite, hoc eſt corpus meum, quod pro uobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem: poſt conſecrationem autem calicis Lucas de hoc nihil refert. Paulus autem apoſtolus refert Chriſtum dixiſſe, Hoc facite quotieſcumque bibetis in meam commemorationem Vbi ex ipſa diuerſitate uerborum a Paulo narratorum, manifeſte apparet, quod de ſacramento ſub ſpecie panis dominus dixit abſolute, hoc facite in meam commemorationem: de eodem autem ſacramento ſub ſpecie uini non dixit abſolute, Hoc facite: ſed dixit quod hoc facerent, quotieſcunque biberent, in ſuam commemorationem. Vbi meridiana luce clarius patet, quod non præcipitur bibere, ſed quod quotieſcunque bibimus, in ſuam commemorationem hoc faciamus. Et hinc ſequitur, quod ſi ex hoc præcepto domini, Hoc facite in meam commemorationẽ efficax argumentum ad communionem populi ſumitur, optime ſequitur abſque ulla controuerſia, quod non eſt præcepta communio populi niſi ſub ſpecie panis. Et confirmatur iſte ſenſus ex eo, quod in numero ſingulari dicitur, Hoc facite, & non dixit, hæc facite, ſicut per oppoſitum eccleſia uolens utramque ſignificare ſpeciem ſacramenti, explicat in numero plurali dicens, Hæc quotieſcumque feceritis, in mei memoriam facietis.

¶ Ad tertium argumentum dicitur, concedendo quod tam perfectio ſacramenti in cõſecratione, quàm perfectio eiuſdem in uſu eſt ſub præcepto, & hoc propter allatam, obiiciendo, rationem, ſcilicet quod ſacramentum hoc ſuapte natura eſt propter uſum, & perfectio ſacramenti eſt propter perfectionem uſus. unde, & grande ſacrilegium eſſe dixit Gelaſius diuidere myſterium hoc, quo ad uſum: ſed non propterea argumentũ hinc ſumptum urget ad uſum utriuſque ſpeciei in communione populi. Et ratio eſt, quia perfectio ſacramenti ſecundum uſum, non dependet niſi a per ſe concurrente ad ſacramentum illud, quemadmodum cæterarum rerum perfectiones, non attendũtur ſecundum ea, quæ ſunt per accidens: ſed in ordine ad ea, quæ concurrunt per ſe: alioquin nunquam res aliqua ſuam perfectionem ſortiretur, ſolus autem ſacerdos concurrit per ſe ad perfectionem huius ſacramenti tam conſecrando, quàm utendo: & propterea ſicut ſacrilegus eſſet ſacerdos, conſecrando panem, & non uinum ita ſacrilegij reus eſſet ſumendo panem ſanctum, & non ſumendo calicem. Et quidem, quod ſacerdos concurrat per ſe ad conſecrationem, & uſum huius ſacramenti, clare patet, quod autem ſolus concurrat per ſe, patet tum ex eo, quod ſolus ſufficit ad perfectionem ſacramẽti, tam conſecrando quàm utendo: tum, ex eo quod populi communio poſt conſummatum ſacrificium, atque ſacramentum, tã quo ad conſecrationem, quàm quo ad oblationem, & uſum in A peruenit, ſacerdos enim per ſeipſum perfecit hæc omnia: quod autem ſuperuenit alicui poſt illius perfectionem, non eſt de cõcurrentibus per ſe ad illius perfectionem iterum, ex eo, quod accidentaliter coniungunt perfecto uſui huius ſacramenti, quod aliquis circunſtãtium ſit communicandus, quod ex eo patet, quod nihil minus perfectũ eſt ſacramentum, & in ſe, & in uſu, ſi nullus circunſtantium communicet: ſi enim perfectio uſus dependeret ab aliorum communione. non poſſet abſque ſacrilegij uitio ſacramenti huius uſus eſſe, niſi aliquis ex circunſtãtibus cõmunicaret: ſicut non poteſt abſque ſacrilegio, eius uſus a celebrante omitti, aut diuidi. Quo circa manifeſtum eſt, quod ex perfectione huius ſacramenti, tam quo ad conſecrationem, quàm quo ad uſum per ſe (ea enim, quæ ſunt per accidens, & ab arte, & a ſcientia relinquuntur) non habetur neceſſitas communicandi populum ſub utraque ſpecie, ſed neceſſitas communicandi ſeipſum celebrantem ſub utraque ſpecie. B Et hæc de prima quæſtione dicta ſufficiant.

QVAESTIO II.

An utilius ſit ſumere euchariſtiam ſub utraque ſpecie, quam ſub ſpecie panis tantum.

QVAERITVR ſecundo, an utilius ſit ſumere euchariſtiam ſub utraque ſpecie, quàm ſub ſpecie panis tantum. Et uidetur quod ſic.

¶ Primo, ex parte ſacramenti, quia utilius eſt ſumere ſacramentum integrum, ſeu integre, quàm imperfectum, ſeu partialiter. Et ſi dicatur, quod non eſt hic differentia ſecundum perfectum, & imperfectum, integrum, aut diminutum, totum, uel partem, niſi in ſignificando, contra: ſacramenta efficiunt quod ſignificant ergo imperfectio in ſignificando redundat in imperfectionem in conferendo: C alioquin aliud efficeret, & aliud ſignificaret, dum ſignificaret partem, & efficeret totum.

¶ Secundo, ex parte quoque ſacramenti, utilius eſt tangi a Chriſto pluribus diuerſarum rationum inſtrumentis, quàm uno tantum: ſed communicans ſub utraque ſpecie tangitur à Chriſto inſtrumentis diuerſarum rationum: communicans autem ſub altera tantum tangitur à Chriſto uno tantum inſtrumento ergo. Maior eſt per ſe nota: quoniam diuerſarum rationũ inſtrumenta ad diuerſas utilitates per ſe ordinantur, ut patet in artificialibus. Minor autem manifeſtatur: quia ſpecies uini, uel ſaltem potatio ipſa inſtrumẽtum eſt quoddam ipſius Chriſti ad lætificandam animam: & ſimiliter ſpecies panis, uel ſaltem manducatio ipſa inſtrumentum eſt Chriſti ad confirmandum hominis animum: ſicut de aqua baptiſmi Auguſt. dicit, quod corpus tangit, & cor abluit. Et confirmatur, quia potus ſacramentalis ſignificat potum ſpiritualem: regula autem generalis eſt, quod ſacramentales actus ſunt inſtrumenta, aut D quaſi inſtrumenta diuinæ uirtutis. Et confirmatur rurſus ex eo, quod ſi ſignificatus effectus per ſumptionem euchariſtiæ non prouenit in ſumentem, dicimus, quod hoc non eſt ex defectu ſacramenti, quin conferret quod ſignificaret, ſicut, & cætera ſacramenta conferunt, quod ſignificant, ſed ex indiſpoſitione ſumentis: hæc enim omnia atteſtantur, quod huiuſmodi ſacramentalibus Chriſtus utitur ut inſtrumentis, quod erat aſſumptum: conſtat n. hæc ſcilicet ſpeciem panis, & uini, ſeu manducationem, & bibitionem ſacramentales, diuerſarum eſſe rationum, ſicut diuerſarum ſunt rationum in eſſe naturali.

¶ Tertio, ex effectuum differentia: utilius eſt comedere ſpiritualiter, & bibere ſpiritualiter ſacramentum hoc, quàm illud ſpiritualiter comedere tantum. Et ſi dicatur, quod comedere ſpiritualiter, & bibere ſpiritualiter, ſunt idem, contra: tum, quia comedere ſpiritualiter eſt actus intellectus, utpote ſpectãs E ad fidem, & contemplationem, iuxta illud Eccl. 15. Cibauit illũ pane uitæ, & intellectus, & illud Auguſt. Crede, & manducaſti. Bibere uero eſt actus affectiuæ partis, utpote ſpectans ad dulcedinem charitatis, & delectationem ſpiritus, iuxta illud. Et uinum lætificat cor hominis, & rurſus. Torrente uoluptatis tuæ potabit eos. Et confirmatur hoc ex ipſa diuerſitate ſignorum: diuerſa enim ſigna ſacramentalia oportet diuerſa quoque habere ſignificata. Et propterea, quia manducare & bibere ſunt diuerſa ſigna ſacramentalia, conſequens eſt, ut diuerſa quoque habeant ſignificata: ſi enim idem ſignificarent, alterum ſuperfluum eſſet in ſignificando. Et confirmatur rurſus, ex proprietate attributiuum ſignatorum: nam calici ſacramentali attribuitur, quod ſignificat expreſſe mortem Chriſti, redẽptionemque per illius ſanguinem peractam, uitam animæ, lætitiam cordis, &c.

¶ Quarto arguitur ducendo ad inconueniens: ſacerdos celebrans ſumpto ſacramento ſub ſpecie panis, quæritur an poſtea ſumẽdo ſub ſpecie uini aliquid utilitatis ſpũalis acquirat,

ant nihil. Si dicatur, quòd acquirit aliquid ſpiritualis F
utilitatis intus in anima, habetur intentum, ſcilicet quòd utilius eſt ſumere ſub utraque ſpecie, quàm ſub altera tantum. Et rurſus, cum par ſit ratio, proportionaliter tamen de ſacerdote, & laico digne ſumente, utilius erit laico digne ſumanti ſumere ſub utraque ſpecia, quàm ſub altera tantum. Si dicatur, quòd nihil ſpiritualis fructus acquirit ex calice, ſequitur quòd potus ille ſacramentalis non confert ſacerdoti quod ſignificat, & cum infructuoſitas iſta non proueniat ex parte ſacramenti: quoniam calix ille eſt calix uitæ non ſolum contentiuus, ſed collatiuus, nec proueniat ex parte ſacerdotis (quoniam ſupponimus ipſum digne celebrare) conſequens eſt quòd non niſi temere, & uoluntarie negatur fructus ſumptionis ſub ſecunda ſpecie.

IN OPPOSITVM eſt Auctor in litera huius 12. artic. in calce dicens: poteſt autem a populo corpus ſine ſanguine ſumi: nec exinde ſequitur aliquod detrimentum: quia ſacerdos in G perſona omnium ſanguinem offert, & ſumit, & ſub utraque ſpecie totus Chriſtus continetur. Vbi clare uides dictum, nec ex inde ſequitur aliquod detrimentum, quod falſum eſſet, ſi damnum ſpiritualis fructus populus incurreret, ſumendo corpus, & non ſumendo calicem.

¶ Ad euidentiam ueritatis quæſtionis huius, tria agenda ſunt: primo, declarandæ ſunt duæ radices difficultatis, ſecúdo, proſequemur primam radicem & tertio proſequemur ſecundam.

¶ Quoad primum ſciendum eſt, quòd quia ſacramenta nouæ legis conferunt quod ſignificant, ideo in duplici conſueuerunt locari genere, quatenus enim conferunt, locantur in genere cauſæ inſtrumentalis, aut quaſi inſtrumentalis, quatenus uero ſignificant, locantur in genere ſigni ſenſibilis, & propterea de ſacramentis dupliciter loqui contingit uel, ut habent rationem cauſæ, uel ut habent rationem ſigni. cum enim de uirtute ſacramentorum eſt ſermo, ad cauſalitatem ſacramenti ſpectatur: uirtus enim cauſalitatem ſonat: & ſimiliter cum de ſacramentali H medicina eſt ſermo, ad cauſalitatem quoq; ſpectatur. inter cauſas enim medicina locatur. Et breuiter cum de efficacia, aut effectu alicuius ſacramenti agitur, ad cauſalitatem ſpectatur: quando autem de ſignificato, aut ſignificationa ſacramenti eſt ſermo, clare liquet quòd ſacramentum in quantum ſignum tractatur.

¶ Duabus igitur in ſacramento inuentis conditionibus, ſcilicet quòd eſt cauſa, & quòd eſt ſignum, quòd confert, & quòd ſignificat, difficultas in propoſita quæſtiona ex utraque oritur. Nam ex eo, quòd dominicus calix non minorem habet uirtutem, quam ſacra hoſtia, nec minus natus eſt conferre quam ſacra hoſtia confert, rationi conſentaneum eſt, ut quemadmodũ ſacræ hoſtiæ eſus proprium habet fructum ſpiritus in anima electis, ac per hoc duplex fructus meliorem monſtrat ſumptionem ſacramenti ſub utraque ſpecie, quam ſub altera tan- I tum. Similiter, quia non minus dominicus calix cum eius potu ſacramentali ſignificat interiorem fructum ſpiritus, quàm ſacra hoſtia cum eius eſu ſignificat interiorem ſpiritus fructũ, conſequens eſt, ut ſicut donum ſpiritus ſignificatum eſu ſacræ hoſtiæ abſque dubio acquiritur, ita donum ſpiritus ſignificatum potu ſacramenti calicis abſque dubio habeatur à digne bibente, & ſic ex multiplicato dono iuxta diuerſitatem ſigni, utilius concluditur communicare ſub utraque ſpecie, quàm ſub altera tantum.

¶ Oritur ergo tota huius quæſtionis difficultas ex diuerſitate ſacramentalis cauſæ, uel ſacramentalis ſigni, aut utriuſque, & propterea diligenter diſcutienda eſt primo uirtus, atque cauſalitas huius ſacramenti, & deinde ſignificatio, His enim patefactis, facile erit nodum ſoluere quæſtionis. Hæc de primo.

¶ Quoad ſecundum, ut clare appareat ueritas, ut cognoſcatur quid in euchariſtiæ ſacramento eſt cauſa, & quomodo cauſat, K declaranda per ordinem ſunt tria. Primum eſt, quòd cauſans non eſt uirtus aliqua in ſacramento aut diuina aſſiſtentia, ſed eſt res contenta in euchariſtia. Secundum eſt, quòd huiuſmodi res contenta cauſans non eſt minus res concomitanter contenta, quàm res contenta ex ui conuerſionis. Tertium eſt, quòd res contenta in hoc ſacramento cauſat abſque aliquo ſenſibili inſtrumento. Primum horum, ſcilicet quod res cauſans, ſeu conferens ſpiritualem fructum in ſumptiona euchariſtiæ, eſt res contenta in euchariſtia, ab omnibus eſt confeſſum, qui confitentur Chriſtum realiter contineri ſub hoc ſacramento, ipſe enim Chriſtus perfectus Deus, & perfectus homo eſt largitor omnis fructus gratiæ, & eſt res contenta ſub hoc ſacramento. Et hinc abſque controuerſia habetur, quòd non oportet recurrere in uſu huius ſacramenti ad uirtutem aliquam in ſacramẽto poſitam per modum intentionis, aut ad diuinam aſſiſtentiam, ſicut in aliorum ſacramentorum uſu, & in huius ſacramenti conſecratione recurritur. Singulare eſt enim in hoc ſacramento, in quo loco uſus à conſecratione ſeparatur, quòd ipſum fontem gratiæ præſentialiter habeat, ut rem in ſacramento contentam, & ex hac ſingulariter excellentia prouenit, ut ſicut per ſeipſum in ſua perſona fons gratiæ ſub ſacramento continetur, ita per ſeipſum conferat ſacramenti fructum.

¶ Secundum autem, ſcilicet quòd non minus ad conferendũ fructum huius ſacramenti concurrit res contenta concomitanter, quàm res contenta ex ui ſacramenti, ſeu conuerſionis, declaratur recolendo, quòd dupliciter res aliqua continetur ſub hoc ſacramento, uel ex ui ſacramenti, ſeu conuerſionis, & ſic ſub hoſtia continetur corpus Chriſti tantum, ita quòd, nec ſanguis, nec anima, nec deitas ſic continetur ſub hoſtia. & ſimiliter in calice ex ui ſacramenti ſolus ſanguis continetur, ita quòd nec Chriſti corpus, nec anima, nec deitas, ſic continetur ſub ſpecie uini, uel concomitanter, & ſic ſub hoſtia continetur tam ſanguis Chriſti, quam eius anima, & deitas: & ſimiliter ſub ſpecie uini continentur concomitanter Chriſti corpus, anima, & deitas. Ex his enim conſtat, quòd nec ſub ſpecia panis, nec ſub ſpecia uini continetur Chriſti anima, & ſimiliter deitas, niſi concomitanter. Quo ſtante declaratur propoſitum ſic: Spiritualis fructus euchariſtiæ non minus cauſatur a Chriſti anima, & ab eius deitate, quam a Chriſti corpore, ſeu ſanguine: ſed tam deitas, quam anima Chriſti eſt res concomitanter exiſtens ſub ſacramento ergo non minus cauſat fructum ſpiritualem euchariſtiæ res concomitanter contenta, quam res ex ui ſacramenti contenta. proceſſus totus eſt clarus cum minore iam declarata. Prima autem propoſitio per ſe euidens eſt tum, quia deitas præſens perſonaliter eſt, quæ maxime confert fructum hunc ſpiritualem, tum, quia Chriſtus in ſacramento præſens confert uoluntarie dona ſui ſpiritus, uoluntaria autem collatio principaliter, & maxima pendet a uoluntate, quæ eſt in anima eius, quia plus eſt, quàm quod dixi. nam tam ſanguis quam corpus Chriſti uim cibandi, atque potandi habet ex coniunctione ad deitatem: niſi enim eſſet corpus uerbi, & ſanguis uerbi, quod in principio erat Deus non conferret uitam æternam.

¶ Tertium autem ſcilicet quòd Chriſtus in hoc ſacramento contentus conferat per ſeipſum, & non per aliquod ſenſibile inſtrumẽtum, ſpiritualem fructum declaratur tripliciter. Primo, quia ubi eſt præſens agens ſufficiens per ſeipſum, non eſt opus inſtrumento, nec conſueuit adhiberi inſtrumentum.

¶ Secundo, quia ſic ſe habet eſus, & potus ſacramentalis ad hoc alimentum ſpiritus, ſicut ſe habet tam manducatio, quàm potus naturalis ad alimentum corporale: ſed in nutritione corporali panis, & uinum non per inſtrumenta, ſed ſecundum ſeipſa alunt, quoniam ut dicitur in 2. de anima, alimentum ſecundũ ſuam ſubſtantiam nutrit, & ſimiliter edere, & bibere non ſunt inſtrumenta alimenti corporalis ad alendum corpus, ſed comedere concurrit, ut adducens alimentum ſiccum, & bibere ut adducens alimentum humidum: conſtat autem ſecundum philoſophiam, quòd approximatio agentis, & patientis, alimenti, & aliti non locatur inter inſtrumenta. Relinquitur igitur ex hoc, quod Chriſtus continetur in hoc ſacramento ut alimentum (ut ſpecies panis, & uini atteſtantur) quòd ipſe ſecundum ſeipſum nutriat ſpiritum ſumentium, & ſimiliter ex hoc, quòd ad ſumentium animas peruenit eo ipſo, quòd manducatur, & bibitur ſacramentaliter, quòd eſu, & potu ſacramentali non utitur ut inſtrumentis, ſed ut approximationibus alimenti ad hominem, qui alendus eſt.

¶ Tertio, quia de diuinis ſacramentis oportet ſapere ad ſobrietatem, non excedendo limites patrum noſtrorum, accepimus autem ex eccleſiæ doctrina incomprenſibilem, ac ineffabilem coniunctionem Chriſti, & ſpecierum ſacramentalium ſub ratione continentis, & contenti neraciter præſentis, & ſigni, & ſignati, & huiuſmodi, & non ſecundum rationem agentis, & inſtrumenti, & propterea uoces huiuſmodi tamquam prophanas nouitates uitandæ ſunt.

¶ Ex quibus omnibus infertur primo, quòd in calice, & hoſtia non ſunt diuerſæ uirtutes collatiuæ ſpirituales gratiæ, ſed una tantum eſt res utrobique conferens, ſcilicet Chriſtus ipſe ſecundum ſeipſum, & non per uirtutes medias. Infertur ſecundo, quòd in hoſtia, & calice, Chriſtum non uti diuerſis inſtrumentis ad conferendum fructum ſpiritus, quia utrobique nullo utitur ſenſibili inſtrumento ad huiuſmodi collationem, & quia excluſa omni uirtute media, & excluſo omni inſtrumento medio, nulla remanet ex parte Chriſti præſentis differentia cauſandi, diſtribuendi, ſeu conferendi ſub utraque ſpecie, niſi uoluntas diuidens ſingulis, prout uult, ideo infertur tertio, quòd quæcumque argumenta ad probandam diuerſitatem fructuum, ſpiritualium in ſumptione utriuſque ſpeciei, ex diuerſitate uirtutum ſacramentalium, uel ſacramentalium inſtrumentorum, uel modorum conferendi, & aliorum eiuſmodi, ex falſo procedunt principio, nihilque ualent utpote abſque fundamento erecta.

erecta. Quo fit ut conſiderando ſacramentum euchariſtiæ infinitam latitudinem cauſæ, prout eſt collatiuum ſpiritualis gratiæ, nutritiuum animæ, & medicina eiuſdem, nulla ſit differentia inter ſpecies ipſas inter ſe, & ſimiliter nulla ſit differentia inter utramque ſimul, & alteram tantum: quoniam ut ex dictis patet, una, & eadem omnino abſque omni uirtute media, abſque omni ſenſibili inſtrumento medio eſt utrobique, & in altera tantum cuiuſcumque ſpiritualis doni cauſa, ſcilicet Chriſtus ipſe perſonaliter præſens ſecundum deitatem, & humanitatem. Hæc de ſecundo.

¶Quo ad tertium, aduertendum eſt, quod diuerſitas in ſignificando, quæ ingerit difficultatem, dupliciter inuenitur in hoc ſacramento. Inuenitur ſiquidem, & diuerſitas ſigni: quia aliud ſignum eſt ſpecies panis cum ipſius eſu, & aliud ſignum eſt ſpecies uini cum eius potu, & diuerſitas modi ſignificandi. Et hæc inuenitur dupliciter, hoc eſt comparando ſpecies inter ſe, ſicut expreſſius ſignificat redemptionem noſtram per Chriſti mortem calix, in quo, ut ſeparatus monſtratur ſanguis a corpore, quàm hoſtia & comparando utramque ſimul ſpeciem ſacramenti ad alteram tantum: nam utraque ſimul ſignificat integre refectionem ſpiritualem: ſingulæ autem ſpecies imperfecte repræſentant illam, una ſcilicet ut cibum, & altera ut potum.

¶Nulla autem harum diuerſitatum, ſi diligenter perſpexerimus, diuerſitatem aliquam in fructu ſpirituali huius ſacramenti arguit: quod quadrupliciter manifeſtatur. Primo ex communibus. quoniam nec ſignorum diuerſitas, nec diuerſus modus ſignificandi diuerſitatem arguit in re ſignata, ſed una eademque res omnino immutata, & diuerſis ſignis, & diuerſimode poteſt ſignari, ut patet cum unus, idemque homo repræſentatur per imaginem in ſpeculo, & per ſtatuam, picturam, &c. & ab una perfectius, & ab alia imperfectius repræſentatur, ex his enim diuerſitatibus in ſignis, & ſignificationibus nulla circa rem ſignatam uarietas monſtratur.

¶Secundo declaratur exemplo in baptiſmo: immerſio ſiquidem, quæ in celebratione baptiſmi fit, ſignificat enim, qui baptizatur, conſepeliri Chriſto, & emerſio ſignificat reſurgere eundem cum Chriſto in nouitatem uitæ, iuxta illud Apoſtoli ad Ro. 6. Conſepulti ſumus cum Chriſto per baptiſmum in mortem, ut quomodo Chriſtus ſurrexit a mortuis, ita, & nos in nouitate uitæ ambulemus. Si tamen aliquis baptizatur non per modum immerſionis, ſed per modum effuſionis, aut aſperſionis, deficit tunc baptiſmo dictus modus ſignificandi, & non propterea is, qui baptizatus, minus eſt conſepultus Chriſto, aut minus reſurgit in nouitatem uitæ, quàm ille, qui baptizatus eſt per immerſionem. Hinc enim manifeſte habes, quòd non ſolum in communi loquendo, diuerſitas, ſeu defectus in modo ſignificandi, nullam uarietatem arguit in re ſignata: ſed etiam in ſpeciali de ſacramentalibus ſignis loquendo defectus in ſignificando nihil adimit de fructu ſacramenti, & plenitudo in ſignificando, nihil adiungit ad fructum ſacramenti: æquale ſiquidem donum ex baptiſmo recipiunt baptizatus per immerſionem, & baptizatus per aſperſionem, quàmuis magna ſit diuerſitas utrobique in ſignificando.

¶Tertio ex ratione, quia aliud eſt diminute, ſeu partialiter ſignificare, & aliud eſt ſignificare diminutum, ſeu partem. Primum inuenitur in ſingulis ſeorſum huius ſacramenti ſpeciebus, ſecundum autem non: & ut patet non ſequitur ex primo. Similiter aliud eſt plenius, ſeu expreſſius ſignificare, & aliud eſt pleniorem fructum ſignificare, & ſimiliter aliud eſt integre ſignificare, & aliud eſt totaliter ſignificare, & ſimiliter aliud eſt diuerſis ſignis ſignificari, & aliud eſt diuerſa ſignificari. Diuerſitas namque tam ſignorum, quàm modorum ſignificandi, in ſignis ipſis ſiſtit, & non pertranſit ad rem ſignatam: ſunt enim conditiones ſignorum, & non rei ſignatæ: & propterea inter ſigna, & ſignorum conditiones aduertenda eſt differentia hæc quòd ſigno quidem reſpondet ſignatum, ſed diuerſitati ſignorum non reſpondet diuerſitas rei ſignatæ & ſimiliter modo ſignandi non reſpondet modus rei ſignatæ. Et ratio eſt, quia una, & eadem omnino immutata res, poteſt & diuerſis ſignis, & diuerſimode ſignari.

¶Quarto, declaratur deſcendendo ad propoſitum ſacramenti exemplariter, diuerſa in primis ſigna, ſcilicet hoſtia comeſta, & calix bibitus, non diuerſos ſacramenti fructus, ſed unum, atque eundem ſpiritualem fructum ſignificant: nam manducare, & bibere ſpiritualiter, unum, & idem ſunt, ut teſtatur Aug. ſuper Ioan. homil. 25. ſuper illo textu, Qui uenit ad me, non eſuriet, & qui credit in me, non ſitiet in æternum. Ioan. 6. Inquit enim. Qui uenit ad me, hoc eſt, quod ait, qui credit in me: & quod dixit, non eſuriet, hoc intelligendum eſt, & non ſitiet umquam: utroque enim illa ſignificatur æterna ſatietas, ubi nulla eſt egeſtas. Vbi ex hoc, quòd ſitire, & eſurire ponitur idem, manifeſte patet, quòd manducare, & bibere ſunt idem, & quod

A alimentum ſatians eſu, & alimentum ſatians potu, ſunt idem ſecundum rectum philoſophiæ iudicium, iuxta illud 4. Phyſic. Si poſſe ſanari, & poſſe infirmari ſunt idem, ſanari, & infirmari ſunt quoque idem, & ſimiliter ſanitas, & infirmitas ſunt idem.

¶Diuerſi deinde modi ſignificandi, non diuerſos fructus ſpirituales modos ſignificant, ſed excellentem illum fructum diuerſimode ſignificari decet, ut ſic ſignificante uno, & ſic repræſentante alio, & ſic repræſentante utroque unus, & idem fructus inadæquatur omnibus & ſingulis ſignis, utpote ſuper excedens quæcumque huiuſmodi ſigna quocumque modo illum ſignificantia, utcumque innoteſcat, & in ſumma ueneratione habeatur, & toto corde deſideretur. Conſentaneum autem rationi eſſe patet, ut diuerſa ſigna ſenſibilia, & diuerſimode ſignificantia, ad unum ſpiritualem intelligibilis ordinis fructum repræſentandum ſint inſtituta a diuina ſapientia diſponente B omnia ſuauiter, ſenſibilia enim ualde defectiue repræſentant excellentiam intelligibilium rerum, & præcipue tam excelſam rem, quæ eſt hoc ſacramento ſignata, & eſt illius fructus, interna ſcilicet ſatietas ſpiritus, ſecundum participationem æternæ ſatietatis. unde non ſolum ex ipſis ſacramentalibus ſignis, ſed & ex aliis innumeris defectiue ſignificatur huius ſacramenti fructus. Nec obſtat, quòd dicatur euchariſtiam ſub utraque ſpecie integre repræſentare internam refectionem: quoniam huiuſmodi integritas, ſeu totalitas repræſentandi non ſimpliciter, & abſolute, ſed reſpectiue ad ſingulas ſpecies intelligitur, tamquàm ſi diceretur, quòd totum euchariſtiæ ſacramentum repræſentat internam refectionem non partialiter, ut ſpecies panis, nec partialiter ut ſpecies uini, ſed complectendo utrumque. Cum quo ſtat, quòd utrumque ſimul imperfecte illam repræſentat, ſed non ita imperfecte ſicut alterum tantum, ſingulæ enim ſpecies, & ambæ ſimul repræſentant non partem, C ſed totam internam refectionem ſpiritus, ſed non repræſentatur totaliter ab aliqua earum, nec ambabus ſimul, nec ab innumeris aliis. patet ergo diuerſitatem ſacramentalium ſignorum, & modorum ſignificandi in hoc euchariſtiæ ſacramento, nullam inferre diuerſitatem in fructu ſpirituali ſignificato.

¶Nec ex admiſſo conferendi actu, diuerſificari ſignificatum ſacramenti fructum poteſt. nam ſi diuerſitas ſigni, & modi ſignandi non redundat in ſignatum, quod per ſe reſpicit ſignum multo minus huiuſmodi diuerſitas redundabit in collatum, quod per accidens, ſeu per quandam annexionem reſpicit. Et confirmatur, quia ſicut communiter fatemur ſacramentis nouæ legis conferri quod ſignificatur, ita communiter abhorremus, quod conferendi commenſuretur modo ſignificandi.

¶Ex quibus omnibus collige, quòd quatuor inueneris in euchariſtiæ ſacramento integro, ſcilicet rem contentam, qui Chriſtus eſt, D modo continendi, ſcilicet ex ui ſacramenti, & concomitanter, ſignis ſignificatione cum modo ſignificandi, & collatione, eſt conſtet, quòd maior utilitas ſpiritus ſpectet ad maiorem collationem a re contenta procedentem, & non ad modum continentiæ: nec ad diuerſitatem ſignorum, ſignificationum, aut modorum ſignificandi, & res contenta ſub utraque ſpecie ſit omnino una, & eadem, & non magis conferat ſpiritualem fructum ſub una, quam ſub alia, aut ſub utraque quàm ſub una, utpote nullo mediante inſtrumento, nullaque mediante uirtute uertens in huiuſmodi collatione, conſequens eſt, ut nulla maior utilitas ſpiritualis fructus proueniat in ſumente ſacramentum ſub utraque ſpecie, quam proueniat in ſumente ſacramentum ſub altera tantum ſpecie. Et hoc intellige cæteris paribus, ita, quòd ut exemplariter dicatur, ſi ſunt hic duo æqualiter diſpoſiti ad communionem, & unus communicet ſub ſpecie panis tantum, alter uero ſub utraque ſpecie, non plus prodeſt, quo E ad gratiam, & ſpiritualem fructum ſacramentum euchariſtiæ communicanti ſub utraque ſpecie, quam communicanti ſub ſpecie panis tantum. Et ratio eſt dicta, quia non interuenit maior collatio, quamuis interueniat maior ſignificatio. Hæc de tertio.

AD ARGVMENTA in oppoſitum reſpondendo, dicitur ad primum, quòd ſine dubio utilius eſt ſumere totum fructum ſacramenti, quam partem fructus eiuſdem, non tamen utilius eſt ſumere totum ſacramentum, quam partem ſacramenti, ubi tota uis ſacramenti non minus eſt in parte quam in toto, ſicut eſt in propoſito, quoniam totus Chriſtus continetur in toto ſacramento, & in qualibet eius parte, nec eſt differentia niſi in ſignificando, non totum, uel partem, perfectum, uel imperfectum: ſed in ſignificando partialiter, uel integre, perfecte, uel imperfecte: unde cum inſtatur, quòd ſacramenti pars aliud ſignificaret, & aliud conferret, quia ſignificaret partem, & conferret totum, duplex defectus committitur. Primus eſt, qui dictus eſt, quòd pars ſacramenti ſignificet partem fructus ſigni-

ficat

ſerat enim totum fructum, ſed partialiter. Secundus eſt, q. dato quòd ſignificaret partem, & conferat totum non propterea derogaretur regulæ ſacramentali, qua dicitur, ſacramenta conferunt quod ſignificant: quoniam uerificaretur q. conferret id, quod ſignificat, quàmuis ultra hoc conferret aliquid plus. Multum n. inter ſe diſtant hæc, conferre aliud, & cõferre illud, & aliquid plus unde ex hoc, q. pars ſacramenti confert quicquid confert totum, & affirmatur quòd confert quòd ſignificat, & quòd confert plus quàm explicite ſignificet. F

¶Ad ſecũdum dicitur, quòd minor eſt falſa: non ſunt enim inſtrumenta Chriſti contenti in euchariſtia ſpecies ſacramentales, aut uſus earum, uere, & proprie loquendo: quod ideo addo, quoniam ſi alicubi ſcriptum inueniatur, quòd hæc ſunt inſtrumenta, aut quaſi inſtrumenta diuina, pie exponendum eſt, uel G de inſtrumento ad excitandam deuotionem, & non ad conferendum ſacramenti fructum, uel inſtrumenti nomine intelligendum eſt id, ſine quo non. ſecundum enim huiuſmodi extenſionem nominum uerificatur, quòd ſpecies, & earum uſus ſunt inſtrumenta ad fructum ſacramenti, quia ſine eis in re, uel in uoto non confertur ſacramentalis fructus à re cõtenta ſub ſacramento. ubi ſcito, quòd huiuſmodi ſpecies, & uſus earum conueniunt cum aliis ſacramentis, non ſolum in ſignificando, ſed etiam in conferendo: & propterea ſicut aqua baptiſmi corpus tangit, & cor abluit, ſic hoſtia ſacra corpus tangit, & cor alit. Sed multum differunt in modo conferendi: quoniam in aliis ſacramentis Chriſtus mediante uirtute ſacramentali confert effectum: hic autem immediate per ſeipſum fructum confert ſacramenti: & propterea eſto cautus cum obiiciuntur huiuſmodi ſimilitudines.

¶Ad confirmationem dicitur, q. actus ſacramentales ſunt in H duplici differentia: quidam enim ſunt, qui interueniunt in ipſa cõfectione ſacramenti, & de his uerificatur quòd ſunt actus inſtrumentales: quidam uero ſunt, qui poſt confectum ſacramentum, ad uſum ſolummodo ſpectant ſacramenti, & hi non ſunt actus inſtrumentales ad conferendum ſacramenti fructum, ſed ut dictum eſt, ſe habent ut approximationes nutrimenti ad id, quod nutritur: tales autem ſunt de quibus eſt ſermo præſens.

¶Ad alteram confirmationem dicitur, quòd non ideo ſimile reddimus iudicium de euchariſtia, & baptiſmo, & aliis ſacramentis, dicendo quòd non prouenit ex defectu ſacramenti ſi infructuoſe quandoque ſuſcipiuntur, quaſi eodem modo Chriſtus operetur in hoc ſacramento, & in aliis: cum conſtet, quòd non eodem modo Chriſtus eſt in hoc ſacramento, & in aliis: quoniam hic eſt per ſeipſum præſens, in aliis per ſuam uirtutem, uel aſſiſtentiam: ſed hoc ideo dicitur, quia quantum ad collationem ſpiritualis gratiæ idem eſt iudicium: in omnibus enim confertur ſpirituale donum, ſi digne ſuſcipiuntur. I

¶Ad tertium dicitur, quòd ceteris paribus, non eſt utilius ſpiritualiter comedere, & bibere ſacramentum, quàm comedere tantum: quia comedere, & bibere ſpiritualiter Chriſtum, ſunt unum, & idem inter ſe, & non differunt a comedere, & bibere ſpiritualiter euchariſtiam, niſi ſola relatione ad ſacramẽtum, conſtat enim quòd utilitas graduatur ſecundum interiorem Spiritus fructum, & non ſecundum relationem ad ſacramentum: quoniam relatio huiuſmodi non facit melius, ſed ſolam habitudinem ad ſenſibile ſignum, in quo Chriſtus continetur apponit. quòd autem comedere, & bibere ſpiritualiter, idem ſint, manifeſtat dominus, Ioan. 6. dum ter unum, & eundem fructum attribuit manducationi carnis ſuæ, & potui ſanguinis ſui. Primo, cũ dicit, Niſi mãducaueritis carnem filii hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis uitam in uobis. Se K cundo, cum dicit, Qui manducat meam carnem, & bibit meũ ſanguinem, habet uitam æternam. Tertio, cum dicit, Qui manducat meam carnem, & bibit meũ ſanguinem, in me manet, & ego in illo: ubi patet, q. ſemper unicus manducationi, & potui appoſitus eſt fructus. Primo, uita in nobis: ſecundo, uita æterna: tertio, manſio in Chriſto, & econtra.

¶Ad inſtantiam autem, quòd manducare eſt actus intellectus, & bibere actus effectus, reſpondetur, quòd hæc ſunt uera ſecũdum quandam appropriationem, & non ſecundum proprietatem, & hoc tam in uia quàm in patria: nam in uia tam manducare, quàm bibere ſpiritualiter, ſpectat ad credere in Chriſtum: quia actus cum ſit fidei formatæ, & intellectus, & affectus eſt: in patria autem fruitio beata, utriuſque quoque partis perfectio eſt. In cuius ſignum cum dictum eſſet, quòd cibaret illũ pane uitæ, & intellectus, ſubiectum eſt, & aqua ſapientiæ potauit illum, ut monſtraretur ſapientia ad intellectum pertinens, & cibus, & potus: & ſimiliter non ſolum dictum eſt, Torrente uoluptatis tuæ potabis eos, ſed inebriabuntur ab ubertate domus tuæ: ubi tam ubertas domus, quàm uoluptas ad potum relata eſt, ut monſtraretur identitas cibi, & potus.

F ¶Ad confirmationem uero, de diuerſitate ſignorum dicitur q. non oportet diuerſis ſignis ſenſibilibus reſpondere diuerſa ſignata intelligibilia: nec propter hoc, quòd multa ſigna unum, & idem ſignatum ſignificant, aliquod ſuperfluit: tum, quia inadæquate ſingula repræſentant illud intelligibile, tum, quia ſapienter diuina prouidentia huiuſmodi ſigna inſtituit ad noſtram eruditionem, exercitationem, humiliationem, conformitatem &c.

¶Ad ultimam confirmationem, de appropriatis, reſpondetur diſtinguendo de ſignificatione, uel collatione, & ſimiliter de proprio, uel appropriato. Et dicitur quòd reſpectu actus ſignificandi expliciti (de tali enim ſignificandi modo loquor) aliquid eſt proprium uni ſpeciei, & aliquid proprium alteri. reſpectu autem actus nihil eſt alicui proprium: quoniam totum G quod cõfertur à Chriſto ſub una ſpecie, confertur etiam ab eodem ſub alia. Appropriatum tamen inueniri poteſt reſpectu utriuſque actus, nam redemptio per Chriſti mortem, appropriatur calici in repræſentando, & uita animę appropriatur eidem in conferendo: ſicut uita corporis appropriatur conferendo hoſtiæ, iuxta illud, Ut duplicis ſubſtantiæ totum cibaret hominem: & ſimiliter lætitia appropriatur calici in conferendo. & firmitas hoſtiæ, iuxta illud, Dedit fragilibus corporis ferculũ, dedit, & triſtibus ſanguinis poculum: ſed huiuſmodi appropriationes tam in ſignificando, quàm in conferendo, in nullo uariant fructum ſacramenti, quin totus, & ita plene, & perfecte conferatur ſub una ſpecie, ſicut ſub utraque, ſicut in diuinis ex hoc, quòd patri appropriatur potentia, & filio ſapientia, & ſpiritui ſancto bonitas, non minus ſingula quæque perſona eſt ſapientia, potentia, bonitas.

H ¶Et per hoc, patet reſponſio, ad quæcunque ſimilia, quæ poſſunt obiici, de appropriatis fructibus calicis nihil enim minus omnium fructuum appropriatorum calici percipitur ex ſacra hoſtia. Et ratio iam dicta eſt: quia hæc non ſunt propria, ſed appropriata.

¶Ad quartum argumentum, dicitur declinando utrumque extremum quæſtionis propoſitæ arguendo. & media uia incedendo, & diſtinguendo de diſpoſitione ſacerdotis in dei gratia celebrantis, dupliciter ſiquidem poteſt inueniri diſpoſitus poſt ſumptum ſacramentum ſub ſpecie panis, uel ſine augmento ſpirituali, uel cum augmento ſpirituali, & ſiquidem inueniatur diſpoſitus cum augmento ſpirituali, ita ut dignior ſit ſuſcipiendo ſub ſecunda ſpecie, quàm fuerit ſuſcipiendo primam, recipit proculdubio ſumendo calicem ſpiritualem fructum ſacramenti, qui gratia maior eſt intenſiue, aut extenſiue, & ſic diſpoſitis nullus unquàm dubitauit utilius eſſe communicare I ſub utraque ſpecie, quàm ſub altera tantum, ſi uero inueniatur ſine ſpirituali augmento diſpoſitus, nihil ſpiritualis fructus ex ſumptione, calicis percipit, quoniam idem eſt utrobique agens, & idem patiens æqualiter utrobique diſpoſitum, & perinde, quo ad interiorem fructum ſe habet, ac ſi poſt ſumptam hoſtiã unam aliam ſumeret, ut contingit ſumentibus reliquias ſacramenti, unde infructuoſitas iſta non eſt ex parte rei contentæ ſub ſpecie uini, ſed eſt ex æquali diſpoſitione communicãtis, & identitate numerali rei contentę ſub utraque ſpecie, per ſeipſam immediate conferentis fructum ſacramenti, hæc enim ſimul concurrentia efficiunt, quòd non magis fructuoſa eſt communio ſub utraque ſpecie, quàm ſub prima tantum. Et ſi his adiunxeris, quòd populus, communiter non eſt tantæ perfectionis, ut ad hæc incrementa ſe præparet, uidebis conſequẽter q. non eſt utilius populo communicare ſub utraque ſpecie, quàm communicare ſub altera tantum, in cuius ſignum non K apparent meliores homines in partibus ubi communicãt ſub utraque ſpecie, hominibus alibi, ſeu ibi communicantibus ſub altera tantum ſpecie. Hæc de ſecunda quęſtione.

QVÆSTIO III.

An expediat eccleſiæ Chriſti, quòd populus communicet ſub utraque ſpecie.

QVAERITVR tertio, utrum expediat eccleſiæ Chriſti, q. populus communicet ſub utraque ſpecie: uidetur enim quod ſic. Primo, exemplo Chriſti, qui etiam Iudam communicauit ſub utraque ſpecie, & immediate ante dixerat, Exemplum enim meum dedi uobis &c.

¶Secundo, exemplo primitiuę eccleſię, tunc.n. populus communicabat ſub utraque ſpecie, ut patet 1. ad Cor. 11.

¶Tertio, exemplo diuturnæ perſecutionis, nam huiuſmodi conſuetudo perſeuerauit nõ ſolum tempore martyrum (quos Cyprianus Dominico poculo præconfortandos cenſuit) ſed & tempore pacis eccleſiæ, cũ legamus factas non ſolum patenas, ſed etiam calices miniſteriales. quare enim miniſteriales dictæ

ſunt

ſunt, niſi quia non ad offerendum, ſed ad miniſtrandum populo A Chriſti ſanguinem deſeruiebant.

¶ Et ſi amplius perſpectum fuerit, quòd in ordine Ciſterciẽſi ali cubi communio fieri legitur ſub utraque ſpecie, apparebit quod tempore inſtitutionis ordinis Ciſtercienſis, perſeuerabat conſuetudo communicandi ſub utraque ſpecie: quoniam non eſt uerìſimile, ſi conſuetudo illa ceſſauerat, quod monaſterium aliquod præſumpſiſſet abolitam conſuetudinem renouare.

¶ Et confirmatur, quia tam actio, quàm doctrina priſcorum ſanctorum præfertur actioni, & doctrinæ poſteriorum, ac per hoc expediens uidetur eccleſiæ Chriſti ſequi ueſtigia priſcorum patrũ, & imitari eos quantum poſſumus.

¶ Præterea, Duorum licitorum illud, ut magis expediens eſt eligendum, quod clarius, & tutius, & magis conſentaneum eſt: ſed communicare ſub utraque ſpecie eſt clarius, tutius, & magis conſentaneum. ergo. Declaratur minor. quòd ſit quidem clarius, quia nullam habet obſcuritatem difficultatum, quas habet com B munio ſub una ſpecie: quod uero ſit tutius, quia nullius omiſſionis periculo ſe exponit cui ſe exponit communicans ſub altera ſpecie tantum, omittendo communionem alterius: quòd ſit autem magis conſentaneum, quia conſona inſtitutioni ſacramenti, & integritati ipſius, & integritati ſenſibilis refectionis.

¶ Præterea, Quod congruit ex his, quæ ſunt per ſe, eſt magis expediens eo quod congruit ex his, quæ ſunt per accidens: ſed communio ſub utraque ſpecie, congruit ex his, quæ ſunt per ſe, quia congruit ex ipſa perfectione ſacramenti, communio autem ſub ſpecie panis tantum congruit ex his, quę ſunt per accidens: quia oritur ex ineptia quorundam communicantium. ergo magis expedit eccleſiæ Chriſti, communicare populum ſub utraque ſpecie, quàm ſub ſpecie panis tantum.

IN OPPOSITVM eſt conſuetudo innumeratum eccleſiarum. C

¶ Ad euidentiam huius quæſtionis ſciendum eſt, quòd uſus euchariſtiæ medius eſt inter utentem, & ſacramentum, & propterea conſonus utrique debet eſſe: ſed cum duplex ſit euchariſtiæ uſus (uel primarius, ſpectans ad conſecrantem, uel ſecundarius, ſpectans ad populum) hęc eſt quantum ad propoſitum ſpectat, inter utrumque uſum differentia, quòd uſus primarius debet conſonare ſpeciebus ſacramenti, eo quòd perfectio uſus primarij ſpectat ad perfectionem ſacramenti, ut finis, & propterea, ut prędictum eſt, ſacrilegij reus eſſet ſacerdos celebrans omittendo communionem calicis: uſus autem ſecundarius de congruo decet, quòd conſonet ſpeciebus ſacramenti: quia in ipſo non conſiſtit perfectio ſacramenti, ut prædictum eſt, & quia communio populi in uſu ſecundario huius ſacramenti conſiſtit, ideo ex parte ſacramenti decet talem uſum, id eſt, communionem populi congruere ſpeciebus ſacramentalibus, hoc eſt, quòd fiat ſub utraque ſpecie, ex parte uero utentis populi debetur huic uſui reuerentia: tenetur enim D populus communicare abſque irreuerentia: immo, & cum reuerentia debita tanto ſacramento.

¶ Duobus igitur congruentibus populari uſui huius ſacramenti, altero ex parte ſignorum ſacramentalium, altero ex parte populi communicantis, ſi utrumque nequit prudenter fieri, appendenda ſunt in ſtatera hinc, & inde ſeruanda, & omittenda, ut diſcernatur quid magis expedit. Et ex una quidem parte appendenda eſt communio popularis ſub utraque ſpecie cum periculo irreuerentiæ in ſpargendo ſanguinem Chriſti, ex altera uero parte appendenda eſt communio popularis ſub ſpecie panis tantum, cum tuta reuerentia ſacramenti, & ſic perſpiciendo conditiones utriuſque partis, diſcernetur ueritas. Apparet autem diligenter conſiderando, quòd communio popularis ſub utraque ſpecie cum periculo irreuerentiæ, habet peccatum ſacrilegij annexum, imputandum non ſolum irreuerentiam committenti, ſed populo, & eccleſiæ rectoribus: cõmunio autem popularis ſub E ſpecie panis tantum, nullum habet annexum peccatum, nullũue damnum.

¶ Declaro ſingula, & primo primum: quòd enim popularis communio ſub utraque ſpecie habeat annexam irreuerentiam ſacramenti, experientia teſtari poteſt, & ratio monſtrat. nam in populis tanta eſt diuerſitas communicantium, ut impoſſibile ſit (humano more de impoſſibili loquendo) fieri communionem tot populorum ſub utraque ſpecie, abſque effuſione ſanguinis ſub ſpecie uini. quòd uero huiuſmodi irreuerentia ſit ſacrilegij peccatum, per ſe notum eſt, quoniam eſt irreuerentia rei ſacratiſſimę. Nec excuſatur à ſacrilegij uitio propterea quòd non ex propoſito, ſed ex incautela, aut incuria huiuſmodi irreuerentia accidit: quoniam ſpecies peccati ex obiecto ſumitur, & non ex occaſione peccandi, ſicut nec blaſphemia Dei à ſua recedit ſpecie: quia incaute prolata eſt: huiuſmodi enim circunſtantię excuſant à tanto, ſed non à toto: quòd autem ſacrilegium hoc imputetur populo & rectoribus eccleſiæ, ex eo patet, quòd huiuſmodi ſacrilegium non eſt inter caſus inopinatos, aut raro contingentes, ſicut foret caſus raro contingentes eſt, quòd ſacerdos celebrans, dum ſeipſum communicat, aliquid ſpargat ſanguinis Chriſti: imprudentiæ autem rectoris imputatur defectus non ratus, ſi poteſt prouidere, & non prouidet: & ſimiliter populo, qui mauult caſum ſacrilegij non ratum accidere, quàm abſtinere à communione ſub utraque ſpecie rationabiliter imputatur.

¶ Deinde declaratur ſecundum: quòd enim in communione populari ſub ſpecie panis tantum, nullum interueniat peccatũ, ex eo conuincitur, quòd ſi communio ſub ſpecie panis tantum, eſſet peccatum, nunquam eſſet licita: conſtat autem quòd in paraſceue ſacerdos ſub ſpecie tantum panis communicat non ſolum licite, ſed ſancte. non eſt igitur communio ſub altera ſpecie tantum, peccatum: quòd etiam non habeat annexum damnum, ex ſuperius dictis tam patet: quia cæteris paribus non eſt minus fructuoſa communio ſub altera ſpecie tantum, quàm ſub utraque. Ex quibus manifeſte apparet magis expedire Chriſti eccleſię communionem populi ſub ſpecie panis tantum, q̃ ſub utraque.

¶ Et ſi perſpicacius conſideratum fuerit, inuenietur ex prædictis. quod utilior eſt populo Chriſtiano communio ſub ſpecie panis tantum, quàm ſub utraque ſpecie: quoniam reuerentia tuta, cui innititur populus communicans ſub ſpecie panis tantum, nõ caret mercede ſua, & prudenter communicare, fructuoſius eſt ſpiritui, quàm minus prudenter. Et forte in pœnam huiuſmodi imprudentiæ, incautelæ, ac ſacrilegij, emergentis, diuino iudicio ſchiſmatici ſunt populi, communicantes hodie ſub utraque ſpecie.

¶ Expedit igitur Chriſtianis populis communicare ſub ſpecie panis tantum, & ad euitandum ſacrilegij periculum, & ad meritum tam obedientiæ prælatis ſedis apoſtolicæ communionem habentibus parendo, quam reuerentiæ, magnificando plus ſacramentum hoc, quam effectum proprium ad utramque ſpeciem.

AD PRIMVM ergo in oppoſitum de exemplo Chriſti dicitur, quod Spiritusſanctus docuit, & docet eccleſiam, non expedire illi imitari omnes conditiones, quæ interuenerunt in actionibus Chriſti.

¶ Nec hæc ego ſomnio, ſed manifeſte patet Chriſtum in prima huius ſacramenti conſecratione, & traditione duo ſeruaſſe, ſcilicet quòd poſt cœnam conſecratio, & communio facta eſt, & & quod ſub utraque ſpecie communicarunt omnes: Eccleſia autem non poſt cœnam, ſed ieiunia conſecrationem, & communionem perficit, non imitando Chriſtum in hoc, & procul dubio ratione reuerentię ieiuna communicat. Si igitur Chriſti actio, quo ad hanc conditionem non ſolum licite, ſed meritorie omittitur ob reuerentiam tanti ſacramenti, par eſt ob reuerentiam eiuſdẽ ſacramenti omittere etiam alteram conditionem, ſcilicet ſub utraque ſpecie: immo magis, quàm communio popularis exigit omiſſionem utriuſque ſpeciei, quàm communio ſacerdotis omiſſionem ſobriæ manducationis: quoniam hic nullum eſt, niſi ex eccleſię ſtatuto peccati periculum: ibi autem interuenit ſacrilegij periculum ex conditione ſumentium. unde ſicut eccleſia prouide ſtatuit, ut ieiuni communicemus, ita prouide quoque ſeruat, ut ſub ſpecie panis tantum populus communicet: & in utroque obedit Chriſto non ſecundum ſimilitudinem actionis, ſed ſecundum intentionem agentis: de intentione ſiquidem Chriſti eſt reuerentia magis, quàm exterior ſimilitudo operis.

¶ Ad ſecundum de exemplo primitiuę eccleſiæ, dicitur quòd ratione paucitatis Chriſtianorum fiebat tunc abſque periculo ſacrilegij communio ſub utraque ſpecie: nunc autem, quia non poteſt abſque ſacrilegij periculo tanta multitudo populi communicare ſub utraque ſpecie, non expedit imitari in hoc primitiuam eccleſiam. Et cum hac reſponſione ſatisfit argu E mentis omnibus ex imitatione priſcorum, & tam diuturnæ conſuetudinis antiquæ. Poſſet tamen aliter, & forte uerius, uiendo, etiam ratione dictæ reſponſionis, dici, quòd nunquàm fuit uniuerſalis conſuetudo in tota eccleſia communicandi populum ſub utraque ſpecie: ſed alicubi fuit hæc conſuetum, & alicubi non. In cuius ueritatis ſignum in primitiua eccleſia aliter legimus factam communionem Hieroſolymis, & aliter in eccleſia Corinthiorum, apud Corinthios enim communicabant ſub utraque ſpecie, ut patet 1. ad Corint. 11. Hieroſolymis uero ſola ſub ſpecie panis communio legitur, ut patet Act. 2. ubi dicitur. Erant autem perſeuerantes in doctrina apoſtolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus. Poſt ſucceſſum quoque temporum utrumque quoque legimus in ſacris canonibus: nam inuenitur communio laica, quæ communio ſub ſpecie panis tantum interpretatur, & inuenitur quòd pœnitentibus in extremo, euchariſtia infundatur, quod ad communionem calicis ſpectare conſtat: quoniam infundi liquorum eſt; unde uidetur quòd argumentum

ſum ex uniuerſali conſuetudine ſupponit falſum: immo ex exordio primitiuæ eccleſiæ, quando omnes ſimul erant Apoſtoli, argumentum ſumitur ad oppoſitum ex hoc ipſo, ꝙ Hieroſolymis, ubi erat magna multitudo fideliũ, ſola communio ſub ſpecie panis tradita populo legitur: hinc enim tam uehementer aucta multitudine fideliũ imitamur doctrinã omnium Apoſtolorum, communicãdo populum ſub ſpecie panis tãtũ. ¶ Et licet ratio ſumpta ex tanta multiplicatione Chriſtiani populi ſit ſolidũ, ac præcipuum fundamentum conſuetudinis communicãdi populum ſub ſpecie panis tantum poſſet nihilominus, ſecunda ratio aſſignari, quare eccleſiæ, q̃ olim ſub utraque ſpecie cõmunionẽ faciebãt, deſtiterunt ab illa conſuetudine, ex defectu ſcilicet feruoris, & deuotionis in populis: ut enim in præcedenti quæſtione dictum eſt, communio ſub utraque ſpecie ſi fructuoſior eſſe debet q̃ cõmunio ſub ſpecie panis tantum, duplicata debent eſſe incrementa ſpiritus, q̃
Porr.a. 489
cum defecerint, prouide, tã paſtor eccleſiæ, q̃ populus abſtinendũ à cõione ſub utraque ſpẽ cenſuit, recognoſcendo communicãtiũ imperfectionẽ. (Infra q.84 a.7. ad 4. Et 4. d. 11. q. 3. art. 1.) ¶ Et quòd huiuſmodi imperfectionem Chriſtiani incurrerint eccleſiæ, ex hoc apparet, ꝙ uix ex populus ſimplicem præparationem facit ꝓ communione ſemel in anno. ¶ Quòd uero olim excellens fuerit profectus ſpiritus, patet, & ex eo, quòd quotidie aut quaſi quotidie cõmunicabant, & ex eo quòd ſacri canones excludebant ab auditione miſſæ omnes non communicantes, ut patet de conſecrat. diſtin. 2. c. peractat hinc enim rationabiliter conijcere poſſumus, quòd ſicut recognoſcendo imperfectionem poſteriorũ deſtitit eccleſia à quotidiana communione populi, & ab expellendo à miſſa non cõmunicantes. ita recognoſcendo imperfectionem communem deſtitit à communione ſub utraque ſpecie, utpote reddita infructuoſa, ac periculoſa communi populo.

¶ Et per hæc, patet reſponſio ad tria prima argumenta.

¶ Ad quartum uero dicitur, ꝙ maior diſtinguenda eſt, ſimpliciter, uel ſecundum quid. & ſi ſimpliciter & abſolute intelligitur uera eſt, cæteris paribus: ſi uero ſecundum quid, eſt falſa manifeſte. Intellecta igitur maiore abſolute, & ſimpliciter in ſenſu, qui uerificatur, dicitur ꝙ minor eſt falſa. Et ut ſingillatim manifeſtet in ſingulis partibus eius, dicitur quòd licet communicare ſub utraque ſpecie populum, ſit clarius ſecundum ſenſum, & quo ad nos: non tamen eſt clarius ſecundum intellectum, & ex parte rei contentæ. Difficultates ſiquidem, quæ occurrunt ex parte noſtri, & non ex parte rei, & ex ſignis ſenſibilibus, non ex re contenta conſurgunt. Quòd autem ſit tutius falſiſſimum eſt. Et cũ dicitur, ꝙ nullius omiſſionis periculo ſe exponit, reſpondetur quòd licet non omittat ſignum ſen-

Y ſibile: omittit tamen popularis communio prudentiam debitam in cauendo ab irreuerentia ſacramenti, & exponit ſe periculo commiſſionis ſacrilegij, a quibus tuta eſt communio populi ſub ſpecie panis tantum. quòd uero dicitur de magis conſentaneo, oporteret dicere magis cõſentaneo rationi rectæ, aut præcepto Chriſti. Cõio ſiquidem populi ſub ſpecie utraque, licet ſit magis cõſentanea, ꝑ modũ aſſimulationis inſtitutioni ſacri, & integritati ſacri, & integritati ſenſibilis refectionis: cõio tñ populi ſub panis ſpecie tantum eſt magis conſentanea, & præcepto Chriſti, Hoc facite in meam commemorationem, ut prædeclaratum eſt, ex ordine literæ euangelicæ, & rationi rectæ, curã gerenti de reuerentia huius ſacri. Et illud quidẽ ſpectat ad conſentaneum, ſecundũ quid hoc autem ad conſentaneum ſimpliciter, & abſolute: quia hoc cõſurgit ex oibus conſideratis, illud autem ad ſimilitudinem exteriorem tantum reſpiciendo. ¶ Ad quintum autẽ dicitur, ꝙ falſum ſubſumit, ſcilicet tenentia ſe ex parte ſumentis concurrere per accidens ad uſum huius ſacramenti: uſus .n. licet ſit huius ſacramenti, ut rei, qua utimur, hoc ẽ materiæ, eſt tñ utentis, ut proprius actus, ſeu operatio: nõ accidit autem operationi rectitudo ex parte operantis, immo adeo ꝑ ſe ex hac parte exigit rectitudinem, ut niſi operatio recta ſit ex parte operantis, non poſſit eſſe recta, ſimpliciter & abſolute loquẽdo: & in propoſito plus inuenitur, ſcilicet quòd conditio, de qua loquimur, ex parte utentis, non ſiſtit in ipſo utente, ſed redundat in ſacramentum: quoniam attenditur ſecundum reuerentiam uel irreuerentiam ad ſacramentum: & propterea undique ruit argumentum. (Concl.)

¶ Et hæc de communione populari ſub utraque ſpecie dicta
X pro nunc ſufficiant.

QVAESTIO LXXXI.

De modo, quo Chriſtus uſus eſt hoc ſacramento, in quatuor articulos diuiſa.

DEINDE conſiderandum eſt, de uſu huius ſacramẽti quo Chriſtus uſus eſt in prima ſui inſtitutione.

Et circa hoc quæruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum Chriſtus ſumpſerit ſuum corpus, & ſanguinem.

¶ Secundo, Vtrum Iudæ dederit.

x Tertio, Quale corpus ſumpſerit, aut dederit, utrum. ſ. paſſibile, uel impaſſibile.

¶ Quarto, Quomodo ſe habuiſſet Chriſtus ſub hoc ſacramẽto, ſi fuiſſet in triduo mortis reſeruatũ, aut cõſecratũ.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum Chriſtus ſumpſerit ſuum corpus & ſanguinem.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur, ꝙ Chriſtus non ſumpſerit corpus ſuum, & ſanguinẽ. Non enim de factis Chriſti, & dictis aſſeri debet, quod auctoritate ſacræ ſcripturæ non traditur: ſed [h] in euangelijs non habetur, quòd Chriſtus corpus ſuum manducauerit, aut ſanguinẽ ſuum biberit. non ergo eſt hoc aſſerendum.

¶ 2 Præt. Nihil poteſt eſſe i ſeipſo, niſi forte ratione partium, prout. ſ. una pars eius eſt ĩ alia, ut habet̃ 4. phyſicor.* (Lib. 4. text. 34. com. 2.) ſed illud quod manducatur, & bibitur, eſt in manducante, & bibente. cum igit̃ totus Chriſtus ſit ſub
G utraque ſpecie ſacramenti, uidetur impoſſibile fuiſſe, quòd ipſe ſumpſerit hoc ſacramentum.

¶ 3 Præt. Duplex eſt ſumptio huius ſacri, ſcilicet ſpiritualis, & ſacramentalis: ſed ſpiritualis non competebat Chriſto, q̃a nihil à ſacramẽto accepit, & per cõſequẽs nec ſacr̃alis, quæ ſine ſpirituali eſt ĩperfecta, ut ſupra habitum eſt.* (q. præc. ar. 11.) ergo Chriſtus nullo modo hoc ſacr̃m ſumpſit.

H SED CONTRA eſt, quòd Hierony.* (q. 2. ad Hebidiam. r. 4. refertur de conſec. d. 2. c. Nec Moiſes.) dicit ad Lesbiam dominus Ieſus Chriſtus ipſe conuiua, & conuiuium, ipſe comedens, & qui comeditur.

RESP. Dicendum, quòd quidam dixerunt, quòd Chriſtus in cœna corpus, & ſanguinem ſuum diſcipulis ſuis tradidit, non tñ ipſe ſumpſit: ſed hoc nõ uidet̃ conuenienter dici: quia Chriſtus ea, q̃ ab alijs obſeruan-
I da inſtituit, ipſe primitus obſeruauit: vnde, & ipſe prius baptizari uoluit, q̃ alijs baptiſmum imponeret, ſm̃ illud Actuum 1. Cœpit Ieſus facere, & docere: vnde, & [m] primo ipſe corpus ſuũ, & ſanguinẽ ſumpſit, & poſtea diſcipulis ſumẽdũ tradidit: [n] & hoc eſt, ꝙ Ruth. 3. ſuꝑ illud,

¶ SVP. QVAEST. LXXXI.

Alb. mag. 4. diſt. 15. *Sot. 4. ſ. d. 12. q. 2. ar. 3.*

IN tota quæſtio. 81, hoc ſolum occurrit circa quarti artic. materiam recolendum, quòd Scotica chimera ſuperius relata, hinc apparet, ut eſt. Nihil enim minus corpus Chriſti ſub ſacramento nihil fuiſſet, ſi Chriſti corpus in propria ſpecie annihilatum fuiſſet, quàm in triduo corpus Chriſti ſub ſacramento fuiſſet mortuum, quia in propria ſpecie fuit mortuum: cũ tamen Scotus hoc cõcedat, & primum neget: utrumque enim, ſcilicet eſſe mortuum, & eſſe nihil, ſunt de numero eorum, quæ conueniunt, ſeu quæ conuenirent Chriſti corpori abſolute, & non in ordine ad extrinſeca, ut clare patet, & propterea quodcumque eorum Chriſti corpori in propria ſpecie contingeret, aſſerendum eſſet de eodem ſub ſacramento.

Cum-

Glo. ordi. ibid. Cũq; comediſſet,& bibiſſet,&c.dicit gl.*ꝙ Chriſt* A comedit, & bibit ĩ cœna,cũ corporis,& ſanguinis ſui ſacr̃m diſcipulis tradidit: unde qa pueri cõicaue runt carni,& ſanguini,& ipſe participauit eiſdẽ.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ,ꝙ in euangelijs legitur,ꝙ Chriſtus accepit panẽ,& calicẽ,nõ eſt ĩtelligẽdũ,ꝙ acceperit ſolũ in manibus, ut qdã dicunt:ſed eo mõ accepit, quo alijs accipiẽdũ tradidit.vñ cũ diſcipulis dixerit,Accipite, & comedite: & iterũ,Accipite,& bibite:intelligẽdum eſt,ꝙ ipſe accipiens comederit,& biberit:vnde, & quidã metrice dixerũt, Rex ſedet in cœna, turba cinctus duodena.Se tenet in manibus,ſe cibat ipſe cibus. B

q.76.ar. 5. AD II dicendũ,ꝙ ſicut ſupra* dictũ eſt Chriſt*, ẽm ꝙ eſt ſub hoc ſacro,cõparaẽ ad locũ,nõ ẽm proprias dimẽſiones,ſed ẽm dimẽſiones ſpecierũ ſacraliũ,ita ꝙ in quocumq; loco ubi ſunt illę ſpecies,ẽ ipſe Chriſtus:& qa ſpecies illæ potuerũt eſſe in manibus,& in ore Chriſti,ipſe totus Chriſtus potuit eſſe in ſuis manib*,& ĩ ſuo ore:nõ aũt hoc potuiſſet eẽ,ẽm ꝙ cõparaẽ ad locũ ꝑ ꝓprias dimẽſiones.

q.79.ar.1. AD III dicẽdũ,ꝙ,ſicut ſupra* dictum eſt,effectus huius ſacri eſt , nõ ſolũ augmentũ habitualis ſed ẽt qdã actualis delectatio ſpũalis dulcedinis:q̃nis aũt Chr̃o gr̃a nõ fuerit augmẽtata ex ſuſceptione huius ſacri:habuit tñ quãdã ſpiritualẽ delectationẽ in noua inſtitutione huius ſacri:vnde ipſe dicebat Luc.22 Deſiderio deſideraui hoc paſcha mãducare vobiſcũ,ꝙ Euſebius exponit de nouo miſterio noui teſtamenti:ꝙ tradebat diſcipulis.& ideo ſpiritualiter mãducauit,& ſimiliter ſacr̃aliter, inq̃tũ corpus ſuũ ſub ſacr̃o ſumpſit,ꝙ ſacr̃m ſui corporis intellexit , & diſpoſuit: aliter tñ quàm ceteri ſacramentaliter,& ſpiritualiter ſumant,*qui augmentum gr̃æ ſuſcipiunt ſub ſacramentalibus ſignis quibus indigent ad veritatis perceptionem. C D

Alias,qui augmentũ gr̃æ ſuſcipiũt,& ſacramentalib ſignis indigent , &c.

ARTICVLVS II.

Vtrum Chriſtus dederit Iudæ corpus ſuum.

4.diſ.11.q. 3.ar.2.q.1. & 2. Et Io. 13.lec.3 ſi. & lec.4 fi. AD SECVNDVM ſic procediẽ. Videẽ ꝙ Chriſtus Iudæ non dederit corpus ſuũ. Vt n. legiẽ Matth. 26. Poſtq̃ dedit dñs corpus ſuũ,& ſanguinẽ diſcipulis, dixit eis,Non bibã amodo de hoc genimine vitis,uſque in diem illũ,cũ illud bibam vobiſcum nouũ in regno patris mei.Ex quo videẽ,ꝙ illi, quibus corpus ſuũ,& ſanguinẽ dederat, cũ * eo eſſent iterum bibituri:ſed Iudas poſtea cũ ipſo nõ bibit.ergo non accepit cum alijs diſcipulis corpus Chriſti,& ſanguinem. E

¶ 2 Præt. Dñs impleuit,ꝙ ꝑcepit,ẽm illud Act.1. cœpit Ieſus facere,& docere:ſed ipſe ꝑcepit Mat. 7.Nolite ſanctum dare canibus.cum ergo ipſe cognoſceret Iudam eſſe peccatorem , videtur quòd ei corpus ſuum,& ſanguinem non dederit.

¶ 3 Præt. Chriſtus ſpecialiter legitur Iudæ panẽ intinctum porrexiſſe,Ioan.13.Si ergo * corp* ſuũ ei dedit,videẽ ꝙ ſub bucella ei dederit , ꝑcipue cũ legatur ibidẽ,ꝙ poſt bucellã introiuit in eum ſathanas.vbi Augu. * dicit, Hinc nos docemur q̃ ſit cauendum male accipere bonũ: ſi .n. corripitur , qui non diiudicat , idcſt, non diſcernit corpus dñi

Tra. 62.in Ioan.circa princ.to.9.

à ceteris cibis, quõ nõ damnabiẽ,qui ad eius menſam fingens ſe amicũ,accedit inimicus? ſed cũ bucella intincta non accepit corpus Chriſti:ut .n. Auguſt.*dicit ſup illud Ioã.13.cũ intinxiſſet panẽ.dedit Iudæ Simonis Scariothis;nõ,ut putãt qdã negligẽter legentes,tunc Iudas corpus Chriſti accepit.ergo videẽ ꝙ Iudas corpus Chr̃s nõ acceperit. Trac.62.in Io.l. med. tom.6.

SED CONTRA eſt,ꝙ Chryſ.†dicit,Iudas particeps exiſtens myſteriorũ,cõuerſus non eſt: unde fit ſcelus eius utrinque immanius:tũ, quia tali ꝓpoſito imbutus adijt myſteria: tum quia adiens melior factꝰ non fuit,nec metu ,nec bñficio, nec honore. Homil.46. in Io. nõ remote a a fin.to.3.

RESPON. Dicendum,ꝙ Hilarius*poſuit ſuper Matthæum,ꝙ Chriſtus Iudæ corpus ſuum, & ſanguinẽ non dedit:& hoc quidẽ conueniens fuiſſet, conſiderata malitia iudæ, ſed quia Chriſtus nobis debuit eſſe exemplum iuſtitiæ,nõ cõueniebat eius magiſterio,ut Iudã occultum peccatorẽ,ſine accuſatore,& euidenti ꝓbatione ab aliorũ cõione ſepararet,ne ꝑ hoc dareẽ exẽplũ ꝑlatis eccleſiæ,ſimilia faciẽdi,& ipſe iudas exaſperatus,indꝰ ſumeret occaſionẽ peccãdi.Et iõ dcẽm eſt,ꝙ Iudas cũ alijs diſcipulis corpus dñi,& ſanguinẽ ſuſcepit, ut dicit Diony.*in lib.eccleſ.hierar.& Auguſt.ſuper Ioã.†

Canon. 30 in Mat.q ca med. Concil. Dion. c.3 eccleſ.hie. par.3. non lõge a pri. † Aug.tra. 62.in euã. Io. tom.9. *Loco citato in corp. artic.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ,ꝙ illa eſt rõ Hilar.* ad oſtẽdẽdũ,ꝙ Iudas corpus Chriſti nõ ſumpſit, nõ tñ cogit,qa Chr̃s loquiẽ diſcipulis,à quorũ collegio Iudas ſe ſeparauit, nõ aũt Chriſtus eũ excluſit & iõ Chr̃s q̃tũ eſt ĩ ſe,ẽt cũ iuda uinũ in regno Dei bibit:ſed hoc cõuiuium ipſe Iudas repudiauit.

AD II dicendum,ꝙ Chriſto nota erat Iudæ iniquitas,ſicut Deo:non aũt erat ſibi nota ꝑ modũ , quo hoibus innoteſcit:& ideo Chriſtus Iudã non repulit à cõione, ut daret exẽplũ, tales peccatores occultos nõ eſſe ab alijs ſacerdotibus expellẽdos.

AD III dicendum, quòd ſine dubio Iudas ſub pane intincto corpus Chriſti non ſumpſit, ſed ſimplicẽ panẽ: ſignificaẽ ãt fortaſsis, ut Aug.* ibidem dicit,ꝑ panis intinctiõnẽ fictio Iudę:ut .n. inficiatur nonnulla,tingunẽ,ſi ãt bonũ aliquid hic ſignificat tinctio(.ſ.duplicẽ bonitatis diuinę : qa panis ex intinctione ſapidior redditẽ) idẽ bonũ ingratũ non immeritò eſt ſecuta damnatio.Et ꝑp hãc ingratitudinẽ id,quod eſt bonum,factũ ẽ ei malum: ſicut accidit circa ſumẽtes corpus Chriſti indignè. & ſicut Aug † ibidem dicit intelligendum eſt,qđ dñs iã antea diſtribuerat oĩb* diſcipulis ſuis ſacr̃m corporis ,& ſanguinis ſui,ubi , & ipſe Iudas erat, ſicut Lucas narrat.Ac deinde ad hoc uentum eſt , ubi ẽm narrationem Ioan. Dominus per bucellã tinctã,atq; porrectã ſuum exprimit proditorem.

Tra.62.in Ioan.circa med,to.9. Ibid.

Par.6.

ARTICVLVS III. 490

Vtrum Chriſtus ſumpſerit , & diſcipulis dederit corpus ſuum impaſſibile.

Alb.mag.4.d.12.art.13. *Sot.4.ſ.d.12.q.2.ar.3.*

4.di. 11.q. 3.art.3. Et di.12. q.1. a.3.q.1.co

AD TERTIVM ſic proceditur . Videtur quòd Chriſtus ſumpſerit,& diſcipulis dederit corpus ſuum impaſsibili,qa ſup illud Mar.17. Trãſfi

guratus

Glo. ordi. ibid. guratus eſt ante eos, dicit quædã gl.* Illud corp° qđ habuit per nãm, dedit diſcipulis in cœnanon mortale,& paſsibile. Et Leu.2. ſup illud, Si oblatio tua fuerit de ſartagine, dicit gl.† Crux ſup oia

Ibidem. fortis, carnẽ Chr̃i, q̃ añ paſsionẽ non uidebaẽ eſui apta, poſt aptã fecit: ſed Chrs dedit corpus ſuum, vt aptũ ad mãducandũ. ᵇ ergo dedit tale, quale ha buit poſt paſsionẽ, ſ. impaſsibile,& immortale.

¶2 Præt. Omne corpus ᵇ paſsibile, per contactum, & manducationem patitur. ſi ergo corpus Chriſti erat paſsibile, per contactum,& comeſtionem diſcipulorum paſſum fuiſſet.

¶3 Præt. Verba ſacralia non ſunt modo maioris virtutis, qñ proferuntur a ſacerdote in perſona Chriſti, q̃ tunc quando fuerunt prolata ab ipſo Chriſto: ſed nunc virtute uerborum ſacramentalium, in altari conſecratur corpus Chriſti, impaſſibile,& immortale. ergo multo magis tunc.

In li.4. de ſacr. myſt. altaris c.12 poſt med. SED CONTRA eſt, q ſicut Inn. III. † dicit, tale corpus tunc dedit diſcipulis, quale habuit: habuit aũt tunc corpus paſsibile,& mortale. ergo corpus paſsibile,& mortale diſcipulis dedit.

RESP. Dicẽdũ, q Hugo de ſancto Vict. potuit, q Chrs añ paſsionẽ diuerſis tpib. quatuor dotes cor poris glorificati aſſumpſerit, ſ. ſubtilitatẽ in natiuitate, qñ exiuit de clauſo vtero Virginis: agilitatẽ, H qñ ambulauit ſiccis pedib. ſup mare: claritatem, in transfiguratione: impaſsibilitatẽ, in cęna, qñ corpus ſuũ diſcipulis tradidit manducandum: & ſm hoc dedit diſcipulis ſuis corp° ſuũ impaſsibile, & immortale: ſed qcqd ſit de aliis, de qb. ſupra dictũ

q.18. art.2 ad 3.& q. 54. ar.1. ad 1. eſt,* qđ ſentiri debeat: circa impaſsibilitatẽ tñ impoſsibile eſt eẽ qđ dr̃: manifeſtũ eſt. n. q idẽ corp° Chr̃i erat, qđ a diſcipulis tunc in ꝓpria ſpẽ uidebatur, & in ſpẽ ſacri ſumebaẽ: nõ aũt erat impaſsibile, ſm q in propria ſpecie uidebaẽ, quinimmo erat

concl.m. paſsioni paratũ: vñ ᵐ nec ipſũ corpus Chr̃i, qđ in

concl.p ſpecie ſacri dabaẽ, impaſsibile erat.ᵒ Impaſsibili tñ mõ erat ſub ſpẽ ſacri, qđ in ſe erat paſsibile, ᵖ ſicut I inuiſibiliter qđ in ſe erat uiſibile: ſicut. n. uiſio req rit cõtactũ corporis, qđ vi, ad circunſtans medium uiſionis, ita paſsio reqrit cõtactũ corporis, qđ patiẽ, ad ea, q agũt: corpus aũt Chr̃i ſm q eſt ſub ſacro

q.76. art.4. & 6.| vt ſupra dictũ eſt,† nõ cõparatur ad ea, quę circũſtãt, mediãtibus propriis dimẽſionibus, qb. corpora ſe tãgunt, ſed mediãtib. dimenſionib. ſpecierum panis,& uini,& iõ ſpecies illæ ſunt, quæ patiuntur & uidentur, non autem ipſum corpus Chriſti.

AD PRIMVM ergo dicẽdũ, q Chrs dr̃ non dediſſe corpus ſuum mortale,& paſsibile, quia non dedit mortali,& paſsibili modo. Crux autem fecit carnem Chriſti aptam manducationi, inquantum hoc ſacramentum repræſentat paſsionẽ Chriſti.

AD II dicendum, q ratio illa procederet, ſi corpus Chriſti ſicut erat paſsibile, ita paſsibili modo fuiſſet ſub ſacramento.

q.76. ar.4. AD III dicendum, q ſicut ſupra dictũ eſt,* accidẽtia corporis Chr̃i ſunt in ſacro ex reali cõcomitãtia, nõ aũt ex ui ſacri, ex qua eſt ibi ſul ſtãtia corporis Chr̃i: & iõ uirtus uerborũ ſacralium ad hoc ſe F ſe extẽdit, ut ſit ſub ſacro corpus Chr̃i, ſ. quibuſcũque accidentibus realiter in eo exiſtentibus.

ARTICVLVS IIII.

Vtrum ſi hoc ſacramentum tempore mortis Chriſti fuiſſet ſeruatum vel conſecratum, ibi moreretur. Pet.a. 49 t

ADQVARTVM ſic procedit. Vr̃ q ſi hoc ſacrm tpe mortis Chr̃i fuiſſet ſeruatum in pixide, uel ab aliquo Apoſtolorũ cõſecratũ, nõ ibi moreretẽ Mors. n. Chr̃i accidit per eius paſsionem, ſed Chrs impaſsibili modo ẽt tunc erat in hoc ſacro. ʰ ergo non poterat mori in hoc ſacramento. 4. diſ. 10. a. 2. q. 1. co.& d 11. q6.3. art.4. Et 4. cõt. c 64.& quol.5. ar. 11. ad 1. Et Io.6. lec.6. fin. Et 1. Cor. 11. le 6 fin.

¶2 Præt. In morte Chriſti ſeparatus ſuit ſanguis eius a corpore, ſed in hoc ſacramento ʰ ſimul eſt G corpus Chriſti,& ſanguis. ergo Chriſtus in hoc ſacramento non moreretur.

¶3 Præt. Mors accidit per ſeparationẽ animæ a cor pore, ſed in hoc ſacramento continetur ʰ tã corpus, quàm anima Chriſti. ergo in hoc ſacramento non poterat Chriſtus mori.

SED CONTRA eſt, q idem Chriſtus, qui erat in cruce fuiſſet in ſacramento, ſed in cruce morieba tur. ergo & in ſacramento conſeruato moreretur.

RESP. Dcđm, q corpus Chr̃i idẽ in ſubſtãtia eſt in hoc ſacro,& in ꝓpria ſpecie, ſed nõ eodẽ mõ, nã in propria ſpecie cõtingit circũſtãtia corpora per proprias dimẽſiones, nõ aũt prout eſt in hoc ſacro, ut ſupra dictũ eſt,*& iõ ᵐ qcqd pertinet ad Chrm ſm qđ in ſe eſt, põt attribui ei,& in propria ſpẽ,& in ſacro exiſtenti: ⁿ ſicut uiuere, mori, dole re, aiatũ, uel inaiatũ eſſe, & cętera hmõi: ᵖ quæcũque uero cõueniũt ei per cõparationẽ ad corpora extrinſeca, pñt ei attribui in propria ſpecie exiſtẽti nõ aũt prout eſt in ſacro, ᵍ ſicut irrideri, conſpui, crucifigi, flagellari,& cætera huiuſmodi, unde,& quidã metrice dixerũt, Pixide ſeruato poteris ſociare dolorẽ. Innatũ, ſed nõ illatus conuenit illi. Concl.m ſar.præc. & q.76. ar. 4.5.& 6. concl.p

AD PRIMVM ergo dicendum, q ſicut dictũ eſt, † paſsio conuenit corpori paſſo per comparationẽ ad agens extrinſecum,& ideo Chriſtus, ſecundum q eſt ſub hoc ſacramento, pati non poteſt, poteſt tamen mori. In cor. ar.

AD II dcđm, q, ſicut ſupra dictum eſt,* ſub ſpe cie panis eſt corpus Chriſti ex ui conſecrationis, ſanguis autem ſub ſpecie uini, ſed nunc quidẽ, qñ realiter ſanguis Chriſti non eſt ſeparatus ab eius corpore, ex reali concomitantia,& ſanguis Chriſti eſt ſub ſpecie panis ſimul cũ corpore,& corpus ſub ſpecie uini ſimul cum ſanguine: ſed ſi tpe paſſionis Chriſti, quãdo realiter ſanguis fuit ſeparat° a corpore Chriſti, fuiſſet hoc ſacramentum conſecratum, ſub ſpecie panis fuiſſet ſolum corpus,& ſub ſpecie uini fuiſſet ſolum ſanguis. q.76. ar.1. ad 1.

AD III dicendum, q ſicut ſupra † dictum eſt, aĩa Chriſti eſt in hoc ſacro ex reali concomitantia, q̃a non eſt ſine corpore, non autem ex ui conſecrationis,& ideo ſi tunc fuiſſet hoc ſacrm conſecratum, vel peractum, quãdo anima erat a corpore realiter ſeparata, non fuiſſet anima Chriſti ſub hoc ſacramento, non propter defectum uirtutis uerborum, ſed propter aliam diſpoſitionem rei. In ſol. præced.& loco ibi citato.

QVAESTIO LXXXII.

De miniſtro huius ſacramenti, in decem articulos diuiſa.

DEINDE cõſiderádũ ẽ đ miniſtro hui⁹ ſacri. Circa primum quæruntur decem.

¶Primo, Vtrum conſecrare hoc ſacramentum ſit proprium ſacerdotis.

¶Secundo, Vtrum plures ſacerdotes ſimul poſſint eandem hoſtiam conſecrare.

¶Tertio, Vtrum diſpenſatio huius ſacramenti pertineat ad ſolum ſacerdotem.

¶Quarto, utrum liceat ſacerdoti conſecrãti a cõmunione abſtinere.

¶Quinto, Vtrum ſacerdos peccator poſſit conficere hoc ſacramentum.

¶Sexto, Vtrum miſſa mali ſacerdotis minus ualeat quàm boni.

¶Septimo, Vtrum hæretici ſchiſmatici, uel excõmunicati poſſint conficere hoc ſacramentum.

¶Octauo, vtrum degradati.

¶Nono, Vtrum peccent, a talibus communionem recipientes.

¶Decimo, Vtrum liceat ſacerdoti omnino a celebratione abſtinere.

ARTICVLVS I.

Vtrum conſecratio huius ſacramenti ſit propria ſacerdotis.

porr. 2. 492

S.bona.4.ſ.d.13.q.1.a.1. Scot.4.ſ.d.13.q.2. Ricca.4.ſ.d.13.q.1.ar.1. Duran.4.ſ.d.13.q.1. Sot.4.ſ.d.13.q.1.ar.1. Palud.4.d.13.q.1.

4.d.13.q. 2.1.q.1.Et di.17.q.3. a.3.q.1.co. Et d.24.q. 3.a.1.q.2.a co Et 2a.2. ad.2. †q.78.a.4.

AD PRIMVM ſic proceditur. Videtur ꝙ conſecratio huius ſacramenti non ſit propria ſacerdotis. Dictum eſt enim * ſupra, ꝙ hoc ſacrm conſecratur uirtute h uerborum, quæ ſunt forma huius ſacramenti: ſed illa uerba non mutantur, ſiue dicantur a ſacerdote, ſiue a quocunque alio. ergo uidetur quòd non ſolus ſacerdos, ſed etiam quilibet alius poſſit hoc ſacramentum conſecrare.

¶2 Præt. Sacerdos hoc ſacramẽtum conficit in perſona h Chriſti: ſed laicus ſanctus eſt unitus Chro per charitatem. ergo vr̃ ꝙ ẽt laicus poſſit hoc ſacramentum conficere: unde & Chryſ. * dicit ſuper Matth. quòd omnis ſanctus eſt ſacerdotes.

Chry. homil. 43. in Matth. in opere imperf. non remote a prin. 10.3.* q.79. * q. 67.a.3

¶3 Præt. Sicut baptiſmus ordinatur ad hoium ſalutẽ, h ita & hoc ſacrm, ſicut ex ſupradictis patet: † ſed ẽt laicus põt baptizare, ut ſupra dictum eſt.* nõ ergo eſt propriũ ſacerdotis cõficere hoc ſacrm.

¶4 Præt. Hoc ſacramentum perficitur in h conſecratione materiæ: ſed alias materias conſecrare, ſcilicet chriſma, & oleum ſanctum, & oleum benedictum, pertinet ad ſolum epiſcopum: quarũ tamen conſecratio non eſt tantæ dignitatis, ſicut conſecratio euchariſtię, in qua eſt totus Chriſtus. ergo non eſt proprium ſacerdotis, ſed ſolius epiſcopi, hoc ſacramentum conficere.

SED CONTRA eſt, ꝙ Iſidor. † dicit in quadam epiſtola, & habetur in decret. d. 25. Ad prçsbyterum pertinet ſacramẽtum corporis, & ſanguinis Domini in altari dei conficere.

In decr. d. 25. c. Perlectis: Et dr̃ Iſidor⁹ id habere in epi. ad Ludifredũ. Q.77.a.1. & 4.

RESPON. Dicendum, quòd (ſicut ſupra dictum eſt * hoc ſacramentum eſt tantæ dignitatis, ꝙ nõ conficit ur niſi in perſona Chriſti. Quicumq; autẽ

A aliquid agit in perſona alterius, oportet hoc fieri per poteſtatẽ ab illo conceſſam: ſicut autem baptizato conceditur a Chriſto poteſtas ſumendi hoc ſacramentum, ita ſacerdoti, cum ordinatur conferẽ poteſtas hoc ſacramentum conſecrandi in perſona Chriſti. Per hoc enim ponitur in gradu eorũ, qbus dictũ eſt a Dño, hoc facite in meam commemorationẽ. Et ideo dicendum eſt, ꝙ m propriũ eſt ſacerdotum conficere hoc ſacramentum. n concl. m

AD PRIMVM ergo dcđm, ꝙ virtus ſacramentalis in pluribus conſiſtit, & non in uno tantum, ſicut uirtus baptiſmi conſiſtit in ipſis uerbis, & in
B aqua: unde, & uirtus conſecratiua non ſolum cõſiſtit in ipſis verbis: ſed etiam in poteſtate ſacerdoti tradita in ſua conſecratione, & ordinatione, cum ei dicitur ab epiſcopo, Accipe poteſtatem offerẽdi i eccleſia ſacrificiũ, tam pro uiuis, q̃ pro mortuis. Nam & uirtus inſtrumentalis in pluribus inſtrumentis conſiſtit, per quæ agit principale agens.

AD II dicendũ, ꝙ laicus iuſtus unitus eſt Chriſto unione ſpirituali per fidẽ, & charitatẽ: nõ aũt p ſacr̃alem poteſtatem. Et ideo habet ſpirituale ſacerdotium ad offerendum ſpirituales hoſtias, de quibus dr̃ in pſal. 50. Sacrificium deo ſpũs contri
C bulatus, & Roman. 12. Exhibeatis corpora ueſtra hoſtiam uiuentem: unde & primæ Petri 2. dicitur ſacerdotium ſanctum offerre ſpirituales hoſtias.

†AD III dcđm, ꝙ perceptio huius ſacri nõ eſt tãtæ neceſſitatis, ſicut ꝑceptio baptiſmi, ut ex ſupra dictis patet.* Et iõ licet i neceſſitatis articulo laicus poſſit baptizare, nõ tñ põt hoc ſacrm cõficere. Q. præc. 8. 13. ad 2. Et q. 73. ar. 3.

AD IIII dcđm, ꝙ epiſcopus accipit poteſtatẽ, ut agat in pſona Chriſti ſuꝑ corpus eius myſticũ, id eſt ſuper eccleſiã. Quam quidem poteſtatem nõ accipit ſacerdos in ſua conſecratione, licet poſſit
D eã habere ex epiſcopi commiſſione. Et ideo ea, q̃ non pertinet ad diſpoſitionem corporis myſtici, non reſeruantur epiſcopo, ſicut cõſecratio huius ſacramenti. Ad epiſcopũ uero pertinet tradere nõ ſolũ populo, ſed ẽt ſacerdotibus ea, ex quibus poſſunt propriis officiis uti. Et quia benedictio chriſmatis, & olei sãcti, & olei infirmorum, & aliorum quæ conſecrãtur, puta altaris, eccleſię, veſtium, & uaſorum, p[illegible]ſtat quandam idoneitatem ad ſacramenta perficienda, quæ pertinẽt ad officium ſacerdotum, ideo tales conſecrationes epiſcopo reſeruantur, tãquã principi totius eccleſiaſtici ordinis.
E

ARTICVLVS II.

Vtrum plures ſacerdotes poſſint unã & eandem hoſtiam conſecrare.

Porr. 8. 493

AD SECVNDVM ſic ꝓcedi tur. Videť quòd plures ſacerdotes non poſſint unã, & eãdẽ hoſtiã cõſecrare. Dictum eſt. n., ſupra, * ꝙ plures non poſſunt ſimul unũ baptizare: ſed nõ minor uis eſt ſacerdotis cõſecrantis, q̃ hominis baptizãtis ergo ẽt nõ poſſunt ſimul

4 d. 13. q. 1 ar. 2. q. 2. Q. 67. a. 6.

SVP. QV. LXXXV. ART. II.

Sot. 4. ſ. d. 13. q. 1. a. 2. Palud 4. d. 13. q. 4. Cap. 4. d. 13. q. 1. cor. 1.

